

De la Botica de la Comp.
AETIEME-

DICIGRAECI

contracta ex ueteribus

B-13.455

de medicina sermo. Ms.
nes x ▼

Per Ianum Cornarium Medicum Physti-
cum Latine conscripti.

Acciderunt in duos priores libros quos de simplicibus
scripsit Sebastianus rex medica studiosis plurimum
prefuturus per Hugonem Sauerium Sa-
nionensem Medicum, nunc pri-
mum in lucem edita.

VIRI TIVARI



COMITTE FORTVNA.

VENETIIS, IOANN. GYPHIVS
EXCVDEB. T.



Sept
F. NO.
Pues

que
de que mes fera don-

on 13

zino

De la Botica de La Comp.
A E T I I M E -

D I C I G R A E C I

contracta ex ueteribus
& medicinae sermo. *MS.* B-13.455

nes x v i .

Per Ianum Cornarium Medicum Physi-
cum Latine conscripti.

Acceserunt in duos priores libros (quos de simplicibus
scripsit) Scholia, rei medicae studiosis plurimum
profutura, per Hugonem Solerium Sa-
nionensem Medicum, nunc pri-
mum in lucem edita.

V I R T U E D V C E



C O M I T E F O R T V N A .



VENETIIS, IOAN. GRYPHVS
EXCVDEBAT.

AMPLISSIMIS AC PRVDENTISSI-
mis honestissimisq; uiris Senatui Populoq; impe-
rialis urbis Francforden. Ianus Corna-
rius medicus Physicus S. D.



ET IVM medicum Græcum iam de
cennium quum uerte ndum suscepis-
sem, multum operæpretij mox ab ini-
tio facere, mihi uisus sum. Tametsi
eum fragmentum tantum, ueneran-
de tamen illud uetustatis, mihi obtigis-
set, attamen ex eo ipso colligebam non uulgare aliquod
consilium illi uiro fuisse, sed institutum penitus optimū,
& ab omnibus approbandum, totam uidelicet medicinā
in breues quasdam summās contrahendi. Erat autem tū
mihi, sicut plerisque omnib. autor ignotus, nisi quod Asu-
lanorum apud Venetos familia, græci exemplaris editio-
nem pollicita erat, ante Hippocratis, & Galeni operū
editionem. Itaque etiam si fragmentum illud meum sex
sermonum, ab octauo usque ad decimum tertium, contem-
ptibile uideri poterat, ut in publicum ederetur: & incer-
tum esset ad quot libros uniuersales, aut sermones par-
tiales, autor opus ipsum extendisset: tamen ne utiquam
supprimendum ratus inuentū thesaurum (sic. n. tum mi-
hi placebam) sex illos sermones in latinam linguā a me
conuersos edidi. Neque male successit. Nā nouum & inco-
gnitum opus studiosi benigne exceperunt, per omnem
ad eō Europam, ut etiā Italiæ uisum sit, non parum esse
incōmodum, totum illum autorem non ad Latinos transla-
tum extare, præsertim quum totū græcū opus in aliquot

exemplaribus in Italia superesset. Et tum sanè excitatus est quorundā magnorum & rectis studijs bene uolentū Heroum stimulis Baptista Montanus: nō incelebris apud Veronenses medicus, qui exēplarium illorū copia confusus, & priores, & posteriores, quos ego non habueram sermones fragmento meæ translationis adiecit, & sic translationē meā suā apud Venetos editioni inseruit. Et quia candore quodam hoc à se factum esse, in prefatione testatus est, ego uicissim illi hoc talionis uice rependam, q̄ studiosis cognoscendū propono, hactenus translationē illius, una cū mea lucē ferre potuisse. nam in posterum nō erit, qui me iudice, uel meā priorem, uel illius conuersionem, per omnia sequi debeat. Discipulus est prioris posterior dies. Honestissimum est certamen, non solum alios, sed etiā seipsum superare. Proinde totum opus Aetij etiam nos adepti, illud denuò ex toto cōuertendum suscepimus, nō tantum quod uideam, dum exemplaria alia plus, alia minus, adscripta habent, unum aliquod certum sequendū esse: Sed etiam ut ne amplius sit styli diuersorum interpretum, in uno opere pugna. Et hoc mecum consilium si Montano sequi uisum fuerit, adeò non improbabo, ut in gentis candoris loco id habiturus sim, si etiam ipse totum Aetij opus ex sua interpretatione legendum edet. Quæ propter meam operā non aliter studiosis approbare uolo, quàm ut putent me, nulla quàm publici cōmodi causa cōmotum, huc progressum esse, & sincerè optimum medicum emendatissimum, ac optime Latinum factum (quantum eius per me fieri potuit) inuulgasse. Tantumq̄ abest ut in præsens eius translationē, propter meæ editionem, superflua uideri uelim, ut uehementer expetā etiam illū, totum

totum opus de suo denuò publicare. Et nisi fallor, hæc res non tam ad illius gloriam spectat, quàm publicā studioforum utilitatem: præsertim eorum qui Latinam linguā solum nouerunt. Continget. n. ipsi ex utriusque translationis collatione, ut ueram sentētiam assequantur. Atque utinam etiam hi qui ex Hyssanis, altas de montibus umbras nobis utrisque offundunt, & in alienis libris ingeniosi sunt, huc incumberēt, ut similit, aut potiore, (qualem ostētant) operam præstarent: plenis buccis studium hominum collaudarem. Iā quod illos facere iuuat, nemini prodesse uideo. Et reuera in quatuor uersibus, si quando aliquid è suo exēplari, uelut potiore citat ille plures errores in cōuertēdo admittit, quàm in integro sermone prioris editionis inueniuntur. Deinde leuissima quæq̄ & nullius momenti notat. Verum ubi nodus aliquis incidit, ibi transilit uelut angue conspecto, & nihil hic secat Tenedia ipsius bipennis. Sed huc progredi nolebam. Hoc uolebā, expetendum mihi uideri, ut & ex hispanis latina Aetij trāslatio extaret: quo sic studiosi medici uel auctā, uel decurtatā, aut etiam corruptam lectionē diuersorum græcorum exēplarium cognoscerent. Hispani suū in hac parte ducē, itemq̄; Itali suum haberent. Profectò mihi satis est, si Germanis meis mea & placent, & profunt. Iā uero eiusmodi cauillationibus nihil proficitur, & in talibus annotationibus utcunq̄ ueri inueniendi studiū preteritur, tamen hæc sunt ipsissimæ maligni ac morbidi ingenij notæ. Facile est aliorū errores indicare. Sed te ipsum inculpabilē præstes, siquid simile tentes, aut etiā in his annotandis, hic opus hic labor est. Et cognosco pennas, ex corpore commentariorum meorum medicorum, in Gale

ni uero τὸ πρῶτον libros conscriptorum, extractas, & sagittis illius adaptatas, ut uehementiore impetu in me ferrentur. Non enim non uidebam ipse quæ mihi in mea translatione displicerent. Verum ea, quia potioris aut alterius exemplaris copia deerat, interim ferri posse sperabam, donec clare à me ipso iudicarentur, id quod factum est mox in relatorum commentariorum editione, in quibus potissimos locos prioris meæ in Aetio translationis indicauit ac retractauit: Et iam amplius fiet, in huius repetitæ meæ translationis editione, quæ ad duo exemplaria præuia à me conscriptam, & ad Galeni ac Pauli lectionem collatam, in omnibus sequendam puto. Neque curandum arbitror, si alicubi aliam exemplaria, plura uel pauciora habent, aut etiam ordine immutato. Hoc enim in eiusmodi autoribus peculiari-ter contingere potest, ut certi loci ab alijs atque alijs au-geantur, aut imminuantur, dum quisque postea uel sibi approbata addit, aut superflua iudicata detrahit. Quod ipsum fortassis etiam ab ipsis iustis scriptorum autoribus aliquando fieri contingit. Hanc ipsam operam meam in urbe uestra, Viri Francforden. à me perfectam uobis inscriptam, ac dicatam esse uolui. Nam quum alias hoc inscribendi libros magnis principibus, ac urbibus munus, publice receptum sit, ego qui apud uos iam in quartum annum me dicum phisicū ago, neutiquam committere debui, ut ex scriptis meis non eximium aliquod specimen, quale sanè hoc Aetij à me latine conscripti opus esse iudico; urbi uestræ peculiariter à me destinaretur, quo uestro grauissimo iudicio approbatum, maiore gratia ac autoritate in publicum exiret. Atque haud scio an post ullas alias imperij Romanæ urbes, uestra respublica numerari debeat, tot insigni-

bus

bus ornamentis præ cæteris clara. Primum enim quid præclarior urbi alicui contingere possit, quam quod urbs uestra iam per multorum annorum successionem habet, aureæ etiam appellatæ bulle sacramento roboratæ? Quod uidelicet Romanus futurus rex in sola uestra urbe, excitis è sedibus suis Romani imperij electoribus, tanquam ad rem orbis terrarum imprimis, uelut etiam est, necessariam eligitur, proclamatur, & ex urbe orbi, Rex & imperator suus innotescit? Quod si priscos historicos omnes diligentissimos in hoc exquirendo, describendoque esse uidemus, ut regum ac magnorum principum ortus, ubicunque tandem contigerunt, tanquam locis in quibus contigerunt clarioribus in futuris, exacte prodant ac conscribant: Et hodie in annales principum referre mos est natales ipsorum locos; Quod monumentum satis amplum urbi uestræ statui potest? ad quam non unus aliquis magnus princeps, sed tam multi tot uoluentibus annorum seculis, orbis imperatores, ueri ortus sui primordia referunt, maxime qui non fortuito, ac incerta nascendi sorte ipsis contigit, uerum scriptem sacramentis adiuratis principibus, totius Germaniæ supremis, ob hoc Electoribus imperij appellatis, eius gratia cõuenientibus, & summa fide, incorruptissimis iudicij, firmissimamque autoritate, noui Regis Romani atque orbis domini futuri immo clementissimi imperatoris, ortum ac natiuitatem, hoc est electionem, orbi uniuerso salutarè pronunciantibus. At uero ut maximum est hoc urbis uestræ, uiri Francforden. decus, sic non minus ornamentum ex nobilissimo emporio uobis accedit, quod omnium totius Germaniæ emporium maximum esse constat. Possint fortassis alijs alia quædam emporia, aut ob mercium

quarundam pleniorē ubertatem, aut uiliorem amonā,
 aut perpetuum emporij statum, præferēda uideri. Verū
 ob mercium omnium æqualē apud uos copiam, mihi qui-
 dem nullum emporio uestro maius uideatur, præsertim
 quū duobus statis anni temporib. celebretur, quibus quis
 que & sua cōmode aduehere ac diuidere, & aliena cōpa-
 rare potest, nō dubito quin maiore utrinque lucro, quā
 si perpetuus emporij status apud uos extet. Quāquam si
 quis adeo extra statam duorum tēporum oportunitatē uos
 adeat, reperire itidem possit, & emptorē et uenditorem,
 quarundā mercium ab ipso expetitarum. Quanta uero
 cōmoditatis res sit, talia emporia esse ac celebrari, uel in
 de palam sit, quod egentissimi sunt populi, ad quos nihil
 peregrinarū mercium inuehitur, ut & hoc nomine insi-
 gniter celebris uestra urbs sit, quod hanc cōmoditatem
 ex se in uniuersam fermē Europā deriuat. Atque sint hæc
 quidē præcipua duo uestre urbis præconia. Mibi uero ne
 que hoc leuiter ad laudē uestram pertinere uideatur, quod
 mechanicarum artium opifices per omnē Germaniam,
 morum, consuetudinum & rituum, unicuique arti pecu-
 liarū præscripta ac rationes, ex uestra repub. uelut opti-
 me instituta, aut primum petunt, aut si prius habent, ex
 uestris emandant ac confirmant. Quid uero an non præ-
 dicandum uel imprimis erat? quod artis gladiatorie
 apud Græcos ac Romanos olim celeberrimæ, hodie uero
 ubique exoletæ ac interceptæ, nulla totius orbis parte, tã
 insignia uestigia restant. Quum enim gymnastices par-
 tes pleræq; omnes hodie sublatae sint. Nam neque in usu
 sunt tam frequentia & priscis adeo quotidiana balnea.
 Neque defrictiones ex oleo quotidianas, aut ulla ali-
 quas,

quas, ualetudinis cōseruande gratia, hodie corporibus
 adhibemus. Et palaestra ferē tota intercidit, ut etiã strig-
 mentorum ex balneis, & palaestra ueteribus Medicis pe-
 titorum, æque materia atque usu careamus: gladiatoria
 ars apud uos non tantum præclaræ exercetur, sed eam
 exercentibus etiam præmia constituta sunt, & in ea præ-
 cellentes gladiatorie artis magistri publicè creantur.
 At uero quā utiles res sit humanis corporibus, immo
 etiam animis, gymnastice, cuius pars est & ipsa gladia-
 toria, uel maxime ab ipso omnium studiorum doctissimo
 Galeno, in libris salubrium, siue de sanitatis tutela decla-
 ratur. Quin idem ad Trasilulum scribēs dubitare audeat,
 num ad medicinā, aut gymnasticen pertineat sanitatis
 tutela. Intantū uidelicet cōmodat apta corporū exercita-
 tio, ut nō minima pars artis tutelaris sanitatis ipsa gym-
 nastice existat. Atque hoc sanē modo, idē fuerit optimus
 medicus, qui optimus corporis exercitator, ad sanitatem
 uidelicet cōseruandam, quem græci significantissime, nō
 medicum, sed ὕμειον, hoc est sanitatis tutorem appel-
 lant. Quare minus mirum mihi uideatur, fuisse semper, et
 esse adhuc honoratissimam apud uos artē medicam cu-
 ratiuam, quā uideam etiã superesse apud uos ferē solos,
 aut certe, non alios quā qui à uobis transsumpserunt,
 artē medicam sanitatis tutelarem. Hæc. n. duæ maxime ac
 principalissimæ, sunt partes medicine, quarum alte-
 ra ὕμειον, altera ἰατρικὴ καὶ ἰατρικὴ καὶ ἰατρικὴ καὶ ἰατρικὴ
 appellatur. Quāquam autem in hoc diligentia uestra omnibus ad-
 mirationi sit, ut bonos apud uos Medicos semper habea-
 tis, tamen nescio quo malo fato id fiat, ut uulgus æque
 apud uos, uelut nunc ubique gentium, fermē pessimos
 sequatur,

sequatur, hoc est ut ego puto sui simillimos. An autē hoc ex reipub. utilitate sit, indiscriminatim quosuis ad medicinā publice exercendā admittere, id quod apud uos uelut in libera urbe, omnib. liberum est, ampliore consideratione opus habet. Illud certe magna laude præ omnibus Germaniæ urbibus facitis, quod tot medicos, quod nulla alia, publico salario alitis. Par est, aut etiam amplius, studium uestrum in conseruandis bonarum literarum ac artium studijs, Nec desunt uobis præceptores, uel maximis scholis pares. Quin & celeberrimos multos reipu. uestra habet Iuriconsultos, quib. omnibus tum in iure dicendo, tum etiam priuatim quibusuis ad consulendū, publicis cōstitutis stipendijs utimini. Quod uero maximū est, pietatis studia, & renascētem ueræ Christianæ religionis cultum, tanta prouehitis moderatione, ut etiam ipsis ueræ pietatis aduersarijs admirationi sitis, dum uident ac audiunt populum à uerbi ministris ac doctoribus placate edoceri, & sedatis animis populum de sacris cōcionibus, ad suas functiones obeundas abire, & à neutra parte tumultus cieri. Quæ res summam magistratus prudentiam declarat. Vulgo dicitur, qualis princeps, talis populus. Sed egregie dixit poeta ille. Mobile mutatur semper cum principe uulgus. Quare amplissimi senatus in aginem, uel in ipso populo spectare apud uos licet. Sed heu cladē ingentem illam, ex quo magno illo reipu. uestræ principe orbati estis PHILIPPO Forstenbergero, in omnibus bonis studijs, ac uirtuosis actionibus uiro admirando. Cuius ego priuatus priuatim et amore, & admiratione, adhuc ita afficior, ut eius sine suspirijs nunquam, sepiissime etiam lachrymis obortis, mentionē facere possim. Quan

to magis putandum est uos uestrū uulnus sentire, à quorum corpore ille resectus est. Erat uir eius ætatis ut recte immatura morte ereptus dici possit, sexagenario propior quā quinquagenario. Sed corpus uegetū aderat, ac animus uniuersus, ingenium acre, iudicium exactum, mores mansueti, sermo suauis. Et in summa natura ad beneficiendum omnibus, neminem lædendum nata, quod quorarius est, eo maiorem laudem in magistratu meretur. Vtranque insuper callebat linguā, græcam supra medium critatem, latinam ut cū magnis professoribus certare potuisset, quod aliquod ipsius ad me scriptæ epistolæ testatur. Et quum tota uestra respu. ex eo penderet, & perpetuis senatus curis grauaretur, tamen quantum succisui teporis suffurari poterat, id totum conuertebat ad optimorum autorū lectionem. Et hoc tēpore præter reliqua, totum Homerū græcum perlegendū ac conferendum suscepit. Hæc facientem superioris ætatis inauditus Germanis æstus corripuit, & ardentissima febris abripuit, quā eodē tempore in me seuientē summa difficultate ego uix à me reieci. At siue bonorum usum nobis non fauent inuida fata, uelut poetis quibusdam placuit, siue ostendit deus magis quā tradit optimarum rerum fruitionē: profecto uestrum luctum, priuatus meus dolor proferre cogit, quo optimi ac sapientissimi uiri obitus reuera reipu. uestræ immaturus, à me publice deplangeretur. Videor tamen mihi aliquanto leuius ferre illius ad meliorem uitā translationem, quum considero qualia reipub. decora post se reliquit, generos suos, uirum omnib. bonis studijs fouēdis ac prouehēdis natum, Iustinianū ab Holtzhufen. Et soceri nestigij innitentes, ex ueteri familia ad iuue-

nes appellata, Orthonem ac Danielelem. Nec desunt alij egregij uobis uiri, qui certatim conentur, ut sincera pietas uigeat, & literarum ac bonorum studiorum honos perstet ac conseruetur. Sed quorsum tandem hæc omnia? Nimirum quum in urbe uestra uiuio tot insignibus decoris celebri, ut uidear uirtutis uestræ aliquam rationem habuisse, dum & grauissimis iudicijs uestris approbatã hanc operam meam uideri uolo, & uicissim meam erga uos uoluntatem declarare cupio: quo utraque re cognita, studiosi rerum medicarum hoc Aetij opus à me latine cõscriptum, alacrius excipiant, auidius perlegant, studiosius sequantur, & medicãdo de humano genere bene mereantur. Quod ubi continget, non dubito quia intelligent hoc uestrum uiri Francforden. beneficium esse, quod tantum autorem insignem medicum, in publicum usum editum habent. Crede mihi quisquis es rerum medicarũ studiose, si totum Galenum contractum, si totum Oribasium explicatum, si Paulum ampliatum, si omnes ueterum speciales, tum per pharmaca, tum per chirurgiam aggressiones, ad omnes affectiones, in summa habere uoles, Aetium habes unde totum hoc petere, ac ferre potes. Neque refert an sit Aetius ille Hæresiarcha, aut alius quispiam Amidenus Opsicij comes, uelut quædam exemplaria præscriptum habent. Certè Aetium hæresiarcham uarijs artibus instructum fuisse, & philosophicis Aristotelicis ratiocinationibus ingenium exercitatum habuisse, D. Epiphanius abunde declarat, in opere cõtra Octoaginta hæreses, quod item recens in latinam linguam transtulimus, ut fieri potuerit, eum etiam medicinam tractasse. Nam quod comitis dignitas recentior sit, quàm in Actio hæresiar-

hæresiarche competat, penitus falsum est. Habet. n. iam citatus à me D. Epiphanius, comitum appellationem ac dignitatem sub ipso Constantino Magno receptam. Et Iosephum quendam è Iudæo Christianum factum, ea dignitate à Constantino Magnodonatum tradit. Potuit igitur fieri, ut aurifaber usque ad perfectã ætatem Aetius, & postea ad Aristotelicæ philosophiæ studia progressus, & deinceps à Georgio Alexandrino diaconus constitutus, tandem per principem aliquem, Opsicij comes factus sit, & ut uir philosophiæ doctus, hoc opus ex ueteribus Medicis collegerit. Sed nihil pronuncio, neque quicquam refert. Cæterum quod ad operis totius diuisionem attinet, manu scriptum exëplar meum habuit τετραβιβλος inscriptionem, ante aliquot sermones partiales. Uelut uerbi causa ante nouum sermonem, Αρχι τῶ Δ. Λόγου Αέτις, πρῶτου τῆς τρίτης τετραβιβλος. Et ante sermonem XIII. Αρχι τῶ Ιγ. Λόγου Αέτις, πρῶτου τῆς τετάρτης τετραβιβλος. Quam rationem sequutus, totum opus, in quatuor tetrabiblos, hoc est quatuor niones uniuersales, singulos quatuor sermones siue libros partiales continentes distinxit, uelut autorẽ ipsum ab initio fecisse apparet. Porro quod superest precor, ut & uobis uiri Francforden. ex huius operis editione merita gloria, & studiosis lectionis ac imitationis fructus cõtingat. Mihi satis est, si in huius dramatis actu non penitus (quæ quorundam malignorum ingeniorum improbitas est) fuero ex scena ac theatro explosus. Valete.

Francfordie, calend. Nouembribus, Anno

Christi. M D XLI.

CLARIS.

CLARISSIMO ATQUE PRVDEN-
tissimo uiro, Domino Hieronymo Montuo,
Christianissimi Galliarum Regis Henrici
secundi, medico eruditissimo & ac-
ceptissimo, Hugo Solerius
medicus. S. P. D.



MEDICINAM à ueteribus Græcis copio-
sissime traditam atque illustratam fuisse, nor-
unt omnes; à Græcis manasse in Arabas, qui po-
stremam eius partem, ut diligenter exco-
luerunt sic, neglectis Græcorum remediis
aliisq; mitioribus inuentis, nouas sibi medi-
caminum formulas condiderunt: quorum
usum posterior ætas retinuit, approbavit, & nonnulla inuenit:
quibusq; penè dixerim, solis contenta fuisse, & adhuc nunc esse ut
detur. Cumq; sic ferente rerum omnium insigni uicissitudine, ab
annis, plus minus, quinquaginta priorem suam maiestatem resu-
mere, ac ueterem cultum induere cœperit: tantosq; sibi neruos
ac robur nostro æuo compararit, ut nullo tempore celebrior ma-
gisq; culta fuisse uideri possit: mirum profecto nulli non esse de-
bet, cur Græcorum remediiorum usus, penè solus, reparata medi-
cinæ antiquioris maiestate, tanquam despiciatus & inutilis exo-
leuerit. Quod cum ego diligentius perpenderem, ac sedulo con-
templarer, duas causas præcipuas fuisse conperio: inueteratum
ac contumacem usum alteram: alterâ simplicium crassam ac pu-
dendam ignorationem: è quibus ille meticulosos minusq; auden-
tes (nullo rerû habito discrimine) & antiquitatis studiosos; hæc
negligentes laborumq; ac disciplinarum contemptores homines
facit. Huius itaque calamitatis ego atque indignitatis sedulus
estimato, cum exploratum haberè hunc uetusitæ dignitatis ne-
glectum, aut dissimulari omnino, aut à plurimis saltem fieri
minimi; cœpi cogitare, num arte quadam ac uicæ certitudine
ferri posset, ut cuius medicinæ studio indicare nõ esset difficile,
an. s. ueterum Græcorum formulæ in usum (si id exigeret neces-
sitas) uocari possent; aut omnino, ob simplicium tum inopiam,
tum ignorationem negligentiæ ueniret. Eam igitur ob causam
consilii

consilii mei fuit, quædam è Græcis autoribus deligere, qui mor-
bos omnis generis, à summo capitis uertice usq; ad calcem, suis
set accuratissime, iuxta ueterum normam ac traditionem, com-
plexus; eumq; si id quidem fieri posset, tam diligenter illustrare,
& modis omnibus ornare, ut hac ratione præcæ medicinæ auto-
ritas illucesceret, & antiqua claritudine ac celebritate tandem
donaretur. Ex iis itaq; unus Aëtius dignior mihi usui: est, qui re-
liqui omnibus, (iuniores dico) hac in parte anteponi iure opti-
mo debuerit. is siquidem medicinam omnem ita ex ueterum li-
bris in unum uelut corpus ac uolumen contraxit: suosq; singula
loco tam appositè collocauit & accuratè distinxit, ut in gentia
Galeni & aliorum uolumina hoc quasi breuiario comprehensa.
& disertissime explicata uideantur. Quam ob rem, ut huic tã fu-
nestæ ac deplorandæ calamitati tãdem pro uiribus reluctarer,
& inducãta rebus ipsis noua luce, depulsaq; ignorantia caliginem,
uiam quandam ad simplicia, tum nobilitiora, tum cognita (si abste-
nerem: è mei instituti dignitate, rei; publicæ literariæ utilita-
te esse putauit, breues, ac, quantum per maximam diligentiam li-
ceret, perspicuas in singula simplicium eius capita adnotatum
culas (& eas quidem Græcis, Latinis, officinarum ac herbario-
rum, Italicis, Gallicis, Delphinaticis, ac nostratium uulgatis no-
menclationibus; nec non scli natalitii plantarum inuentu diffi-
cilium indicatione, illustrat) conscribere: quarum ope ac familia-
ritate nouus lector aditus, caligine in expendendis & ad uir-
tutem diiudicandis præcorum remediis, posthac desineret, & quasi ma-
nu ad grauiorum τὸν ὕπερθε τῶν ἀπὸ τοῦ ἀυτοῦ, autorum duce-
retur. In quibus si quid minus tersum, minus elegans, minus eru-
ditum, minusq; comptum à zolis alieniq; cum laboris, tum in-
dustriae sapidis uellicatoribus iudicatum fuerit, curatum tamen
religiosissime est, ne diligentia ac fides alicubi nobis deesset. Quæ
propter admonitos uelim exactiores istos, seueriorisq; notæ cen-
sures, ut terq; quaterq; nostra scripta sedulo prius expendant, &
de re, fortasse illis parum exactè cognita, temerariam sententiã
ferre. Accedit tum ex Galeno Aëtioq; tum aliis non postremæ
classis ac nominis autoribus, ea nos simplicia adnotasse, ac, quasi
digito, cõmonstrasse, quæ ueterum quorundam inopiam seruet-
rent, & eorum loco in usum medicum admitterentur. Ceterû,
ut in pauca tandem rem omnem contraham, nullis laboribus,
nullis uigiliis, nulli denique rei familiaris iacturæ, cum incõqu-
rendis

HVGONIS SOLERII MEDICI IN II. PRIORES AETII LIBROS

SCHOLIA.

ἄβροτονον, Abrotonum.



Brotonum Græcis iuxta ac Latinis idem nomen seruat. Duum est generum: mas & foemina, mas officinis nomen retinet: Gallis au rone, aut de la garde robbe: Italis, abrotono & ueronica: Delphinatibus, de la gabioulse: nostratibus belambroyis: foemina uero Gal-
lis, Delphinatibus, & nostris, du cypres: Ita-
lis cipresso & fantolina nominatur: officinis crispula.

ἄνθη, Vitex.

Ἄνθη Græcis, Latinis uitex: officinis copulata tum Græca, tum Latina uoce, agnus castus dicitur: Italis agno casto: Delphinatibus, nostratibus, & Aquitanis pebrier, q̄ eius semen piperis modo acre fit, appellatur. Duo uiticis genera: altera ex pura, candicantibus floribus, quæ & notior: purpureis altera, eaq; minus nota.

ἄγρωσις, Gramen.

Ἄγρωσις Græcis, gramen Latinis nominatur. Officinæ, Delphinates, nostrates & Aquitani Latinum nomē retinuerunt. Galli autem eam herbam, dent a chien. Itali gramina uocitant. Duorum est generum, uulgare & parnasium. Quod pro parnasio uulgo monstratur, plerisq; Fuchsi centum morbia putatur, & similius ueri est, parnasium gramen hisce orbis tractibus ignotum esse.

ἄγκυρα, Anchusa.

Ἄγκυρα Græcis: anchusa Latinis. Multa anchusarum genera: Onochelos Gallis orcanete. Lycopis officinarum cynoglossum cenferi potest, & Gallorum bage, reliquæ species notæ sunt, & ex delineationibus petendæ.

ἄγαρικόν, Agaricum.

Idem nomen Græcis, Latinis, & officinis habet. Galli, Delphinates, & nostrates de l'agatic, Itali agarico appellat. duo eius genera, mas, foemina, uulgaris tamen ambo notitæ.

rendis ac peruestigandis simplicibus, tum in hisce conscribendis & solertiore cura elimandis scholiis, pepercimus, quod uos Philoxari & promoueretur, facilioraq; omnia ac expedita magis haberet. Vnde, opinor, erit, quod medicina studiosa iuuetus eruditus enim & grauibis uiris hæc non scribuntur) nobis pro tot susceptis laboribus, cum se mirum in modum adiutam senserit, aliquam se gratiam debere ingenuè fateatur: cum nimirum multa nostris hisce (absit interim uerbo temeritas) scholiis luculenter ac dilucidè explicentur, quæ è recentioribus nemo adhuc satis disertè ac pro dignitate monumentis literarum mandauit. Quamobrem cum tam multorum hominum iudicia mihi sustinenda uiderem: puderetq; tam multos, tamq; uiriles & publicæ rei minimè ob futuros labores. prius quàm in aliquod discrimen uentum esset, suppressimè: anceps quid agendum esset, tantisper animo fui. dum, superata omni suspitione, deuoratoq; inani metu, satius fore duxi, aliquid studioso homine dignum, etiam cum periculo, audere, quàm domi, sine fruge ac laude, segnter delitescere. In lucem igitur, quanquàm incipit, marte, prodire statui: tibiq; idcirco, doctissime Hieronyme, has nostrarum luscubrationum primitias consecrandas existimaui, quod his regionibus nemo hoc, exiguò quidem, at non usquequaque contemnendo, munusculo, dignior te uno usus fuerit: tum, q̄ tutandis, & assugillatorum grumitu uendicandis nobis, aptior, uigilantior, desertior, doctiorq; quisquam, uix in orbe Christiano, nedi hic, etiam graui doctorum testimonio, inueniri queat. Cæterum quem, obsecro, magis decent celebrari medicorum congressus, studiosorum medicinæ fauor, quàm eum qui doctissimus medicus fit: suaq; apud reges ac principes autoritate plurimum possit: & ad studiosos omnes promouendos, officiosissimus ac natura perspicacissimus iudicetur: quiq; uanos lacepsentium insultus compefcere, clauumq; clauo, si opus fit, retundere diligentissimè noerit? Accipe igitur fronte serena benignoq; uultu tenelli huius nostri partus, ac primogeniti opusculi patrociniū. Is enim, quanquàm uiribus adhuc, ob ætatem & exiguam corporis molem, imbecillis uideatur: quocunq; tamen ire perrexeris, dum modò benignam adiutricemq; manum non deneges, satis (quæ est ἡρόδωτος πωδ' ἰσ ανμοσιτας) expeditè sequetur. Vale.

Lugduni, Calendis Maii.

M D X L I X.

ἀγύρατον, *Ageratum.*

Græcis & Latinis idem nomen seruat: officinis & uulgo igno-
rum: Italiae anonyino. nostræ tamen officinæ herbam sanctæ
Mariæ nominant. Nam in nostra prouincia quasi ubiq; luxu-
riat: sed præcipue non procul ab Aquis sextiis in uuidis & ar-
gillofis locis,

ἀδίατον, *Adiantum.*

Duo adianti genera: πολύτριχον, quod Theophrasto adiantum
album: Gazæ Theophrasti interpreti, & officinis capillus Ve-
neris, Italis capel uenere. τριχοκαρίς, quod in duo genera di-
stribuitur. Siquidem alterum Theophrasto adiantum nigrum,
uulgo autem & officinis falso polytrichū nominatur: alterū
uero foliis filici effigie proximis, & uulgo simpliciter adiantū
nominari solet. Ad quartum adianti genus saluiam cognomē
to uitam referri quidam autumant: quidam Dioscoridis em-
petrum uolunt. ut tamen res habeat, constat eam multarum
ac magnarum uirium esse, ut in nostra simpliciū historia, deo
bene nostris ceptis fauente, dicitur.

ἀειώων, *Aeyoon.*

Aειώων, tum apud Græcos, tum apud Latinos dicitur. et si La-
tini id quoq; sedum uocent. Multa eius statuuntur genera. ma-
ius quod officinis semper uiua, nostris semper uiue: Gallis iou
barbe: Italis sempre uiuo. minus Gallis de la trippe madame:
nostratibus cacachet, Italis nunc uermicularia, nunc herba
grassa, nunc granellosa, nominatur. Ad tertium genus referri
potest officinarum uermicularis.

ἀγύλωψ, *Aegylops.*

Syluestris auena est, nostrisq; sinado fero, Italis squala, nomi-
natur.

ἀρα, *Lolium.*

Officinis nomen retinet, loglio & giolio Tuscis, aliis orzo di to-
pi dicitur. Galli autem iuree, q̄ se comedentes uelut inebriet:
nostrates, uero iueil, nominant. uulgaris est apud omnes no-
titia.

ἀγερθ, *Populus nigra.*

Latinum nomē officinis retinet: Gallis peuplier: Italis oppi: Lo-
gobardis pioppe: Delphinatibus un piouo: nostratibus pibou
lo, quasi populus, dici solet. uulgo nota arbor est.

ἀκανία, *Acacia.*

Veram acaciam desiderat Europa: atq; idcirco eā nunc ex pru-

no syluestri colligunt officinæ.

ἀκαλίφη ή κιάδης, *Urtica.*

Daum est urtica generum: syluestris, quæ Gallis ortie griechē,
aut græche: Tuscis ortica saluatica: nostratibus ortigo barba-
rano, id est barbara ac syluestris: altera mitior, nomenq; citra
adiunctionem seruat. Officinæ Latinum nomen tetinuerunt.
Ambæ notæ sunt.

ἀκανθα, *Acantha.*

Officinarū est branca ursina: Itolorum brāca orfina. in locis ma-
ritimis copiosissima, ut & in Gallia, prouenit. Delphinatibus
inuentu rara, apud quos nusquam, nisi in ortis qbuidā uisitur.

ἀκανθα λευκή, *Spina alba.*

Existimatur a multis, etiam uiris doctis, ea esse herba, quam offi-
cinæ carduum beatæ Mariæ nominant: quæ, inq; ubiq; circa
urbium fossas ac rudera pinguibus locis adolefcit, affatimq;
luxuriat: foliis amplis, candidantibus maculis conspersis, cau-
le breui. Dioscoridis autem spina alba foliis constat, q̄ albus
chamæleon, angustioribus, caule procerō, capite oblongo, echi-
nato, & in montibus prouenit. Quæ rationes satis conuincunt,
uulgatum officinarum carduum Mariæ (qui Italis cardo di
santa maria, & herba del latte, a lacteis maculis, nominatur)
spinam Dioscoridis albam non esse. Vidi ego in montibus
Delphinatus & in ipsis alpiibus, locis asperis, cardui genus,
qui Dioscoridæ albæ spinæ imaginem prorsus referret. Fo-
lia enim angusta erant, candida, profundis diuisuris incisa, spi-
nosa. Caulis cubito longior, molli incanaq; lanugine intectus,
intus cauus, supremo quasi loco ramosus: caput echinatum,
spinis ualde horridum, oblongum, cui gallinacei magnitudi-
ne: flores, ut plurimum, candidi, nonnunquam purpurei. Ra-
dix digitalis crasitudinis, longa, foris ex flauo pallida, intus
candida, gustus non insuauis, tantillum tamen adstringentis.
Semen, quia nondum maturum tum esset, non obseruauit. Ex
quibus notis certum est, eam plantam, ad spinam albam plu-
rimum accedere: non tamen ausim affirmare, donec res explo-
rator mihi fuerit.

ἀκανθα αἴγυπτια, *Acantha Aegyptia.*

His regionibus desideratur, Aegypto nimirum & Asiæ familia-
ris: Arabibus suchaa.

ἀκορον, *Acorum.*

Ad ueterum acorum reuocant ex doctis quamplurimi galan-

gam minorem officinarum: Alii contra, non galangam (quæ illis cyperus Babylonicus est) sed officinarum calamum aromaticum, ueterum acorum esse, multis ac ualidis argumentis affirmant, adeo ut hæc sententiarum uarietas difficultate minime careat. Verum si gustum saporum (ut oculus est colorum, & reliquæ formæ) certissimum iudicem, consulamus, dubium non est, quin officinarum calamum aromaticum, ueterum acorum esse existimemus. Is siquidem non calamus est, sed radix candicans, odorata, plena, geniculis multis interceppta, gustus acris, admixta (id quod Galenus libr. 6. simpl. in uero acoro requirit) iatilla amaritudine. Galaga aut minor quæ si rubra spectatur, gustu, quæ sit aromaticus calamus officinarum, acriore, citra amaritudinem, geniculis uidua. Quæ omnia conuincunt, non galangam quidem, sed calamum aromaticum officinarum, esse ueterum acorum. Accedit calamum ex Liguria Ponti regione, non procul a Galatia, afferri, barbarorumque lingua tartarichi zeli, id est, tartaricam herbam uocari, galanga uero non ex Ponto, sed ex Syria Alexandria, Alexandria Venetias, Genuam ac Mesopotamiam ad nos importari. Pro streto conspici nonnunquam apud solidarios, calamum cum siccis foliis, quæ iridis foliis omnino respondeant. E quibus colligere non sit difficile, calamum aromaticum officinarum esse ueterum acorum, ueterum autem calamum aromaticum adhuc ignorari (quod ex India ad nos non adferatur) eiusque loco sphagnum, id est, arborum muscum, ex Galeni Paulique succidaneis, posse substitui. Plura de acoro & calamo odorato lege apud Petrum Andream Matthiolum uirum apprime eruditum, suis in Dioscoridem commentariis. Habent officinæ suum acorum a ueterum acoro uiribus longe dissimile, radicibus purpureis, intortis, nodosis, gustu, sine angustiore, ualde adstringenti, caule & folio iridis, sed folio angustiore, flore luteo, florere incunte æstate. Nascentur ubique a quosis locis, & Gallis siabæ bastarde, & glaiuel d'cauc, nostris blaniou iaulne, quasi gladiolus luteus, nominatur.

ἀκόνιτον, Aconitum.

Ἀκόνιτον Græcis, Aconitum Latinis. Duo sunt præcipua aconiti summa fastigia. Pardalianches, quod quorundam opinione, officinis uua uersa nominatur. Id uulgo anonymum est: heremitus tamen syluæ Gallicæ quæ de liury nuncupatur, nec procul a Lutetia Parthistorum uersus orientem solem est, la-

ethryma Iob dici solet. Alterum est lycostonon, a perimendis lupis sic nominatum. Huius tria extant genera, duo ad luporum & aliarum ferarum uenationes nata, tertium, quo ad purgationes, uomitu & deiectione molliendas, utuntur alpium rustici. Ea ipsa species eorum lingua nunc antonno, nunc antolo dicitur: Lyguribus autem & rusticis terræ cognomento nouæ (quæ agrum Delphinat. cum & Pedemontanum interiacet, & usque ad mediterraneum mare, inter nostram provinciam & Lyguriam protenditur) anchoro, & practicis nonnullis anthora nominatur. Illi folia insunt platano similia, minora tamen, nigriora, profunde per ambitum incisa, caulis palmum aut cubitum altus, radices geminæ, oblongæ, utrinque obtusæ & continuæ magnitudinis, id est, in neutra parte aut maiores aut minores: foris ex fusco colore subflauæ, intus candidæ, ubi siccata fuerint, fractu satis difficiles, friabiles tamen. Vtriuslibet radicis ad fabæ magnitudinem in usculo aut uino derafam propriam, ad largas duriorum corporum persuperna & inferna purgationes. Debilioribus autem pro uirium ratione exhiberi a iam commemoratis rusticis, scimus. Secundum lycostoni genus herbariis itidem anthora: Lyguribus anthora & thoro: alpinis Delphinatibus de la thoro nominatur. Hoc radices quoque geminas, uerum unam ex altera appendicis modo nascentem habet, ima parte ualde acutas, superne crassas, quatuor circiter digitos longas, foris nigras, intus exterreo cineritias, napi modo turbinatas, eique effigie simillimas, ac toto bulbo atris fermeque capillaribus radiculis uestitas. Caulis uero bicubitalis, folia platani, subcabra, frequentibus ac profundis diuisuris incisa, nigricantia. Flores ex purpura cæruleus, lamii floribus haud absimilis. Semen in triangularibus tricuspilibusque siliqualis exiguum, cnico quadantenus proximum, sed multo minus, uermiculorum exemplo rugosum, ima parte sessile, altera acutum. Hanc lycostoni speciem esse officinarum napellum (ob extimiam similitudinem, quam eius radices cum napa habere, uel aspectu iudice, deprehenduntur) existimare quis possit: quanquam ex Auicenna, intra terram, iuxta napellum talpam in ueniri, eius radicibus uisitantem, quidam existimant, sequi uis disse affirmant: id quod ego, fateor, non tam curiose obseruauit (ceteri reliqua omnia in defosis & euulsis plantis sæpissime fuerim in alpiibus ad unguem contemplatus) ut musculum illi inuenerim, Quartum aconitum, quod & ipsum lycostoni quo-

que tertia species est, vitigineis uel plataninis constat foliis, minus profunde, quam aliorum sint folia, incisus, sup pallidis: flore ex luteo pallido, secundi lycoctoni flori (ut semē triangularibus siliquulis contentum) effigie profus æmulo . Radice longa, crassa, multos in ramos siue appendices inter se complicatas, ducta ab aliorū radicibus ualde dissimili, ut quæ nullo pacto bulbi imaginem referat. Omnes tamen, & præcipue duæ lycoctoni posteriores, species gustus horrendi, supraq; modū abominabilis. Hæc postrema est herbariorum luparia, uenatoribus haudquaquam ignota: uulgo Delphinatum nota quidem, sed tamen anonyma: Italis autem luparia, & herba de la uolpe. Florent omnes mense Iunio & Iulii initio. Semē maturefcit circa finem Septembris. Prima species in syluis ubiq; prouenit. Reliquæ montibus altis delectantur, & in umbrosis apricisq; nasci gaudent. Hæc tam multa de aconito literis mandanda duximus, non ut plantam alioqui uenenosam, & maxima religione uitandam (præter primam lycoctoni speciem antheram uere distam, quæ usurpari a doctis & prudentibus adhibito iudicio potest omnibus cognobilem reddere: sed ut, historia accurate distincta, studiosum lectorem admoneremus, ne posthac sibi, ab imperitis quibusdam tum herbariis, tum pharmacopæis, temerario nimis ausu, lycoctoni secundi generis radices, nigri ellebori radicem (quibus nulla ex parte respondent) uice, in usum medicum uocantibus, imponi, suo dedecore, & mortalium irreparabili damno, sineret.

ἄκτι, Sambucus: χαμοαίκτη, Ebulum.

Ἄκτι Græcis: sâbucus Latinis. Duo eius genera: maior quæ ἄκτι & minor, qui χαμοαίκτη Græcis nominatur. Maioris duæ nobis cognitæ sunt species: uulgata ac omnibus nota, quam fœminam appellauimus: & alia in excelsis frigidisq; montibus nascens, omnibus herbariæ rei scriptoribus indicta, & paucis medicis cognita, quam certioris discriminis gratiam, maris titulo insigniuimus. Uulgatior maioris sambucis species officinis omnibus Latinum nomē seruat: Gallis du sus: Italis sambuco: Delphinatibus, ut & sambucus mas, du sus, aut fur: nostratibus sambuc aut sambucquier & famicquier dicitur. Ebuli nomen tū Latinis, tū officinis est commune: Galli uero yeblic. Delphinates & nostrates ougat, Itali ebulo appellant.

ἄλιμον, Halimum.

Inter doctos ambigitur quid sit. Existimant quidam esse Gallo- rum blanche putain, quam nostrates ratine, & Delphinates ta- roulter appellant. Verum descriptio illi parum cōuenit, ut tu- rius inter adhuc ignotas plantas sit reponendum.

ἄλοη, Aloë.

Visitur herba apud Gallias eo aliunde importata, uulgoq; du- perroquet, ab insigni uirores Italis, ut & succus, aloë appella- tur, Succus ipsius, herbæ nomen retinet.

ἄλυσσον, Alyssum.

Sicut auctori ex aliorum sententia placet, syderitis heraclea est, multorum peritiam haudquaquam effugit. Quorundam opi- nione ad alyssum referri potest uulgaris cauda uulpina. Nos aut alyssum relegandum existimamus inter ignotas nostro re- uo plantas: quoniam spes est maxima excitatum iri præclara inge- nia, quæ in illius & aliorum, quæ adhuc latent, peruestigatio- nem pertinacissime incumbant, ac tandem multa tum diffi- cilia, tum ignota, uulgatissima, mortalium omnium bono, uel maximo, sint redditura.

ἄλσινη, Alfine.

Ἄλσινη Græcis: alfine, & auricula muris tum Latinis, tum offi- cinis dicitur: Gallis autem, Delphinatibus & nostratibus du- morron: Tuscis centeno appellatur.

ἀμαράκων, Amaramum.

Amaracum auctori & Galeno idem est cum Dioscoridis parthe- nio: qui parthenium ipsum amaracum uocari a nonnullis, quæ admodum sampsychum a Cizicenis & Siculis amaracū quo- que nominari, commemorat. Magna est doctorum in amara- co, quod est Dioscoridis parthenium, controuersia. Quidam officinarum matricariam esse uolunt: alii cotulam foetidam, quæ Tuscis cota, Ferrariensibus brusciaculo, nostris, & tractis ta- tum duobus de ueteri nomēclatione elementis, amaron nomi- natur. Matricaria autem officinarum Italis amarelle, Gallis anonyma, Delphinatibus de blancheto, nostris Pherbo de no- stro damo uocatur: ut hinc manifestum liceat agnoscere inter illos discrimen. Verum si Dioscorides recte consulatur, par- thenii delineamenta cotulæ foetidæ multo magis fauebunt, quam matricariæ: nam dodrantalis aut pedalis herba est (ma- tricaria plerunq; bicubitalis) foliis coriandrinis, non (ut qui- dam peruerse calumniantur) sceniculaceis (matricaria multo amplioribus) odore graui ac tetro (matricaria non itē) sapore

amaro, matricariæ communi, ut flos intus melinus, per ambrosium albus. Accedit cotulam foetidam adhuc a nostrate plebe, amaro nominari. Quæ omnia efficiunt, ut ipse cotulæ foetidam, nostris amaron dictam, uerum Dioscoridis partheniū esse existimen. Suum tamen, aliter cogitandi, iudicium cuius liberum relinqui uolo.

ἀμβροσία, Ambrosia.

Ignota herba est, quam immerito apud Gallias herbam quandam pro ambrosia ostentent, cui sane tam cōuenit descriptio, quæ ruta similis est quercui.

ἀμι, Ami.

Latini & officinæ omnes Græcam nomenclationē retinuerūt, Lutetiæ notissima ac uulgatissima planta, adeo ut uulgo ami uocari iam cœperit, hic tamen & apud nostrates, quamquam inuentu non difficilis, pharmacopolarum tamen desidia, crassæ ignorantiae magistra, ignota delitescit, etsi quotidie illius semen in usum medicum uocent. Quidam uolunt igno tam plantam esse.

ἀμαράνθος, Amaranthum.

Autor Galenum secutus amaranthi nomine eius plantæ uires exprimit, quam Dioscorides elichryson appellat, quamq; officinæ omnes stœchadem citrinum nominant. Delphinatibus ioye dieu appellatione notissimum. Est & aliud amaranthū flore purpureo, quod uulgo Gallorū, Delphinatiū, & nostratium passe ueloux, appellat: Itali autem flore uelluto.

ἀμόργη, Amurca.

Amurca sex est olei oliuarum, quæ in fundo uasorum residet, nostris crappe d'huyle, Italis morca & morchia uocatur.

ἀμπέλπρασον, Ampeloprassum.

Latini Græcam nomenclationem in usum suum uerterunt. Sic dictum est, quod uitium familiaritate oblectetur. Largus siquidē est illius in uineis prouentus, atq; ob id porrum uineale, cepa canina ab ipso uulgo, Tuscis autem porandello dicitur.

ἀμπέλθραση, Ampelos, seu, Vitis alba.

Officinarum bryonia est, quæ præsertim apud Delphinates, pendendo errore uitem syluestrem (quam Galli uiorne, nostrates autem redorto, quasi retorta, quæ arboribus uehementer impliçetur, nominant) uitis albæ appellatione accipiunt. Galli uitem albam colouree, nostrates cocordier de serpent: Itali uero zucca saluatica uocitant. Ad uitem nigram referri conten-

dunt, alii flammulam, sed falso, quæ ea clematidis latera species sit, alii sigillum beatæ mariæ, cuius delineatio illi non illepidè quadrat, quorum certe sententia nobis denec melior in mediū adducta fuerit, probatur. Italis uitis nigra tamaro dici solet.

ἀμυγδαλα, Amygdala.

Græci, Latini ac officinæ idem nomen usurpant. Duum præcipue sunt generum, dulcia, & amara. Ex dulcibus quædam molli fragiliq; cortice integuntur, ac ob id nostratibus Græcum idioma sequitis abalanos, quasi ἀβόλαμα, id est, cortice glâdis destituta, & Delphinatibus metathesi syllabarum salauanes dicta fuerunt. Quædam internum corticem duriozem habent, & absolute communi nomine insigniuntur. Gallis enim ac Delphinatibus amendres, Italis mandole, nostris at amendos & amelos dicuntur.

ἀμμωνιακόν, Ammoniacum.

Officinis Græcas uoces ignorantia partim, partim desidia adulterantibus, ammoniacum dicitur.

ἀμόμον, Amomum.

Desyderatur uerum amomum.

ἀναγαλλίς, Anagallis.

Latini Græcum nomen usurpant. Officinis morsus gallinæ Gallis morgelline, & petit morron. Duo anagallidis genera, flore cæruleo foemina: phoeniceo mas insignitur.

ἀνδροάχη, Portulaca.

Ανδροάχη Græcis: Latinis & officinis portulaca, Gallis poule pied, & pourpie, Delphinatibus pourchalle, nostris portolai go, Tuscis proechacia, aliis Italiæ populis procellana nominatur. Duum est generum, syluestris & hortulana, ambæ tamen uulgaris notitiæ.

ἀνέμων, Anemone.

Duum est generum, syluestre unum, alterum in cultis nascens. Syluestris folio est foniculaceo, flore ex uiolaceo, suppurpureo, magno, qui flantibus uentis patet, atq; ob id herba uenti est appellata, (quanquam herbæ uenti appellatione pariteriam helxinen usurpant officinæ) Gallis descoquelourdes. Hæc primo uere erumpit, floret, ac post paulum flos ipse uenescit in pappos. syluis Galliæ familiaris. Apud Delphinates in nemore Rosfillionensi, & montibus Timsto oppido proximis inuenitur, nec in agro Lugdunensi, ubi eius flos a rusticis desflacons nominatur. Quæ uero cultis locis prou-

nit, foliis est coriandrinis, puniceo flore, capitello rhœadis, frumentaceis agris familiaris. Gallicū nomen flori est des asphle nons, aut des rubis: alibi des passefleurs. Tertia florem lactē aut purpureum edit, & fere est ignota, nisi ea sit, quam passim Luteiæ pro argenone ostentant. nam descriptio ei nō incepte conuenit, & pene tota adstipulatur.

ἀνηθον, Anethum.

Latini & officinæ Græcū nomen usurparunt, uulgo tū Galorum, tum Delphinatium, tum nostratium de Panet appellat: Itali anetho.

ἀνθεμὶς ἡ χαμαίμηλον, Anthemis.

Chamæmelum.

Chamæmeli nomen Latinis, officinis & uulgo Gallico, Delphinatico, & nostrati celebre est: illis enim camomille: Italia autem chamamilla uocatur. Tria statuuntur anthemidis siue chamæmeli genera: leucanthemon, chamæmelum, chrysanthemon, & eranthemon: Ex quibus leucanthemon toti Galliæ notissimum, & usu multo clarissimum est: reliqua genera non item. Vult Fuchsius eranthemon consolidam regalem dici. Syluio præceptorī nostro, Fuchsius eranthemi nomine cornuetam pingit, quam nonnulli ad ædysarum referunt. Chrysanthemon chamæmelum hic inuentarum, & paucis notum.

ἀνισον, Anisum.

Officinis nomen retinet, uulgo Gallicæ uniuersæ de Panis: Italia autem aniso appellat.

ἀπαρίνη, Aparine.

Officinis rebulus & spargulum: Gallis du gratteron: Italis spe ronella, Philanthropi nomen ideo sibi adoptauit, quod petranseuntium uestibus adhærescat: omphalocarpī autem, quod humani umbilici effigie semen eius sit æmulum.

ἀπιθ, Pirus.

Varia ac pene innumera sunt pirorum genera: Gallis des poires Delphinatibus poires & perus, nostris de peros, Italis pera dicuntur. Arbor poyrier Gallis, & perier nostris.

ἀχράδες, Pira syluestria.

Notiora sunt pira syluestria, quæ ut explicari debeant.

ἀριστολοχία, Aristolochia.

In tria genera fastigiatur, longam, rotundam, & clematitim, Lōga officinis nomen retinet: Arabibus faufel, nostratibus fau-

terlo, & Delphinatibus de bloufons, nominatur: Gallis iam aristolochiæ dici cœpit. Rotunda suam quoque nomenclationem seruat, nostris autem fellayo ab amaritudine, quasi fellago, dicitur. utraq; officinis notissima, & quotidiano usu clarissima. Italiæ ambæ anion ymæ. Clematidis autem, quantum equidem iudico, adhuc ignota delitescit.

ἀράκος, Aracus.

Cicerculæ effigie auctori similis est, ut possit cicercula syluestris censeri.

ἀρνηθθ, Iuniperus.

Iuniperi duo genera: maior & minor. Volunt quidam maiorem iuniperum eade uulgo appellari: minorem autem genere: nostrates tamen utraq; speciem una appellatione, eade nimirum, complectuntur. Iuniperus maior Gallis infrequens, Delphinatibus inuenitur, apud nos autem copiosissime fructicat, & plerumque, calidioribus syluis, in arboream proceritatem assurgit, ambo ginepro Italis dicuntur.

ἀρνηθωρον, Plantago.

Duo plantaginis genera: maior & minor, maior officinis nomen retinet: minor quinqueneruia aut læceolata nominatur. Est et altera maioris plantaginis species, quæ priuatim officinis arnoglossum dicitur, rotundioribus foliis, lanuginosis & sessilibus, usque multo clarissima. Omnes uulgo notæ. nam Gallis & Delphinatibus du plantain, nostris plantage: Italis autem piantagine & centinebia appellatur.

ἀρον, Aron.

Officinis iarrus, & pes uituli: Italis gigaro. Flos ar, quod in uirilis pueri dendi speciem assurgit, Gallis uit de prebste nuncupatur.

ἀρτεμισία, Artemisia.

Artemisia Græcis, Latinis & officinis, Gallis armo yse: Delphinatibus & nostris arcemise. Duum est generum: multicaulis, & unicaulis. Multicaulis in maiorem ac minorem diuiditur. Maior iam distincte nominibus appellatur. Minor quorundam sententia est uulgaris maticaria, quæ Italis amarella, Delphinatibus blanchero, nostris l'herbo de nostro damo, nominatur. Aliorum non item, ut qui eam ad parthenium commodissime referri putent. Tertiam artemisiam speciem monoclonon dictam ignorari est certissimum: ideoque falli eos qui tanacetum officinarum arthanasiam, Gallorum thanasie, Italarum daneæ, Delphinatium thaneo, & nostratium thanarido, artemisiam

speciem, præcipue tertiam esse statuunt, ut quæ sit multicaulis, & grauisimum spiret odorem: monoclonos contra unicau-
lis, & suaue olens.

ἀσπαρον, *Asarum.*

Officinæ antiquum nomē seruant: Gallis du cabaret: Italis bac chara dicitur.

ἀσπάλατος, *Aspalatus.*

Desyderatur ueterum aspalatus: cuius loco sufficere potest uiticis semen, ex Galeni succidaneis.

ἀσπάραγος, *Asparagus.*

Latini & officinæ Græca nomenclatione utuntur. Duo asparagi genera. Altilis, & syluestris. Altilis ubiq; Galliarum desaspargis: Italis autē asparago. Syluestris qui & petraeus, & myrathinus Græcis dicitur, Delphinatibus rouge conniz: nostratibus (apud quos copiosissimus ubiq; puenit) romie coniecu, & cuniculis annuum pabulum suppeditet, nominatur. Apud Delphinates nusq; nisi in hortis, uisitur. Gallia asparago syluestri caret, nisi eo aliunde importetur. Illius radices magni sunt in medicina usus.

ἀστὴρ ἄπικος, *Aster Atticus.*

Qui fuerit aster Atticus, hætenus dubitatum a doctis pene omnibus est. Nos tamen, multis laboribus & uigiliis huic disciplinæ insumptris, Dei beneficio uerum asterem Atticum in gratiã tandem cum suo Dioscoride primi (quod equidem sciam) in Gallia superiore anno reuocauimus. Ea siquidem planta est, quam nostrates officinæ Christi oculum appellant: Galliæ ignota, Delphinatibus inuentu rarissima: apud nos ubiq; tam frequens & copiosa, ut nusquam non pedibus, si uel tantillum in agros uel itinerum margines diuerteris, conculcetur, ut alibi copiosius dicitur. In Italia frequens, sed uulgato nomine destitutus.

ἀσάφης, *Uua passa.*

Vulgaris est ubiq; gentium notitiã. Galli de la pãse, ou raisin de panse, Itali uua passa, Delphinates raisins confitz, nostrates agibilles nominant.

ἀσάφης ἀγρία, *Astaphis agria.*

Officinis staphis agria. Semen enim sub plantæ appellatione usurpant. Planta his locis non ita familiaris. Apud Gallias in hortis frequens. Gallis, Delphinatibus & nostratibus de la graïne de l'espauier dicitur. In Italia anonyma.

ἀσφῶδελος, *Asphodelus.*

Officinis asphodelus. Apud Pictauos frequens, & alendis suisbus accommodus. hic rarus. Apud nos copiosissimus nascitur, & uulgo de porraches, a similitudine foliorum porri, appellatur: in Italia uero amphodillo.

ἀτρακτυλῖς, *Atractylis.*

Ατρακτυλῖς Græcis: Atractylis Latinis: officinis & uulgo ignota. Nam cnici generibus, & acarna candidior a Theophrasto cap. 4. libr. 6. hist. plant. pingitur: cuius folium peculiare hoc habet, ut uulsum, & carni admotum sanguinem succum remittat. unde sanguinis cruentæ uel nomen herbæ inditum, graui est præterea & maligno odore. Semen tarde periscit, autumno nimirum. Quæ notæ satis sunt ad improbandã eorum sententiam, qui syluestrem cnicum primi generis, atractylidem esse autumant, ut taceam ea omnia atractylidi parũ apte assignari, quæ Theophrastus loco iam commemorato, manifestis uerbis de cnico pronunciauit. Sit igitur atractylis ex earum plãtarum genere, quæ adhuc parum cognitæ sunt: & putata atractylis, atq; carduus benedictus (ex Theophrasti sententiã) syluestris cnici species: hic, posterior: illa, prior, ut in cnico dicitur.

ἀτράφαξ, *Atriplex.*

Latinis & officinis idem obtinet nomen: Gallis nunc bonne dame: nunc prude femme: nunc des arroches: Italis autem trepese, & reppese uocatur.

ἀλυσθιον, *Abinthium.*

Quatuor abinthii sunt genera. Ponticum, quod officinæ Romanum appellant. Santonicum officinis prope omnibus ignotum: eius tamen semen santonicæ aut seminis contra uulgus Gallorum id mort a uers, & cum nostratibus, barboutine uocatur) appellatione celebratissimum: quanquam non desint, qui abinthii marini, semen id esse existiment. Seriphium seu marinum, tum officinis, tum medicorum non paucis incognitum, maritimis tractibus familiare ac copiosissimum. Et uulgate, quo solo, maximo tum errore, tum mortalium detrimento, utuntur omnes ferme officinæ: tanta est earum cæca ignorantia, & uirtutis inimica, desidia. Omnia abinthii genera Luteriæ Parhibisiorum uisuntur, præter marinum, quod ipsi Tholone, & alibi passim maritimis locis millies uidimus. Ponticum in hortis Lugdunensibus copiosum diligentia Claudii Milleti,

medici doctissimi, & rei herbariæ peritissimi iâ luxuriat. Vulgarè absinthium Lutetiæ de Saloio: Belgis & Delphinatibus du fort, nostratibus d'eyssensis quasi d'absinthium, Italis assenzo nominatur. Reliqua genera, uulgata, quod sciam, nomenclatione carent.

Βάλαμ' μυρεσική, Glans unguentaria.

Glans unguentaria Dioscoridi fructus est arboris myricæ similis, in Æthiopia, Ægypto, Arabia, & Petra fecus Iudæam. In Arabibus ben dicitur. Dum est Mesuræ generum: maior & minor. Maior auellane magnitudine spectatur, triangularis quodammodo, superiore sui parte uentricosior, inferiore tenuior, & nonnunquam sessilis, interdum subacutus: & (quæ est naturæ in rebus fingendis uarietas) quandoq; multangularis, proq; sua magnitudine ponderosus: cortice pistacii, læui, sed fragiliore ac subfusco: intus carnosus, carne oleosa, leni ac pingui, quæ paulo diutius mansa nauseam proiritat. Hic fructus copiosissimus nostra ætate in Hispania prouenit: iâq; in de Venetias portatur: solidariis non ignotus: suffumigatoribus ben nomine notissimus. Est & minor myrobalanus, ciceris magnitudine, niger, malus: qui Mesuræ, si ex nigro albescit, & medulla est alba, leni, pingui, & uetus, est innocenter. Hic ambo inueniuntur. Minorem tamen nondum uidi. Maioris glandes habeo plures uiginti, quæ ueterum tum Græcorum, tum Arabum descriptioni tam eleganter cõueniunt, ut certissimè sit ben suffumigatorum & solidariorum esse Græcorum bala non myrpicam, & Arabum ben.

Βάλαμ' Θ, Glans quercina.

Glandis quercinæ, ut & quercus ipsius, uaria sunt genera: nota tamen, & speciei appellationem retinentia, ut de quercu dicitur.

Βάλαμον, Balsamum.

Nomine tenus cognita sunt tum liquor, tum fructus, tū lignū: tamen si uidere est apud solidarios & pharmacopolas fructum & lignum res plane a carpobalsamo & xylobalsamo diuersas. Ex Galeni tamen succidaneis opobalsami loco substituitur pōt myrrha stacte, quæ est purissima totius liquoris portio, & doctorum sententia, styracis liquidi nomine cognita: aut oleū irinum, aut odoratissimæ iridis radix: aut xylobalsamum oleo ueteri incoctum, Manardo. Aliis aliæ misturæ, quas in recentiorum libris inuenies. Xylobalsami autem inopiam emendat,

albæ uiolæ radices. Carpobalsamo nullum succidaneū est, ut tutius sit a uulgaris carpobalsami usu abstinere.

Βαλασίου, κ' τ' ι' Θ, Balauitium, Cytinus.

Hoc discriminis inter se duntaxat habent, quod illud syluestris, hic hortensis punici mali flos sint. Ambo uulgaris notitiæ. Nomen enim apud officinas retinetur.

Βάτ' Θ, Rubus.

Bati nomen communiorem nobis appellationem sortitur, buysson scilicet, qui ad omnem spinosum fruticem se extēdit. Rubus autem magis proprie accipitur ronse: nobis roumi: Italis rouo. Rubi duo genera, maior qui & celsus barbaris dicitur: minor qui bassi nomen iisdem obtinuit: humilior enim est, hu mi ferre ubiq; repens, & in medicos usus accommodator.

Βαρράχιον, Ranunculus.

In quatuor fastigia distribuitur. Vulgare flore luteo, uineis familiaris, cuius flores Galli des bassins appellant: herbam, hic piepou. Lacteo flore insignitum, in syluis Galliæ & Delphinaticis copiosissimum. Vulgatum apium risus, in stagnanti bus, aut pigro lapsu repentibus aquis frequentissimum. Purpureum, nobis non adeo familiare: quanquam id ad pedem corui referri quidam uelint. Rari sunt his temporibus in medicina usus. Ranunculi Italis pie coruino, & pie di gallo nominantur.

Βεδέλιον, Bedellium.

Officinæ, uocum adulterio gaudentes, bedellium uocant.

Βλιτον, Bitum.

Etacei generis olus est, Gallis du bleti, Italis uiedoni.

Βολβός, Bulbus.

Bulbus: alius esculentus, qui Gallis des appetitz, quod sit uelut quodam gulæ cibos fastidientis irritamentum, appellatur: aut etiâ oignonet, a forma cepæ, quam representat. Vomitorius alius, mihi ignotus. Non desunt tamen, qui utrunq; bulbū ignotum esse uelint.

Βυβλάωρον, Buglossum.

Vulgaris borago est. Cuius duæ sunt species: hortensis, quæ Italis borragine: toti Galliæ borracæ: nostris borrayo, & erratica. Quæ uero herba pasium pro buglossio in usum medicum trahitur, ad Dioscoridis circium doctorum omnium consensus est referenda.

Βυβθαλμον, Bupthalmum.

Cotula officinarum non foetida est. Nam uulgarem cotulam foetidam uerum Dioscoridis parthenium esse, eius delineatio demonstrat, ut suo loco, in amaraco uidelicet, diximus.

Βύιον, Bunium.

Gallis nauet, aut naueau: Italis nagoni. Semen eius de la nauete: Delphinates & nostrates etiam naueau appellant, nostri tamen, frequentius rabo nominant, bunyadiac & rapi nomenclationem confundentes.

Βράβυ, Sabina.

Officinis fauina: Gallis du faunier: Delphinatibus & nostris fa uine, Italis fauina. Duo fabinae genera, unum foliis cupressi, notum, Alterum tamarisci, non ita multis cognitum. Facit Dioscorides fabinam herbam arborē coactae breuitatis, quod ut plurimum accidit, nos tamen anno superiore duas apud Delphinates fabinae plantas uidimus, quarum altera quatuor decim, altera duum supra uiginti pedum altitudinem excederet, ac superaret.

Βρετανική, Britanica.

Doctorum pene omnium iudicio, officinarum & herbariorum distorta est: Galliae & huius gentis montibus praecipue familiaris, quidam tamen britanicam ignotam putant.

Βρώμη, Avena.

Vulgaris est notitiae, officinae nomen Latinum usurparunt, Gallis & Delphinatibus auoine, nostris siuado, Italis uena, & biau.

Βρύον θαλάσσιον, Marinus muscus.

Officinis corallina. Inuentu facilimus in mari, una cum corallo, cum quo euellitur, & ab eo nomen sumpsit.

Βρύον, Muscus arborum.

Is est, qui arborum caudicibus adheret, duum generum est, Procerior & prominentibus barbibus adsimilis, umbrosarum & uallium arboribus adnascens, hic rarus est, & ueluti p flocos sparsus ac distributus: Alius breuior, densus & crassior roborum caudicibus agglutinatus: uterque uulgo de la mouffe, officinis usnea, Italis molco appellatur.

Βρυονία, Bryonia.

De bryonia in uite alba dictum est.

Βιβώνιον, Bubonium.

De bubonio supra in aetere Attico diximus, copiosissime eius histioriam

storiā alibi exaratur, si domino ita uisum fuerit.

γεντιανή, Gentiana.

Officinis nomen retinet: Galls de la gentiane: Delphinatibus (apud quos, si usquam gentium, copiosissima progerminat) & nostratibus de gessano: Italis gentiana uocatur. In ore est omnibus. radix plurimis cognita, planta non ita multis excelsis enim montibus, eorumque planiciebus delectatur. Nec facile est gentianam calidiorē solo, sponte natam, inuenire. Faciunt nonnulli & minorē gentianam, quae alibi raro, in montibus inuenitur, gustu amarissimo, folio quasi saponariae, flore caeruleo, radice digitali, caule dodrantali, nodoso laui. Ea sepius uidi in montibus, argillosis praesertim in locis. Floret aestate. Semen uix maturefcit. A iunt eam quibusdam Italiae populis uulgo petimborfa nominari: maximarumque ac nobilissimarum uicium esse. Ea Fuchsio cruciata nominatur.

γίγαρτα, Vinacea.

Officinis arilli: Galls des pepins, nostris des grignōs, ac si dicas granula, appellantur: uulgares sunt notitiae.

γγιδιον, Gingidium.

Officinarum est chærepholium, uulgo item Gallorū, Delphinatum & nostratum du cerphanciz nominat, nulli matrone olitorive incognitum. quāq; sunt qui contendunt uerum gingidium in his regionibus ignotum esse.

γλαύκιον, Glaucium.

Quidam, & quidem doctores, putant apud seplafias memithae nomine haberi: alii ignotum esse contendunt. Nos eam litem aliis dirimendam relinquimus. Constat tamen certumque est, multas remediorum formulas parari posse, si memitha glaucium sit, quae alioqui nequaquam parabantur.

γλήχων, Plegium.

Officinae nomen seruant: uulgo du policeu aut pcliot: Italis pu legio.

γλοῖς, Balnearum sordes.

Balnearum quasi obsoleuit usus, praeterquam in Italia: atque ob id sordes huiusmodi ad usus medicos non expetuntur.

γλυκύριζα, Radix dulcis.

Officinis corrupte liquoritza pro glycythiza: Galls reglice: Delphinatibus & nostratibus regalce: Italis regolitia. Radix maximi in medicina usus, planta non ita mutis cognita. Succus glycythizae inopia ut farciatur habes cap. 52. lib. 8.

γλυκύσθον, Ραονία,

Officinæ nomen retinent. Duum est generum: mas foliis iuglandis, fœmina latoribus, rotundioribus, & insigniter dentatis, adq; smyrnii folia proxime accedentibus. Vtraq; species Lutetiae in hortis inuenitur. Fœmina his locis copiosissima. Galli utraq; speciem una appellatione complectuntur: nã pœoniae flores des roses nostre dame nominant: hic, quod scia, anonyma est: Nostrates de piouno uocant.

γναφαλίον, Gnaphalium.

Putatur uulgaris officinarum cotonaria: quibusdã tamen ignotum est.

γογγυλίς, Rapum.

Latinis & officinis idem nomen seruat. Gallis & Delphinatibus des raues: Italis rappe: nostris rabes: quanquam hæc appellatione buniada quoq; in apum complectantur. Galli itidem ea uoce rauæ raphanum hortensem plerunq; nominant.

Δαμασκόνιον, Damasofonium.

Ad damasofonium referunt docti herbariorum plätaginem aquaticam, cuius penuriam facit eryngium cap. 29. lib. 11.

Δαυκός, Daucus.

Officinæ nomen quidem retinent: At suspicio est uel maxima, primam dauci speciem his regionibus ignotam esse. Ad secundam reuocat Manardus lebyiticum officinarum, quod sane assentiente multorum doctorum uirorum iudicio ac testimonio smyrnion Dioscoridis est. Sed tamen ad secundum genus non inepte referentur saxifragæ uulgares, etsi eas quidam sui generis herbas existiment. Tertium genus uulgaris est notitiæ, & solum apud officinas, dauci nomine, in usu creberrimo.

Δάφνη, Laurus.

Officinis nomen seruat. lauri bacce in usu sunt frequentissimae: planta rarissimo. Gallis Delphinatibus, & nostris lautice, Italis lauro.

δίκταμον, Δευδοδίκταμον, Dictamnium.

Pseudodictamnium.

Officinæ diptamum appellant. Verum dictamnion ex Creta in sula (cuius unius soboles est) Venetias: Venetiis Lugdunum importatur: quo loco id mihi, sed siccum, uidere contigit: rarã tamen negotiatorum incuria hic est. Pseudodictamon in Hispania copiosissimum: hic ignotum.

δίψακος, Veneris labrum.

Officinis & herbariis uirga pastoris. Duo eius genera: hortensis, Gallis chardon a bonetier, Italis cardo: syluestris nostratibus, de brustis, id est, scopa uestibus emundandis dicata, nominatur.

Δορύκκιον, Dorycnium.

Ignoratur.

Δολίχαι, Dolichi.

Vulgo nostratiũ phaioulx rouges, Italis fagioli turcheschi nominantur: maritimus præsertim locis asã duo cuka nobiles, & cibis prope quotidianis expetiti.

Δρακόντιον, Dracontion.

Tria sunt eius genera: primum uidit Plinius in Hispania, nostris temporibus ignotum: alterum est uulgaris serpentaria maior: tertium, minor, seu uirile sacerdotis. Dracontion. Italis dragõcello & serpentaria. Ruellio placet hoc caput apud Dioscoridem asciticium esse, quod simile ueri non est. Nam id Galeus silentio minime erat prætermisurus, quem constat lib. 6. simp. satis amplam de dracontio mentionem fecisse.

Δρύς, Quercus.

Δρύς Græcis: Quercus Latinis & officinis: Gallis & Delphinatibus chaisine: Italis quercia: nostris roure. Ad quercum multæ glandiferae arbores referuntur: ἰλιξ, Latinis ilex, quæ duorum præcipue est generum. Pumilla, quæ post coccum baphticum rubrum (nostris, apud quos plurimus colligitur, uermilho appellant) glandem de se promit. Proceræ, quæ nostro sermone culle, Italico elice dicitur. Est & tertia ilicis species aquifolia cognominata. Huius duo quoque genera. Mas pumilla, quæ fructum ex croceo purpureum, pisi magnitudine, & effigie racemosum, autumnis inclinante ad hyemem, profert. In agro Delphinatico & Lugdunensi copiosissima. Fœmina procerior, arborq; iustæ magnitudinis, natura sterilis, foliis latoribus & magis aculeatis, quam Galli du houx, nostri greu uocant: ex cuius cortice uiscum optimum consueunt aucupes. Ab quintam ilicis speciem iure optimo suber ferri potest: cuius cortex Gallis du liege: nobis tũ arbor, tũ cortex suæ, Italis fouero nominatur. Maritimis (quod Plinius minime existimauit) nostræ puinciaræ locis, circa Forũ Iulii, & Grasiã, ues non incelebres, familiare. Ilcic spes oēs perpetua fronde turent, & robustissima sunt materie. Quercum generi a quibusdã assignatur fagus, quæ Gallis fausteau: Italis faggio: no-

fris faus: eius fructus Gallis des faines: nostris fayō: Italis ghianda di faggio nominatur. Is triangularis est, & rusticis, in stante fame, in cibis, ob dulcedinem, expetitus: præcipuumq; urforum pabulum.

Ἐβίση & ἰάλθαλα, *Ebiscus, Althæa.*

Nobilissima, quanq̄ sylvestris, species malux est, & usu medico celebris: vulgo officinarum & herbariorum bismalua ab eius præstãtia, Gallis guimaulue, Italis malua uisco, nostris mauue blanche dicitur. Est & alia herbaris herba symeonis, Italis nunc bismalua, muc malua saluatica, interdũ buō uischio, & malua uischio nominata.

Ἐβενος, *Ebenus.*

Autori lignum est. Dioscorides indeterminatam eius generis, lignum ne esset, an aliud, nomenclationem reliquit. Pausaniæ, in Attica historia, radix censeretur, qui, ex herbarii cuiusdã cyprii sententia, hæc de ebena scriptis mandauit. Equidem aut diui Cyprium quendam, qui herbarum genera omnia ad medicandos homines optime discernere sciebat, is ebenum folia producere negat, neque ullum fructum ex ea existere: tamen quid sub sole nusquam apparere, sed esse radices subterraneas, quas Æthiopes fodiant, apud quos sint qui ebenum reperire sciunt, hæc ille. Ex quibus colligi potest, quid sit ebenus. Apud doctos nomen retinet: Italis de l'ebeno, officinis ignotus. De ebena plura lege apud Solinum cap. 65, ad hæc apud Pliniũ, & Theophrastum.

Ἐλαια, *Olea.*

Ἐλαια Græcis: Latinis olea. Duum est generum, urbana & sylvestris: urbana Gallis, Delphinatibus & nostris oliuier, Italis oliuo: fructus oliue nominatur: arborq; est omnibus nota. Sylvestris at officinis, medicorum plurimis, & Gallis incognita: nostris & Delphinatibus nostræ provincie (nam frigida loca horret & calidis delectatur) conterminis alauerd, ac si dicatur olea uiridis, & alauerd, Italis oliuo saluatico nominatur. Folia enim q̄ domestica uirentiora, minor, breuioraq; habet, & per ambitum molliter crenata. In syluis frequens nascitur, unde sibi apud Græcos id cognomentum adoptauit. Apud nos copiosissima inuenitur.

Ἐλαφοβοσκον, *Elaphoboscum.*

Officinarum & herbariorum gratia dei est, iam cognitu facilis: Gallis quibusdam de la phaloufe, Lutetie innominatum, ut

& Italiæ.

Ἐλεβορον, *Helenium.*

Vulgaris iam est notitia. Officinis & herbaris enula campana uulgo Gallorum, Delphinatium, & nostratum, de la campana, Tuscis lella, aliis enola, & enoa, usu multo celebris.

Ἐλατερον, *Veratrum.*

Veratri duo summa fastigia: album & nigrum. Album Gallis de l'ellobore: Italis ellobore bianco: rusticis alpium de uerare & de uararou: nostris uerayre nominatur. In excelsiorum montium pratis luxuriat, humidioribusq; præsertim locis (in quibus non raro candidi ueratri caulem, tricubitalem implere litigudinem conspexi) delectatur. Frequens ac copiosum apud Delphinatium montes, & in alpiibus prouenit, nulli e ignotum. Nigrum officinis nomen, ut & candidum, seruat: quanq̄ inter doctos non constat, an ea planta, quæ nigri ellobori nomine celebratur, & in medicos usus admittitur, nigrum ueratrum sit. Scio plerofq; pharmacopolas ualde deceptos lycostoni secundi generis radices inconsulto pro nigro ueratro in suis tabernis uenales habere, eisq; quoties nigrum ueratrum expetitur, pudore omni deposito, uti. Fuchsius, placet consilium nem Plinii & Columellæ (quæ Gallis poumelee: Delphinatibus marstire: nostris pomolueyo, quasi polmoniero, id enim nomen iam dictis autoribus quoq; habuit, nominatur) nigrum elloborum uocandam, & alterius inopia, in usum uocandam esse. Alii, etiam uiri celebres, tria nigri ueratri genera in Italia nasci contendunt, primum, cui purpurei: alterum, cui candidi: postremum, cui herbidum insunt flores. E quibus nos duo priora, lycostoni aconiti species: postremum, Columellæ ac Plinii consiliginem esse existimamus. Siquidem Alpini Delphinates radicibus primi aconiti lycostoni generis utuntur ad mouendas utrinq; purgationes, eorumq; lingua antonno & anthoulo, Lygurum uero antthoro dicitur, duas posteriores species ad luporum & aliarum ferarum uenationes ac perniciosas reliquas faciunt. Postremum, id est Columellæ, ac Plinii consiligo, Fuchsius, ut dictum est, elloborus niger adulterinus, Gallis poumelee, Delphinatibus marstire, nostris pomolueyo nominatur, maxillarumq; uirium est contra omnis generis inflationes, maxime uenenosas, contra ellobori albi, quouillum pecus male habentis, uolentiam, contra pestilentie contagia, ut quouillidiana mireq; salubria rusticorum experimenta testantur. Sic

quidē oves quæ pullulascētem candidum elleborū, ut a cūb
 reliquo pabulo, deuorant, statim toræ intumescunt tanto pe
 re, ut minimum absit, quin præ immodica tensione disumpā
 tur, uomuntq; asidue ac magnis conatibus. Vnde opiliones,
 non ignorata tā perniciosi alimenti inclementia, cognitoq; sa
 lutari remedio, consiliginis ramis aliquot arreptis, male affe
 ctarum & de uita periclitantiū pecudum terga, uētrē, lateraq;
 eis tandū percutiunt, (eas obambulare cogentes) donec totus
 immodicuq; ille tumor euaporarit, & uomitus sedatus fuerit:
 id quod duabus tribusve, ad summum, horis pficitur. A dhæe
 scio nostræ prouinciæ rura, ad quāuis pecoris contagionē, trū
 co consiliginis uti, perforatis ferro animalium auribus, trūcoq;
 ad extirpandum uenenum, foraminibus impacto. Quamobrē
 simile ueni non est, consiliginem, cum ueratri candidi uitia e
 mendet, eiusq; malignitati aducsetur, nigrum elleborum esse:
 nihilq; mirum uideri, si uiri docti, magno successu, primi gene
 ris lycostono aconito, & Plinii consiliginē, ad melancholicas
 affectiones utantur. Cæterū si quis cōmemoratarum iā plan
 tarum radices diligenter expendat, nihil illas cum nigri uera
 tri radicibus (quæ teste Dioscoride, cepæ modo bulbosæ sunt,
 erumpentibus ab imo earum bulbo multis radiculis) cōmune
 habere multo euidētius comperiet, q̄ ut pluribus demonstra
 ri nunc debeat. Taceo nullam ex his plantis, dum uelluntur,
 capitis dolorem, ob uaporum habitū, concitare, ut ipse millies
 sum expertus. Id qd̄ in nigri ueratri euulsione testatur Diosco
 rides: ideoq; citissime, ad uirandos dolores, euellendum est. Ex
 his igitur cōstat, nullam harum trium plantarum, ad nigrum
 ueratrum satis apte posse reduci, quin duas priores, aconiti ly
 costoni postremas species esse: postremam herbam sui generis
 difficileq; his in regionibus nigrum ueratrum inueniri, sed no
 mine tenus cognitum esse.

ἑλξίμη, *Helxine parietaria.*

Officinarum parietaria est, Delphinatibus de l'espargē: nostris
 sparguolo: Gallis paritoire: Italis uetriola.

ἑλυμῶν, *Panicum.*

Panicum nomen officinis & Gallis, du panicum appellatibus,
 retinet: Italis panico, & panizzo.

ἑμπέτρον, *Empetrum sive epipetrum.*

Vulgatam cretam marinam ad empetrum referri quidā uolūt,
 sed nequicq; nam ignota his regionibus herba adhuc est. Epi

petri tamen inopiā sarcit scammonium pari pondere ca. 76.
 lib. 3. Est & Fuchsio suum empetri seu saxifragium, quod of
 ficinæ saluā uitā: & Delphinates saue uie appellant: quodq;
 dominus Iacobus Syluius præceptor meus lōge doctissimus,
 ad quartum adiantu genus reducit: quæ herba a ueterum em
 petro siue epipetro longe diuersissima, tum delineamentis, tū
 facultatibus est, quemadmodum alibi suo loco dicemus.

ἐπίθυμον, *Epithymum.*

Officinis nomen retinet, omnibusq; in ore est: thymo & saturiæ
 adnascitur, usus est in medicina celebris, & multi.

ἑπίβινθ, *Cicer.*

Officinæ Latino nomine utuntur. Gallis pois ciches: Delphina
 tibus & nostris ceses. Italis cece. Duo ciceris genera, albū &
 nigrū, quod arictinum uocatur inq; medicinam recipitur, &
 officinis cicer rubrum nominatur. Album, aliud maius, aliud
 minus. Maius fabas sua ferme magnitudine æquat: coctionē
 pauca sustinet, & cibum palato suauissimum præstat: meis
 Sanionensibus familiare, qui, a magnitudine sumpta appella
 tione, gros cece nominant: minus omnibus motum,

ἑρπυλλῶν, *Serpyllum.*

Nomen officina seruat. Gallis & Delphinatibus du serpoulet,
 Italis serpillo, nostris serpoulhet dicitur.

ἑρύσιμον, *Iris.*

Eruca nobilis herbariis: Gallis noble roquette: officinis ignotū.
 Italiæ anonymon. Erucæ species est. urbium fossis & itinerū
 marginibus familiare. Luteum florem promit.

ἑρυθρόδ' αμον, *Rubia.*

Duo erythrodani genera, maius qd̄ rubia maior, aut rubia tin
 storum: minus rubia minor officinis & herbariis dicitur. ma
 ior autem rubia Gallis de la guarence: nostris autem rouio, &
 Italis robbia, nuncupatur.

ἑρώμων, *Eruca.*

Officinis nomen seruat ubiq; Galliarum de la roquette, Italiæ
 rucchetta, omnibus nota.

ἑπατόριον, *Eupatorium.*

Officinarum est, & italorum agrimonia: Gallorum agrimoines
 nostratrum agrimoni. Quod autem officinæ eupatoriū appel
 lant, hydriopiperi Dioscoridis maxime respondet.

ἑφορβιον, *Euphorbium.*

Habetur, & nomen retinet. Si recens non adsit, ueteris dupli

substituitur. cap. 3. lib. 12. Sin omnino desit, sulphur auræ
florium eius loco admittitur. cap. 27. lib. 14.

Ζετα, Ζεα.

Est uulgaris Itolorum spelta. Gallis, Delphinatibus & nostratis
bus cspulte.

Ζιγγιβερι, Zingiber.

Officinis zingiber, Gallis du gingembre, Delphinatibus & no-
stratis zingiber, Italis giengeno. Officinis duplex habetur: al-
bum a uulgo magis expectitur, & minus prestans, ob adul-
terium dolo contractum: flauum, aut pene terreum: ambo no-
tis fama.

Ζυθος, Zythus.

Potus genus est, ex ordeo aqua tandiu macerato, donec in liquo-
rem uino similem resoluarur.

Ζυμν, Zyma, Fermentum.

Officinis fermentum: Gallis du leuain: Delphinatibus leuain:
nostratis leuame.

Μεντα, Menta.

Mentæ duo genera: satiuæ, & syluestris, quæ mentastrū Latinis,
nobis mentastre, Italis menta saluatica appellatur. Satiua in
quatuor species distribuitur, quæ non ita multum a sese diffe-
runt. nomen omnes retinent, excepta una specie quæ balsami
nomen sibi apud uulgus adoptauit. Nam du baulme pasim
omnibus uocatur.

Μουσαρον, Securidaca.

Ruellio placet edysarum, de la graue, q̄ frumētis sit, molestum,
Gallis nominari: alius des cornuettes dicitur, a similitudine q̄
siliquæ cum corniculis habent. Hanc, cornuettam in q̄, Fuch-
sius, ut Syluius noster auotauit, & eranthemi chamæmeli no-
mine depinxit, quemadmodum in Anthemide diximus. offi-
cinis quæ sit ignoratur. In Italia autem frequens est, sed ano-
nymon.

Ημεροκαλλες, Emerocallis.

Quid sit, non ita inter doctos constat. quidam liliū, cui flos est
croceus, hemerocallim putant uocari: quidam adhuc incon-
sultius, ne ineptius dicam, genus quoddam satyrii flore pallio-
do aut subalbido hemerocallim faciunt. Italis autem gallio
saluatico nominatur. Memoria teneo me, anno domini 1547.
mense Maio non procul a Lugduno herbam quandam uide-
disse, cui notæ hemerocallis omnes magno consensu adscrip-

sentur. Siquidem bulbosam habet radicem, satis magnam, tu-
niculis ceptarum exemplo intertextam, candidam, succosam:
caulem rectum, teretem, caulis liliū aut asphodeli æmulum: p̄
singulos exortus, uersus caulis summum, flores exiguos, sup-
pallidos, florem liliū figura omnino representantes: folia por-
racea, non numerosa, humi strata, & alia omnia, quæ eam plā-
tam hemerocallim esse aperte conuincant. Copiosissima na-
scitur in monticulo, seu uerius colle terreno quodam, qui pla-
nitiam, qua Lugduno Viennam Allobrogum iter est, termi-
nat. Floret mense Maio. Quod illi sit uulgatum nomen, me
ignorare ingenue fateor: in ea tamen sum sentētia, ut eam quā
depinxi herbam hemerocallim esse certo existimem.

Ηριγέρων, Senecio.

Officinis nomen retinet: Gallis du senezon: Delphinatibus, &
nostris de senizon: Italis cardoncello, & spelicciosa. herba est
uulgo nota, & magni Aëtio in hepatis affectibus, momenti.

Ηρυγγιον, Eryngium.

Officinis iringus: herbariis centum capita: Delphinatibus
panchault: nostris panicaur: Gallis (ut & Italis) nullum,
quod sciam, apud uulgus nomen obtinuit, ut alibi fufius an-
notauimus.

Θαψία, Thapsia.

Θαψία Græcis iuxta ac Latinis: officinis prope omnibus, Gallis
& Delphinatibus ignota. Musæ Brassauolo in quibusdam
Italice montibus provenit, & a rusticis crassegnana uulgo nu-
cupatur. In nostræ quoq; prouinciæ monticulis quibusdam,
prope Pertusium celebre oppidum, quos uocant Les troys
freres, nascitur, pharmacopolis eius urbis cognita, uulgo igno-
ta. plurima quoq; in Apulia luxuriat: uulgo tamē anonyma.
Nec hoc loci id est de thapsia silentio obiterandum. Si quis
spirantibus uentis: thapsiam (media existente inter illum & au-
ram herba) fossorio rastro euulserit, tam molestos illico puden-
dorum experietur prunitus, ut prescabendi asfiduitate ac per-
tinacia, absit q̄ minimum, quin sibi uirile membrum euellat.
Id enim ab iis qui periculum fecerunt, auper intelleximus: ut
inde facile sit obseruationem confirmare, quā in eruenda tha-
psia præcipit Dioscorides.

Βέρμυθς, Lupinis.

Officinis nomen seruat, uulgo ubiq; Galliarum des lupinis, Ita-
lis lupino, Duorum est generum, satius & erraticus.

ὄλασι, Thlāssi.

Capſella & ſcandulaceum Latinis: officinis ac herbariis naſturum reſtorū, & ſinapi ruſticum. Duo thlaſpius genera, maius & minus: utrunq; lapidoſis & uineis deſteſtatur, herbariæ rei ſtudioſis iam notiſſimum, uulgo ignotum.

ὀπίδαξ, Laſtuca.

Laſtuca alia criſpa: rotunda alia: alia capitata: officinis nomen retinet. Gallis & Delphinatibus laſtuca: noſtris la chugo: Italis lattuga: omnes uulgo notæ.

θυμῶν, Thymus.

Latinis & officinis nomen retinet: Gallis du thym: Italis thymo, Delphinatibus & noſtratibus frigulo: tam ubiq; notus, ut ne trimum puellum eum ignorare exiſtimeim.

ὀμβρα, Satureia.

Satureia Latinis & officinis: Gallis de la thymbre ou ſariette: Tuſcis coniola, in aliis Italiæ locis ſauoreggia & puerella. Delphinatibus de ſauorce: noſtratibus ſeiruegno. Duo eius ſumma ſtagia: ſylueſtris, quæ præſtantior: & domeſtica, maximi in hybernis iuſculis apud Delphinates uſus. Iuſculi genus appellant de la pouruolo, aut pouruora.

ἰντυβοί, Intybi.

Σάπις Græciſ: intybus Latinis. Duo ſumma ſeridis genera: ſylueſtris & ſatiua. Satiua ſeris biſariam diſtribuitur: In unam quæ latiore conſtat folio, laſtuca: ſimilior: Heruriz corrupta ab intybo appellatione endiuia: officinis itidem hæc pro uera endiuia eſt uſurpanda, longe ualere iuſſa illarum endiuia, quæ eſt ſylueſtris laſtuca: Gallis endyue: noſtris endyuo. Delphinatibus cichoreæ. Altera anguſtioribus foliis, & guſtu ſubamaro. Hæc quadā uocum diminutione ſeriola dicitur, quam corruptas penes recentiores, ſcariolam dixerunt: ea Gallis ſcariolæ etiā nominatur, & officinis ſcariola. Lugduni paſſim cichoreæ, qua in acetariis hyeme tota, maxima palati ſua uitate, utuntur. Sylueſtris item in duas ſpecies diuiditur. Alteram, quæ ab inſigni amaritudine πικρὴ ἢ κηχώριον, Latinis ambubeia, herbariis & officinis cichorea: Gallis & noſtratibus cichoreæ: Delphinatibus cichoreæ bouſchaffæ. Alteram, quæ hedypnois nomen a ſomno conciliando, aut ab eleganti inter ſerides odoris ſua uitate, ſibi adoptauit. Hæc dens leonis, aut roſtrum porcinū officinis, Gallis piſſe en liſt, Italis piſcia al letto appellatur.

ἰφός, Viſcum.

Latinis & officinis uiſcū, noſtris & Delphinatibus de uiſch, Italiſ uiſchio: Gallis guis de cheſne. Variis in arboribus gignitur & omnium rariffime in quercu, quanq̄ id ſolum ad medicos uſus celebrati & expeti uideatur.

ἰοῦ, Viola.

Hoc loci, uiolæ nomine, martiam appellatam uiolam intelligit. Huius duo inueniuntur genera, candida, & purpurea. Candida folio eſt minore, nigriore, q̄ purpurea, ſubhirſuto. In hortis Lugdunenſibus, & ſyluis uicinis paſſim inuenitur. Purpurea duum eſt generum. Si quidem alterius flores, quinq;: alterius uero, quatuordecim foliis conſtant. Hunc uiolette double: illud ſimpliciter uiolette uulgo totius Galliæ appellat. Ambo in Italia uiolæ māmole dicuntur. De reliquis autem uiolæ generibus in leucoio agetur.

ἰππῆρις, Equiſetum.

Herbariis & officinis cauda equina: Gallis de la prele: Delphinatibus, ab eius aſperitate, d' aſprette: noſtris, a conſolidandis glutinandisq; uulneribus, conſaulde nominatur. Trium eſt generum, ſed omnes notæ, & idem nomen retinent. In Italia tamen minor a ſorella, maior coda di cauallo dicitur.

ἰſατὶς, Iſatis.

Officinis ignota. Duum eſt generum. Satiua Gallis du gueſde: Tuſcis guado: Aquitanis, apud quos mercimoniz nomine celebratiſſima eſt, ac noſtratibus de paſtel, nominatur. Sylueſtris, quanq̄ doctis non ignota, nullum tamen, quod explicari ſalte potuerim, uulgarium ſibi nomen adoptauit.

ἰταῖα, Salix.

Officinis nomē ſeruat. Tria ſalicis genera, nigra omnium maxime pœra, Gallis du ſaulx aut ſaulce: Delphinatibus & noſtris ſaulſe, Italis ſalice. Candida, q̄ mediæ eſt altitudinis, noſtratibus uege dicitur, fluminū ripis familiaris. Viminalis, q̄ in ſatiuam & erraticam diſtribuitur. Erratica ruſus biſariam partitur: in pumillā omnium tenuiſſimā & ruberrimam, & aliā proceriorem, q̄ nigra ſalicem quodammodo æmulatur ac mētitur. Viminalis oēs ſub amerinæ nomine intelliguntur & cōprehenduntur, quæ Gallis ouſier; noſtratibus armarinier; Delphinatibus armarinier, & ſtolones aut ſeſte uiticulæ nobis amarinos, illis armarines, Italis uēchi nominantur. Aliā habes ſalicis diuſionē apud Fuchſium ex Theophrasto, Plinio, & Lucio Columella. Nos hanc ſumus amplexi, ut qui has oēs ſalicis ſpēs

exakte cognitas habemus, quarumq; historiam alibi copiose tractabimus.

καλαμίνθη, *Calaminthe.*

Tria eius genera. Primum officinis nomen retinet: Italis calamēto. Alterum pulegii regalis (quod uerius clynopodium Dioscoridis est) nomen sibi adiciuit. Tertium putatur herbariorum & officinarum herba catti. Gallis, Delphinatibus, & nostris Perbe auchat. Nepera Italis nipotella: nec desunt (quod est uero similis) qui herbam catti calamenti speciem esse negent.

καλαμὸς ἀρωματικὸς, *Calamus aromaticus.*

Ostentant officinæ radicem quandam, quam calami aromatici nomine uenditant: quamq; nonnulli ad acorum referendam putent: quorum nimirum sententia ueterū odoratus calamus desideretur. Substitui calami, cuius laboramus inopia, potest arborum muscus.

καλαμὸς φραγμαίτης, *Calamus phragmites.*

Arundo, uulgaris est notitiæ: Gallis duroufcau: Delphinatibus & nostris de cannos: Italis canna.

καμβίσις, *Cannabis.*

Officinis nomen retinet: Gallis chanure: Delphinatibus channeuou: nostris cannebe, & carbe: Italis canape. In satiuam & syluestrem diuiditur. Satiua in marem & foeminam, quæ ad lineos usus est accommodatio: sed sterilis mas semē profert. Syluestris multorum ingenia torfit, nec tamen adhuc satis cogitata est, quanquam non me latet herba, quam pro syluestri cannabi ostentant.

κάπνιον, *Fumaria.*

Fumus terræ officinis, Gallis nostratibus, & Delphinatibus fumeterre: Italis fumaria & fumo tere. omnibus nota est, & frequentis in medicina usus.

κάππαρος, *Capparys.*

Latini & officinæ Græcam appellationem usurparunt, Maritimis locis delectatur hic frutex. Luteicæ quoq; in horto diuæ Maris uisitur. Fructus Gallis & Delphinatibus des cappress: Italis cappati: nostris, dictionem tâtillum immutantibus taperos nominatur. in nostra prouincia frequens, maritimis, præsertim locis.

Κασθάμων, *Nasturtium.*

Κασθάμων Græcis: Nasturtium Latinis & officinis. Duo sunt

nasturtii genera: hortense, & syluestre, quod quibusdam lepidium minus, aliis iberis nominatur: & seorsim ab autoribus pingitur. Hortense in duo quoq; genera distribuitur. Alteri siquidem folia sunt coriandrinis quadantenus proxima, subalbidæ: caulis rectus, cubitalis, læuis, teres, iunci crassitudine: flos exiguus lactei candoris. Hoc Gallis craifcon halenoy: Italis agretto: Delphinatibus anitour: nostris nastours dicitur. Alteruero folia habet silymbii cardamines, aliquanto maiora, herbacea, caulem rectum, cubitum altum, crassiusculū, striatum, in cuius summo flos insidet luteus, aspectu gratus, alterius flore maior, & ei dissimilis. Hoc Lugdunensibus Franciscanis, in quorum horto tantum hætenus uidere nobis licuit, anitour nominatur. Alterum enim illi ipsi crescon des iardins discriminis gratia appellat. Ambobus insignis acrimonia: sed in eo cui flores sunt lutei, aliquanto maior.

Καρδάμων, *Cardamomum.*

Duplex est cardamomum: maius & minus. utrunq; triangularibus siliquulis continetur. Verum in minori flauiores sunt siliquæ, breuiiores, multoq; magis articulata: tunice autem siliquarum tenues sunt, flauæ, colore & consistentia maci officinarum similes. E maiori cardamomo eruitur uulgaris grana paradisi: e minori autem uulgarum cardamomum minutis, acinis, colore ex terreo flauis, & ita inter se compactis, ut sua effigie muscerdam ualde imitentur. Maioris semina multan-gula sunt: colore fusca, uinaceis minoræ, gustus acerrimi, sine ulla adstrictione, cuius, quanq; exigue, uidetur particeps esse minoris cardamomi fructus: & gustus est cum acrimonia minime insuaui atq; tantillum aromatici. Quibusdam placet officinarum hoc cardamomum, non quidem Græcorum, sed Arabum esse cardamomum: aliis neutrorum, sed aliquid tertium. Alii piper Indicum, quibusdam Plinii siliquastrum existimatum, ad cardamomum reuocare contendunt: sed q̄ apposite uiderint ipsi.

καρόν, *Caron.*

Officinis carui. montibus huius gentis herba familiaris: macilentis locis dodrantalis, caule anguloso, non usquequaq; ut Furcibus placet, quadrangulo, lætioribus & riguis bipedali. plurimum brachiato, flore albo, aut in purpura candido, in summis cauliculis semen angulosum ac copiosum. Folia staphyli, subalbida. Radix candida, inorta gustu aromatico, flo-

ret æstate.nascitur,ut dictum est,in montium pratis , uulgoq̄
cheruy nominari ab indigenis solet. Nam illi eius seminis af
fiduo esu corpora ab hybernis frigidibus tutantur.

καλα, Casia.

Vulgaris canella est.officinis falso cinamomum dicitur. Nā ue
terum cinamomū desyderatur,cuius tamen loco optimæ ca
siæ duplum capitur cap.91.& 111.lib.13.

*καρυα, Caria nux arbor,nux iuglans siue regia,
nux parua,pontica,auellana.*

Nux iuglans siue regia,uulgo Gallorū Delphinatiumq̄ noyer:
nostris nogu yer:fructus illis noix,nobis nose aut noye: Italis
noci.Huius innumera pene sunt genera. Auellanae nucis duo
genera. Nam altera edomita,altera syluestris statuitur. Sylue
stris Gallis coudrier:nobis & Delphinatibus ouagnier: fru
ctus oulagne:domestica auellanier:fructus utriusq̄ Gallis a
uellaine aut noifette:nobis & Delphinatib. auellane: Italis a
uellana,nocella aut nociuolla. Sūt & Indicæ nuces,uomicæ,
metel,&anacardi, de qbus recentiores multi abunde scripse
runt:ad quos te remitto.

καστανια, Castanea.

Castanea tum Latinis,tum officinis dicitur: Gallis & Delphina
tibus des chastaignes: nostris castagnos: Italia castania: mul
torum sunt generum. Nam aliæ syluestres,aliæ domesticæ:
aliæ maiores,minores aliæ: aliæ gustui suauiores , aliæ minus
suaues. Quæ maiores & suauiores sunt, Luteriæ marons de
Lyon appellantur. Maximus hic apud Delphinates casta
nearum omnis generis prouentus. In Gallia rarus: apud nos
nullus, aut saltem minimus. Pedemontanorum quoq̄ ac Ly
gurū ager castanearū feracissimus est, necnon & Aruernorū.

καρυϑ, Milium.

Officinis nomen seruat: Gallis & Delphinatibus dū milhet, &
Delphinatibus iuxta ac nostratibus etim de melh, Italis autē
miglio,uocatur.

κεδρϑ, Cedrus.

Cedri duo genera: maior, & minor. Maior his regionibus nomine
tenus cognita, minor ea planta est, quam nostrates ormin ap
pellant, foliis cupressinis, baccis iuniperi maioris, rotundis,
pisorum magnitudinē æquantibus, sublauiis, gustu acri & aro
matico. Plāta huiusmodi ulnarum diuarum, trium/ue, aut ad
summum quatuor (in tantam enim proceritatem assurgere in

terdum apud nos uideretur, quanq̄ rarissime) longitudinem, &
uirilis tibie magnitudinem non excedit, materie dura est, ue
nis quibusdam fantalis intercurstantibus distincta, suauiter
spirans, fronde sempiterna, cortice rimolo, non supra modū
duro. Nascitur in montibus, saxosis præsertim locis, calidifq̄
duntaxat regionibus. Cedria liquor cedri est, qui primus, dū
pix ex cedro fit, uignis elicitor. eo liquore his regionibus ca
remus.

κενταυριον μεγαν, Centaurium maius.

In Gallia infrequens. Luteriæ tamen in hortis quibusdam uisi
tur. Audio a familiaribus rei herbariæ peritis, in alpinis nasci
in monte qui cameraco Sabaudorum metropoli ad septentrio
nes adiacet: tum a docto quodam herbario apud Hispaniam,
in montibus ei urbi finitimis, quam uulgo nostram dominam
de sinibus terræ nominant. Doctorum pene omnium consen
su radix, quam officinæ rhapsontici nomine uenditant, centau
rii maioris radix est. Explodendus igitur officinarum de cen
taurio maiore absurdissimus error: admonendiq̄ sunt, ut do
ctos de simplicibus medicamentis consulant, desinantq̄ tam
impudenter in tempus reliquum delirare.

κενταυριον μικρον, Centaurium minus.

Vulgo herbariorum & officinarum centaurea minor: Gallis du
saccotin: Delphinatibus de repairet: Italis biondella. Vbiq̄
frequens. Duo huius inueniuntur genera: uulgatum, & aliud
montanum, humiliss, flore cæruleo, calathi aut campanulæ
effigiem representante, caule item quadrangulo, gustu amarif
simo, monticolis gentis Delphinaticæ uulgo repairet etiā no
minatur. Sed de his alias copiosius agemus.

κερασος, Cerasus.

Multa cerasi genera. Nā aliæ acidū fructū, aliæ dulcē ferunt, q̄
acidū fructū edunt, Gallis cerifiers, fructus cerises: nostris &
Delphinatibus agriottiers, fructus agriottes, Italis ciregie. Hu
ius duo genera. Dulces in multas species distribuuntur. Nam
alia duracina, q̄ Gallis & Delphinatibus des cœurs, nostris
graffions, Alia nigra quæ Italis corbine: nostris cequieros ne
gros. Alio ex albo rubroq̄ mixta spectantur. hæc Gallis des
guines: Delphinatibus & nostris cerifes appellantur. Præstan
tius cerasi genus officinæ agriottam nominat. De cerasi gene
ribus uide plura apud doctissimum Ruellium cap.64. lib. 1.
sux de stirpium natura historie: & Matthioli ca. de ceraso.

κερατορία, Siliqua.

Ea planta est, quam recentiores Græci *Συλοκάρτα καὶ καρφοβία* appellant, nostrates de carrhubios: Italis carobe, & carobole. Lyguribus maritimis familiaris, & tam frequens, ut apud nos in proverbum abierit, carrhubia auenam esse asinorum Lygurum. Raro in nostra provincia inuenitur, apud Niceam & Villam cognomēto Francam, passim. Saxosis enim asperisq; locis delectatur.

κέτρον, Betonica.

Duæ betonicae species. Prior officinis nomen retinet: Gallis de la betoine: Delphinatibus & nostris betoni: Italis betonica. Altera bifariam diuiditur, in altitem & syluestrem. Altitis Gallis oilher: Delphinatibus giroflee: nostris girouffado. Syluestris officinis tunicis, Gallis des ameris. Inuenitur & in syluis altera agrestis betonica flore suppalido, mire eleganti, quam Delphinates giroflee boschasse appellant.

κίχιν, Galla ombacitis.

Galla duplex habetur. Alia ab orientis partibus ad nos inuehitur, & uulgo galle de romanie appellatur: in Italia autē galla. Alia hic e quercu nascens nobis familiaris, quæ simpliciter gallæ nomen retinet.

κέρσε, Cera.

Officinis nomen seruat, uulgo de la cire. Cerae species notiores, quæ ut in his explicandis immorandum existimem.

κισσός, Ciborium.

Pocilli genus est, ex Ægyptia faba conflati.

κινάρα, Cinara.

Cogitanti mihi ac memoria repetenti, quæ incerta sit & obscura car duorum nostra ætate cognitio: uix succurrit quid de illis, pro re probabili, nedum certa, sit pronuciandum. Nam, ut agrestes omittamus, duo fecit Theophrastus, cap. 4. libr. 6. hist. plant. cardui genera: alterum, cui scolymus: alterum, cui casti nomen inest. Scolymon hoc sibi peculiare uendicasse, quod radicem tum crudam, tum coctam, uescendam subministrat: sed cibo gratissimam, cum florescit. Cum solstitium agitur, eius florem erum pere. Eundem senescentem in pappos fatiscere: partum oblongum esse, nec spinosum. Eius quoque folia spinis catere, quæuis planta ipsa acani speciem gerat. Castion uero statim a radice caules humi reptantes producere, quos uocent cactos, & folium spinosum. De squamatos eos esculentos esse, tantillumq;

sub,

subamatos, & in muria feruari. Emittere præterea alterum caulem rectum, quem uocent pternicem: esculentum & ipsum quoque, ac uetustatis impatientem. Seminis inuolucrum, forma quædem spinosum: quod, detractis lanuginosis seminibus, uescum sit, & palmæ cerebro persimile. Dioscoridi autem scolymos chamæleonis folia obtinet, aut albæ spinæ, nigriora & crassiora: caulem longum, foliosum: spinosum in caput: radicem nigram crassam. Ex quibus liceat, inter Theophrasti, & Dioscoridis scolymon, manifestum agnoscere discrimen. Accedit, Galeum lib. 2. de facultatibus aliment. Paulum, cap. 74. libr. primi, & Aëtium hoc loco, cinaram a scolymos (de quo in simplicium censu meminerunt) distinxisse. Cinaram autem Athenæo, lib. 2. Dipnosophistarum, nihil aliud esse quam Sicularum caston, quæ a Romanis eorum uicinis, Ieiui quadam literarum mutatione, carduus nominetur. Vnde ex illorum scriptis hoc colligi possit, cinaram & scolymon, plantas quidem congeneres: sed huc (præcipue Dioscorideum) terraticum: illam hortensem esse: quæ, inquam, a Sicularum casto diuersa planta non sit. Ad caston igitur reuocari posset cardui genus illud quem Itali cardone: Galli autem cardon & cardo nominant. Siquidem radice, est crassa, candida, foliis amplis, in ambitu profunde incisus, multis ac rigentibus aculeis armatus: caute recto, non admodum procero: capite satis amplo, spinis horridis: flore purpurascente: semine uario, id est, ex castio, fusco, & nigro mixto, oblongo, cnicus hortensis magnitudine, læui nec anguloso. Verum in hac planta, radices crudæ ac coctæ in utrum ciborum ueniunt: & inflexi deorsumq; nutantes caules, casti disti (nisi castorum nomine foliorum pediculi uentæ qui quasi humi reptant, uesci sunt, & modice amari) desyderantur. Ut inde colligi possit eam, aut non ueram caston, sed quandam eius speciem esse: quanquæ urbanam, & lautioribus mensis expectam: aut si uera cactos sit, ob regionum & cultus uarietatem, aliqua nunc deesse, quæ in ea olim uidebantur, & adesse alia (uesca radix scilicet, tum cocta, tum cruda, & foliorum pediculi, sed cocti) quæ olim ignota fuerint. Ad scolymos autem Theophrasti, Italorum carcioffi, qui Longobardis archiochi: nostris carchoffes: Gallis & Delphinatibus artichault dicuntur: quanquæ omnia illa nomina corruptam quandam casti nomenclationem testentur. Huic radix est crassa candida, folia ampla, multo minus, quæ priora, in ambitu incisa

d

nullis spinis horrida, molli lanugine incana: dorsum pediculi foliorum prominens, ac ualde striatum: caulis procerus: caput in eorum: ne ex rotunditate oblongum, nucis pineæ quasi æmulum: flos nunc purpureus, nunc ex purpura candidus: Semē cnicī, alterius femine breuius, crassius, & minus nigrū. Huius præsertim esculentum est pomum. Radices (quas in scolymo esculentas facit Theophrastus) & reliquæ eius partes, uelut amariore, a mensis abācantur. Prioris autem pomū, pediculi foliorum, & radices experuntur. Verum foliorum costæ minus, ob tantillam amaritudinem. Audio in Italia secūdi huius generis, scolymi uidelicet, quosdam spinosos esse: ut inde elici possit cardui genus illud, quod Dioscoridis scolymo responderet: nisi Italorum presura, & Gallorum chardonnette (ex cuius floribus lac cogitur, unde ab Italis inditum nomē) quæ scolymos syluestris est, ad Dioscorideum scolymon referatur. Radicem enim crassam ac nigram habet: caulem rectū, longum, foliosum, spinosumq; in cuius summo insidet caput multis spinis horridū: flores cærulei: aut ex cæruleo purpurei: Semen reliquis minus: folia quasi albæ spinæ aut chamæleonis, nigriora & crassiora. Hæc sunt quæ de scolymo, casto, & cinara, ex probatorum autorum lectione seligere ac de promere potuimus, adhibita interim plantarum nostri temporis oculari fide. Equum tamen ac beneuolum lectore optamus meliora in medium abducere, si ueri similia, & lecturis utiliora apud eosdem inuenierit.

κικίν, Ricinus.

Ricinus herbaris & officinis palma Christi, Gallis & nobis palme Christi: quibusdam tamen officinis cataputia maior nominatur.

κισθ, Cisthus.

Aquitanicis officinis præsertim Monspeulanis cognitus: Gallis ignotus: uulgo Gallorū, ut quibusdā placet, garrivus aut en glétier. Duo eius genera: mas flore rubro: femina pallido: am bobus roseo effigie. Altitudo fruticis cubitalis, rami multi, folia numerosa, ramorum summitatē uesientia, rotunda, hirsuta. Frequens uterq; in nostra prouincia, & in Aquitania, syluosis, aridis, & asperis locis prouenit. Vulgarit illi quod insit apud eosdem nomen: adhuc me latet. Femina cisthus apud Delphinates & in Gallia quoq; multis locis inuenitur.

κισθ, κισθ, Cisthus sine Ladanum.

Officinis lapdanum.

κίω, Hedera.

Kíω Græcis: hedera Latinis, officinis & Italis: præsertim quibusdam cisthus, inepte pro κίω: Gallis hierre: Delphinatibus ere: nostris heurre. Tria Dioscoridi hederæ præcipua genera: Candida, nigra, helix. Candida, candidum fructum parit. Nigra, nigrum aut croci ramulum, quam Dioscoridis ætate, uulgo Dionysia nominabat. Helix fructum non gignit, sed tenues emittit uiticas, folia parua, angulosa, rubra. Hæc omnes species notæ hodie sunt, & generis nomen retinent. Longe plures hederæ species fecerunt Theophrastus cap. 18. lib. 3. hist. plant. & Plinius cap. 34. lib. 16. nat. hist. ad quos auctores breuitatis studio te remitto.

Κκίν, Cneus.

Κκίν Græcis: Cneus Latinis. Duo eius, auctore Theophrasto cap. 4. lib. 6. hist. plant. genera: urbana, & agrestis. Satiua officinis carthamus: Italis zaffarano saracinesco: Gallis & nostris, a crocatis floribus, saffran bastard. Syluestris duum item generum. Altera hortensis cneco similis, sed caule magis recto, quo antiquæ mulieres colus uice urebantur, fructum edit nigrum, magnum, amarum. Altera species hirsuta, caulibusq; soncho proximis, qui ob foliorum molliorem terram uersus inclinatur, & humi quasi reptare cogatur. Semen profer amarum, hirsutum. Hæc duæ species syluestris cnicī tam aperte putatam atractylidem & carduum officinarum benedictum (qui Italis cardo benedetto, cardo santo, & herba turca: Gallis chardon benit: Delphinatibus l'herbo dau uerin: nostris cardum benit nominatur) exprimunt, ut significatiuus nō possint. Vnde mirari sub t, Plinium & alios quosdam Latinos scriptores cum sequutos, ea uoi atractylidi attribuisse, quæ cneco dilucide adscribit Theophrastus. Sed inde, opinor, suæ argumentum sententiæ depronterunt, quæ eadem Theophrastus primæ cnicī syluestris (quod ad colus rationem attinet) specie ei pene adscripserit, quæ atractylidi Dioscorides: nec inepte quidem, nisi (interserata acarne historia) atractylidis illico meminisset. Ex cuius delineamentis non minus promptum sit colligere, ueram atractylidem esse adhuc ignotam: aut, si cognita sit, sine honore iacere. Non est interim hoc silentio obliterandum, syluestrem cnicum secundi generis: nostra ætate in hortis coli, & cultus mangonio, deposita feri

rare, in domesticam consuetudinem iam transiisse. Quamquam scio quosdam leuibus argumentis permotos, nolle caruam benedictum, ad syluestris enici speciem alteram reuocari: quasi tantula in una aut altera nota dissimilitudo, reliquis omnibus exacte consentientibus, herbæ speciem possit immutare.

κόκκη θύμης, *Coccus enidius.*

Coccus enidius semen thymelææ est, Thymelæa autem officinarum mezereon, & herbariorum leo terre. Ea folio est horticis lini, flagellis cubitalibus, multis ab una radice confurgentibus, rotundis, foliosis: fusco colore: flore albo, copiose: semine myrtili pene magnitudine, primo uiridi, ubi maturuerit rubro. Floret ineunte æstate. Semen maturescit circa mensem augusti. In nostra prouincia ubiq; inuenitur, sed precipue apud Aquas sextias urbem clarissimam, & qua inde Massiliam itur, in locis saxosis, aridis, & pene sterilibus: facilisq; uel hac nota inuentu esse potest, quod nullam pede uno aut altero, prope se uiuentem herbam patitur, quin omnes sua perniciosa natura interimit, ut non immerito leo terre fuerit ab herbariis cognomina nata. Inopiam interim radicum thymelææ sarcit chameleæa cap. 78. lib. 16.

κόκκη θύμης, *Cocustinctioris.*

Nostratibus & Gallis du uermilion: Italis grana, fructus est arbuti iliciei generis apud nos frequētis, ut supra in quercus mentione annotauimus.

κόκκη μήλα, *Prunus.*

Varia prunorum genera, sed quæ in duo præcipua reducuntur, Syluestre & satium. Satium adscribuntur nigra multiplicia, alba, cerea, & rubentia: quorum item plures sunt species, ut alibi suo loco a nobis dicitur. Syluestria Asiatica *πρῶμα*, & Galen. lib. 2. facult. aliment. ἀγροκόκκη μήλα: Gallis sit, Delphinatibus & nostris prunes: Italis Tuscis succine dici solent.

κολοκάσιον, *Colocasion.*

Radix est Ægyptiæ fabæ.

κολοκύνθη, *Cucurbita.*

Multa cucurbitæ sunt genera, sed quæ omnes nomen generis seruent: Gallis de courges: Delphinatibus & nostris coucordes: Italis zucca. Est & colocynthis in usu frequens: Gallis colocynthe: officinis colocynthidos, aut colocynthida.

κόκκη, *Arbutus.*

κόκκη, Græcis, arbutus & unedo Latinis, incolis Corsicæ insulæ arbyto: Italis albarro: Delphinatibus & nostris arbour, & d'erbo ussire: eius fructus d'arbouffsos, qui Græcis, teste Dioscoride, *μημικυλ* nominatur. Arbor est coactæ breuissimæ, cotoneæ malo similis, folio numerofo, lauri figura, p summa tamen obtusiore, & in ambitu lente fimbriato: flore subherbaceo: fructu e longis pediculis inæqualiter dependente, pruni aut gallæ (aliquando tamen parui mali arancii) magnitudine, rotundo, fragum sua effigie penitus exprimete, primum uiridi, ubi maturuit ex saturata purpura fuluescente, gustu cū quadam acerbitate dulci, largioreq; esu nauisam proritante, intus granuloso, qui autumno maturescit. Plurimus nascitur in Corsica ac nostra Prouincia maritimis locis: & apud Delphinates in syluis: in quibusdam item Sabaudiz montibus, ubi d'arbesles nominatur. Galliz infrequens & parum cognitus. Lugduni, Valentiz & Tournone in hortis quibusdã plantatus uisitur. Dioscoridi nullius est in medicina usus. Nostra tamen memoria a quibusdam fructus maturus in capitellum conticitur, liquorq; qui inde ui ignis elicitur, recondito, aut prorsus ignoto multis experimento, ad renem & uescicæ calculos attenuandos, felicissime usurpatur.

κόκκη, *Gummi.*

Gummi nomine Arabicum puto intelligi: quod quidem habetur, & officinis nomen seruat, uulgo gomme.

κόκκη, *Lixiuum.*

Officinis nomen retinet. Gallis du lexis. Delphinatibus lexicu nostris lexicu.

κόκκη, *Conyza.*

Pumicaria, & cimicaria, & herba sancti Rochi dicitur, Gallis Pherbe aux pulces: Italis pulicaria. Duum est generum, maior, & minor: ambæ notæ: officinis herba pulicaris. Tertium addit Dioscorides, hodie aut ignotum prorsus, aut paucis cognitum.

κόκκη, *Coriandrum.*

Vulgaris est notitiæ. Ab omnibus coriandre: Italis coriandrolis nominatur.

κόκκη, *Colla, glutinum.*

Galli, Delphinates & nostrates Græcum nomen retinent, de la colle.

κόκκη, *Pes cornicis.*

Doforum prope omnium fententia cornu cerui officinarū est.
Gallis corne de cerf: Italis herba stella. Ad coronopodium re
uocari potest herba, quam Galli uocant du targon.

Κόστος, Costus.

Costi unicum genus Dioscoridi fuit: uerum colore, consistencia
ac regionibus distinctum. Arabicum enim candidum facie
leuem, eximia odoris suauitate præditum. Secundum locum
tribuit Indico, leui, uberi, & ferule modo nigro. Postremam
sedem assignat Syriaco graui, qui colore buxus fit, & odore
feriens. Galenus autem costum modice amarum dicit. Ara
bum scholæ duo costi genera faciunt: dulcem & amarum.
Dulcis sapore quadantenus mentitur glycyrrhizam, colore
fusco, gustu acri, substantia radice solida & ponderosa. A
marus ex flauo pallidus est, leuis, lignosus, dulci crasior, mi
nimæ acrimoniæ particeps. Ex quibus intelligitur Arabum
utrumq; costum a Græcorum costu alienum esse. Vnde tutius
fit ex Galeni succidaneis ammoniacum, aut helenii radicem
costi inopia usurpare. Aiunt docti nonnulli ueterum costum
Venetiis iā haberi. Hæt & uulgos suum costū qui Gallis Del
phinatib. du coq; nostris cost: Italis pipetella dicitur. Radice
numerosa, implicata, multis hinc & inde adnatis appendici
bus, exigua: caule cubitali: floro in cacumine luteo, flori uulga
ris athanasie simili: foliis maioris lepidii, cædids, minime cras
sis, in ambitu serratis, gustu ferui do, sapore aromatico a grato.
In hortis ubiq; inuenitur, quidam putant costum uulgarum
ad Plinii siliquastrum aut piperitum reuocandum. Alii non
nulli præter omnem rationem ad Pauli & Plinii lepidium,
quasi uulgaris costus odore sit & sapore nascitur: unde cõstat
lepidium Græcis, agriocardamon & cardamanticem fuisse
uocatum. Verum in lepidii mentione, hac de re pluribus a
genus.

κοτυληδών, Umbilicus Veneris.

Officinis & Gallis ignotus: apud nos frequens uulguq; aureilhe
tos nominatur, quod, meo iudicio, quadantenus humanas au
res sua effigie æmuletur. Delphinatibus debloudo: Italis cu
pertiuala.

κράμβη, Brassica.

Duum est generum, Satiua, cuius plurimæ sunt species: & sylue
stris quæ officinis soldana aut soldanella nominatur, Aquita
niæ & nostræ prouinciæ maritimis præsertim locis familiaris.

Satiua ab insigni ac pene arboreo caule, Gallis & Delphina
tibus chou: Tufcis caulo: Longobardis uerza: nostris caulet
nomen obtinuit.

κρήμμον, Crethmum.

Batis duo genera: syluestris, cuius meminerunt antiqui, & creth
mum appellatur, quod officinarum creta marina, Gallorū
crethe marine est. Id Romanis sinocchio marino: aliis quibus
dam Italicæ populis herba di san Pietro nominatur. Horten
sianam batin neglexerunt ueteres Græci. Eius mentionem
fecit Columella. Ea Italis baticula, Gallis bacilles, no
stris tum basilibes, tum basigues, maxime a maritima plebe,
dicitur.

κρίθη, Ordeum.

Officinis nomen seruat: Gallis & Delphinatibus orge: Italis or
zo: nostris orge & ordi. Diuiditur in polyctichum, & disti
chum, & aliud in duos, aliud in plures uersus siue ordines di
stribuatur.

κρίνον, Lilium.

Κρίνον ἢ λίριον, Græcis: lilium & rosa iunonia Latinis: officinis
lilium. Tria habentur præcipua lilii genera, candidum, purpu
rascens, & croceum. Candidum in hortulanum & syluaticū
diuiditur. Syluaticum a nemine haftenus depictum. Constat
autem radice candida, succosa, in manus effigiem conforma
ta, radiceis oblongis, radicibus albi ueratri æmulis, non nume
rosis, caule dodrantali aut proceriore, folio porri aut narcisci,
longo, angusto, flore hortensis lilii, minore in summis caulicu
lis prodeunte, flore in mense Iulio. Nascitur apud Delphina
tes in montibus altis, præcipue in montis cuiusdam pratis, qui
eorum lingua Chironno appellatur. Sicus est autem ad septē
triones ei urbi quæ Die uulgo dicitur. Croceum & purpura
scens Fuchsis cognita, distincta & depicta: Gallis hominibus
non dum exacte cognita. Nos omnium historiam seorsum ex
arauimus. Sed ad rē. Lilii officinis nomen seruat, Gallis du
lys, Delphinatibus ile, nostris yeli & ili: Italis giglio. Croceū
purpurascens & candidum syluestre, quia montibus sunt pec
uliaria, ideo uulgo ignorantur: purpureum tamē, ut quidam
uolunt, Italis maragon dicitur. Croceum autem & purpura
scens iam in hortis quibusdam maxime Lugdunenſibus ha
beri coeperunt. Coeleste uero officinarum lilium, iris Diosco
ridis est.

κροκοδ' ελιον, *Crocodilium.*

Spirifosa planta, in aquatilibus sylvarum pratis nascens pro crocodililio ostenditur: de qua tamē statui certi, meo iudicio, nihil potest.

κρόκος, *Crocus.*

Officinis crocus: Gallis, Delphinatibus & nostris, Mauritana imitatione saffram, quasi zaffaram, Italis zaffarano nominatur.

κράμνον, *Cepa.*

Ceparum duo præcipua genera: Albæ mitiores, minorisq; acrimonie participes, ac, ut plurimum, maiores. Rubescentes, ac crioris, & sensum gustus magis ferientes. hæc Gallis & Delphinatibus oignon: nostris, Latinum nomen ranillum uitiatibus, cebo: Italis cipolla. Habentur ceparum species quædam per exigua, & in cibis magis expetita, quas Galli ciboules appellant, alii ciues.

κίον, *Faba.*

Vulgaris est notitiæ: Gallis fæue: Delphinatibus & nostris faue: Italis faua.

κυκλάμιν, *Cyclaminus.*

Duum est generum: prior officinis cyclamen & panis porcini: herbaris panis porcini: uulgo Gallico pan porcini: Italico ar pan porcino. Hæc species copiosa nascitur apud Diuū Claudium non procul a finibus Heluetiorum, & in montibus Aruerniæ, & alibi multis in locis. Altera species quæ fit, nondum doctis compertum est. Ruellius tamen contendit esse Galliarum officinarum sigillum Mariæ quo nomine Delphinatibus & polygonatum intelligunt.

κυμίνον, *Cuminum.*

Aliud Æthyopicum, nobis ignotum. Aliud his regionibus nascens, quod officinis nomen seruat: Gallis & Delphinatibus du commin: nostris cumin: Italis cimino appellatur.

κυπρίον, *Cyperus.*

Vbiq; Galliarum cyperus: In Italia cipresso, arbor est notissima.

Κύπερον, *Cyperus.*

Cyperus officinis nomē retinet: Gallis du fouchet. Dioscorides cyperi radices oliuarum tuberculo facit tumentes, inter se commistas, nigro colore, iucunde spirantes. Inueniuntur tamen nonnullis in locis oblongæ, nec a prioribus gustu differentes. Cypero caulis nunc triangulus, nunc quadrangulus, ut ob id an

gulofus Dioscoridi fuerit dictus. Herba est notissima, ubiq; in paludosis & humidis nascens. Est & cyperus Indicus zingiberi similis, gustu leuiter, aut nihil proflus, amaro, qui commā ducatur croceum remittit colorem: & pilofis partibus illitus, psilothron efficacissimum est. Hic assentiente descriptione, & doctorum omnium iudicio, nihil aliud est, q̄ radix illa, quæ ex India cum zingibere affertur, uixq; ab illo, nisi a peritis, discernitur, quam Italicæ officinæ curcumam (non quidem ra dicem maioris chelidonii, quæ in Serapionis codicibus curcuma corrupte pro chelidonia legitur) Gallicæ terram meritam nominant. Tertium cyperi genus herbarum coniectores fecerunt eam radicem, quæ officinis & medicis recentioribus, galanga dicitur: q̄ subrubra sit, geniculis scatens, furculosa, sin quosdam nodos crasiores ex interuallis intorta, sapore acerrimo, linguam admodum uellicante, odore quadantenus cyperum imitante. Hanc cyperum Babylonicum cognominant. Quidam contendunt eam esse ueterum acorum. Verum multæ notæ repugnant, quo minus galanga dici acorum ueterum possit, ut in acori mentione dictum est.

κὺπρον, *Ligustrum.*

Officinis alKanna, Gallis du troyne: Delphinatibus & nostris oliuier fauluaige, Tuscis guistrico, aliis quibusdam Italiæ locis oliueta, aliis oliuella, aliis nonnullis chembroffene, nominatur. Nec me mouet, q̄ Fuchsius cyprum plantam peregrinam ex Plinio esse uelit. Nam multa plerunq; e longinquo perit, quæ domi citra magnum negocium inueniri possunt. Siquidem plantæ non pauca his in regionibus assatim luxuriant, quas antiqui soli, pene dixerim, Cretæ peculiare existimant, ut de tordyllo apparet, quod ipsemet Fuchsius copiosissimū nasci in Germania prodit: quodq; in huius Delphinatice gentis montibus, & alpiibus ipsis, uel ad nauseam usque, luxuriare certo scimus, quemadmodum alibi copiosius dicemus.

Κύτιον, *Cytisum.*

Κύτιον, Græcis: Cytisum Latinis: officinis & uulgo ignotū. Antiquis tum medicis, tum rei rusticæ scriptoribus celebratū fuit, & in præcio habitum. Nostris temporibus a paucissimis notum. Hic tamen Lugduni in horto Franciscanorum habetur frutex quidam, qui cytiso antiquorum omni ex parte respondet, s̄ præstat autem hac forma. Frutex est sesquialtæ

altitudinem petens, nulla ligni gratia, brachio minus crassus, flagellis exiguis, oblongis, a spectu incano, folio sempiterno, foliis foenigræci aut loti trifoliz æmulis, dorso medio prominenti, superne herbaceo, inferne candicante, quod digitis contrastum erucam olet, commanducatum uero, cicoris recentis gustum respicit. Flore quasi pisi luteo, nigricantibus uelut punctis maculoso: quo decusso semen in siliquis, spatii Dioscoridei siliquis, aut anagyridos (quæ uera Theophrasti cap. 17. lib. 3. hist. plant. colutea, & Plinii cap. 18. lib. 16. laburnum est) corniculis non absimilibus, recondit. Floret h yeme tota & usque ad uernum æquinoctium, aut etiam mensem Maium: sed urgente hyemis inclementia, magis appetente æquinoctio, minus; Maio uero, minimum: quo nimirum tempore non tam multi sane flores apparent. Exin sensim æstate siliquatur, ac tandem Autumno, in siliquis spatii Dioscoridei, aut coluteæ Theophrasti, quæ Dioscoridi anagyris est, & Plinio laburnum, siliquis non dissimilibus maturum semen recondit. Rarissima planta in Gallia est, & crediderim unica, ut quæ ante annos aliquot Roma a perito quopiam medico huc allata fuerit. Olim iuxta aluercaria ferebatur, tum in Italia, tum in Hispania. Verum Plinii ætate (ut ipse testis est cap. 24. lib. 13.) iam in Italia erat rarissima. Nostri temporibus aut nulla, aut (si Virgilio Marcello credimus) ignota sine honore iacet. Vnde mirari subit eorum sententiam, qui cythifum faciunt plantam toti Italie notissimam, quodq; patrio ipsi sermone trifoglio di cauallo & tribolo nominari dicant: & Fuchio (ut ipsi dicunt) trifolium aspartion inconsulto existimari. Verum an ruta capraria herbariorum, quæ nostris uerbo de la cabriero, & Fuchio odoratum trifolium dicitur, trifolium illud sit, a cythifum, capite de trifolio exactius in examen adducemus. Nunc autem, quoniam in coluteæ mentionem incidimus, minime alienum ab instituto nostro fuerit, huic orationi pauca de illa subnectere. Καλυτρία. Theophrasto: ἀγρίπρις, Dioscoridi: laburnum, Plinio: quibusdam Italiæ populis, eghelo: Delphinatibus, Sabaudis, & terræ nouæ incolis, metathesi quadam litterarum a Latina nomenclatione minimum uariantibus, albour & aulbour nominatur. Arbor est fruticosa frutex uel arboreascens, in quatuor nimirum uulnarum altitudinē assurgens, cau dice non admodum crasso, ramis hinc & inde diffusis. Aut nonnunquam (quia plerumq; creditur, & coryli modo ab imo cau

dice regerminat) fruticosa spectatur, stolones numerosos ab una radice fundens, longos, reftos, ex uiridi candicantes, agri uirgis similes: e quibus per certa interualla erumpunt folia terrena, longo pediculo nitentia, foenigræci foliis effigie ac numero similia, maiora tamen adq; uiticis folia plurimum accedentia, æuia, superne uiridia, inferne candicantia. E ramis ipsis prope foliorum pediculos emergunt flores lutei, ut flores geniste aut brassicæ, e longis pediculis inæqualiter dependentes, rarioreq; illa ac prælonga textura cubitalem æquantibus longitudinem, olentes grauitate, atq; ob id, profecto, a pibus ingrati. Floribus decussis prælonga succedunt cornicula siliquæ uel non prætumentis quidem, & multo spiritu distentis, sed pisiformum hortensium siliquis ad similes, aliquanto tamen breuiores ac pssiores, fractu contumaces, in medio interdum inanes ac compressæ. In extremis aut ac nonnunquam intermediis spatii continer semen lentis magnitudinem æquans, ex latitudine subtortundum: in loco, qua siliquæ per petiolum hæret, tantillum excauatum, renis prorsus æmulum: quod ante quam maturuerit, uirer: post maturitatem uarium est, durum, & ob læuorem splendidum. Floret mense Maio & Iunij initio, dein sensim siliquatur æstate, ac tandem durefcit maturefcente uua, & circa calē. Octob. integre perficitur. Nascitur in alpibus & montibus ferme omnibus Delphinatus, Sabaudis, & terræ cognomēto nouæ, umbrosis & syluosis locis humidisq; & nonnunquam siccis, atq; eorum locorum in digenis albour & aulbour nominatur. Ex quibus notis constat Dioscoridem, Theophrastum ac Plinium unam & eandem plātam uariis nominibus descripsisse. Verum obicit aliquis: Si Laburnum Plinii & Dioscoridis (id est negari non potest) anagyri ceteri hæc plāta debet, qui fieri potest, ut de anagyride seorsim Plinius tractarit? Sed his responderi potest, Plinium anagyrim e Græcorum libris, ut pleraq; alia, transtulisse: & laburni historiam, qualem audicione a rusticis alpium cognouerit, aut forte et plantam uiderat, summatim conscripsisse: argumento inde sumpto, quod nunquam Theophrastus, nunquam Dioscorides laburni meminerit: ut interim tacitam illum, cap. 34. lib. 16. eadem de hereda: quæ cap. 10. libr. 24. de cistho: & alibi de marthubio, quæ de porro dicenda erant, tradidisse. Cæterum, ne longior sim, certo præter reliquam historiam similitudinem ac indubitato scio, laburni alpino rum cor ticem siccatum, in pollinē redactum, & drachma plus minus

ana, ex quo piam liquore potui exhibitum, maximas uacuatio-
nes moliri. uerum diuersa ratione, quando quidem, si ab infer-
nis ad superna procedendo corticem euulsum porrigas, uomi-
tum: si uero a supernis ad inferna descendendo, deiectiones
uel insignes mouebis. Quæ omnia fidem faciunt Plinii labur-
num a Dioscoridis anagryi, quæ est Theophrasto colutea, nul-
la in re differre: eosdemq; autores unam eandemq; plantam
uariis nominibus expressisse & adumbrasse. Esto igitur, ut tan-
dem huic disputationi finem imponamus. Theophrasti κωλυ-
τέα, eadem ipsa planta, quæ Dioscoridis anagryis, & Plinii la-
burnum: quæ, inquam, Italis quibusdam eghelo: in cholis ter-
ræ nouæ, Delphinatibus & Sabaudis albour & aulbour uul-
go nominatur. Sena autem officinarum Arabum magis inue-
tum est existimanda: quanquam coluteæ congenerem, & ab
eius uiribus non usquequaq; abhorrentem, defendere quidam
uoluerint. Verum de his alibi latius ac pluribus (si opus fue-
rit) agetur.

κώρονον, Cicuta.

Officinis nomen retinet: Gallis de la cigue: Aquitanis cegudo:
Italis cicuta: nostris de fenouilhas aut fenouil de serp nomi-
natur.

κώρος κάρπυ, Nux pinea, Coculus, Strobilus.

Officinis nux pinea: Gallis & nostri pomme de pin: fructus ipse
id est nucleus nostris, præsertim in maritima prouincia, de pi-
gnos: Italis pinochi & pignoli appellatur.

καγκυρίς ρίζα, Cancani radix.

Quidam putant esse carui syluestre.

κωκκαλις, Caucalis.

Gallis, ex Ruellii sententia, persilii bastard: Senis Italiæ urbe pe-
trofello saluatico. Verum domino Ioanni Vassæo, medico
doctori Parrhisensi peritissimo, placet caucalidem eam esse
herbam, quæ Gallis Phêrbe aux gouttes appellatur. Eius naq;
uidendæ copiam nobis fecit anno domini 1543. cum adhuc
Lutitiæ essemus. Nam tum unicam illius plantam in suo hor-
to studiose, una cum maiore centaurio (quod itidem ibi uidi-
mus) colebat.

καρπύσιον, Carpesium.

Officinis cubebenomen ex Arabum disciplina obtinuit. Qui-
dam negant cubebas carpesium esse, quæ fructus sint: carpe-
sium autem caulis aut radix: cuius inopia augeri uolunt pliu, aut

ueram cassiam minui.

λαθηροι, Cicercule.

Officinis ignotæ: Gallis, Delphinatibus & nostris ia ysses.

λαθυρις, Lathyrus.

Officinis cataputia minor: Gallis & Delphinatibus de l'espur-
ge: nostris, officinarum nomen usurpantibus cassapuce: Lon-
gobardis cacapuzza uocatur.

λαμψαφη, Lampšana.

Herba est officinis ignota, nostri a Græca nomenclatione tantil-
lum euariantes, de lassenos: Itali lassana: Galli des armoires
appellant. In frumentaceis agris ubiq; copiosissima nascitur.

λάπαθον, Rumex Oxylapathum.

Oxylapathum officinæ lapathium acutum, Galli de la pabelle,
aut de la patience: Itali rombee. Secundum genus ea herba
est, quam omnes hodie rhubarbe & putant & nominant. Ter-
tium syluestre lapathium est, exiguum, ubiq; copiosissimum, &
nostris lapas, Gallis & Delphinatibus du lapais dictum. Quar-
tum oxalis dicitur: cuius duo sunt genere, syluestris & hortens-
is. Hortensis etiam bifariam distribuitur: in eam: quæ oblon-
gis & nigricantibus foliis: & eam, quæ albicantibus & rotun-
diusculis constat. Est & syluestris oxalis omnium minima, &
in medicos usus, plusq; cætera lapathi genera, ex petita. Offi-
cinis & Italis acetofa: Gallis oxaille: Delphinatibus & nostris
aigretto. Lugdunensibus fallerter: tum hæc, tum reliquæ oxali-
dis species dicuntur.

λεμόνιον, Limonium.

Latinis bera syluestris, limonium, terræ tintinabulum, quibusdã
pyrola: Gallis, nostris, Delphinatibus, & officinis ignotum.

ληχών, Lichen.

Officinis hepatica: ubiq; in locis riguis frequens.

In calce huius libri habes Leontopodii & Lopidii capita, quæ hic
per imo prudentiam omissa sunt.

λευκόιον, Leucioium.

Tria leucioii genera color, inter se disparata. Nam aliud luteum,
quod Keiri officinis nominatur: Aliud candidum: & tertium
quod purpureum florem emittit, Gallis & Delphinatibus des
groffees aut uioliettes: Italis uiola bianca: plante des uioliers,
nostris de garranos, sumpta, ni fallor, a Mauritanis nomencla-
tione, quasi Keiranes, appellantur. Luteum leucioion aliud
spontè naturæ prouenit, aliud in hortis studiose a mulierculis

colitur. Cætera hortensis sunt. Cæterum nostra memoria haberi coepit planta, quæ radicibus constat exiguis, confibratis: caule cubitali, rotundo, molliter uilloso, foliis: nigris, oblongis, foliis lysimachicæ proximis, acutioribus tamè, in ambitu lente & ex interuallis simbratis: flore in cacumine albo, exiguo, agglomerato, barbulis prius quàm aperiatur molliter hispidis, copioso, leucioi floris æmulo (ubi id nominis sibi apud uulgos adoptauit. Nam maxima ex parte uiolier d'espaigne, aut uiolier muschat appellatur) odoris sua uitate præstanti, & a sty race calamitide minime alieno. Floret uerno tempore. In hortis ubiq; iam inuenitur. Violæ Hispanicæ aut moschatæ (aprius tamen sty racina uiola diceretur) nomenclationem cum uulgo retinuimus, quæ ex Hispania primum huc allata fuit, & re uera, species uiolæ cenferi possit. Nullū tamen eius in medicina usum nouimus: est ex odore constet herbam esse uiribus ac dignitate præstantem, & ad multa utilem.

Λύκη, Populus alba.

Officinis populus alba: Gallis du tremble & peuplier: Delphinatibus piuou: Italis alberti: nostris piboulo & aulbero nominatur.

Λιβανός, Thus.

Vulgaris est notitiæ: uulguis encens: Italia incenso, quæ passim in templis, & alibi incendatur, appellatur.

Λιβανός, Rosmarinus.

Coronaria rosmarinus ubiq; frequens & cognita: Gallis & Delphinatibus du romanin: nostris romain: Italis rosmarino. Reliquæ eius species non item. Maximus usus olim fuit in medicina primæ rosmarini speciei semen, quod canchry dicitur, cuius mentione scætant ueterum medicorum formulæ. Verū tamen eius inopia substitui potest tantundem pyrethri cap. ʒ. lib. ʒ. seu pyrethrum aut astaphis agria cap. ʒ. lib. ʒ. & ca. ʒ. 4. lib. ʒ. Audio tamen Venetiis in quibusdam hortis primam rosmarini speciem inueniri, & doctorum studio ac diligentia coli.

Λιγύς, Fuligo.

Varie sunt fuliginis species.

Λιγύς, Ligusticum.

Verum ligusticum adhuc delyderatur. Brassauolus nequiquam conatur herbariorum & officinarum imperatoriam, quæ est Delphinatum alegros, & Dioscoridis la serpitiū, ad ligu-

icum reuocare, argumento inde uel firmissimo sumpto, quod imperatoricæ semen oblongum non est, subnigrum, foeniculae maius, acre, & aroma olens (quæ sunt ueræ ligustici seminis notæ) sed latum lenticulæ modo, membrana in ambitu circumscriptum, & admodum pressum, quemadmodum alibi copiosius dicemus. Quidam docti affirmant se in montibus Lyguriæ uerum ligusticum uidisse: nomen tamen genti peculiare illius plantæ non exprimunt, ut ex illorum scriptis quod sit, cognosci possit, & postmodum haberi.

Λινόσπερμον, Lini semen.

Officinis nomen seruat, & usu multo clarum est, uulgo semence aut graine du lin. Italis seme di lino.

Λοβή, Lobī,

Sunt dolichi, nostris phaioulx. de quibus in dolichis iam dictū est.

Λιγώσις, Mercurialis.

Officinis mercurialis: Gallis de la mercuriale: Delphinatibus panareaulx & uignolane: nostris corrupte marturiau pro mercuriale: Italis mercorella dicitur. Duum est generum, mas & femina: ambæ notæ.

Λογίτις, Lonchitis.

Ignoratur.

Λύκιον, Lycium.

Verum lycium his regionibus delyderatur: ut factitium haberi possit. uide cap. 63. lib. 8.

Λυσιμάχιον, Lysimachium.

Herbarii corneolā uocant: Galli poulse aut pelle bosse, quæ paulo supra pestilentes tumores astalligata eius folia, præfens remedium laborantibus suppeditat. Duo statuunt eius genera: alterum flore luteo, quod habemus. nam caule constat iunco, longo, nodoso, foliis salignis ut plurimum ternis, gustu ualde adstringentibus, flore in cacumine luteo, specioso, radice purpurea scæte, copiosa. Nascitur in pratis humidis, & iuxta aluearum margines ubiq;. Alterum purpureo, adhuc ignotum.

Λωτός, Trifolium.

Officinis andacoca, & corona regia.

Λωτός τὸ δ' αὖ δ' ὄρον, Lotus arbor.

Officinis ignota: Gallis alister: nostris aliquier dici solet. Italis quibusdam balogaro: aliis perlaro.

Μάκρη, Macer.

Maciei ueterum desideratur, in usum tamen eius loco uenit cortex nucis moschatae, quem macis officinae appellant.

μαλαβάρη φυλλόν, Malabathri folium.

Veterum malabathrum non amplius extat. folium autem quo nunc utimur, inuentum Arabum est.

μαλάχη, Malua.

Maluae tria genera. uulgaris siue domestica, quae officinis Latini nomen seruat. & uulgo malue dicitur: syluestris, quae althaea siue ebiscus nuncupatur, officinis bismalua, Gallis & Delphinatibus guimaulue. Italis malua uisco, nostris maule blanche. Tertia alcea est, foliis quam reliquae articulationibus, caule procero & lignoso, officinis incognita, herbariis herba symeonis, doctis non ignota. Est & arborecens malua, quae opinor antiquis hortulanam fuisse, caule quaternum quinum uel cubitorum, folio amplo, circinnatae rotunditatis, flore albo, aut purpureo, inodoro. Haec passim in hortis inuenitur.

μανδράγορας, Mandragoras.

Duo eius genera. mas, mihi cognitus, & foemina, quem nondum uidi. Officinis nomen seruat, uulgo mandragorae, Galli tamen metathesi quadam syllabarum mont de gloire, pro mandragorae nominant. Aiunt qui se uidisse testantur, marem mandragoram, uirilis, foeminam, foeminei pudendi imaginem in radice habere, eosdem melius adolecere, & fecundiores esse, si mas iuxta foeminam, plantetur, & contra, alioqui steriles esse. Mandragoras hic in multis hortis inuenitur, & satum facillime prouenit. Qui tam mala insana, quae uulgo pommes d'a mouirs uocantur, ad mandragoram referri debere contendunt. Si desint poma mandragorae, cortex radicum eius usurpatur cap. 107.7.

μαράθρον, Foeniculum.

Duum est generum, domesticum, & syluestre, quod hypomarrathrum, id est, magnum foeniculum. Domesticum aliud fatium dulcius & humilius, uulgaris acrius, officinis Graecum nomen insedit, uulgo fenoiilh: Italis finocchio.

μασίχη, Mastiche.

Duo mastiches genera: Aegyptia nigra, inuentu rarior, cuius inopia chia usurpari debet, cap. 14. lib. 15. Est & chia mastice, mastix officinis, & Gallis du mastic appellata, candida, usum celebris, & uulgo nota. Hoc tamen silentio praetereundum non duxi, mastiche uires deiciendae alui ab antiquis nunquam attri-

tributas fuisse. Aegyptius autem mastichen scrupulorum noue pondere aluum mouere, scriptis mandauit cap. 67. libr. 8. & cap. ultimo eiusdem: eandemque duodecim scrupulorum pondere alui excrementa deicere, cap. 117. & 155. lib. 3.

μελαμβίον, Melanthium.

Officinis nigella Romana: Gallis de la poiurette: Delphinatibus de barbues: nostris fenoiilh de saint Ica: Italis niella. Est & syluestre melanthium, quod quibusdam officinis temere pro uero usurpatur, & a Fuchio non multo consultius pro lolio Graecorum accipitur. Gallis de la noyelle: Delphinatibus & nostris nielle. Habetur quoque iam passim Lutetiae aliud uetri melanthii genus, semine subflauo aut rufo, quod ipsum nigrum sit, odoratiore.

μυλίλωτον, Melilotum.

Latinis fertula campana, & corona regia: officinis Graecum nomen insedit: Gallis du melilot. Tria hodie inueniuntur meliloti genera. Primum odore sua uisissimo praeditum, folio sceni graeci, lente simbrinato, flagellis oblongis, flore luteo, aeneae seae exemplo spicato. Id a doctis pene omnibus uerum Dioscoridis melilotum existimatur. Quidam id luteam saxifragam malunt appellari. Alterum a spectu incano, foliis minutis, crocato flore. Id pro uero meliloto in haec usque tempora usurpatum ab officinis fuit. Tertium Italicum, quod nonnullis uerum melilotum putatur. Primum, id est, uetri generis, duae sunt species, solo floris colore distinctae. Siquidem unius flos, luteus: alterius, candidus est. In caeteris, caule nimirum, radice, folio, floris effigie, & pendulo semine plantae omnino similes: adeo, ut si saxifragae titulo insigniri debuit, nihil fecius saxifragae albae, quae lutea appellari poterat: cum uidelicet plurimis nostrae praecipuae locis, uberior sit albi meliloti, quam lutei prouentus.

μέλι, Mel.

Praestantius Atticum, nostrum & Narbonense uiribus & praestantia Attico responderet. Reliqua quae frigidioribus locis proueniunt, inferiora sunt. Officinis nomen retinet: Gallis & Delphinatibus du miel: Italis melle: nostris meu & miel dicitur.

μελισσοφυλλον, Melissaophyllum.

Officinis melissa: Gallis de la melisse: Delphinatibus & nostris melize: Italis cedronella & melissa.

μυκκων, Papauer.

Quinq; praecipua comperiuntur papaueris genera: album, nigrum,

purpureum, rei herbariæ scriptoribus intactum, & de quo abū de alias suo loco. R. hocas, cuius duo genera: mas, cui flos purpureus: foemina, cui pallidulus: & cornutum. Prima genera officinis nomen retinet: Gallis da pauor: nobis papari: Italis papauer. Purpureum autem officinis ignotum. R. hocas officinis papauer rubrum: Gallis du ponceau aut coquelicoc: nostris, corrupta Græca nomenclatione, rhoello: Italis papauer saluatico. Cornutum officinis nomen seruat: Gallis & nostris anon ynum, quod sciam est.

μῆσπιλον, *Mespilum.*

Latinis & officinis Græcū nomen insedit: Gallis meslier & neslier, Delphinatibus nespoulier, nostris nesplier: Italis nespulo. fructus Gallis mesles aut nesses, Delphinatibus nespoulos, nostris nesplos. Duo mespili genera facit Dioscorides. Primum quod a quibusdam aronium dici commemorat. Id, ut auctor est Manardus epist. 1. lib. 10. uulgo in Italia azarolo nominatur. Alterum quod in Italia nascitur, & a quibusdam setaniū, ab aliis epimelis uocatur. Theophrastus autem, cap. 12. lib. 3. histo. plant. & Plinius cap. 20. lib. 15. nat. hist. tria mespili genera fecerunt, anthedona, setaneam, & Gallicam: a 4 quos auctores breuitatis studio te remitto. De epimelide uaria est doctorum sententia. Nam Dioscoridi mespili: Galeno arbuti genus esse uidetur: quāuis ipsi Galeno libr. 2. aliment. idem sit amamelis quod Dioscoridi epimelis: in censu autem simplicium epimelida arbuti genus esse dicat, quæ Græcis κομαρθ uocatur: adeo, ut, in tanta sententiarum ambiguitate, quid certi pronunciari possit, sit profus difficile. Sed siue mespili Dioscoridi spes sit epimelis, siue arbuti rusticis Italiæ, Galeno & Paulio auctoribus, unedo, & Græcis κομαρθ, nominata, non est huius loci considerare. Verum in præsentia hoc tantum addidisse sat fuerit, mespilorum apud Gallias duo haberi fastigia: maius, quod & mitius: minus, horridius. De coniaro autē quibus nominibus uocetur, quibusq; in locis proueniat, abunde suo loco diximus.

μῆλέα πορσική, *Malus persica.*

Persicæ mali genera non pauca. Quædam enim duracina uocatur, & sanguinolenta sunt, nucleosq; tenacissime adhærescunt. Quædam nucleum deserunt, & hæc duum sunt generum. nā ficiora alia, friabili & solidiore carne, non postremæ inter persicæ dignitatis: alia humidiora, omnibus uulgatissima. Corbel

fiana Lutetiæ in magno sunt honore. Officinis omnia nomen retinet: Gallis & Delphinatibus pesches: nostris perleges, ac si dicas persica: Italis pesche: quæ autem multum lutea sunt, pesche cotogne appellantur.

μῆλέα ἀρμενίανη, *Malus armeniaca.*

Romanis Galeni sæculo præcocia dicebatur: unde, opinor, Galili ac Delphinates, deprauata prisiorū appellatione, abricoz: Itali at bacoche & moniache, appellant: nostri auant perles, & nimirum sint persicorum malorum uelut antambulones quidam, ac præcursores. Varia his regionibus spectantur armeniacorum genera. Nā quædam hic habentur, quæ gallinacæ uel magnitudinem sequent, subfulua, carnosa, & palato gratissima. Alia minora sunt, & multo minus suauiua,

μῆλέα μὲδική, *Malus medica seu citrea.*

Ab insigni fructuū, nā in colore, sapore, q; forma, ac uarietate arborum feraces appellationem sibi cōpararunt: q̄q; cōgeneres & ita inter se similes sint, ut distingui, nisi magna difficultate, nequeant. Mala igitur fulgoris auri æmula, aurenges Gallis: Delphinatibus & nostris aranges: Italis aranci, parens uulgo aurengier, & arangier. Quæ ex uiridi in luteum languescunt uulgo citrons, Italis cedri & citroni: arbor citronier. Herbaceo uirentia colore, limons: Italis limoni: arbor limonier. Prægranda instar melonum, orbiculataq; facie turgentia, poncites dicuntur: arbores ponciers. De his plura apud Ruellium cap. 69. lib. 1. Et nos quoq; singulorum tum fructuum, tum arborum mali medicæ faciem tuis oculis scripro aliquando ita subicie mus, ut etiā absens, quasi præsens, de illis iudicare possis.

μῆλα, *Malus omnis.*

Pomorum infinita genera, sed quæ in tria quatuorve præcipua reduci possint: austera nimirum, acida, acidodulcia, & dulcia. Nomen retinet officinis, Gallis, & nostris: priuatas tamen nomenclationes, aut a locis, aut ab imponentium arbitrio acciperunt, ut alias explicabitur.

μῆλον, *Meon.*

Officinis sceniculus tortuosus: uulgo ignotū. Locis calidis gaudet. Inuenitur hic in agro Valentino: & in Gallia non procul a Lutetia copiosissimum apud nostros prouenit: uulgo tamē nostrati, anonyum.

μωρέα, *Mora.*

Mora duū sunt generum, alba & nigra officinis mora: Gallis &

Delphinatibus des meures: nostris amouros: Italis more: arbor illis meurier: nobis amourier: tum arbor, tum fructus, uulgaris sunt notitiæ.

μυκήτης, Fungus.

Fungi Gallis des champignons: Delphinatibus bracones: Italis prignoli: nostris bourgoulos: nullius in medicina usus. Alia multa sunt fungorum genera, sed plane inutilia ac perniciofa.

μυὸς ὠτίς, Auricula muris.

Officinis auricula muris: uulgo du morron. Italis anonyma.

μυρίκη, Tamarix.

Officinis tamarifcus: uulgo du tamarix. Italis tamarigio: Copiosa nascitur in Narbonensi Gallia, apud nos passim in hortis: apud Delphinates in sylua Gratianopoli ad orientem posita. Adhæc in quibusdam Rhodani insulis.

μυρτίον, Myrtus.

Officinis myrtus: Gallis, Delphinatibus & nostris de la nerte: Italis myrto. Duo myrti genera: maior, cui maris nomen: minor, cui foemina discriminis gratia adaptari potest. Plurima Lutetiæ uisitur in fistilibus uasis. In nostræ provincie maritimis tractibus uberrime luxuriat.

μῶλυ, Moly.

Quid sit syluestris ruta, nisi ea censeatur, quæ passim in agris, tum apud nos, tum alibi inuenitur, nescio. Scio tamen eam herbam, quam Lutetiæ syluestris rutæ nomine ostentant, moly non esse. Audio tamen Plinianum moly (nam Dioscorideum ignotum est) in Campania Italiæ inueniri, radicibus eius pedum triginta longitudinem æquantibus. nasci saxosis locis.

ναρδάσπαχυ, Nardi spica.

Officinis Græcum nomen infedit: quanquam illis non infrequenter turpiter imponitur. Nam institores quidam ac callidi nebulones hoc a adulterio nardi spicam mentiuntur. Accipiunt enim superiorem radicis sefeleos cretici (quod Delphinates ceitre, Lygures ceistre uulgo appellant) partem siccis ac uelut gomantibus staminibus referant, truncosq; caulis & inferioris radicis amputatis, macerant, aut modica aqua, in qua dissoluta est rubiæ maioris radix, respurgunt: dein cinamomi decocto aromatant, sicq; diligenter siccata pro nardi spica dant uenum. Nam hunc fucum mihi nuper detexit quidam, qui eodem ipso quotidie multorum detrimeto uteretur. Volunt de-

sti nonnulli nardi spicam officinarum, non Indicam, sed Syriacam nardum esse.

ναρδάσ κέλτικη, Nardus celtica.

Si doctis creditur, paucis hodie nota est: quâquam non desunt, qui Gallorum & nostrorum aspice ad Celte: cam nardum referendum putent, pseudonardum uulgarem lauandulam esse uolunt: uerum nardus celtica in alpium summis: bus prouenit, & a rusticis aspice adhuc nominatur. Et pseudonardi duo sunt genera: mas Italis spigo: Gallis & nostris aspice: foemina omnibus Gallie populis lauande: Italis lauanda.

ναρδάξ, Ferula.

His regionibus ignoratur. In Apulia frequens ac copiosa prouenit: uulgatum tamen gentis nomen nullum ex autoribus scire potuimus.

νάπι, Sinapi.

Officinis sinapi: uulgo moustar de, aut uerius, graine de moustar de. Italis senape & mostarda.

ναρκίον, Narcissus.

Ναρκίον Græcis: narcissus Latinis: officinis ignotus. Duo præcipua narcissi genera: Candidus & luteus: Candidus in mare distribui potest & foemina: utriq; flos est candidus: sed mari in medio purpureus: foemina: uero, croceus. adhæc in mari narcissi maiora sunt omnia, flos, caulis, folia, radix: in foemina, minora. Ambobus tamen idem nomen. Nam flos Gallis des narcis: Lugduni des ieannes: Alpinis Delphinatibus (nam in alpium pratis copiosissimus luxuriat) nunc fleur d'oye, nunc gonnette, nunc donnette: nostris coubo donno, q; more decrepitare mulierum, caput deorsum inclinet: Aquis sextis tamen, Masfiliæ, & aliis nostræ provincie tractibus maritimis, de iuyefues, id est, iudeæ, aut iudaicus flos nominatur. Hæc species ubiq; in pratis uuidis tempore uerno florere inuenitur. In alpiis autem floret mensibus Iunio & Iulio. Obseruatio ne interim dignum est, ab uno candidi narcissi, præcipue foeminae, cauliculo eodemq; loco sæpe duos, nonnunquam tres, simul flores erumpere: id quod ego ualde, mehercle, sum, paucis ab hinc diebus, admiratus. Luteus narcissus in maiorem et minorem diducitur. Maior paucis medicis cognitus: officinis proforsus ignotus: Lugduni & locis circum uicinis, uulgo notissimus. Nam quibusdam illorum des ieannes, aliis des campanettes, aliis des couclz, nominatur. Radice, caule, & folio candido similis est, flos euariet. Siquidem longus est, me-

dia sui parte calathi effigiem representans, crispatis in ambitu fimbriatis, appendicibusq; septem in eius medio inclusis, in ambitu autem folia sex obrinet, stellæ modo radiata, molliter acuta, ab ipsiq; floris calathio, paulo infra medium, prodeuntia, suppallda. Floret statim primo vere, nondumq; bene ex acta hyemis inclementia: adeo, ut huius florum tum maxime appareant, cum candidi narcissi folia e terra erumpere coeperint. Reliqua omnia illi similina habet. Minori luteo narcisso folia croci insunt: cauliculus quaternum digitorum. Radix bulbosa, nucis auellanæ magnitudine, foris nigra, intus candida, & succosa. flosculus aurei penitus fulgoris, candidi narcissi floribus effigie omnino similis: semen atrum, exiguis siliquis contentum. floret mense Martio, & Aprilis initio. Nascitur dumtaxat, quod quidem explorare haftenus potuerim, in nostra prouincia, apud Aptam Iuliam, saxosis locis ad occidentem urbi adiacentibus: quos patria lingua, quod cauernosi sint, lesbaui mos appellant: in quibus terebinthus idæa, cedrus humilis, meon, thymus, clematis utraq; onitis organos, asterq; atticus maxime luxuriant.

νέριον ἢ ῥοδόδαφνη, Nerium aut Rhododaphne.

Quid sit his regionibus ignoratur. Fuchsius placet nerium in Germaniæ locis quibusdam inueniri. Audio Italiæ familiare esse, & uulgo oleandro nominari. notum quoq; iam est in Aquitania;

νυμφαία, Nymphaea.

Officinis nenuphar. Duo eius genera: alia candido, alia luteo flore. ambæ notæ.

ξανθίον, Xanthium.

Lappa minor officinis: Italici lappola minore dicitur. uulgo anonyum: frequens ubiq; in rudericibus, urbium fossis, lacunosis ac stercoreatis locis provenit.

γλαδιόλον, Gladiolum.

Officinis spatula vegetalís: uulgo Gallorum des spees; flos, Tuscis monacucce.

οἶνον, Vinum.

Varia ac pene infinita sunt uini genera, sed nota.

ἄξον, Acetum.

Aliud album, aliud rubrum. uulgo du uin aigre. Italiæ aceto.

λασέρ, Laser, succus cyrenaticus.

Verus cyrenaticus ueterum succus, uix habetur. Syriacus officinarum beniuin aut belzuin: Italorum belgioino: si doctus cre-

ditur, est qui laferis purior ac nobilior portio uidetur. Est & officinis a sa cognomento foetida, purioris illius recrementum: aut certe lafer e Media Syriæ allatum, Dioscoridi oleus grauior, & putorem respiciens. Aërio tamen lafer a cyrenaico lafer se separatur, siue quia lafer succus ipse sylvii, non lac esset, siue, quia laferis appellatione persicū aut medicum, ut cognobiliora, & uiribus ac dignitate posteriora, non cyrenaicum, uenirent: argumento inde sumpto, quod cyrenaici succi inopiam emendari tradit laferis duplo ca. 40. lib. 8. & ca. 18. lib. 13. Unde constat lafer cyrenaico succo uiribus infirmius esse (quantū congener sit) & ob id duplū illius, alterius inopia, ad usus medicos desyderari.

ὀρίγανον, Origanon.

ὀρίγανον Græcis ἢ *ὀρίγανον*: origanum Latinis. Tria sunt origani genera: heracleoticum, onitis, & syluestre. Heracleoticum origanon officinis generis nomen seruat: Gallis (ut nonnulli uolunt) mariolaine d'angleterre: Delphinatibus ouriam nostris: herbo de nostro damo, nominatur. Quod in his regionibus adolefcit, non usquequaque uiribus ipsi ab antiq; ad scriptis, respondet. Quare onitis origanos aut saureta commodius eius loco usurparetur. Onitis autem officinis omnibus ignota: paucis adhuc medicis cognita: nostra ti uulgo notissima. Appellatur enim in nostra prouincia pebre d'ase, id est, asini piper: seruato nimirum Græco cognomento, assumptaq; ab acrimonia, piperis nomine. Herba est pedalis altitudinis, radice capillari, nigra, inutili, numerosis ramulis ab eadem erumpentibus: folio hyssopi, aliquantū angustiore: flore ex dilutissima purpura candido, semine exiguo, nigro. tota herba gustus est feruidi, unde sibi piperis nomen adoptauit, odore suauis, fragrantis, & ualde aromatico. floret quasi æstate teta. Nascitur in asperis, aridis & siccis ubiq; in nostra prouincia & aliis calidis regionibus. In frigidis enim nunquam sponte natum inuenitur. Syluestre origanum quod sit, nondum mihi est compertum. Tragoriganum esse uolunt eam herbam, quam Galli p'herbe du maistie appellant.

ἰύνκος, Iuncus acutus.

Iuncus alius holoschœnus, mollissimus & ad uitalia utilissimus, qui Latinis marifcha, Ruellio autore, dicitur: alius nobis acutus, Græcis *ἰύνκος* tertius melæcranis, quasi atricæ, seu

flum gerens uuarum coherentium modo. Hoc nihil in ulgi-
nolis locis occurrit frequentius. uulgo ionc: Italis seruato gene-
ris nomine giunco.

ἔρως, Erum.

Officinis Græcum nomen in sedis: nostris erre.

ὄρβαγχη, Orbanche.

Cuscuta quibusdam est: rusticis Galliæ tigne: Italis herba lupa,
& coda di leone: alius herba toza. nomen a strangulando lino
sumpsit.

ὄρυζα, Oryza.

Officinis nomen retinet. practicis non paucis ryzum : uulgo dur-
ryz: Italis riso.

ὄρχις, ἡ κυνὸς ὄρχις, Testiculus canis.

Officinis testiculus canis, & nonnunquam satyrium, quanq̄ id
minus proprie: Gallis, maxime Parisinis, du satyrium. Italis
anonymus.

ὄρχις σεράπιος, Testiculus serapius.

Triorchis a triplici radice dicitur. Huius duo genera. mas flore
purpureo: foemina uariiegato. officinis ignoti, aut saltem ano-
nymy, in montium pratis copiosissimi. Testiculi præterea spe-
cies sunt illæ plantæ, quas Fuchsius satyrii basilici nomine
describit. nam satyrium radice est bulbosa: illæ radices habet
multifidas, ut aptius inter testiculares numerentur.

ὄσυρις, Osyris.

Est officinarum & Italarum linaria. uulgo ignota: frequens ta-
men ubiq; prouenit.

πανκράτιον, Panacratium.

Radix est scillæ similis, quam scillam maioricam uocant: multo-
rum tamen sententia uulgaris scilla uerum panacration est. Ita-
lis scilla minore.

παλιούρι, Paliurus.

Ambigitur inter doctos de paliuro. Quidam Gallorū aulbe spi-
ne paliurum putant: quidam diuersum sentiunt, q̄ nimirum
uulgaris illa alba spina semen in siliquis minime recōdat. Ve-
rū, si ueteris ac clarissimi auctoris Theophrasti de paliuro scri-
pta paulo accuratius in examen adducantur, facillime ueritas
cruī, horumq; componi discordiæ poterunt. Siquidem ex ca-
pite 17. lib. 3. de plant. hist. nulli non manifestum ac perspi-
cuum existit, plures Theophrastum paliuri species nouisse, sed
duas præcipue: Alteram cuius semen in siliquis contineatur,

quam ignotam existimamus: Alteram uero (ut ipsemet auctor
est cap. 4. lib. 4. eiusdem historiæ) cui semen rotundum, rubrū,
cedridum magnitudine, aut paulo minus: nucleum habēs nō
mandandum, modo acinorum punici mali: & hæc est uulga-
ta Gallorum aulbe spine, & nostratiū aubrespin. Accedit Dio-
scoridem fructui paliuri uires extensis uesciæ calculi aspi-
gnare: quæ quidem uires tam manifestis experimentis in albe
spinae uulgaris semine inueniuntur, ut inde uel liquido cōstet,
eam a Dioscorideo paliuro diuersam plantam non esse. Sum-
pto igitur duo paliuri genera: Alterum, quod semen in siliquis
recondit, idq; adhuc ignotum, & Dioscoridi intactum: Alte-
rum uulgaris alba spina, cuius fructum Galli & Delphinates
poyres saineſt Martin nominant: nostris autem generis, id est,
seminis nomenclationem seruat. Meminit & Plutarchus cu-
iusdam paliuri, ab his longe diuersi: sed is nobis ignotus.

παμιαξ ἡ ῥαχίλιον, Panaces herculeum.

Quid sit, non ita constat. Nam huic conuenit (delinea mētis sal-
tem, si non uiribus) ea planta, quam sphondilii nomine Lute-
tiæ uulgo ostentant: quamq; Gallica plebs panaia appellat.
Ea, inquam, ubiq; locis pinguius & humidis uberrime luxu-
riat. Inuenitur quædam herba in maritima nostra prouincia,
cuius notæ herculeo panaci omnes responderent, si eius cau-
lis lanugine quadam incanesceret. Nam folia humi strata ia-
cent, a spera oblonga, a ficulneis non multum abhoritiæ. Cau-
lis reſtus, cubitum excedens, inferne candidus; superne luteo-
us, læuis. Flos illi lutens, sphaericæ rotunditatis. Radix candi-
da, longa, succo pregnans, gustu seruida. Floret mense Maio,
plura non obseruauī. Nascitur in asperis & sitientibus locis;
illustratis locis. Hæc interim non inepte ad Peloponnesse scæ-
feli reuocaretur, ut suo loco dicitur. Hercules panax in A-
pulia & in Apennino plurimus nascitur, sed anonymus apud
uulgos est. Reliqua panacis genera ignorat. Quæ uero Lu-
tetiæ chironii panacis appellatione falso ostenditur, syluestre
sisarum, quod & cheruilla herbariis, officinis baucias, Delphi-
natis chironiolo: nostris giroulho dicitur, est.

πεντάφυλλον, Quinquifolium.

Ad pentaphyllum uulgarem tormentillam (quæ Gallis & Del-
phinatibus tormentille dicitur: nostris autem pene ignota est)
ferè omnes referunt. Quidam tormentillam herbarum sui gene-
ris faciunt, q̄ septem, non quinq; folia habere oculorum iudi-

cio eam constet. uolunt tamen pentaphylli inopia in usum tormentillam uocari. Alii pentaphyllon in Italia nasci contendunt, sed uulgo anonymon: & uulgarem saniculā pentaphylli speciem quartam faciunt.

πέπλον, *Peplium.*

Πέπλον. Actio cum Hippocrate: πέπλις, Dioscoridi: utrunque Latinis: officinis herba incognita. Nascitur in quibusdā maritimis nostræ prouinciæ locis, sed in eo præcipue, qui uulgo Istres dicitur. in faucibus enim amplissimi, & nobilissimi lacus maritimi est, qui nostro sermone le Martegue appellatur, stadiis plus minus sexaginta, a Masilia urbe antiquissima & clarissima, uersus occidentem solem. Herba est pumilla, portulacæ similis, foliis superne uirentibus, inferne suppurpureis, a domestica portulaca minimum absimilibus. Officinis quibusdam nostratibus egregie nota: quibus, ob similitudinem domesticæ, portulaca marina nominatur. Est & peplos herba, appellatione ab hac non omnino dissimilis, quam officinæ esulam rotundam appellant.

πέπων, *Pepon.*

Cucumerum generi assignantur pepones: Italis meloni & peponi disti: quorum uaria genera existunt: de quibus lege Ruellii & Fuchsi. officinis nomen retinent. uulgo pompon.

πέπρι, *Piper.*

Tria piperis habentur genera: album, nigrū, & longū. omnia nota, Gallis poiure: Delphinatibus peure: nostris pebre: Italis pepe. Admonēdus est mihi lector, haberi Lutetiæ in plerisque hortis frutices quosdam, quinum plus minus cubitorum altitudinis, caudicosos, ramis plurimis illustres, folio mori, aut rubi indæi (ribes officinæ appellant) non amplo, fructu iulorū modo a ramulis per pediculos pendente, ex herbaceo candido, quod piper appellant: fruticibus nimirum eo iam pridē ex peregrinis admodum regionibus importatis. Longi interim piperis inopiam sarcit album, & albi nigrum cap. 24. lib. 9.

πρισεύων, *Verbena.*

Duo summa uerbencæ fastigia traduntur, officinis nota, ut apud quas nomē seruent. uulgo ueruene: Tuscis uerminolaca, aliis Italiæ populus berbena.

πρισα, *Persea.*

Ignota his regionibus arbor est, Ægypto familiaris.

πριδικιας, *Perdicias.*

Officinā parietaria est. Gallis paritroire: Delphinatibus espargenostris espargoulo: Italis uetriuola: de qua supra in helixine dictum est.

πριονια, *Pæonia.*

Duo eius genera: mas, & scemina: illius flores Gallis roses nostræ dame appellantur. officinis herba, pæonia: nostris piouno, nominatur. nam copiosissimus est pæoniæ prouentus, in finibus nostræ prouinciæ: & huius Delphinaticæ gentis, in montibus ignobilis uici, qui nostra lingua ies Amergeus dicitur: in Gallicæ hortis multa quoque inuenitur.

πρισεύων, *Petroselinum.*

Selin multa genera. Hortense: quod Latini apium: officinæ petroselinon: Itali perosello: Galli psilh: Delphinates pereseilhe nostri iuuerd, nominant. Hippofelinon Latinis equapium & olus atrum: officinis apium: Gallis & Delphinatibus achenostris api. Oreoselinon & eleoselinon officinis ignota. Est & aliud selini genus, magnum quidem & amplū, quod officinæ petroselinon macedonicon uocant: cui nulla prorsus ex parte conuenit descriptio. Apud Delphinates in hortis quibusdam uisitur herba, cui petroselini macedonici historia, quæ breuis admodum, mire adscipulatur. Ea uulgo l'herbo de la grauello nominatur. Radicem habet digitalem, non longam, radicis apii remulam, uerum duram, lignosamque (planta nimirum ad seminis maturitatem appropinquante) odoratam, gustu acrem, quæ diu linguam uellicet, suauem tamē, & ad cheruillæ hortenensis gustum nonnihil accedentem. A radice erumpit caulis cubitalis, aut procerior, teres, genicularus, inauis, intus medullaceus, læuis, uirens, multis alarum finibus concauus: ramulis & singulis geniculis erumpentibus, inque alios etiam ramulos ductis. In quorum omnium summitatibus flos insidet albus, minutulus, sparsus, nulla umbellæ, aut muscari seruata ratione. Florē illico subsequitur ipsum semem, duobus granulis inter se coherentibus, semini ameos uulgaris simillimum, odoratis tamen initio uirens, post maturitatem ex flauitie pallidulum, acre, aroma olens, diuque os ipsum gustantis, mira odoris: suauitate comendās. folia que singulis caulis erumpunt alis, magna sunt, hortensis cheruillæ folis similia, aliquoties utrinque pinnata, & in ambitu serrata: & quo magis ad suū caule acceditur, eo minora sunt. que uero & ramulorum finibus exeunt, parua sunt, foliis hortensis a pii effigie similia, pinnata semper, &

per ambitum ferrata. Cæterum quæ e summis exiliunt, minutissima sunt, & quasi fœniculacea, nisi plana essent, & ut ceruinum cornu uulgare, perpetuo dentata. floret ætate. Semen maturefcit circa autumnii initia. Inuenitur in paucis Delphinatium hortis (& iam hic quoque nostra cura, ut terebinthus idæa ac macedonica, philyrea, phillyrea, lotus arbor, cedrus humilis, & rhamni tertia species) diligentiq; matronarum studio, & feruatur ad exterendos renum calculos. Nam constat modicam eius feminis portionem tritam, & ex albo uino potui datam, magnam uim arenularum per urinas exigere. Vnde ab effectus uulgus eam l'herbe de la grauelle nominare cõsuevit. Ad hæc certum est huius herbæ femina e Macedonia, superioribus annis fuisse allata: ut uel hinc probari possit, illã e genere felini macedonici esse.

πυκνίδιον, *Peucedanum.*

Ad peucedanum meo iudicio reuocari potest ea herba, quæ passim Luteriæ, Massiliensis seseleose nomine, ostenditur: cuiusq; maximus est prouentus in prato Gentilicio propter Luteriam: necnon in tota Gallia: nam si (ut Ruellio, & aliis doctis placet) officinarum siter cognobito montanum, Massiliense sesele existimandum sit, e duobus alterum erit necessarium, & aut duo Massiliensis seseleose statuere genera, aut alteram e plantis illis (quod ueri similis est) sesele Massiliense non esse. Accedit, qd ea planta a multarum gentiũ officinis peucedani nomine in usum medicũ uocatur. Succo peucedani usi sunt ueteres medici: atq; idcirco, si illius copia non adsit, tantum sesele herbæ, & dimidium sagapeni conciciendum monent, cap. 47. lib. 12.

ρύζιον, *Ruta.*

Officinæ & Itali Latinum nomen usurparunt, Galli & Delphinates da la rue: nostri rudo nominant. Duo rutæ genera: hortensis, & syluestris. Syluestris, apud nos calidis siccisq; locis copiosissime prouenit: quæ autem planta Luteriæ syluestris rutæ loco ostenditur, rura syluestris, saltim ueterum, non est, Satiua ubiq; in hortis inuenitur.

πίσα, *Pix.*

Officinis nomen seruat: Gallis de la poix: Delphinatibus peio: nostris pego: Italis pece. Multa picis genera, liquida, arida, brutia, cedria, & similes, de quibus copiosissime ac doctissime Ruellius cap. 113. lib. 1. sui operis de stirpium natura

πιστακίον, *Pistacium.*

Arbor est peregrina, foliis rotundis, capparinis proximis, odoratis, gustu aromatico. Luteriæ uisitur in horto diuæ Mariæ. Fructus Græcis & latinis pistacia: officinis fistica: Italis pistachi dicuntur.

πυκνίδες, *Pityides, nux pinea, nux picea.*

Nomen seruant officinis: uulgo pomme de pin.

πίτυξ, δ φλοιός, *Pini cortex.*

Officinis Latinum nomẽ infedit. Gallis escorce de pin: Delphinatibus rusche de pin: nostris rusco de pin. Hic cortex loti arboris cortici substituitur, si ille desit, cap. 48. lib. 9.

πλατάνη, *Platanus.*

Πλάτανος, Græcis: Platanus Latinis: officinis ignotus. Duo eius statui possunt genera, fertilis & sterilis, qui pseudoplatanus discriminis gratia dicitur. Ferax platanus Gallorum paucissimis cognitus: Delphinatibus & nostris ignotus. Hic Lugduni hac forma in horto quoquam spectatur. Arbor est adhuc non proceratrum aut quatuor ulnarum longitudine, caudice uirilis tibiæ magnitudine, candida ligni materie, cortice crasso, spadicei coloris, ramis oblongis, a pseudoplatano non absimilibus: fronde uirginea, longo eoque purpureo pediculo nitente: flore racemoso, ex luteo pallido, semidodrantem longo, labruscæ, magnitudine, multis appendicibus, ex pallido in luteũ languescentibus, ornato. In summis illis petiolis mox oriuntur siliquæ, breues, triangulares, membranosis & pressis uelut corniculis, in tripodis formam, singulis eius angulis adnatis. Floret uere: fructus exin sensim increfcit: ac tandem maturefcit ad autumnum. Florem ipsi uidimus: & plantam totam. Fructum uero cernere non dum licuit: uerum quæ de eo scriptis mandamus, ab œconomõ intelleximus. Audio in Sabaudicæ montibus inueniri, atq; indigenis platin nominari: id quod a ueritate alienum non uidetur, cum ea planta quæ hic uisitur a Pistacis Gallicæ populis huc fuerit allata. Habetur & apud Neapolim in hortis quibusdam. Pseudoplatanus autem ubiq; luxuriat, & Gallis du plan: Delphinatibus playe, nostris blaye: Sabaudis uero planou uocatur. Huic folia quoq; uitis infunt, ligni candida materia, cortex crassus, spadiceus, ut ob similitudinem pseudoplatanus non inepte appellari possit.

πολύγων, *Polygonum.*

Duo polygoni genera, mas & foemina. mas Latinis sanguinaria, officinis centinodia, corrigiola, lingua passerina: A pulcio pro serpinaca: Parisinis autem herba sancti Innocentis (quod frequens est copiosum in eo cemitario luxuriet) nominatur. uulgo ano nymum. Foemina officinis ignota. Quod autem in aquis stagnantibus aut pigro lapsu repentibus adolescat, idcirco Galilis pin d'eaue dicitur.

πολεμώνιον, Polemonium.

Πολεμώνιον Græcis, Latinis polemonium: officinis plane ignotum, nisi ea planta sit, quam herbarii bosci saluiam, & quædam Galliarum officinarum ambrosiam nominant. Verum non ausim affirmare bosci saluiam. i. sylvaticam saluiam polemonium esse. Quidam se id nosse prædicant, quorum sententiam nec probabo, nec improbo. Quibusdam aliis rita herbariorum cognominato capraria polemonion existimatur: uerum parum probabiliter. quando quidem omnes illius notæ, ne minima quidem reclamante, asphaltici trifolio tam ad stipulantur, ut absurdissimum putem eam ad aliud genus reuocare. Sit igitur polemonion ex earum plantarum numero, quæ parum adhuc exacte cognitæ sunt.

πόλιον, Polium.

Duum est generum: montanum, quod officinis nomen retinet: alterum fruticosius, minus notum.

ποταμογέτων, Potamogeton.

Paludibus & stagnis familiaris: officinis & uulgo ignotus.

πολυπόδιον, Polypodium.

Latinis filicula: officinis polypodium. Quercinum laudant, quo raro, herbariorum incuncta, utuntur.

πράσον, Marrubium.

Duo prasii genera: album, officinis prasium album: Gallis, Latinam nomenclationem usurpantibus, du marrubium iam dici coepit: Italis marrubium: Delphinatibus & nostris corrupta uoce lapsuque facili bon robin, pro eo quod est marrubium, nominatur. Nigrum officinis prasium foetidum, balote Dioscoridis est, uulgo ignotum. Habent & prasium officinarum, cui uiridis nomen indiderunt, albo congener, & uiribus eisdem præditum.

πόρρεον, Porrum.

Officinae Latinum nomen seruarunt. Gallis porreau: Delphinatibus porreau & por: nostris porre: Italis porro. Duo eius gene

ra: hortense, & uineale, ambo nota.

πρόπολις, Propolis.

Quid propoleos nomine accipiendum sit, ambigitur. Scribonio Largo cera uirginea dicitur. Aliis tamē rudis est & crassa materia in apum officinis nondum cera, odore graui, qua pro galbano ueteres urebantur. Emendari potest eius tenere inopia, si terebinthinae, aut, deficiente terebinthina ipsa, picis brutiae parpondus substituatur, cap. 42. lib. 12.

πίελεα, Ulmus.

Officinis ulmus: Gallis & Delphinatibus orme: Italis olmo: montano. Duo faciunt ulmi genera, domesticū & montanū. Italia, ut Ruellio placet, quatuor ulmi fastigia hēt. Est & apud nos arbor montana, quam uulgus nostrum, quasi ulmo congenerē puter, oume teilh appellat. Ea species tiliae Latino rum est. De tilia at arbore uariatam sententiis ab antiquis fuit. Dioscoridis namque φιλλυρία, quæ nostri tiliam uerterunt, longe diuersa a Theophrasti (cap. 10. lib. 3. de plantarum historia) φιλυρία, quæ itē nostris tiliae nomē sibi adoptauit, uel sensu iudice, est. Nā Dioscoridis φιλλυρία, id est, tilia, dubio procul, si notæ omnes diligenter expendantur, ea arbor est, quæ nostri patrio sermone amelanchyer, fructus at amelancos nominat, φιλυρία uero, hoc est tilia Theophrasti, lōgo ab illa in reuallo distidere, cuius, uel mediocriter oculato, cōperietur. Siquidē φιλυρίας Theophrasti duo summa statuuntur genera: foecundū, & sterile: foecunda tilia foeminæ appellatione dotatur: officinis ignota: Gallis anonyma: Delphinatibus, præsertim mōtanis, notissima: Eā enim uulgata corū lingua terlier, eius at fructus terlis appellant. Sterilis tilia maris nomen obtinuit, Gallis tillet: Delphinatibus terlier: nostris, ut dictū prius est, oume teilh uocatur. Accedit tiliae Dioscoridæ (quæ nostris amelancuque nominari diximus) fructus nigros racematim congestos ac gustu subdulces: tiliae at foeminæ Theophrasti (quæ huius generis hominibus terlier dicitur) sorborū colore & figura penes multos, gustu (quanquā ad summam maturitatem peruenerint) austeros, intus granulofos, semine, ut solanum halycaabum, copioso prægnantes esse. Quæ omnia etiā si reliqua silentio prætereantur, manifestum inter has plantas discrimen ostendere possunt. Sed harum prolixio rem atque exactiorem, ne longior sim, tractationem in aliud tempus differendam institui. Nūc ad ea quæ sequuntur properemus.

Ἰεπίς, Filix.

Duo filicis genera, mas, officinis ofmunda regalis: Gallis ofmunda de. Femina officinis nomen feruat: Gallis & Delphinatibus de la feugiere, nostris nauziere: Italis felce dicitur.

πυρεθρον, Pyrethrum.

Pyrethri planta his occiduis regionibus desyderatur. Radix in usu frequentissimo est, & nomen officinis retinet, Gallis pied d'alexandre. Habent & herbarii suum syluestre pyrethrum, quod doctorum ferme omnium sententia, ad Dioscoridis ptar micam referri debet.

πυρὸς, Triticum. ἀμύλον, Amylum.

Tritici uaria genera, quanq̄ eius communij nomine omnia semina, quæ in panificum assumuntur, completi uidentur. Vulgus Gallorum & Delphinatium fromenti: Tusci grano: Longobardi formento, nostris blad & anno no appellant. Amylum officinis, & uulgo amygdum, ideo hoc nomen obtinuit, q̄ cetera molæ usum ac operam fieri solet.

ῥάμνος, Rhamnus.

Trium est generum. Prima species mihi adhuc ignota. Secunda exigua copia prouenit apud Germanum, Delphinatium prope Tinctum ignobile uicum in sepibus, ubi ab indigenis l' e spine de nostre Seigneur nominatur. Tertia, quæ fructum uerticillo similem gestat, & in ambitu membranofum, copiosissimam luxuriat in nostra prouincia ubiq̄, maxime apud Aptā Iuliam, & qua Apra Iulia Auenionem & Caballionem itur, & uulgo ab omnibus arnaueau: Italis autem marruche nominatur.

ῥάφανις, Raphanis.

Duum est raphanus generum. Satius, qui Gallis raue, nostris & Delphinatibus raiffort: Italis quibusdam radice, alijs raua nello. Syluestris etiam non rari est in medicina usus, quanquã inuentu non usquequaq̄ facilis. officinis Græcum nomen feruatur. Italis ramoraci.

ῥέον pontικόν, Rheon ponticum Rha.

Verum rha ponticum occiduis hisce regionibus desyderatur. Quæ uero radix a seplasiariis the pontici appellatione ostenditur, centaurij magni radicem esse, longe plura argumenta conuincunt, q̄ ut pluribus demonstrari nunc debeat. Ruellio & Manardo rha cognomento barbaricum siue sceniticum eiusdem generis & uirum cum pontico statuunt. discrimen tantum

tantum in odore est, q̄ hoc, id est, ponticum in odorũ sit: illud autem, præsertim tritum, grauem spiret odorem. Rha pontici si quando non ad fuerit copia, centaurij magni radix in usum uocari potest, cap. 57. lib. 8.

ῥητιναί, πᾶσαι, Resina omnes.

Resinarum multæ species. Terebinthina, abietina, laricea, picea, pinea, lentiscina, cui mastiche nomẽ est, iuniperina, cedria. Terebinthina e Cypro & Rhodo Venetias aduchitur: Venetijs in Galliam transmittitur, apud quã terebinthina Venetæ nomen inuenit. Apud nos quoq̄ mensibus Augusto & Septẽbri uera terebinthina sudare ac stillare conspiciuntur, neglectaq̄ plebeciorum & aliorum ignorantia, adhuc manet. Abietina multa in alpbis colligitur, & occiduis his regionibus terebinthina nomine ostenditur & usurpatur. Vulgus alpinorum appellat bitouin: officinae terebinthinam: plebs tormentine. Laticeam cũ abietina permisceri suspicor ab his, qui omnia dolo utant. Picea huc adfertur in calathis e corticibus arborum (ut fraga re poni solent) contextis. Lentiscina mastiche est. Pinea calidis in locis uisitur, ut & iuniperina. Hanc postremã officinae Arabas feruat: sandaracham nominant, quam a Græcorum sandaracha (quæ chymistarum auripigmentum rubrũ est) diuersissimam esse constat. Resina igitur iuniperi officinis sandaracha & uernix dicitur. Vulgo autem du uernix aut de la glas se. Cedria his locis ignota. Plura de resinis legat apud Ruellium cap. 113. lib. 1.

ῥόδον, Rosa.

Rosarum tria præcipua genera: Rubræ, candidæ, & ex rubro dilutæ. Hæ postremæ uulgo incarnadæ, q̄ floridum uiuidæ carnis colorem representent, dicũtur. Rubræ nostris rosos encros; Italis rose rosse uocantur: officinis singulæ suum seruant nomen. Vidi ego admodum adolefens apud Saltum prouincie nostræ oppidum bifera, rosata. Nam nihil minor rosarum puentus autumno in illis habebatur, atq̄ uerno tempore solet. Habentur & damascenæ rosæ, odore suauissimo ac fragrantissimo præditæ, aliæ albæ, aliæ rubræ: quæ Tuscis damalchines: alijs moschete uocantur. Hic roses de mase.

ῥόδον ἀγρίον, Rhododaphne.

De rhododaphne supra in nerio dictum iam est. Dissimulandũ tamen hoc loco nequaquã est, maritimis nostræ prouincie tractibus copiosissimum nasci fruticem, cui folia sint amygdalinis

effigie proxima, gustu insigniter dulcia, cum salugine quadā foliorum saluiz modo aspera, glutinosa adeo, ut pressa tenaciter digitis hæreant. Flor. sedit caninis rosis adsimiles, ex rubro dilutos. Floribus succedit semen nigrum, melanthii seminon non dissimile, colore nimirum, figura & magnitudine, pilulis, aut, si mauis, corniculis quibusdam auellanarum magnitudinem æquantibus conclusum, collectis hinc inde tegminis ascribitur, & in unū (ut in pzonizæ foeminae nucibus apparere) coeuntibus. Frutici binum ternumve cubitorum altitudo inest, ramimulti, lignosi, cortex asper atq; horridulus. Radix lignosa, acuta, longa. Plura nondum obseruauit. Ex his tute iudicatio, num hæc planta ad rhododaphnen possit reduci: quod ipse nolim affirmare. Verum, ut te ad eius apud ueteres inuestigationem incitarem, historiam apposui. Plurima Tholone & Acreis, & tota maritima prouincia inuenitur. Floret ineunte æstate, ac subinde lemen profert.

ββα, Malum punicum.

Malum punicum triplex: dulce: acidum, & inter ea medium, acido dulce, officinae malum granatum, a granorum siue acidorum multitudine: Galli des grenades: nostri migranos: Itali pomi granati appellant. Inueniuntur & syluestria punica mala.

ββς, Rhus.

Planta quæ sit, a paucis scitur. Fructus seu semen in usu frequentissimo est. officinis sumach.

ββπθ, Sordes.

Sordium hodie nullus usus, atq; ob id, in Gallia præsertim, minimi habentur, nec inueniuntur omnino, ꝓ balnearū usus apud nos pene obsoleuerit.

Σαγαπνον, Sagapenum.

Officinis corrupte, ut pleraq; alia, serapinum dicitur.

Σαμψυχον, Sampsuchum.

Latinis & officinis maiorana: Gallis & Delphinatibus de la marjolaine: nostris maiorano: Tuscis persia: aliis Italiae populis maiorana: uulgaris apud omnes notitiæ.

Σαρκοκδλλων, Caries lignorum.

Caries illiusmodi nostris coucroffon: Italis tarlatura di legno, dicitur: Cariem experiri coucroffar: Delphinates chironnar,

σαρκοκδλλα, Sarcocolla.

Officinis & Gallis nomen retinet.

αυτύριον, Satyrium.

Duplex est satyrium: trifolium & erythronium: neutrum officinis satis notum, ut quæ testiculi canis speciebus, quem satyriū abusiue uocant, loco satyrii utantur. Addunt recentiores genus tertium, quod basilicum cognominant. Exiguum, flore saturata purpura uitente, cauliculo quaternū digitorum, aut paulo altiore, radice in manus effigiem conformata: unde Auitē næ digiti citrini: officinis autem palmæ Christi cognomen accipit: quanq; palmæ Christi appellatione ricinus herba uulgo intelligatur. Huius duo genera. Purpureum, quod iā diximus, minus, quod mas dici potest: & uariiegatum, aliquot maius, foemina. In classis tamen testicularium aptius relegabuntur, ob dissimilitudinem quam habent cum uero satyrio. Hoc montes præcipue amat, alpium indigenis minime ignotum. Vidi ego postremis annis uerum satyrium in montibus Delphinatum: radice bulbosa, ouigallinacei fere magnitudine, foris ruffa, intus candidissima, succosa, gustus suauis ac prædulcis: foliis lili, caule dodranei altiore, læui, terete: flore pyramidalit ac pene rotundo, ex saturata purpura candicante, quæ tamen calathodem uulgaris lili effigiem non repræsentaret. Floret mensibus Iunio & Iulio. Semen, quia maturum tum haudquaquam effert, non obseruauit. Copiosissimum adolescit in alpiibus: & in eo Delphinatum monte, qui ex omnibus, quos unquam uidi, herbarum medicarum feracissimus est: patria: eorum lingua Chironno uocatur, nec procul a Dia urbe ad septentriones est. Nam, præter satyria, illic uidentur testiculares omnes, gentiana utraq; selesi tum Masiliense, tum Creticum aconita: liliū purpurascens, & candidum syluestre, lunaria minor (quæ eorum lingua Pheibo de la routo nominatur) chamaeleones, asarum, carui, perasites, narcissus candidus, centaurium minus utrunq; bistorta, oxycantha, anagryis, & alia innumera quæ recensere longissimum esset. Distat & ab hoc mote uertus orientem solem miliaribus circiter octo, planities amplitudinis admirandæ, aquis abundans, mote excelsissimo ab oriente: locis præruptis & plane inaccessis a septentrionibus & occasu, saxosa uero planitie a meridie circumscripta: cuius angustissimum ingressum elegantissimus fons exornat. Ea priuata gentis lingua les pres de cheuallieres nominatur, & monti inaccessio (quem rustici indigenæ l'aigulle appellant) admodum uicina est. In quam, inquam, planitiem si quis stu

dio simplicium adductus, concesserit: illi simplicium (& maxime seseleos Cretici, quod illic, si usq̄ gentium aut locorū, copiosissimum & pulcherrimum luxuriam, copiam, uarietatem, nobilitatē, raritatem, & in his diuinam providentiam admirari licebit: quæ loca tam deserta, tam inuisa, & quasi mortalibus inaccessa, tanta herbarum preciosissimarum uarietate atq; uerbate locupletarit.

Σέλιον, Apium.

De apio supra in petroselinodiximus.

Σεπίς, Seris.

De seride copiosissime in cichorio dictum iam est.

Σέσλι, Sefeli.

Σέσλι Græcis: Sefeli Latinis. Quatuor sunt & inueniuntur seseleos genera. Masfiliense Stoechadibus insulis, & maritimis nostræ provincie tractibus familiare: necnon in alpibus, & omnibus Delphinatium nostrisq; montibus frequens ac copiosum: officinis filer montanum: uulgo alpinorum sire montan. Qd̄ Fuchfio Æthyopici seseleos nomine pingitur, iā dictis in montibus, alpibus nimirum, copiosum prouenit: inuentu & cognitum (si quis uigilantior fuerit) non difficile. Aut uerius Æthyopicum (quia in alio multæ notæ reclamant) sefeli eam plantam dixerim, quam Luteriz, in hortis quibusdam, parum cōsulto, pro terebintho ostentant. Cuius, inquam, largissimus est proventus, propter Druentiam, rapacissimū nostræ provincie flumen, saxosis locis, iuxta Orgonum Caballioni proximum oppidum. Siquidem delineatio uniuersa illi fauet, nulla reclamante nota. Nam frutex est binum renumve cubitorum, caudice digitali, flagellis cubito longioribus, iuncoq; crassioribus ac lignosis, folio domesticæ oleæ, nigriore, molliore, & ad periclymeni folia satis accedente. Flos in ramorum cacuminibus infidet luteus, speciosus, circinnatus (ut cepæ porriue flores) rotunditatis. Semen fœniculo crassius, nigricans, densum, solidum, & feruentis gustus. Radices ualidæ, in profundum actæ. Vulgatum nomen mihi nondum scire licuit. Floret mense Iunio & Iulio. Semen maturefcit Autumno. Nascitur Orgone & Celone, oppidis nostræ provincie, aridis, saxosis, & macilentis locis. Peloponnesse, in maritimis nostræ provincie luxuriat, folio cicutæ latiore, crassiore, subsæpero & contrectatu ingrato, nullis tamen spinis horrido, humi strato. Caulis illi inest rectus, cubitalis, aut procerior, fœniculaceus, prope terram can-

dicans, a medio sursum uersus auri fulgore nitens, læuis ac depilis, tereti forma. Summo cauli infidet umbella, orbiculatæ plane rotunditatis, floris Æthyopici æmula, flos luteus. Radix subest longa, recta, crassitudine digitali, teres, succo prægnas, candida. Floret mensibus Maio & Iunio. Plura nondū uidi. Nascitur in montibus & collibus terrenis mari propinquis, & aliquantum remotioribus, calidis tamen & siccioribus locis, & in humidis nonnunq̄. Tuto interim hanc plantam inuenies in agro ignobilis cuiusdam uici nostræ provincie, q̄ uulgo Meunos appellatur: secusq; uiam est, quæ Tholone urbe maritima Sanctum Maximinum ducit. Vulgi nomenclationem non didici. Ex iam dictis itaq; tibi constare potest, hæc quam depinxi plantam, uerum sefeli Peloponnesse esse. Quantum est Creticum, quibusdam tordylium, Paulo gordylium officinis, & medicis ferme omnibus ignotum: Fuchfio cognitum & belle depictum. Hoc Lygyres & Hispani ceistre: alpini Delphinates, Sabaudi, & qui agro Pedemontano sunt uicini, de la ceitro nominant. Herba fruticosa est, dodrantalis Dioscoridi (nos tamen pinguibus locis cubitale frequenter) sine in alpibus uidimus) radice crassa, lōga, buxæ, aut ex buxæ candida, omnium maxime aromatica, gustu acri ac suauissimo: folio fœniculi: tenuiore tamē & ferme capillari. Caulis rectus est, palmo, aut cubito nonnunq̄ longior, in summo brachiatu: umbella coriandri: flos lactei candoris. Semen primo ex rotunditate oblongum, & quadantenus angulosum, quod, ubi exacte maturuit, in duo ueluti scutula scinditur, gustu feruidum est, odoratum ac iucundum, floret æstare. Semen maturefcit, in alpibus, circa finem Augusti. Herba tora tante profecto suauitatis, ut si æstiuis ardoribus eueclatur, & confrausta manibus attrectetur, uix aliud sis multo tempore palpaturus, quod tibi Cretici seseleos inusitatam, & uix satis explicabilem, suauitatem non respiciat: id quod ipsi frequentissime sumus experti. Nascitur, ut dictum est, in alpibus ubiq; nulli non e plebe notissimum.

Σήσαμον, Sesamum.

Sesami planta non ita multis nota est. semen officinis sisamū dicitur. Italiae anonymon.

Σιδιριτίς, Sideritis.

Sideritidis tres spēs Dioscoridi statuuntur: ex quibus prima tantum cognita est, & officinis terrahil aut herba Iudaica nuncu-

patur: reliquæ species ignotæ: quanq̄ non desint qui uulgo rem carpentariam, Gallis mieulx uault qu'or, dictam, ad fide ritin referendam putent, quorum sententia explodēda proflus uenit.

ακρυα, Cucumeres.

Cucumeris fatiui multæ species, officinis nomen seruant. uulgo concombres: Tuscis cedrioli: Longobardis cocomeri.

ακρυον ἄγριον, Cucumis syluestris.

Cucumis syluestris Latinis nomen seruat: officinis cucumer asininus: Gallis concombres faulauge: Italis cocomero saluatico, nostris cocourmasso. Succus eius Græcis, Latinis & officinis elaterii nomen inuenit.

αλαπιον, Laserpitium.

Quorundam opinione officinis & uulgo osteritium: quibus nequaq̄ probatur eorum sententia, qui herbam quæ ab herbariis, nunc imperatoria, nunc angelica, nunc sancti spiritus radix nuncupatur, eandem cum laserpitio existimant: ut quæ foliorum effigia a syphio diuersissima, uel sensuum iudicio ac testimonio appareat. quādo quidem hoc folia uulgaris apij, ex pallido in lutrum languescencia, caulem ferulaceum hēt: illi aut sub nigra folia, per ambitum serrata insint: caulis concauus, flos ex purpura candidus (his tamen regionibus candidifsimus.) Veruntamē, cum in floribus, semine, caule, radicibus, & quod omnium præcipuum est, facultatibus ipsis, tam inter se consentiant hæc plantæ, ut nullum, aut minimum saltē, statui discrimen possit: non erat, meo quidem iudicio, cur ob tantillam foliorum diuersitatem, plantæ inter se alioqui similitudine dissiungerentur, notamq̄ tanti discriminis subirent. Nam si tradix utriq̄ foris nigra intus candida, aut uerius buxi scoloris, semen latum, foliaceum, flos candidus, facultates omnino eadem: qui, obsecro, exigua illa foliorum uarietas, & dissimilis ut cunq̄ effigies, congeneres plantas, genere diuersissimas efficere potuerit? quid? non ne utriq̄ folia sunt in ambitu serrata? non ne oblonga? sed illi quadantenus nigricantia, & septipartito diuisa: (nam medius petiolus solum in tria dissectum: laterales singuli singula in duo distributa folia sustinent) huic ex luteo suppallida, & (nisi tergiuerfari consistum est) in septenarium quoq̄ numerum quodammodo dispensata. Sumptigitur duo Europei laserpitii summa fastigia: alterū, cui apud uulgus & Germanicas officinas osteritii nomen insint: alterum

uero quod Gallicis officinis & herbaris imperatorie, angelicas aut sancti spiritus herba: uulgo autem Delphinatum alpino: rum alegros nuncupetur. Vtraq̄ species Parisiis in hortis uisitur: prior tamen in alpiibus inuentu rarior: posterior nullibi gentium aut locorum copiosior. Sed hæc alio loco accuratius demonstrabuntur. Nam quia hic specierum diuisionem omisit: ille plantas genere easdem, diuersas esse uoluit: nos generis (ut ita dixerim) idenitate seruata, speciebusq̄ exacte distinctis, eorum discordias componemus.

ατρον, Sinon.

Ignoratur.

ατρον, Lauer.

Officinis berula. uulgo de la berle. Sic enim metathesi syllabarum pronunciat.

ασιμυριον, Sifymbrium.

Sifymbrii duo genera. prius officinis balsamita: uulgo du crescon: Italis crescione. Alterum, quod & cardamines, a nasturtii odore, cognomen tum accepit, officinis nasturtium aquaticum n, Senis autem Italiae urbe gorgolestro dicitur.

σκανδιειξ, Scandix.

Quidam uolunt Romanis aciculam dictam fuisse. Quid tamē sit ignoratur. Dioscoridea enim breuitas eam nobis ignotam reddidit.

σκιλλα, Scilla.

Officinis squilla marina, quanq̄ & pseudosquilla alibi passim inuenitur. uulgo nostratium cebo marino, Italis scilla.

σκολυμοθ, Carduus.

Scolymi memini Theophrastus ca. 4. lib. 6. hist. plant. meminisse & Dioscorides. Ex quorū scriptis uix aliud elicere possis, q̄ Theophrastum de hortensi (qui Italis carcioffis Longobardis archichiochi: nostris carchoffles: Gallis & Delphinatib. artichaultz nominatur.) Dioscoridem uero de erratico (qui Italis, a uicogendi lastis, presura: Gallis autem chardonnette, dicitur) suis se locutum: ut in cinaræ mentione dictum fuit.

σκρδιον, Scordium.

Officinæ seruata Græca nomenclatione, multis sæculis pudendo nimis errore ophioscorodon rudi plebeculæ obruserunt. Nunc iam tamē uerum scordium nosci cœpit: In hortis siquidem Parisinis frequens inuenitur. Ad hæc propter Grætanopolim Allobrogum ab occidente, & in nostra prouincia

passim, maxime Tholone iuxta mare, luxuriat.

σκόροδον, Allium.

Duum est generum, hortense, & sylvestre. Sylvestris duo genera. Nam aliud est folio latiore, oblongo, molli, uirentissimo, flore albo, capitello paucioribus glebis conformato: radice non admodum bulbosa, candida: syluis umbrosis gaudet, & Plinio atq; herbariis allium ursinum dicitur. Aliud in excelsis ac nudis montibus luxuriat, ab aquilone, hortensi simile, nisi minus. nomen seruat. Gallis aiih: nostris alhet.

σμύρα, Myrrha.

Officinis myrrha: uulgo de la myrthe.

σμύρνιον, Smyrniun.

Σμύρνιον Græce: Smyrniun Latine. Duo eius ex Galeni lib. 8. simpl. sententia genera: Alterum, quod a quibusdam agreste hipposelinon uocari commemorat: non autem, ut quidam perperam interpretatur, hipposelinon sylvestre a quibusdam uocari smyrnion. Id officinis lybisticum: Gallis leueche: a spinis Delphinatibus, nostra etiam memoria, api, nominatur. Est & aliud smyrnion Amanu monti familiare, quod olim Cilices, petroselinon cognominabant. Id in Italia copiosum inuenitur: uulgo q; (ut auctor est Manardus epist. 24. li. 9.) alexandriū, quasi olusatrum (sic enim Romæ Galeni ætate uocabatur smyrniun, ut ipse testis est lib. 2. de aliment. facult.) & Florētinis macerones, appellatur. Ea quoq; species iam hic Lugduni, & apud Delphinates, omnibus nota: uerum illic alexandri & alexandrine: hic macerons a quibuslibet uocatur. Ambæ plantæ in hortis habentur, & iam dictis nominibus uulgo cognitæ sunt.

σῶγξθ, Cicerbita.

Officinis rostrum porcinum, & pectus leporis: nostris de cardelios: Gallis, a lactis, quam reddit, copia, lactiferon: Delphinatibus lacheiron: Italis cicerbita, nominatur.

σπάρα, Genista.

Spartium quod a Dioscoride pingitur, genista est: sed ea, quam Galli genest, nostri genesto fero, Lugdunenses geneste de flore, Itali genestra, appellant. Est & iuncus quidam Hispanicus, qui, quia funibus, rudentibus ac ficariis corbibus conficitur, sic accommodus, a quibusdam ad sparti genus alterum uocatur: uulgo autem sport, & ficariæ corbes ex eo constat: sportins, quasi spartins, dici solent.

σάκη, Stacte.

Doforum sententia officinarum styrax liquidus, ueterum stacte est.

σταφιλίνθ, Pastinaca, Daucus.

Duo pastinacæ genera: hortensis, quæ officinis pastinaca: Gallis carrote: Delphinatibus pastenade & pastenaiye: nostris pastenargo: Sylvestris quæ & daucus appellatur, de quo suo loco dictum iam est. Quorundam tamen sententia: pastinaca fatiua candida: erratica autem carne est purpurea.

στοιχάς, Stœchas.

Officinis stœchas Arabicus: plebi nostræ maritimæ morranilh. Citrinus officinarū stœchas elychnissum Dioscoridis & Galeni amaranthum a doctis pene omnibus censetur, ut in amaranto dictum est.

στράβιον, Struthium.

Latinis radicula & herba lanana dicitur. putatur esse officinarū saponaria. Alii uolunt esse ignotum.

στυράξ, Styrax.

Officinis, mutata una litera, storax dicitur. Duo faciunt styracis genera: Liquidum, quæ doctorum opinione myrrha stacte est: Siccum, cui calamitæ nomen indiderunt, & his uerus styrax existimandus est. Siquidem Arabes duum styracis generum, Greci autem unius duntaxat meminerunt.

σταφυλή, Uua.

Uuarum innumere species, quæ ab imponentium arbitrio uaria nomina acceperunt. officinis nomen retinent, uulgo raisin. Italis uua. Vnde nostri principis & innocentioris uuarum speciei emphasticon nomen semper retinuerunt, eam uui aut unio, id est, uuam appellantes: Eam speciem Delphinates pachurelle nominant.

σύκα, Ficus.

Ficum ex uariis antiquorum scriptis infinita genera obseruauit & annotauit Ruellius, ad quem breuitatis studio te remitto. Officinis Latinum nomen in sed: uulgo figues.

σύνφυτον, πετράιον, Symphytum.

petraeum.

Herbariis bugla: Gallis du bugle, nuncupatur: quanq̄ in hæc usque tempora non defuerit, qui herbam Fuchsis primellam dictam, ad petraeum symphytum referendam, nec id fatiis cōsulto, existimant. Est & symphytum magnū, quod officinis

consolida maior dicitur, huic flos est albus, & ex purpura distinctus. Symphytum medium est officinarum, consolidata media, uulgo des marguerites. Restat minimum, quod & bellis dicitur, consolidata minor; uulgo Gallorum des pasquettes: Delphinatium & nostratium de marguerites.

συκδρορα, Sycomora.

Fructus sunt Aegyptiaci ficus, si Theophrasto credimus. his regionibus non habentur.

σχοινον ο θαμνος, Lentiscus.

Σχοινον Græcis: lentiscus Romanis & officinis: Gallis & Delphinatibus ignotus: nostris lentiscus: Italis lentisco. Plurimus in maritimis nostræ provincie tractibus adolefcit, frigida loca natura horret. E lentisco refudat mastiche, sed apud Chiû, Rhodum, Cyprium, Cycladas insulas, Aegyptium aliaq; calidiora loca. Apud nos enim nulla colligitur, prolocus ob remissioem (si cum prædictis conferatur) calorem refudationibus, q̄ illa, minus sit aptus.

σχοινον ασπιδιον, Iunci odorati flos.

Officinis corrupte omnia pronunciantibus squinantium dicitur.

σχοινον λεια, Iuncus lenis.

De iunci speciebus supra dictum est.

τερμινθος, Terebinthus.

Τερμινθος, ή περιμινθος Græcis: terebinthus Latinis: officinis & Gallis ignota. Tria sunt Theophrasto & Plinio terebinthi genera. Syriaca mascula ac procerâ, Idæa & Macedonica breues. Syriaca his regionibus ignota est. Idæa ac Macedonica, quæ breues sunt & scemina, multis sunt notæ. Alteri enim fructus inest lentis magnitudine & figura, & folium prope caprarum simile, uerum longe maius. Alteri uero racemosus, piperis magnitudinis, primo uiridis, dein rubens, postremo nigricans, resinofus fursurosusue, folia angusta, oblonga, lauri æmula, in uersus, ut forbus, digesta, cui apud nos petelin uulgatam inest nomen: prior autè a rhus Latina seminis appellatione Rhous nominatur. Frequens utraq; apud nos luxuriat, & iam dictis appellationibus uulgo est notissima. Quæ autem planta Luteriæ Parrhisiorum inconsulto pro terebintho ostenditur, non terebinthus, sed selesi Aethyopicum est.

πευθλον, Beta.

Vulgaris est notitiæ. Officinis Latinum nomen infedit: Gallis

de la poyree: Delphinatibus de reparas: nostris bledo: Italis bietola, nuncupatur.

πεφρα, Cinis omnis.

Nomen retinet, uulgo cendre.

τιλις, Fœnum Græcum.

Officinis fœnugræcum. uulgo du senegræc corrupte pro fœno græc.

τιθημαλλοι, Tithymalli.

Septem tithymalli genera. Characias, qui hodie passim ab herbariæ rei studiosis amygdaloides: quibusdam est purge: Gallis reueille matin, dicitur, eiusq; in syluis largissimus est prouentus. Par alios peculiariter reueille matin. Cyparissias passim inuenitur, & officinis tithymallus coronatus: Italis herba môra, nominatur. Reliquæ species non ita cuius nota. Tithymallorum genera nota Delphinatibus thymaner: uulgo nostratium de choufelo, a lastis dum franguntur ei aculat, uocatur: qua appellatione lathyrides plerumq; comprehendunt.

τραγακανθος, Tragacanthus.

Officinæ uitiosis pronunciantionibus assuetæ dragagathum, aut adhuc ineptius draganthum appellatur.

τριβολος, Tribulus.

Duo tribuli genera. Palustris, officinis ignotus: Gallis rusticus chasteigne d'eaue. Terrestris, qui esse puratur herbariorum calitrapp: Gallorum chauchetrapp: nostratium caucotrepo, aut aruulo.

τριφυλλον, Trifolium.

Τριφυλλον ή ασπαλτερον Græcis: trifolium Latinis & officinis. Duorum habetur generum. Pratense officinis trifolium: Gallis tresse: Delphinatibus & nostris triolet. Odoratum siue asfaltite, paucis adhuc medicis notum, F uelso cognitum & eleganter depictum: officinis, ut quidam uolunt, trifolium odoratum, quanq̄ illis ignotum suspicor: Italis, quantum coniectare licet, lauane se & galega: herbariis ruta caprarum: nostris l'herbo de la cabriero, nominatur: ut hinc cõstet rutam caprarum herbariorum uerum trifolium odoratum esse. Nam eius folia, dum primum erumpunt, rutam odorem emittunt: ubi uero adoleuerint & æstate grauem ac uiolentum bituminis odorem spirant: maxime, si digitis atterantur, aut uulsæ herbæ inter lapides confringantur. Accedit notas trifolii asfaltitis omnes tam apte nostratium caprarum respondere, ut nulla ita in contra-

rium adduci possit, quin perpetuo, ad stipulantibus eisdem omnibus, capraria nostræ provincie uerum trifolium aspartice existimanda sit. Siquidem nostratium capraria supra cubiti altitudinem attollitur, uirgas habens tenues, iunceas & nigras, unde ramulæ nascuntur appendiculæ: in quibus singulis terna exeunt folia lato trifoliæ aut meliloto similia. His receter enatis rutæ odor inest: adultis autem, bituminis, idest, odor grauis, fortis ac sua acrimonia sensum feriens. Florem edit purpureum aut ex purpureo cæruleum, agglomeratum. Semē quadantenus latum, subhirsutum, ex altera extremitate exertum. Radix tenuis, longa, ualida. Ex quibus notis est perspicuum nostratium caprariæ esse odoratum ueterum trifoliū. floret ineunte æstate. Semen maturescit augusto, & septembri decedit. Nascitur ubiq; in nostra prouincia, uulgoq; l'herba de la cabriero dicitur: & in aliis regionibus calidis. in frigidis autem nusq; sponte nature nasci constat.

τρυχων, Solanum.

Solani multa genera. Hortenſe, officinis solatrum & morella: cuius duo genera faciunt: candidius alterum: alterum ad nigredinem magis tendens. Halycacabum, cuius duo genera habetur. nam aliud simpliciter nomen retinet: & officinis alK eKēgi: Gallis (communi cum aliis rebus multis appellatione) baſuenauides & cocrette: Delphinatibus bonne bue: nostris de bons hommes nominatur. Alterum recentis notitiæ, quod discriminis gratia peregrini nomen obtinuit. uulgo parisino pois de merueilles, ob elegantiam illius fructus dici coepit. Habetur iam & his regionibus multis locis in hortis. Tertium somniferum, paucis ad huc notum: tractibus maritimis tum mediterraneis, tum occiduis frequens. Nam apud Nicæa puincie nostræ conterminam, maximum eius prouētum saxosis locis uidere est: tum in Gallia apud Turonenses & Rochellanos. Est & manicum, de quo inter doctos ambigitur. Quidam enim uolunt eam plantam esse, quam hodie Lutet:æ solani manici nomine ostendunt: quidam contrariam sententiam tuentur. ut cunq; tamen res habeat, negari non potest, quin ea ipsa herba solani (crediderim autem ego somniferi) species quæpiam sit. Quod autem solani lignosi nomine uulgo ostenditur, circæa Dioscoridis existimatur. Quod uiam tamen solani genus esse uolunt. ea planta Italis herba bella donna nominatur.

ὑάκυνθος, Hyacinthus.

ὑάκυνθος Græcis: Hyacinthus Latinis: officinis ignotus. Tria sunt hyacynthi summa fastigia. Purpureus, cæruleus, ex candido pallidus. Purpurei Dioscorides meminit, reliquis duobus intactis. Cærulei agnoscent rei herbariæ studiosi. Is Galilis oignōs des boys & uassiel nominatur. Cæruleum hyacynthum esse, confirmatur ex Philostrati lib. 3. de uita Apollonii, his uerbis. Arbor Indica lauro similis, siliquam calycis instar formatam, mali punici magnitudine, profert. Siliquæ autē pomum inest colore cæruleum, ac ueluti pulcherrimus hyacynthus: gustatu uero suauissimum omnium, quæ in illo monte nascuntur. Hæc ille. Ex quibus colligitur esse & hyacynthū, cuius flores cærulei sint coloris. Est & tertium eius genus floribus pallidis, & in singulis foliorum floris summitatibus ex cædido pallidove herbidis, ut macula lentis magnitudine unci quod; insculpta uideatur. Omnibus folium inest porri, minus tamen, radix bulbosa, candida, succo prægnans. Primum genus crediderim parum notum esse. uolunt tamen nonnulli cepam caninam, quæ Italis cepolla dicitur, esse primā hyacynthi speciem. Quorum sententiæ (etsi reliqua omnia non male cōueniant) relictari uideatur, quod eius flores nostris coculz disti, nunq; pendere deorsum appareant, quod in hyacyntho cum primis requirit Dioscorides. Secundum in Syliuis frequens: in quibus, uerno tempore: & in admodum umbrosis locis, æstate, cæruleos flores emittit. Postremum in hortis Lugdunensibus uisitur, & uulgo (communi cum aliis multis floribus nomenclatione) des campanettes nominatur. Primum hic florū, postingentia hyemis frigora, erumpit, odoris non insuauis: qui tamen promptissime marcescit, & minimum temporis durat: quod siccatu (ex pretium loquor) longo tēpore insitam ac uere suauem odoris gratiam seruat.

ὑάκυνθος, Tubera.

Gallis des truffes: Italis tartuffi: Delphinatibus & nostris tartifles, nullibi gentium, opinoꝝ, eorum maior uberiorve prouētus: quod apud Delphinates.

ὑδροπικρον, Hydropiper.

Officinis eupatori nomen falso multis sæculis obtinuit. doctis hodie cognitum, & nomen seruat.

ὑοσκυμας, Hyoscyamus.

Tria hyoscyami genera, album, flauescens, & nigrum, officinis

iusquamus: Gallis hannebane. Primi generis usus frequens. reliquæ species improbantur.

ὑπερικόν, *Hypericum.*

Duo eius genera. terreſtre, omnibus notum. officinis hypericum, & Italis perforata. Gallis mille pertuis: Delphinatibus trucheran: noſtris herbe de la ſainct Ican. A quaticum caule quadrâ gulo, crassiusculo, cætera terreſtri ſimile, in aluicorum marginibus frequens: officinis & uulgo ignotum.

ὑσσώπον, *Hyſſopum.*

Duo hyſſopi genera, hortenſe & montanum. Hortenſe officinis hyſſopum: uulgo hyſſop: Italis hyſſopo, montanum in regionibus calidis frequens, & odore fragrantissimo præditum, noſtrisq; uulgata appellatione meiramo nominatur.

φακί, *Lentes,*

Duum ſunt generum: maiores & minores. officinis lentes. uulgo lentilhes: Italis lenticie. A pud noſtros Græcæ lentis appellationis ſcomma in hodiernum uſq; diem eſt relictum. Appellant enim ineptum & nullius præcii momentive hominè phacquin, id eſt herbetem, ineptum ac lentis pabulo dignum.

φακός, *Lens paluſtris.*

Officinis lenticula aquæ nominatur. inuentu ubiq; facilis.

φασηλοί, *Phaſeli.*

Dioſcoridi horteniſis ſmilax appellantur. noſtris phaſioux: Italis fagiuli.

φλώμιον, *Verbaſcum.*

Multa habentur uerbaſci genera. Album cui ſœminæ: nigrum cui maſculi nomen ineſt. Vtrumq; officinis rapſus barbarus. Candidum autè Gallis du boullon blanc, noſtris de torchos. Hæc duo uulgo nota ſunt. Eſt & tertium uerbaſcum anguſtiſ foliis, oblongis, fragilibus, ex herbæceo nigricantibus, flore albo, aut pallido, calathi ſerriam repræſentante, caule reſto, folioſo, cubitali aut ampliore, in ſyluis frequens, anon ymum ad huc, & officinis ignotum. Quartum illud genus, quod marubio ſimile facit, uulgaris ſtachys eſſet, niſi ea ſubrubro flore prædita ſpectaretur. Triallis ſiue lychnitis, quæ ſit, ignoratur. Ad phlomidis referunt uulgarem herbam, quæ quibuſdâ herba ſancti Petri, aliis herba paralyſis, omnibus ſimul prima la ueris (quanq; primulæ ueris appellatione, ſcio bellides, id eſt, primo uere erumpentes margaritas, quæ ſunt Gallorū paſquetes, intelligi a quibuſdam & uocari) nominatur, tum eam

quæ odorata eſt, tum quæ odore caret. Putant etiam nonnulli ad phlomidis referendam eam herbam, quam Fuchſius uero niceæ ſœminæ nomine de pinxit: quam, inquam, noſtrates corruolo blanco nominant, quæq; nulli ex uulnerariis herbis eſt dignitate ſecunda.

φλίξι, *Palma.*

Arbor eſt tranſmarina, ſaltem quæ fructum parit: cuiuſq; fructus ad nos importatur. Is officinis daſtylius: uulgo dates ſolet nominari. Quæ autè in Italia, Lyguria, & noſtra prouincia adleſcit, ſterilis eſt, palmaq; uulgo nuncupatur.

φδ, *Phu.*

Doſtorum omnium teſtimonio officinarum ualeriana eſt, quæ in maiorem & minorem diſtribu ſolet. In Gallia & Delphinatu frequens. A pud noſtrates in hortis tantum inuenitur. Vnde eam minus ualentibus delectari, & in eis ſponte naſci conſtat. Vulgus iam ualenane eam appellat.

φύκος, *Alga, Fucus.*

Maritima prouincia uulgo nominat, eaq; ſtercorandis uineis præſimo utitur. Italia alga.

χαλβάνη, *Galbanum.*

Officinis galbanum. Vulgo garbane, noſtris bon gaume.

χαμαλδρος, *Trixago.*

Officinis Græcum nomen inſedit. Gallis & noſtris germandree: Delphinatibus gelimandry: præſticis non paucis germædrea. Italis calamandrina,

χαμαίλα, *Chamaelea.*

Χαμαίλα Græcis: Latinis chamaelea: recetioribus, ut autor eſt Ruellius, oliuella: officinis mezereon, Arabum more dicitur. Sed interim non eſt hoc loco ſilentio diſſimulandum, quaſdâ officinas auſu, mehercle, parum ſobrio thymæleam pro chamaelea uſurpare. Nam chamaelea (cuius ramum Vienna Allobrogum, apud doctiſſimum Guidobaldū, medicum, illi ex Italia allatum, uidi) foliis eſt oleæ domeſticæ, minoribus tamen aliquanto, & aſpectu incano aut ſubcineritio. Mezereon autem, quo utuntur officinæ, foliis conſtat anguſtiſ, oblongis foliorum lini horteniſis æmulis, numerosis, crassiusculis, ſummos ramos præſertim ueſtientiſibus, guſtu uiſcoſo gummoſoq; ac non uulgariter acriſ: flagellis cubitalibus aut longioribus, multis ab una radice crumpentibus: flore exiguo, candido, copioſo: fructu primū uiridi, cum autem maturuiſ, rufè

bro, myri fere magnitudine. Quæ notæ omnes satis arguunt eam plantam, id est, officinarum mezereon, non chamæleam, sed thymæleam esse. Floret mense Maio. Semen maturefcit mense Julio & Augusto. Copiosissima nascitur, in nostra provincia ubiq; maxime apud Aquas sextias in montosis, asperis, calidis ac sitientibus locis. Quo uero apud eos nomine uulgaro nuncupetur, nondum mihi compertum esse, fateor. In quibusdam Italiae locis fructus tam chamæleæ q̄ thymæleæ pepe montano nominatur.

χαμουλθων, Chamæleuce.

Latinis farrañum aut farsugium; herbariis populago. Herba est rotundis foliis molliter per ambitu ferratis, uulgarè aliarice figie proximis: cauliculo recto, herbacei coloris, rotundo, pedali altitudine aut ampliori: flore luteo aut candicante, radice si brosa, inutili: floret æstate. Humidus ac uliginosus locis, maxime pratis, gaudet. Toti Gallie familiaris. Vulgo, si non ignota, saltem anonyma. Quidam tusilaginem chamæleuce congenerem putant: in qua sententia fuisse autorem uerisimile est, ut qui de becchio nobili herba nusquã antea meminert. Accedit becchium barbaris farfar appellari: officinis unguam caballinam. Gallis pas d'asne: Delphinatibus de la pate: nostris ungo cauallino. Chamæleuces interim penuriam farfarit conyza parua aut capparit cortex cap. 56. lib. 8.

χαμουλθων, Chamæleo.

Albus ubiq; frequens: doctis non ignotus: officinis & uulgo carlina. Niger montibus fere delectatur, latoq; eius flos ambitu circumscibitur, qui ædium liminibus, ad arcendas fascinationes, clauo affigi, a plebeis, solet.

χαμαπιτυς, Camæpius.

Tres eius sunt species, e quibus una desideratur. Ex his quæ habentur, altera iua muschata: altera iua arthetica & chamæpius officinis dicitur: nostris iuo: Italis iua.

χελιδόνιον, Chelidonium.

Duo chelidonii genera: maius, & minus. Maius officinis chelidonia: alchymistis donum cæli: Gallis de l'esclaire. Delphinatibus foulongne, apud quos certissimo experimento constat, eius radices, si dentibus affricentur, aut manducentur, eos putrefacere, & ore, corruptos, euocare: tantum abest, ut eorum dolores, cum Dioscoride, finiant. Minus chelidonium officinis & herbariis scrofularia. Parisiis uulgo l'herbe sainte gene-

uicfue.

uicfue. Tuscis fanoscello. Nec est silentio prætereundum minoris chelidonii radices salutari experimento duriorum corporum hernias sanare, si earum succus ex albo uino extractus, se squicyathi mēfura, supinis in lecto reclinatis herniosis, diebus circiter duodecim, ieiuno uentriculo, propinetur.

χονδρίλλη, Chondrilla.

Seridis species est, de qua in iutybo dictum est.

ψύλλιον, Psyllium.

Officinis nomen retinet: nostrati uulgo de badassos. ubiq; in macilentis & arenosis prouenit.

ώκυμον βασιλικόν, Ocimum.

regale.

Duo ocymi genera: maius, & minus, cui caryophyllati nomē officinæ indiderunt. Antiquius ocimum duntaxat dictum fuit: posteriores Græci basilicum, id est, regium, addiderunt, ude euenit, ut basilici nomen apud uulgus obtinuerit. Nam Gallis du basil: nostris basilicoc aut basilici: Italis basilico gentile, nominatur.

Quia suis sedibus exciderant Leontopetali & Lepidii annotationes, eas hic attexendas duximus, ne forte prætermisissas à scholiaste arbitrarere.

λεοντοπόδιον, Leontopodium siue

Leontopetalon.

Ambiguum est quid sit. Nam Ruellio placet esse patam leonis officinarum, quam Galli poumelee, Delphinates marfitre, nostri pomouleyo nominant. Eandem rursus cum Plinii con siligine confundit, non nominibus quidem, sed re ipsa, si diligenter consideretur. Fuchsius, ne ambagibus implicaretur, eam plantam leonis patam officinarum uidelicet ad elleborum nigrum adulterinum syluestrem relegauit. Verum siue consiligo Plinii, siue leontopetalon Dioscoridis, siue adulterinus Fuchsii elleborus censi debeat, iam in ellebori mentione diximus. Hoc tamen nunc addere præter rem ac institutum non erit, uulgarem officinarum patam leonis (quam Galli poumelee, Delphinatibus marfitre, nostris pomouleyo nominari diximus) tantillum attritam, horisq; aliquis aqua maceratam, præcipuo ad omnis generis inflationes, præsertim uenenosas, remedio esse, si ex ea aqua cyathites aut quatuor ipsis inflatis ieiuno stomacho diebus aliquot continuis propinentur.

Atridios, Lepidium.

Lepidium Galeno, cap. 2. lib. 10. cōpōf. pharm. part. ea herba est, quam Damocrates in Clinico (ut Archigenes apud Aëtium cap. penulti. libr. 3.) iberidem siue cardamanticon nominauit, ac nasturtio per omnia fecit similitinam. Paulus item cap. 77. lib. 3. ex Galeni sententia: & lib. 7. iberidem syluestre nasturtium Græcis siue cardamanticam appellari commemorat: eandemq; genere cum Lepidio esse affirmat. Verū Græcorū lepidio folia lauri ascribit, multo tamē ampliora ac molliora. Quinetiam Paulo assentiunt Plin. ca. 8. li. 19. lepidium, inquit, ens, in cubitalē extre altitudinem, foliis esse laurin s, t d mollibus. Ex quibus liceat duo lepidii genera statui: maius. f. & minus. Maiori radix satis longa, candida, inorta, crassitudine digitali, gustus acris ac feruida, nasturtium redolēs. Caules in cubitalē, aut paulo ampliorē, exeunt lōgitudine, iunco crassiores, læues, per summa brachiari, ex cādido cæsii ac tantillū per autunnum rubescentes. Folia longa, hortensis uulgarisq; costi foliis similia, laurinīs multo ampliora ac molliora, primum uiridia, dein suppallida, aut quasi cineritia, nasturtium redolentia. Flos summis uirgis insidet albus, gustus feruens. Semen copiosum, minutulum, racum feruens. Minus autem lepidium ternos, quaternos, plures aut pauciores cauliculos ab una radice fundit, teretes, reftos, cubitales, sæpe breuijores, ramosos, folia nasturtii, gustus acris, nasturtii sapore, gustu, & odore. Florem lacteum, copiosum. Semen exiguum, teres, oblongum, folliculo lanceæ cuspidi simili geminatim contentum. Radix candida est, oblonga, minimi digiti crassitudine, feruentis gustus, odore nasturtii. Floret utrinque æstate. Semen maturefcit autumno: Minus in uiarum marginibus, sepibus, ruderibus, iuxta parietes ac murorum ruinas, apricis, & soli expositis locis luxuriat. Maius in uuidis humentibusq; & in siccis nonnunquam ubiq; potissimum in nostra prouincia. Hoca gustus acrimonia nostris bon raphy, id est, bonus raphanus, dicitur: Gallis anonyum, Minus officinis & uulgo adhuc ignotum. Ruellio tamen & Hermolao raræ eruditionis uiris, Raphanus officinarum ueterum lepidium existimatur. Verum si raphani nomine eam plantam intellexerint, quæ prælongis, latis, in dorsum, ubi adoleuerint, quadantenus recuruis, herbaceisq; constat foliis, radice crassa, acri, caule cubito longiore, flore

quasi brassicæ, & in hortis inuenitur: certum est illos cum sibi, tum aliis imponere. Sin uero eam notent, quæ nostris bon R haphy nominatur, repræhensionē omnino carere debent. Nam quod maius lepidium nostræ prouinciæ uulgo bon Raphy appelleretur, uerisimile est, eam nomenclationem ab herbariis in uulgos nostrum manasse: ut inde duo raphani genera subinducari uideantur: Alterum laurinīs foliis, gustu & sapore nasturtii, & id uerum lepidium maius esse: Alterum helenii aut uerbasci foliis, gustu acri quidem, sed uulgaris raphani, quod non lepidium, sed raphani species existimandum sit. Non desunt alii qui uulgarem piperellam lepidium maius esse putent, sententia minime probāda, nisi aliud Italis (quod magis suspicor) aliud Gallis piperitidis piperellæ uerbo nomine intelligatur. Nam quæ harum gentium officinis piperitis dici solet, Gallico & Delphinatico uulgo du coq, nostris cost uocatur: foliisq; spectatur laurinīs, multo tamen amplioribus, minime crassis, in ambitu serratis, gustu cū quadam amaritudine acri ac luau: caule cubitali, flore luteo, specioso, athanasicæ, aut fœminæ abrotini floribus æmulo: radice numerosa, candida, acri. Quæ notæ si conferantur cum iis, quas nostratum bon raphy inesse diximus: conspicuum, ni fallor, inter ambas plantas agnoscent discrimen: cum alterius flos candidus sit, racemosus, folia incana, læuia, pinguiuscula, gustus feruidi, & nasturtium, omnibus suis partibus, prorsum redolentis: quam ob id a Græcis cardamanticam & agriocardamon nominatam fuisse, constare, uel cuius mediocriter erudito, potest. Quare, ne longius excurrat oratio, in ea ipse sum sententia, ut nostratum bon raphy ueterum lepidium maius certo existimem. Nec obstat, quod in pinguibus & humidis locis folia quæ radicibus propiora sunt, maiora aliquantulum, quam a Paulo Plinioque picta fuerint, nonnunquam uisuntur: Alioqui eadem ratione, ea rutæ planta, quæ in Herodio Iudææ nobilissima atq; munitissima arce, ingentem ficum arborem sua cum proceritate, tum magnitudine æquabat, (ut est autor Iosephus libris de bello Iudaico) ruta non erit, quod in magnitudinem & altitudinem prorsus inuitaram adoleuerit: Nec ueratrum album, Dioscoridi pedalis altitudinis, ueratrum erit, quod illud tricubitale in implere longitudinem, in alpibus, umbrosis & uuidis locis, oculis nostris sæpe (non tamen citra admirationem) uiderimus: Nec item sabinae plan-

ta una pedum duum supra uiginti, alia quatuordecim longi-
tudinis (quas ipsi superiore anno apud Delphinates conspe-
ximus) sabina erit, quod Dioscoridi arbor sit coactæ breui-
tatis.

FINIS LIBRI. I.

HUGONIS SOLERII

SANIONENSIS, MEDICI

IN II. AETII LIBRVM

SCHOLIA.

Σφραγὶς λημνία, *Sigillum lem-
nium. Cap. 4.*



Odie ut plurimum desyderatur. Venditant
tamen officinæ fastitiam terram, quam uo-
cant sigillatam, pro lemnia terra: cuius uiri-
bus & delineamenti parum respondet. Eue-
nit tamen nonnunq̄, ut propter commercia,
adulterina lemnia Constantinopoli in Gal-
lias impotetur. Siquidem affirmant docti bo-
lum armeniam orientalem cognominatam esse, ueram lemniã
terram, nullo sigillo impresso. Quæ uero sigillata uisitur auari-
tia negotiatorum adulterata est.

μίλητος, *Rubrica. Cap. 5.*

Vera desyderatur, quanq̄ est & Gallis rubricæ genus quod sino-
ple appellant, fabris lignariis egregie cognita, quã nostras uul-
gus aucano nominat.

Σαμία γῆ, *Samia terra. Cap. 6.*

Ignoratur, putat tamen Musa Brassauolus officinis talchum ap-
pellari.

γῆ σελινουσία καὶ χία, *Terra Selinusia
& Chia. Cap. 7.*

Non habetur.

κιμωλία, *Cimolia terra.
Cap. 8.*

Vera desyderatur, figulina tamen eius uiribus responderet: atq̄ ob
id, quando cimoliæ inopia premit, usurpári in usus medicos
potest.

ἄμπελιτις, *Ampelitis.*

Cap. 9.

His regionibus desyderatur: quanq̄ si erymon spectes, ubiq̄ inue-
niri poterit.

κρητικὴ, *Cretica. Cap. 10.*

Putant eam esse, quam Galli de la croye nominant, uerum uul-
garis croye lapis est candidissimus, friabilis, & e fodinis e-
rutus,

βώλη τοῦ τῆς ἀρμενίας, *Armenius
bolus. Cap. 12.*

Fastitius tantum his in regionibus habetur. Is attamen præpara-
tus contra pestilentie contagia usurpári felici successu a mul-
tis solet: propinata nimirum ipsius præparati drachma una, ex
stillatili liquoris oxallidis cyathis tribus, diebus sex aut se-
ptem in aurora. Eruiat hodie e monticulis quibusdam prope
cœnobium Montis maioris, non procul ab Arelatis urbe nobi-
lissima & antiquissima nostræ provincie, & uulgo boli arme-
ni dicitur, quæ autem terra boli armenie orientalis uenditur
uerisima, Galeni terra Lemnia est.

λίθος ἡματίτης, *Hematites
lapis. Cap. 13.*

Quibusdam sanguinarius dicitur: quod nomen ambiguum est
officinis hæmatites, sic ideo dictus, quod in aqua dissolutus
colorem sanguineum reddat. Est & alius hæmatites, qui
cori attritus, colorem quandam sanguini non abfimilem re-
mittit.

σχιστός, γαλακτίτης, μελιτίτις, *Schistus, Galactites,
Melittites. Cap. 14.*

Schistus est officinarum & lapidiorum specularis. In gypsa-
riis inuenitur, reliqui duo ignorantur. uolunt tamen nonnulli
eum ignotum esse: sed q̄ hematitis uiribus respondeat, hæma-
titem eius loco substitui.

λευκογραφίς ἢ μόροφος, *Leucographis aut
Moroxus. Cap. 16.*

Dioscoridi morochthus & galaxias dicitur: quis autem sit igno-
ratur.

γαλακτίτης, *Galactites.
Cap. 17.*

Ætio duo galactitis genera, sed ambo nostris temporibus sunt i-
gnota.

θυίτης, Thyites. Cap. 18.

Lapis mortariorum alioqui dicitur, ignotus tamen est.

πικολιθός, Teocolithus.

Cap. 19.

Galeno Iudaicus dicitur, eoq; nomine officinis cognitus est.

πυρίτης, Pyrites. Cap. 20.

Officinarum & solidariorum marchasitam utranq; ad ueterum pyriten referri uolunt: Meliæ stellatus lapis dicitur. Est & si licis quoddam genus igni excutiendo efficacissimum, quod nostrates πεύραι, corrupta tantillum pyritis nomenclatione, appellant: quod an ad pyriten reuocari possit, pluribus non contendo. Molaris tamen pyriti substituitur cap. 4. lib. 15.

φρυγιός, Phrygius. Cap. 21.

Ignoratur.

ἀγέραιος, Ageratus.

Cap. 22.

Desyderatur.

ἀσσιός, Assius. Cap. 23.

Assius lapis, & ipsius flos desyderantur. lapidis tamen loco substituitur pyrites, cap. 34. lib. 15. floris autem inopiam emendat sal ammoniacus usus pari ad florem pondere, capi. 45. lib. 12.

γαγάτης, Gagates. Cap. 24.

Officinis ignotus. Gallis du geer: Delphinatibus, nostris, & A qui tanis ia yet, ex quo texuntur precullæ mulierum. Extant nobilissimæ gagate lapidis fodinæ in montibus Pyreneis, e quibus maximæ glebæ eruntur, & in uariâ utensilium genera tum scalpro, tum torno ab indigenis conformantur. nomen priuatum genti est la conte de foy.

μαγνήτης, Magnetis.

Cap. 25.

Vulgo de l'aymant: Marinariis autem calamita.

σμίρις, Smiris, Pumex. Cap. 26.

Smiris uulgo esmeri: Italis meriglio. Pumex, pierre ponce.

λίθοι εν τρις σπυγγοίς, Lapides in spongiis.

Cap. 27.

Non ea retinent, & uulgo pharmacopolarum notissimi sunt.

ὄστρακις, ἰωδής, Ostracites,

Geodes. Cap. 28.

Ostracites lapis durus est, quo marmora poliuntur: geodes autē

fit, q; terram in medio sui corporis contineat, dicitur. An ha beatur, nec ne, compertum nondum mihi est. E cotenaxia lapis uulgo un acueur: mola est qua rasorii gladii acuuntur, no strisq; molo dicitur.

ὄφις, Ophites. Cap. 29.

Coloris prope terre est, serpentinæ cutis æmulus, punctis creber rimis ac minutissimis notatus. uulgus lapidariorum serpenti ne appellat.

ἱπρακίτης, καὶ ἰνδίνος, Hieracites &

Indicus. Cap. 30.

Ignorantur, aut saltem alius longe diuersis nominibus uenduntur.

ὄαλλός, Vitrum. Cap. 31.

Nomen retinet. Gallis uerre. nostris ueyre.

ἀετίτης, Aëtites. Cap. 32.

Duo eius genera, colore, magnitudine ac forma inter se distincta. Nam quidam maiores sunt, subrotūdi, coloris pene terrei aut ex terreo pallidi, tuberculis quibusdam inæquales, ouo Gallie nacco magnitudine pares, interdum maiores. Alii rubiginoso colore, oblongi, am ygdalæ aut oui figura, quodammodo pres si, & subasperi. Officinis lapis aquilæ: lapidariis & uulgo pier re d'aigle nominatur.

ἀλαβανδίνος, Alabandinus.

Cap. 33.

Quis sit ignoratur.

ἡλεκτρον ἢ λυγκέριον, Succinum, seu Lincurium. Cap. 34.

Electri nomen a solis colore sortita est hæc lacryma. Vulgus & rura ambram citrinam appellant, ambre: officinæ autem charabe, more Arabum. Diuersa tamen res est a recentiorum ambaro seu amparo: cuius tria habentur genera: fuluum & præpingue, sup pallidum, & nigrum, quod e piscium uentribus ex rui prædicant: cuiusq; portio, quæ dorsi spinæ adhæsit, am bra grysea nominatur. Tradunt recentiores Græci fontes quosdam esse, qui ambarum, ut sulphur, bitumen, & pi cem erustent, multisq; in locis scaturire. De his tamen plura apud doctissimum Ruellium legito cap. 27. libr. 4. & cap. 29. eiusdem.

ἰάσπις, Iaspis. Cap. 35.

Tria hic statuit Aëtius iaspidis genera: uiridem, subuiridem, &

Iaspachatem. Duo priora genera habentur, & nomen retinet
Iaspis. Italis diaspro. Iaspachatem facile crediderim esse eum
lapidem, quem nonnulli magna religione uelut thesaurum s
ciosum seruant, uocantq; agathe. Aiunt enim eum lapidē pe
silentibus carbunculis ad morum ægrotantes a pernicie uen
dicare: uiridem autem Iaspidem collo appensum sanguinis e
naribus profuua sedare.

Σάφειρος, Saphirus. Cap. 38.

Habetur nomenq; retinet, saphyr. Italiæ saphyro.

Σμαράγδος, Smaragdus. Cap. 39.

Nomen retinet: elineraulde, maximæ nobilitatis est, & uulgatæ
notitiæ. Sunt & alij multi lapides non continentæ auri
tatis, Aërio & uentisioribus medicis aut incogniti, aut indisti
ut granatus, chalcidionius, turcicus, & alij complures: quos
quia de illis auctor nullam fecit mentionem, silentio præteri
mus.

Ἄδ αἰζῆς, Adarces. Cap. 41.

Spuma est, ut quidam uolunt, lacustrium harundinum, in alarū
cauis concreta, spongiis non absimilis. Inuenitur æstiuis foli
bus, exiccatis, ob ardeat, stagnorum, palustriumve locorum
aquis. Facile ubiq; haberi potest. officinis ignotus.

Ἄλκυονιον, Alcyonium. Cap. 42.

Quinq; Dioscoridi Alcyonii genera. Si, ut quidam uolūt, alcyo
nium est maris spuma in corpus spongiosum concreta, atq; in
litus ui undarum & perpetui motus eiecta, duo priora genera
in littore mediterranei maris pasim inueniuntur. reliqua mi
nus nota sunt, etsi quidam uolunt quatuor alcyonii species in
ueniri. Brassauolo placet maris spumam, quam Ferrarienses
officinæ dant uenum, uerum alcyonium esse.

Ἄλας, Sales. Cap. 43.

Sal fossitius, qui mineralis est, officinis sal gemmæ nuncupatur.
Armeniacus officinarum fossitius est: uerus antiquorum, ut et
Cappadocius, ignoratur: ueri tamen Armeniaci loco usurpa
tur communis albisimus, lotus, & exiccatus, ca. 97. lib. 13. In
dus olim excidebatur e monte Oromeno Indiæ. Est tamē sal
Indus Arabum saccharum candum naturale: cuius loco nos
candō fossitio utimur. Fossitius duplex est, ex aquis nimirū,
ut mari: puteis, ut in Hispania: fontibus, ut in Burgundiæ: ni
troforum lignorum cineribus. Nam e quercu aut corylo adu
sis, donec carbo appareat segregatus, deinde per fusa aqua in

terdum falsa, interdum dulci, sal fit. Siquidē cinis ille qui po
stea relinquitur, consumptis pene carbonibus, sal est. Verū sal
omnis e stirpium materia factus nigrescit. Salis flos ignoratur.
Salis spuma haberi maritimis locis potest.

Ἀρμενιακόν, Armeniacum pictorum.

Cap. 47.

Desyderatur, nisi sit officinarum lapis lazuli, quem docti cæru
leum Dioscoridis lapidem uolunt. Is ad melancholicas affe
ctiones accommodatur, ut pictorum armeniacum: ad stipula
tur & color, qui, Dioscoride teste, cæruleus in armeniaco expe
titur ac commendatur. Quidam uolunt, nos armeniacō lapi
de carere. Color tamen & facultates conuincunt aliquid esse,
quod cæruleo (qui lapis lazuli transmarinus nominatus est)
lapidi uiribus respondeat. Quibusdam placet lapidem inueni
ri in fodinis metallicis, qui armeniacō ueterum respondeat. Is
uerda sur nominatur.

Ἀρσενικόν, Auripigmentum.

Cap. 48.

Arsenicum officinis nomen retinet. Vulgo de l'arsenic. Voca
tur & auripigmentum: Callis de l'orpin, du realgar, aut risa
gal. Sublimatum enim ab arsenico diuersum est. Est & apud
officinas auripigmentum rubrū, quod putatur ueterum sanda
racha. A duertendum est recentiores chymistas arsenici nomi
ne tria intelligere, auripigmentum rubrum. Irisagalum, & qd
peculiari nomine arsenicum uocatur. Nam chymistarum no
mina hæc sunt. Arsenicum croceum, quod est auripigmentū:
arsenicum rubrum, quod est sandaracha: & arsenicum aibū,
quod priuata appellatione sic uulgo dicitur. Discrimen hoc
faciunt docti nonnulli inter auripigmentum & sandaracham
ueterum: quod sandaracha, magis: auripigmentum, minus
in terræ uisceribus coctum est, & idcirco minus rubicundum
uideri.

Ἀσφάλτος, Asphaltus, bitumen.

Cap. 49.

Officinis omnibus bitumen iudaicum nominatur. Duo iudaici
bituminis genera: liquidum, quod Musa officinis petroleum
dici putat, & stercus dæmonis. Liquidi bituminis fontem ad
mirandum esse aiunt in Aruernia: siccus idem uult officina
rum & uulgi mummiā censeri. Alii uolunt mummiā esse
ueterum pissasphaltum.

ἄφρονιτρον, Aphronitrum, & Nitri
spuma. Cap. 50.

Nitrum, aphronitrum, & nitri spuma oboleuerunt, & in tantam uenerunt defuetudinem, ut, quid nunc fiet, penitus ignoretur. Horum loco supponunt officinæ salem petreæ purgatum, in panes coactum. Id, inquit Sylius præceptor meus, mentiri fatius esse cineribus betæ, brassicæ, & aliorum nitrosorum. Aliorum quorundam sententia baurach nitri loco a pharmacopolis substituitur: metiri tamen posse: sale, uini fræce, aut aceti fræce torrefactus. Aëtius cap. 56. lib. 2. uult salis fossilis (quem gemmam appellari diximus) inopiâ pari nitri pondere emendari. Quod si illius loco hoc substituat: pari ratione, ille huius penuriam supplere poterit. Sal quoque nitri loco sufficitur cap. 66. lib. 8.

γύψου, Gypsum. Cap. 51.

Latinis & officinis dem nomen seruat. Gallis & Delphinatibus du plâtre: nostris de gyp. Musæ Brassauolo gypsum nondum costum alumine scariole officinarum est: cum uero decoquitur, id alumen in gyphi naturam transit.

διφρυγες, Diphryges. Cap. 52.

Nisi sit scoria lota fusi æris, ignoratur. Quidam se uidisse in fodinis Tridentinis aiunt, nullum tamen uulgi nomen afferunt.

διασφαγες, Lapis specularis. Cap. 53.

Habetur hodie specularis lapis, in gypfariis inuentus, quem tamen ad scisthum lapidem referri contendunt.

θειον, Sulphur. Cap. 54.

Duo sulphuris genera: uiuū, & ex uiuo fractitium uulgatissimū, ambo nota. officinis nomen retinet. Vulgo du foulphre. Italiae solfo.

ιδς ξυσος, Aerugo rasa.

Cap. 55.

Viride æris a recentioribus appellatur: uulgo du uerdet: Italiae uerde rame. Vermiculata autem duplex est: naturalis, & factitia, ambæ tamen ignotæ.

καδμεια, Cadmia. Cap. 57.

Barbaris catimia: officinis climia nuncupatur. Contendunt tamen multis argumentis docti quidam. ueram cadmiam esse officinarum tutiam.

κυανον, Cyanus. Cap. 58.

Dioscoridi cæruleus: officinis & barbaris lapis lazuli: unde sunt

Meluzæ cataportia de lapide lazulo tam celebra ad melâcholicas affectiones: uulgo da l'azur. Agricola tamen, libello, quem de metallis edidit, putat lazulum lapidem cæruleæ argillæ speciem esse. Nos, cum ex scriptis ueterum constet eandem pene uires inesse huic lazulo atque antiquorum armeniaco pictorum, suspicamur lazulum armeniacum congenerem esse, liberum interim suum cuius iudicium relinquentes.

Λεπτις, Squama æris ac ferri.

Cap. 59.

Obsoleuit utraq; quanquam haberi, si opus fuerit, potest.

Αιθαλιον, Argentum spuma.

Cap. 60.

Arabibus merda lengi: officinis lithargyrus: uulgo du litharge. fuit & auri plumbiq; spuma quedam, quâ antiqui improprie lithargyri nomine appellarunt: officinis siquidem hæc nomina seruantur, lithargyri auri, & lithargyri argenti.

νιτρον, Nitrum. Cap. 61.

Galeno & antiquioribus nitrum: nostris temporibus nomine tenus cognitum. Quid autem litri loco substituant officinæ, quidque aptius suffici possit, dictum est in aphorolito.

μελαντερια, Melanteria. Cap. 62.

Atramentum metallicum dicitur. Scribonio Largo medicorum Latinorum antiquissimo, & Galeno celebratissimo, sutoria creta est. Agricola argentum quoddam rude esse in fodinis ait. Hodie Parisiis ostenditur quidam lapis colore uehementer atro, denigrandisq; calcis apertissimo, quem uulgo de la pierre noire: fabri autem ferrarii de l'armarie nominant: qui an ad ueterum melanteriam referri possit, aut debeat, non contendo. Nonnulli se uidisse melanteriam in fodinis Tridentinis affirmant, nec tamen quæ, qualisq; sit explicant.

μειλαμ γραφιδιον, Atramentum scriptorium. Cap. 63.

Habetur. Sed an idem sit cum atramento ueterum, iudicari non potest. Dioscorides de eo satis abunde tractat cap. ult. lib. 5. Deque fuligine Viriuius cap. 10. lib. 7.

μυσιωριζχαλιτις, Mysi, sori, chalcitis.

Cap. 64.

Pro ueterum mysi uitriolum Romanum in usum uocatur: quod uulgo coupe rose appellat. Serapioni zeg uiride dicitur: Sori autem eidem zeg rubrum, ueterum sori, ut & chalcitis ignoratur.

μολυβδευα, Plumbago. Cap. 65.

Duplex est: alia flaua: alia plumbea. Plumbea uidetur is pharma copolarum lapis quem pro minio collidunt: qui quidem mo lybdæna non est: nã ea funditur ac colliquatur: hic ãt nequaquam, nec ex eo constari potest argentum aut plumbum, sed minium duntaxat. De molybdæna tamen uide Plinium ca. 6. lib. 33. cap. 16. lib. 34. & cap. 18. lib. 24.

μολυβδευα, Plumbum. Cap. 66.

Habetur, nomenq; retinet uulgo du plomb.

πομφολυξ, Pompholyx.

Cap. 67.

Officinis thutia nominatur: Germanis (ut Manardus epistola 5. lib. 12. est autor) uulgo nil. Alii negant tutiã pompholygem esse, sed ueram cadmiam eam multis argumentis esse affirmãt.

Σανδαράχη, Sandaracha.

Cap. 69.

Galeno lib. 9. simpl. σαμδαράχη, id est, sandaracha. Alia est ueterum, alia recentiorum, siue Arabum sandaracha. Ad ueterum sandaracham referunt docti auripigmentum rubrum. Arabũ autem sandaracha gummi, siue resina iuniperi est, quæ alio nomine officinis uernix dici solet: uulgo autem eam du uernix, aut de la glasse appellat.

σαμδ'ιξ, Sandix. Cap. 70.

De sandice agerur in cerussa.

σκόρια, Scorïa. Cap. 71.

Recrementum metallorum est. officinis generis nomen seruat, Ferri recrementum uulgo mache fer, quasi magma ferri dicitur. Plumbago, si desit argenti recrementum, eius loco admittitur. Cap. 38. lib. 15.

στιμ, Stibium. Cap. 72.

Syluio nostro, & reliquis doctis pene omnibus, officinarum anti monium est.

σπογγος, Spongia. Cap. 73.

Nomen retinet uulgo esponge.

στυπνιρια, Alumen. Cap. 74.

Tria aluminis genera: rotundum, quod habetur, & aluminis no mine uenum datur: liquidum, quod alumen rochæ: scissile quod alumen plumæ officinis dicitur: quanquam non desint, qui alumẽ plumæ ad amianthum lapidem referri uelint, qui amianthus lapis uulgo Gallorum meche sans fin nominatur,

& prope solus pro alumine scissili magno errore uenditur.

τιταμθ, Calx. Cap. 75.

Officinis Latinum nomen insedit: Gallis de la chaux: nostris de caulx: Italis calcina. Viuæ autem calcis præparatio dilucide explicatur Dioscoridi cap. 80. lib. 5.

φύκος, Fucus. Cap. 76.

De fuco infra in cerussa agerur.

χαλκαμθος, Atramentum sutorium.

Cap. 77.

Colchotar Arabum est. Pro tribus chalcanti generibus ostendunt officinæ tria uitriolorum genera. Candicans, quod uulgo coupe rose blanche: uiride uersus cæruleum, quod uitrioli romanum: tertium solidius, & partibus quibusdam uiride aut æruginosum, quod citrium appellat. Ad quartum genus potest referri officinarum colchotar, quodq; zegis & dragantum nominant. Nonnulli tamen uolunt duo chalcanti genera haberi: naturale, coppa rosa dictum: & arte factum quod uitriolum nominetur.

χαλκίτις, Chalcitis. Cap. 77.

Volunt cholcotar Serapioni dici. Vera tamen ueterum chalcitis desideratur. uerum copam rosam candidam (quæ uitrioli species est) eius loco usurpare solent.

χαλκός κεκαμμένος, Aesustum.

Cap. 79.

Officinæ, & reliqua barbarissimi familia, chalcum enon, pro eo quod est χαλκός κεκαμμένος, id est, æs uisum nominant.

χαλκησφθος, Flos æris. Cap. 80.

Vulgo Gallorum du uerd de gris: fiore del rame Italis.

χρυσοςκόλλα, Chrysocolla. Cap. 81.

Putat Musa Brassauolus boracem officinarum ad chrysocollã referri. Omnium tamen serme doctorum sententia ignota his temporibus est. Potest tamen haberi fasticia, ut fusissime doctet Plinius cap. 5. lib. 33. & Vitruuius. cap. ult. lib. 7.

ψιμύδιον, Cerussa. Cap. 82.

Officinis cerussa: Gallis du fard aut cerule: Delphinatibus & nostris ceruso. usta pura, cerussa in syricum, quod medicis sandyx nuncupatur, transit. Vt autem fiant cerussa, ærugo, & sandaracha, lege Vitruuium cap. 12 lib. 7.

METALLICIS sabolutis pauca de piscibus, & aliis hoc libro secundo complexis sunt addenda, quo, quæ nouo lectori

negocium facessere poterant, q̄ fieri poterit breuissime ac faci-
lime explicentur. Nam, ut sanis medico non est opus: sic, nec
doctis, & his qui longe plura & accuratius elaborata præstare
possunt, hæc scribuntur: quanquam nostram hanc diligentia,
& propensam in omnes studiosos uoluntatem, doctis quoque
(modo æquos se iudices præbeant) accepta fore, ut spero, sic
non dubito.

De cephalo seu mugile. Cap. 137.

Mugil nomen retinet: nostris muioi.

Lupus, Trigla. Cap. 139.

Ignorantur, aut reuera aliis nominibus cognoscuntur.

De petrosi piscibus. Cap. 140.

Scarus ignotus est: nisi sit Itatorū zaphyrus. Merula Gallis ung
merlang, aut merlan: atq; idcirco falluntur qui putat esse uul-
garem merlus. Turdus incognitus est. Iulix: quanq̄ sint meru-
lae similes, uulgato tamen nomine carent. Perca Gallis esper-
lenge: duorum sunt generum: marinæ, & fluuiatiles, marinis
bonitate longe inferiores.

Gobius. Cap. 141.

Gobii apud Gallos uocantur des gourgerons.

De piscibus mollis carnis. Cap. 142.

Afelli sunt uulgares merlus, qui iudem cum merulis essent, nisi
carnem haberent duriorē. Sub passerum autem genere tria
piscium genera continentur. Rhombus, qui Gallis un turbot:
nostris un rhomb nominatur. Solea uulgo cognita, une sole,
sic a soleæ pedis similitudine appellata: quamq; quidam eam
ligulam, & Græci βῆλα ὠσων id est, bouis linguam appella-
runt. Qui uero tertio loco complectuntur pisces, generis nomē
sibi adoptarunt. passerēs enim dicūtur: qui, si magni sint, Gal-
lis une pleye: sin parui, ung carreler dicuntur. Est & apud Gal-
los piscis quidam barbue nominatus, qui toto corpore, & car-
nis duritie ad rhombum proxime accedit. Inrer mollis carnis
pisces etiam hi Galeno adnumerantur: hamia, quam uulgare
truttam esse uolunt. uulgo truite. Iecorarius, Gallis aiglefin:
cytharus Gallis rouffete: umbræ, une umbre.

De piscibus duræ carnis.

Cap. 143.

Pelamides nomen retinet: nostris palamidos. Hi autem ex Ga-
leno accedunt: galaxia olim Romanis dicta, quam putat uul-
garem lampetram esse. ea Gallis, & Delphinatibus lâproye,

nostris lampreso uocatur. Delphinus Gallis marfuy. Nostra
res appellat daulphins, pisces e cetacorum genere, magnos,
oblongo rostro, dorso, ut cameli, multum prouberante: totoq;
corpore quasi in fenicirculi figuram conformato. Sardini pi-
sces, des sardines: Iberici des enchoyes, reliqui sunt ignoti.

De crustatis. Cap. 145.

Gammari Gallis hommar & hammar. Locustæ nostris langou-
sto de mar.

Molles. Cap. 146.

Polypus un pourpre. Sepia nomen retinet: Gallis feiche: Delphi-
natibus une seppo. nostris sepo, aut sipio. Loligines Gallis ca-
lamartz.

Echini marini. Cap. 148.

Gallis erissons: maritima nostra plebs orfins de mar nominat. La-
talia riccio marino.

De garo. Cap. 150.

Garum sanies est salitorum piscium, siue liquamen, quod ex pi-
scibus aut carnibus sale maceratis desluit. Varias garorum
compositiones habes ca. ult. lib. 20. Dionysii Vicensis de agri
coltura, qui, auctoris suppresso nomine, Constantino imperato-
ri attributi ac dicati fuerunt.

Adeps, Pinguedo, Seuum.

Cap. 152.

Adipis, pinguedinis ac seui uariæ sunt differētiae, pro animalū,
e quibus extrahuntur, uarietate: quorum uicissitudines anno-
tate necessarium instituto nostro duximus, quo nouum medi-
cinæ tyr onem rerum inopia non perturbaret, & a cæptis cu-
rationibus nonnunq̄ auocaret. Vrsini igitur aut uulpini adi-
pis loco, si hi desint, suffici potest caprinus, taurinus, equinus,
aut butyrum recens, cap. 125. lib. 13. Anserini inopia, gallina-
ceus aut phasianinus, cap. 118. lib. 5. Gallinaceus quoq; anseri-
no, & gallinaceo porcinius succedit, cap. 4. lib. 15. Vrsino item
Vulpinus: amorum penuria taurinus, cap. 123. lib. 13. Adipū
autem recentium gallinæ, anseris, phasiani, aut butyri, in insu-
sis anodynis, inopiam emendat scenogræcum, & althææ radi-
ces oleo incoctæ, cap. 5. lib. 11.

Medulla. Cap. 153.

Vitulina medulla ceruinæ inopiam sarcit æquo pondere, cap. 1.
lib. 13. & cap. 83. lib. 16. Ad hæc ceruinus adeps, ceruinæ me-
dullæ penuriam reparat, cap. 42. lib. 12.

Succide lane. Cap. 159.

Lana succida deficiente, quæcumq; alia usurpatur. ca. 2. lib. 15.

De terræ intestinis.

Cap. 168.

Intestina terræ, ut aut r est Aerius cap. 6. lib. 4. sunt lumbrici piscatorum, qui in limo fluminū inueniuntur. Hæc cocta, cumq; myrrha trita, ac ex passo sumpta iterum sanant, ca. 18. li. 10. aquas hydropticorum ducunt, cap. 25. eiusdem. diabeten sanant, cap. 1. lib. 11. renem calculos comminuunt, cap. 5. li. 11. uellicæ calculos atterunt, & urinam mouent, cap. 10. & 22. eiusdem. suppressas item urinas mouent ex hydromelite pota, ca. 23. eiusdem. podagricis opitulantur, cap. 35. lib. 12. mammarum profundas duritias sanant, cap. 37. lib. 16. earundem abscessibus, opitulantur, cap. 39. eiusdem. uberibus illita lac pro mouent, cap. 142. lib. 3. & lumbricos ducunt, cap. 156. lib. eiusdem. sumpta lac augent, ca. 6. lib. 4. Aurium inflammationes mulcent cum rosaceo cocta, & instillato deinde oleo, cap. 12. lib. eiusdem. earumq; dolores leniunt eodem modo parata, ca. 130. lib. 5. Trita autem, & dolenti temporis adhibita, hemicranicos dolores mire leniunt, cap. 49. & 50. lib. 6. Auriumq; dolores instillata mitigant, cap. 80. lib. 6. & externas aurium affectiones imposita sanant, ca. 88. lib. eiusdem. in testa autē uista, trita, & præcuisilis pilis superpersa, eos renasci prohibent, ca. 67. libr. 7. Oculorum fluxiones & albugines sanant, cap. 99. lib. eiusdem. Dolores dentium mitigant, cap. 27. & 33. libr. 8. eisdemq; dolentes citra doloris sensum extrahunt, cap. 34. libri eiusdem. Ad alia item multa utilia sunt, ut ex autoris contextu habere potes.

Draco marinus.

Cap. 169.

In littore Græco *Ἰππικία*: Neapoli trachæna: Masiliæ argæno de mar. Hunc uolunt nonnulli esse Gallorum uiuæ. Draconem marinum uidere est Viennæ Allobrogum, in ædibus doctissimi Guidobaldi, medici: cuius uidendi ac tractandi copiam mihi fecit anno superiore.

Vipera. Cap. 170.

Vipera accurate auctori describitur, cap. 21. & 90. lib. 13. & Galieno in lib. de Theriaca ad Pisonem. Iam in Italia recognoscisci cœpit, & a serpentariis marasso nominatur.

Erinaceus marinus. Cap. 171.

Supra in echino marino dictum est, cum a nostris uocari ouris de mar. Pisciculus est magnitudine oui gallinacæ, fusco colore, circinnatæ rotunditatis, spiculis quâ plurimis horridus, quæ uero parte humi hæret, tantillum pressus. (nam ea parte humi pronus decumbit, & alimentum capessit) caruncula intus humida, nūdū cum saligne quadam saporis, intercusantibus intus subrubentibus, per certa interualla, membranis. Crudus coctusue estur, deicctamq; mire exciit appetentiam. Frequens inuenitur in littore mediterranei maris ub. q3: saxosis plerim locis: præcipue in saxis Berganionis arcis loci natura munitifimæ, tribus circiter miliaribus a Stoechadibus insulis, quas uulgo les isles d'yeres nominant.

Erinaceus Terrestris.

Cap. 172.

Vulgo Erisson. animal omnibus notum, armentis bouum, pecorâ gregibus, & non raro ipsis mulieribus insectū ac noxium. Tradunt enim rustic (id quod experientia superioribus annis confirmauit) uaccam, u quem aut simile fœminei sexus animal, si herbas aut fructus, super quos genitale semen erinaceus effuderit, forte fortuna pauerit ac deuoratit, erinaceum concipere, gestare, tandemq; parere, aut (si id ob spicula non possit) emori. Paucis enim ab hinc annis id comperitum fuit in uacca, & oue (dissectis post mortem earum corporibus, & erinaceo in matrice inuenito) in eo Delphinatus tractu, quem uulgo Rooyans appellant, non procul ab Isara flumine amplissimo, & antiquis scriptoribus celebratissimo. Fidem hisce rebus abrogandam censem, nisi adhuc oculati ac fide dignissimi testes extarent, qui id ipsum in mulieribus hic accidisse, uel iureiurâdo affirmet. Nam uisæ sunt mulieres aliquot, quæ erinaceos multos, cum diu utero n gestassent, pepererint. Alia quæpiam nobilis genere in môte Cemenocis enim est, qui Lugduno Belicadrum usq; ab occidente Rhodanum comitatur) cum alius mensibus iam nouem intumuisse, speras egregiam se marito sobolem parituram, quatuor cuculos infantis loco est enixa. Alia quæ scrophula animal (sic enim uocant animalculum quod æstate in algidioribus fontibus inuenitur: oblongum est & gracile, semicirculare, multis pedibus præditū, colore quasi millepedum, quæ in hydiis stabulantur) quæ cubitum longitudine, & brachium magnitudine æquaret, edidit. Alia postremo (dictū mirum & horrendum uisū) monstrum

Supra

h

perperit triceps, cubitale, capitibus domestici felis, corpore la-
certæ, colore uario, brachiis ac tibiis orbum, cauda breui. Nec
item quæ sequuntur sua carent admiratione. Refert Plutar-
chus grauisimus autor cap. 9. lib. 8. symposiacõn, quendam
in dysuria hordeaceum culmum, geniculis aliquot cinctum,
cum urinis expulisse. Alium uero quendam hospitem ephe-
bum Athenis bestiolam hirsutam, multisq; pedibus uelociter
ambulantem, una eum multo femine excreuisse. Noui præte-
rea ego, apud Atram cognomento Juliam, quendam e prima
tibus urbis Bertrandum Rizium, qui deuoratis intèpesta nos-
tæ, ad alium largiter sollicitandam catapotis, uenereo: quod-
dam furore percitus, mox cum uxore rem habuit: unde acci-
dit, ut, ui purgantis medicamen: cum uirili semine in uterum
coniecta, indeq; per uniuersum mulieris corpus transfusa, illa
plus minus decies alium, intra horas pauciores septem, exo-
nerarit: uir autem, qui catapotia deuorauerat, nihil omnino ex-
creuerit. Id enim a medico primum: dein a uiro; postremo ab
ipsa muliere, maximo risu simul & admiratione, anno abhinc
quarto, didici. Quia etiam noui Aruernam quendam iurecon-
sultum, ætatis medix, claris ortum parentibus, qui, ob quendam
infimorum intestinorum morbum, ab annis iam pluribus qua-
tuor, nihil prorsus per sedem excreuerit. Verum præcluso in-
feriori meatu, immutatoq; naturæ ordine, quoties fecalibus ex-
crementis grauaatur, ea putria omnino & olentia grauiter, per
os quasi uomitu expellit. Audio præterea quendam alium (id
enim accepi ab iis qui frequenter uiderunt) mensibus singulis,
sceminarum more, largam sanguinis copiam per genitale mē-
brum excernere consueisse. Quæ iam dicta omnia ideo adnota-
re & scriptis mādare uolui, partim quia rara aut ina uita: par-
tim ut mecum discat beneuolus lector, multa quotidie in rerū
euenire natura, quæ humane sagacitatis captum excedunt,
fidemq; omnem superant.

Hippocampi marini.

Cap. 173.

Hippocampus Masiliæ cheual de mar dicitur, q̄ capite & col-
lo sit equino, rostro oblongo, fronte, ut equus, comosa, pilosa,
ceruice, cauda draconis: Gallis une chenulle.

Cantharides. Cap. 174.

Nomen ubiq; uulgo retinet cantharides.

Casseri flumiales. Cap. 175.

Gallis escreuices: nostris chambrès.

Locusta. Cap. 176.

Locusta alia terrestris: marina alia. Terrestris multæ sunt spēs,
magnitudine & paruitate distinctæ. uulgo langoustes aut saul-
terelles. Marina nostris langousto de mar.

De castoristestibus. Cap. 177.

Ka'500p Græcis & medicis: Latinis fiber: Delphinatibus uibre.
Ancipitis uitæ animal, lutræ simile, crassum, longum, pilo cer-
uino, crassiore tamen & a superiore: capite breui, rotundiuculo,
rostro simo, dentibus binis, tum superiorē, tum inferiorē ma-
xillam armantibus, rotundis, robustis, & aliquantum incuruis,
auribus contractis, oblongis, breuiibus: tibiis anterioribus dodra-
tis longitudinem æquantibus, pedibus simis utriusq; æmulis:
posterioribus autem breuioribus, & pedibus anserinis: cauda
longa, satis latā, densa, soleæ piscis æmula, squamosa, aspera,
& ubi prouertioris ætatis fuerit animal, pilis quibusdam bre-
uibus (præsertim uersus eius summū) munita: testibus (quod
falso est a plerisq; puratum) nusq; foris prominentibus, quin
potius ita retractis, ut egerre tractari (tantum abest, ut peri-
culo urgente eius dentibus amputari) possint, corpore uniuers-
o graueolente. Mirum est, castorem nocturno tempore, relictis
fluminum ripis, in uicinos locos concedere: & arbores omnium
generis, maxime falices (q̄a temeriores opinor) duobus supra
terram pedibus, adeo circumrodere, ut breui temporis inter-
uallo eas excindat, & in miserabilem ruinam adigat. Hominiū
tamen conspectum & strepitum ualde pertimescit: atq; ob id,
repente, si quid insidiarum sibi moliri suspicetur, in uicina flu-
mina se recipiens, saluti fuga consulit. Inuenitur in Sabaudia:
in Isaræ & Rhodani fluminū ripis, maxime in ea Rhodani
insula, quæ uulgo la Camargo dicitur: uicina enim est mari,
& Arelatis urbi nostræ puincix antiquissimæ & nobilissimæ.
Multi de castore multa fabulantur: nos quæ uidimus, ea tibi
bona fide liberoq; animo explicamus. De fibro uide Aristote-
lem cap. 5. lib. 8. de historia animalium, Plinium cap. 3. o. lib.
8. & cap. 3. lib. 3. 2. & Solinum eius enarratorem Camercenti
cap. 24.

De buccinorum testis uilis. Cap. 181.

Bil coruti buccina uocantur in Gallia: in Hispanico mari the-
lamonas purpuras appellant. Apud officinas duo genera in-
ueniuntur: dentale, quod quorundam opinione, os est buccinæ

rum, ut entale purpurarum: Syluis tamen entale uox & res
barbara est.

De galerita uoluce. Cap. 182.

Καυδ' αλ & Græcis: Lannis galerita, est ea auicula, quam Gal-
li aloëte aut cochenix, nostri cocuihado, quasi cuculatam, uo-
cant. Meminit etiam Aëtius cap. 111. lib. 11. passeruli cuius-
dam, cuius caro elidendis deturbandisq; renum calculis sit
cipiæ dignitatis: qui, inquam passerculus, quantum ex deli-
neamētis colligere possum, nostris lardeyretio: Delphinatibus
tardeno nominatur: quanq̄ multorum n opinione ea est auicu-
la, quā nostri gigno quouo: Galli branle queue appellant. Ve-
rum non multum refert utrauis in usus medicos admittas.
Congeneres enim inter se uidentur, nisi huic tremula, illi fir-
ma cauda inesset. Ego tamen re uera priorem anteponendam
ducerem: & postenorem, prioris inopia, in usum uocarem,

De cochlea terrestri.

Cap. 183.

Eius multa genera. Alia enim oui Gallinacæ magnitudinem
implent, rotundæq; sunt, subcandidæ, syluis, & aquaticis locis
familiares. Aliæ depressæ: Aliæ cæcidæ: in uineis & uepribus
degentes, omnium delicatissimæ. Aliæ rotundæ quidem, sed
magnitudinis mediæ, ac uulgares. Gallis limaces & escara-
gotz: Delphinatibus & nostris limaces.

De mænulis. Cap. 185.

Mænulæ uulgo de bogues. Mænularum item nomine comple-
ctuntur, omnes pisciculi, qui Gallis de la menuyse, nostris me-
nadalho dicuntur.

Torpedo. Cap. 185.

Piscis est Gallicæ plyæ similis, maior tamen, & lateribus magis
pinnatis, pressus, latus, & pene circinnatæ rotunditatis, suo at-
trectatu totus egelidus, naturalem eam uim habens, ut stupor-
em repentinum manibus & toti brachio afferat, quemadmo-
dum experientia me, in mari Lygustico, docuit. Masfiliz un-
tourpillon, quibusdam tremorisa, q̄ suo contactu tremorē in-
ducat. Nautæ tamen qui mecum tum erant (erant autem Frō-
tinianenses, patria Aquitani) gallino de mar, nisi me fallit me-
moriam, appellabant. Venetijs autem tremolo: Romæ batti por-
ta & forterigia nominatur.

Asellus. Cap. 186.

Vulgaris est merlus.

De ostreorum & purpurarum testis:

Cap. 187. & 188.

Ostreorum testæ sunt uulgares cocquilles. Testæ autem purpu-
rarum uix inueniuntur.

Squatina. Cap. 189.

Ignoratur.

Stincus. Cap. 191.

Duo stinci genera: maior ignotus: minor officinis stincus.

Cicadæ. Cap. 193.

Vulgares sunt cigales. frigida loca horrent, calidis delectantur,
æstiuis ardoribus prætereuntium aures suis clamoribus ac gar-
rilitate obrudentes. Hoc interim notatu indignum non fue-
rit, cicadas in partu mori, disscisso in foetus exitu parentis uen-
tre, ut de uiperæ memoræ proditum est. Id enim obseruatione
multa ac longa cognouimus.

Hyæna. Cap. 194.

Quod qualeq; sit animal tradit Aristoteles cap. 5. lib. 8. de histo-
ria animalium. Hodie, his saltem regionibus, ignoratur. Illius
stercus olim in usu fuit, quo deficiente, suillum usurpari debet,
cap. 6. lib. 13.

Hirundines. Cap. 195.

Nomen retinent. Gallis & Delphinatibus hirundelles: nostris
dindoletos.

Scholorum in loca difficiliora libri secundi Aëtii finis.

AETII MEDICI

GRÆCI CONTRACTÆ

MEDICINÆ, SERMO PRIMVS,

PER IANVM CORNARIVM

Medicū Phisicum latinè cōscriptus.

DE SIMPLICIBVS PHARMACIS

ex plantis, iuxta ordinem literarum græcarū.

Item de multorū oleorum preparatione.

DE SIMPLICIVM MEDICA-

MENTORVM VIRIBVS.



DIFFERENTIAE particularum actionū in singulis pharmacis fiunt, ex eo quod singula ex ipsis ad tantā caliditatem aut frigiditatē, aut siccitatem, aut humiditatē, aut partium tenuitatem, aut earundem crassitudinem accedāt. At uero ad quam tandem accedāt sin-

gula, enarrari nō potest iuxta exactam sanè ueritatem. Sed nos tamen etiam hoc ipsum manifestis, & ad artis usum sufficientibus distinctionibus cōprehendere tentauimus, unū quidem genus esse demonstrando, quod ad simile corporibus nostris temperamentum perueniat, ubi à caliditate quę ipsis corporibus inest, trāsmutationis & alterationis principiū quoddam assumpsit. Alterum uero calidius fieri quàm pro nostro tempe-

A E T.

a ramento.

ramento . Atq; huius quatuor ordines facere mihi uisum est . Primum qui adhuc ad sensum obscurus est , ut ratione depræhendere oporteat . Alterum ab eo secundum , qui iam ad sensum manifestus est . Tertium qui fortiter calfaciat , nondum tamen urat . Post hunc quartum & ultimum qui ustorius sit . Sic & frigeſcentium primum ordinem eorū quæ ratione indigent ad demonstrandum quod frigeſciant . Secundum eorū quæ sensibilibiter frigeſciant . Tertium fortiter frigeſcentium , nondum tamen mortificantium . Quartum mortificantium . Iuxta eandem proportionem etiam humectantium & siccantium . Fiat autem clarioris doctrinæ gratia harum distantiarum à temperamento ordo , ita ut frigidorum primus sit , in quo quis locauerit rosaceum oleum , aut ipsam rosam . Secundus ab eo sequens proxime , in quo rosæ succus . Deinde Tertius & Quartus , donec ad frigidissima perueniamus , cicutam & papaueris succum , & mandragoram , & hyoscyamum . Rursus in calidis anethum & foenum græcū primo ordine ponamus . In secundo quæ secunda apparent : ita & tertia & quarta , donec ad ustoriosa deueniamus . Iuxta eundem modum in humectantibus ac siccantibus medicamentis , initio rursus à temperatis sumpto , ordines consequenter usque ad summa faciemus , huiusmodi enim cognitio non parum ad medendi methodum commoert . Conuenit porro præexercitatum esse in sensu gustus , & proprietatem unicuiusque qualitatis saporum in memoria habere , uelut uerbi causa : Quum corpus aliud quod lingue admotum uehementer siccet , & constringit , ipsamque ad multam profunditatem exasperat , uelut pira syluestria immatura , & corna , ac similia : omne tale Acerbum nominatur , hoc est intense Austerū . Quæcumque uero in contactu lingue , ipsam non constringunt , neque contrahunt , uelut adstringentia solent , sed contrarium facere uidentur , extergereque & eluere , talia omnia

Salsa

Salsa appellamus . Quæ autem his adhuc amplius exasperent simulque ; moleste exasperant , Amara uocantur . Quæ uero mordent & cum ualida caliditate erodunt , Acrida . Quæ uero absque caliditate mordent , Acida dicuntur . Habentque præterea uim fermentandi terram , si ad ipsam effundantur . Quæcumque autem uelut sublinunt & replent & sedant exasperatas & quasi erosas lingue partes , ipsas cum manifesta iucunditate contingentia , Dulcia nominantur , si uero sine manifesta iucunditate id faciant , Pinguis appellatur . Si quidem igitur Acrimoniam manifeste percipere uelis , in allio & capis ac similibus frequenter degustatis ac diu commanducatis disces , ita ut affectus ex his sensum diligenter memoriam commendes . Si uero adstringendi uim palam percipere uoles , in Galla & Rhoe ac similibus assequere , si Amara ritudinem , nitri ac fellis gustu , si Dulcedinem , saporem ac mellis . Præterea siue qualitatis expertis , siue qualitate ad gustum medium cognoscere uelis , aquam accipe , eiusque gustum diligenter in memoria retine , & maxime purissimæ aquæ , & nullam prædictarum qualitatum respicientes , neque dulcedinem , neque acrimoniam , neque acorem , neque amaritudinem , insuperque neque multum calidam , neque nimium frigidam . Inde enim progressus , promptus ad obscurorum saporum cognitionem peruenies , & eorum quos ego mediocriter dulces , alii aquosos uocare malunt . qualis est harundinum uiridum & graminis succus , item tritici & ordeï , & aliorum multorum moderate dulcium . & qualis est aqua qualitatis penitus expertis , inter caliditatem ac frigiditatem manifestam , medium quantum eius fieri potest constitutionem habes , aut etiam paululum ad frigiditatem declinans . Quod si quid eiusmodi sapore prædictum , non liquidam sed siccam compagem habeat , id ipsum necesse est terreum esse , & citra mordacitatem siccare . Nominantur autem talia Emplastica Græcis ,

hoc est meatus obductia: uelut amyllum, & plurima ex metallicis diligenter lota, pomphilyx, cerussa, Cadmia, terra Cimolia, Samius Aster, & similia. Quædam uero ex ipsis non solum terrea, sed etiam aquosa natura sunt: aliqua etiam aerem non modicum intra se habent, uiscosa quidem hæc, & ob id meatus oblinentia. Duplex est enim medicamentorum meatus obductentium natura. Altera terrea exacte & sicca: altera uiscosa penitus, uerum mixta ex aqua & terra, & plerumque etiam aere, uelut oleum dulce. At uero candidum oui simile quidem quodammodo est, uerum magis terream quam oleum. Caseosum etiam in lacte meatus obducit, & pinguedo suis. Tauri equidem & hirci pinguedo siue adeps, acris, & magis terrea quam suis pinguedo est. Anseris autem & galli calidior quidè & siccior quam suū est, sed tenuium partium, & nequaquam terrea. Itaque pinguedines si non acrimoniā aliquam habent, meatus obducunt, & magis sicciores, & amplius terrea. Talis est & cera probe lota. Et alia quidè sunt medicamenta Emplastica appellata. Quæ uero adstringunt terrea sunt, & crassarū partium cōpagis suæ mole, frigida autè qualitate. At uero Arida tenuium partium corporibus sunt, frigida autè similiter ut adstringentia. Quæcumque autè in sapore terreas partes representant, quæ colliquatæ & contrahunt & resiccant humectiores sensiles linguæ partes, siquidem asperiora sunt, Acerba dicuntur: minus uero aspera, Austera: & recte talium saporū temperamentū Frigidū dicemus. Quandoquidem autem inæqualiter resiccant, hoc est enim exasperare, fuerint utique omnino etiā terrea. Omne enim aquosum æqualiter permeat corpora, & diuulsū rursus facile unitur. Terreum uero diuellitur quidem, non tamen facile rursus coit. Et sanè si sensus proprietatem in utraq; affectione in memoriam reuocaueris, iisdem testimonium præbebis. Etenim Acidorum

rum saporum transitus, ueloc est in sensibilibus partibus: Acerborum autem tardus. Et Acida per profundum corporū actionem suam magis ostendunt. Acerba uero in superficie. Cæterum ubi experiri uoles. sinceræ acerbitalis actionem, si quidè eadem res gustanti tibi apparauerit acerba simulq; mordens, hanc speciem me monete relinques, & acerbum absque mordacitate requires: & quod neque acidum, neque dulce, neque amarū est, sed quantum eius maxime fieri potest, nullam omnino qualitatem & uim adstrictioni permixtam habens. Superuacuum enim & uanū est, tale pharmacum experiri. Incertum namque est an ob adstrictionem, siue aliam quandam ei permixtam qualitatem, siue per utrasque, circa corpus cui admotum est, efficax fuerit. Chalcitis igitur & Misy, atramentū tutoriū, & squama æris, sori, & Armeniacum pictoriū, argentū uiuum, & innumera alia adstringentia, simulq; mordentia, iuxta utrasque qualitates in singula corpora quibus adhibentur agunt: & tamen impossibile sit docere palam, num per adstrictionem, an per acrimoniam, urendi uim habeant. Nam si intra corpus sumantur talia crassarū partium existentia, & uiribus magis calida, & propterea teporis progressu in permutatione intra animalis corpus ignescencia. ad candefacti igne lapidis aut ferri similitudinem exulcerant & urunt uetris partes, & neque distribui in corpus possunt, ob grauitatem. Præstabilius igitur est plura alia consequenter degustare, ac diligenter cōsiderare sinceram adstrictionem seorsum per se, quantum eius fieri potest, atque ubi talè repereris, iam tandem ad iudicandū illud medicamentum iuxta prædictam methodū progredere. Velut si gustanti tibi basilaustii, aut gallam, aut cytinū, aut hypocisthidem, aut acaciam, aut rhoem, aut aliud quid eiusmodi, appareat exactè acerbū esse, ita ut palam sit nullam aliam qualitatem habere, in eiusmodi iam expendere ac explo-

rare adstrictionis actionem oportet. Acerbum itaque corpus terreum est & frigidum. Resoluetur autem necessario tripliciter, aut calefcens, aut humescens, aut utrunq; simul perpetuens. Si igitur calefcatur solum, non euadet, neque humidius, neque mollius, sed durius existens dulcedinem acquireret: quemadmodum quercionæ glandes, & præsertim quæ castanæ nominantur. Si uero humescatur solum, & humiditas crassarum partium ac aquosa existat, austerum euadet. Nam acerbum exolutum, austerum producit saporem. Omnis enim saporis uim aquosa humiditas hebetat. Si uero humiditas tenuium partium & aerea accedat, Acidum reddetur. Frigiditas enim tenuium partium existens, acidum qualitatem efficit: At uero si humescatur simulq; calefcatur, cum aquosa quidem humiditate, in dulcedinem transibit, cum aerea uero in pinguitudinem. Etenim arborum fructus qui natura iam facti dulces nobis apparent, acerbam primum, & siccam cõpagem habent, singuli iuxta arboris suę naturam, progressu uero temporis fiunt quidem humidiores, uerum aliqui aciditatem insuper ad acerbitatem assument, quam paulatim deponentes, rursum dulces euadunt maturitatem adepti. Quidam neq; in arboribus, sed decerpti post tempus aliquod dulcedinem acquirunt. Alii quidam neq; media interueniente aciditate, sed statim ab acerbitate in dulcedinẽ transeunt, quemadmodum oleæ fructus. Cæterum calore maturi fiunt omnes, qui duplex natura existit, Alter proprius & singulis à natura insitus: Alter forinsecus à sole allatus. At qui si ab initio quidem acerbiores sunt, maturi autẽ dulces fiunt, ex caliditate utique dulcedo, ex frigiditate aciditas & acerbitas ipsis adest. Et sanè manifestum iam factum est, quod fructus ab initio acerbi existentes, progressu temporis partim dulcescunt, partim acescunt, partim austeri fiunt: Aliqui uero semper acerbi permanent.

Quis

Quidam etiam redduntur pingues. Quin & iuxta distarum qualitatum mixturas, multiplicem habent uarietatem. Acerbi itaq; in finem usq; permanent, ilicis, arbuti & corni fructus, & consimiles. quoniam frigidi & siccis, uelut ab initio erant, permanent, nullam aliam alterationem præterquam solius augmenti acquirunt. Acerbus autem simulq; dulcis est, myrti & piri syluestris & glandis fructus. Austerus tantum, uitis amineæ uua, & uinum, & quę his similia. Austerus simulq; dulcis, palmæ fructus, & uinum Surrentinum, & quęcunq; dulcedinẽ adstrictione permixtam habent. Dulce autem solum est Therium & Scybelites, & Sirgum, siue hepsema quod nos sapam appellamus, & quęcunq; alia his similia. Pinguis uero exacte tum fructus tum succus oleæ est: Immo etiam alii omnes ex quibus oleum paratur. Quemadmodum autem acerbus succus progressu temporis dulcior primum deinde etiam acrior & amarior euadit, & postremum penitus amarescit. Eodem modo etiam frigidus succus acidior statim fit, & si perfecte perfrigescat, citius adhuc acescit: fructus quoq; statim inter colligendum multa humiditate repleti, item qui aliàs aqua assumpserunt, prompte ex leuissima occasione acidi fiunt. Si enim uua immatura acida est, matura uero dulcis, & maturum fieri fructibus omnibus ex solari caliditate contingit. Manifestum est imperfectiorem ac frigidiorẽ acidum esse, perfectiorem uero & calidiorẽ, dulcem. Quum igitur uinum ex perfrigeratione acescat, cõspicuum est quod ad eundem rursum redit saporem, ex quo prodiit, uua immaturæ inquam. Distat tamen acetum ab uua immaturæ succo uiribus, in eo quod acetum acrimoniam quandam ex putredinosa caliditate adeptum est. Uua autem immaturæ succus non habet acquisititiã caliditatem. & propterea neque aceti acridinem: Vnde etiam magis tenuium partium

est acetum quàm uuæ immaturæ succus, uelut sensus quoq; testatur. At uero acrimonia acetî frigiditatem aciditatis euincere non potest, uerû ad penetrandi celeritatem ipsi inseruit. Quanto enim citius meatu penetrat calidû quàm frigidû, tanto promptius acris sapor quàm acidus sensiliû corporum meatu pertransit, ut acris uelut præuius iter struat, frigidus uero nō ita longe post sequatur. Et propterea sanè sensus mixtus ac ægre explicabilis non permittit pronunciare, Acetum simpliciter frigidû esse: percipimus enim in ipso igneã quandam acrimoniam. Verû frigiditas ex sequenti aciditate destruit & extinguit euestigio acrimoniã, quæ etiam multo maior sensus frigiditatis quàm caliditatis nobis contingit. Porro quidam æstatis tempore poscam bibentes palàm refrigerantur, & sine siti permanent. Quandoquidem uero sitis dupliciter fit: Altera ex humiditatis inopia: Altera caliditatis redundantia. Eam quæ ex siccitate oboritur non sanat acetum. Eam uero quæ ex caliditate oborta est, sanat. Humeflate enim non potest acetû per se, fed non ingenerose perfrigerat. Igitur neq; sitiim ex sicca intèperie, neq; ex calida & sicca obortam, acetû potatum unquam sanare potest. Si uero concurrant aliquando simul humiditas cû caliditate, eiusmodi sanè sitis optima medela acetum erit: aliter sitientibus, tum in febribus ardentibus aliisq; omnibus adurentibus, tum in æstate ac calore uehementi, composita affectio est ex caliditate ac siccitate, ut merito cõpositam medelam requirant ex aceto & aqua: Acetum quidem ut non in frenue refrigerans, & partium tenuitate facile penetrans, A quam uero ut quæ supra id quod refrigerat. & humidissima omnium existat. Nihil enim humidius aqua. Cæterum in ardore præcordiorum potior aceto est uue immature succus forinsecus impositus, tum quod nullam habeat uiolentã & offendentem frigiditatem.

tum

tum quod neque permixtam mordacem caliditatem. Qui enim ita affecti sunt, lenimento inuolento opus habent, quod forinsecus nullam mordacem acrimoniam inducat. Vuæ itaq; immaturæ succus, non solum acidus est, sed etiam acerbus. Nam ut dictû est, omnes ferè arborum fructus circa primam generationem gustu acerbis sunt. Non autem acidum solû frigidum est, sed etiam acerbum ac austerum. Et si quis aliquando gustauit mala cydonia, aut myrti baccas, aut mespila, is sanè manifeste nouit alium esse sensum ab acidis in lingua nostra productum, alium ab acerbis aut austeris. Acerba enim intus protrudere particulam uidentur, quam ex omni parte æqualiter contingunt, uelut experientia constringentiãq; ac contrahentia. Austera uero in profundum subire uidentur, & asperû quendam ac inæqualem sensum inducere, ita ut resiccando, omnem sensilium partiû humiditatem expellant. Quare alia est affectionum proprietas, non satis clare explicabilis, & in acerbis, & in austeris saporibus. Sed non puto tamen hominem esse qui non ex iam relatis incitatus intelligat quid dicam. Omne igitur corpus acerbum, & ab aliis qualitatibus purum, omni experimento factô frigidum inueni. Omne autem dulce calidum est, & non immodice superexcellit caliditatem quæ in nobis existit. Sed quemadmodum calide aquæ contactu delectamur, & maxime ubi suimus frige facti, do nec corporis partes à frigore cõgelatæ diffundantur. Excalfacit enim nos, & neq; dissoluens, neq; scindens partium continuitatem, iucundissima est, & utilissima. Sic etiam omne dulce eduliû, calidû quidem omnino est, non tamen ad tantam caliditatẽ peruenit ut offendat, sed intra terminos diffundẽdi, & æquandi demulcendiq; ac molliendi manet. Omnia enim alimẽta his quæ aluntur natura conueniẽtia & tota substãtia familiaria existunt. Statim aut oportet & moderate calida esse

a s esse

esse hæc, iuxta corporum quæ aluntur proportionem. Et propterea eduliorum ac medicamentorum non una species omnibus hominibus conuenit. Vnusquisque enim iuxta propriam substantiam simulq; affectionem, ab utriusque tum utilitate, tum uoluptatem percipit. Vterum quum hæc ita habeant, Edulium sanè minus dulce, minus calidum est, magis dulce, tanto calidius est, quanto dulcius. Si uero modum caliditatis excedat, neque dulce tale est, sed iam amarum apparet. uelut mel inueteratum, & quod diutius eorum est, & singula alia dulcia. Quæ enim temperamentis corporum quæ aluntur similia sunt, citra cocturam & præparationem, iam dulcia apparent. Quæ uero dissimilia, omnia iniucunda sunt prius quam præparentur. Opus est autem calida castigare frigiditate, frigida uero calfacientium condimentorum mixtura, & igne. Eodem modo per humiditatem emendantur quæ terrea sunt & sicca, magis quam conuenit. Siccitate uero quæ plus humida & aquosa. Dulci igitur supra hoc quod calidum magis aut minus existit, necessario etiam humidum magis aut minus est. Quod uero uelut superassatum amarum euadit, simile calci & cineri, siccum & calidum necessario redditur. Et sanè ob id omnia amara extergere solent, scindereq; disseccare uiscosos ac crassos humores, quemadmodum cinis & nitrum. Quod autem amarus sapor sicci ac terrei temperamenti est, tum ex eo quod ægerrime omnium amara putrescunt, tum quod nequaquam uermes & alia animalia gignant, qualia uidelicet in radicibus & herbis & fructibus putrescentibus innasci solent, colligere datur. Nam in humidis corporibus maxime uermes & putredines gigni uidemus. Porrò exacte Amara, uoco autè sic quæ nulla alia sensibili qualitate participant, omnia fermè animalia, non homines modo, in cibis auersantur. propterea quod omne animal humidum magis aut minus existat,

existat, Amara uero sicca sint ad cineris ac calcis similitudinem. Quemadmodum igitur exacte quidè Dulce nutrit, exacte autem Amarum non alit: sic quod inter hæc medium est nutrit quidè, sed minus quam dulce. Propinquus autem amaro est sapor salis. nam & terrei utriusque sunt & calidi, differunt tamen inter se non obsecura differentia, quod amarus à caliditate & siccitate magis sit attenuatus & elaboratus ac quasi subactus. Sed & in salis generibus sic habet. Quæ. n. dura sunt & densiora & magis terrea, qualia ferè omnia fossilia existunt, minus calida ac tenuium partium sunt. Quæ uero friabilia ac laxa, magis tenuium partium & uiribus calidiora sunt, & aliqua ex ipsis subamara, mediū quodammodo obtinentia inter salem & spumam nitri. Et sanè quicquid salum diutius calceceris, statim amarum euadet. Atque sic etiam Asphaltitidis stagni aqua, quam mare mortuum appellant, in cauo & calido loco contenta, & à sole exarsata, amara redditur: & ob id etiam ætate magis quam hyeme amara existit, & si haustam eam in uase cauo ad solem exponas tempore æstiuo, cõfestim magis amara seipsa facta tibi apparebit. Quare in illa aqua neque animal innascitur, neque planta. Sed & quum flumina magna multumq; piscosa in ipsam insuant, & præsertim id quod prope Hierichuntem est, quod Iordanem appellant, nullus piscis oras fluminum superegreditur: & si quis captos stagnorum mittat, statim corrumpi ipsos uidebit: & propterea stagnum mortuum, siue mare mortuum appellat. Adeo exacte Amarus omnibus plantis, & animalibus inimicus est, squallidumq; ac siccum natura, uelut fuligo ex adustione factum. De amarorum igitur saporum uiribus satis dixisse uidemur, differtorios & extergorios ac attenuatorios ipsos esse declarantes, atque adeo calidos in tantum, ut nondum urant. Ad Acres iam sermonem connectamus, eosq; primum calidos exacte

exacte esse dicamus, deinde erofios & ustorios, crustamq; inducetes, & colliquatorios, forinsecus cuti impositos: si uero intra corpus assumantur, qui tota substantia quibusdā animalibus aduersantur, eos omnes putrefactorios esse, & insectorios illorum animalium, uelut cantharis & buprestis hominis. Qui uero secundum solius caliditatis excessum, siquidem crassiores sint & terrei, uelut Auripigmentum & Sandaracha, ac similia, eos exulceratorios internarum partium pronunciamus: si uero tenuium partium sint, qualia familiaria nobis semina existunt, daucus uidelicet & anisum, ac similia, urinam cientes & exudatorios, & simpliciter ac summatim loquendo, seftorios ac discussorios. Conferunt etiam quidam reiectionibus ex thora ce, & menstruorum fluxionibus. Ceterū acres sapores, non solum forti caliditate ab amaris differre uidentur: sed etiam in eo quod amari amaris non modo calidi sunt, sed etiam ficci ad cineris similitudinem. At uero in acribus, quiq; nō sunt amari, multa aliquando permixta est humiditas, & propterea non pauca acria nobis in ciborū usum ueniunt. Quando uero iam & de saporibus, quæ dici par erat relata sunt, reliquum utiq; fuerit & de uaporibus dicere. Pleriq; certe uapores simpliciter ut sapores nos afficiunt. Nam acida omnia ipsū sumq; etiam acetū, & olfactū, & gustū eodem modo excitant. Acria autem, uelut allium, & cepa, & consimilia, non minus olfactum quā gustum stimulant & excitant. Eodem modo, & in singulis aliis, similis ferme odoratus ac gustus sensus est, adeo ut quorundā corporū quæ nunquam gustauimus, ueluti stercoris, per suuam habeamus non scire qualitatem: & ob id neq; omnino talium rerum gustum attentamus, quod olfactui ualde multum fidei habeamus. Quin & odorata edulia quæ computrefacta molestum odorem nobis afferunt, statim abiicimus, ne tentato quidem gustu. Et

fermē

fermē in omnibus mutuo conspirant odoratus & gustus. Ad duas autem appellationes pleraq; odorabilia reducimus odorata aut foetida nominantes. Odorata quidem iuxta proportionem dulciū ad linguam, foetida uero non dulcium. Videtur porro de corporibus non odoratis aut omnino parum quid uaporis defluere, aut multominus quā pro molis symmetria, uelut in falsis, & maxime acerbis. Crassarum enim partium & frigida est substantia acerborū, quare uerisimile est etiam quod defluit ab ipsis, modicum esse & crassum, & mole uelut terreum, ut neq; cerebrum sua respiratione petere possit. Quare nihil certi ex odore coniectare licet de ipsorum temperamento, uelut ex gustu: Nam in odora crassarū partium substantiam habent; sed inde non manifestū est, quantum caliditatis aut frigiditatis possideant. Odorata autem tenuium partium aliquo modo sunt & calida, quantitas tamen tenuitatis aut caliditatis, non etiam ex odore indicatur, sed ex gustu. Quod uero nihil certi de temperamento indicent odorata, in causa est inæqualitas substantiæ ipsorum. Et propterea in Rosa ex odore coniecturam facere non possumus de omnibus in ipsa qualitatis: In gustu uero omnes gustabilium corporum partes æqualiter linguæ obueniunt, mouentq; singulæ sensum iuxta suam ipsarum naturam: nimirū acerbum in ipsa, quod est terreum & crassarū partium ac frigidū: item amarum, quod tenuium partium est ac frigidum. Et tertium insuper Aquosum, necessario frigidum: ut non sit certum uelut dictū est, de simplicium pharmacoꝝ corū uiribus omnibus ex odore coniectare. Amplius uero nihilo magis ex coloribus coniectare possumus; de iisdem. In singulis enim coloribus inueniuntur & calida, & frigida, & sicca, & humida. Possibile tamē est in singulis generibus aut seminū, aut radicū, aut fucorū, etiam ex colore indicationem quandam sumere

mere temperamenti. Vel ut herbi causa, cæpa & scilla & uinum, quanto fuerint albiora, tanto minus sunt calida. subflaua uero & fulua, calidiora. Quin & triticum & cicera, & phaseoli, ac cicer. iridis quoque radix & asphodeli, & multorum aliorū, simile quiddam per petiūtur. In singulis enim generibus in uniuersum que fulua & ruffa & flaua sunt, calidiora albis existūt. Quare si quid etiam inde de medicamentorū uiribus coniectare licet, etiam hoc auctarium habes. Optimū quidem igitur ut dictum, & sepe demonstratum est, singulorum uires ab exacto experimento inuenire. neque enim in hoc falli potes. Priusquam tamen experimento uim cognoscas, gustus multum indicat, cui attestatur paululum etiam ipse odor. Horū autem omnium, quemadmodum etiam aliorum quorundam utilissimorum, in summa cōpendium contraham, postquam sanè speciatim quantum possibile fuit, uniuersales uires & uniuscuiusque actiones explicui. Quandoquidem uerò medicamenta partim ex animalibus sunt, partim plantæ aut fructus, aut horum succi sue liquores existunt, partim uero ex metallicis sumuntur. Præstabilius mihi uisum est de plantis primum differere, non omnibus scilicet totius terrarum orbis, sed de quibus compertum per experientiam habemus, nam & plurimum ipsarum genus prouenit, facultateq; potentissimum habetur (atq; id iuxta ordinem literarum græcarum.) Deinde consequenter etiam de metallicis dicere, atque sic ad animalium partes peruenire.

Abrotonum.

Abrotonum calida & sicca ui præditum est, in tertio ordine & discessu à moderatis locatū, gustu multum amaro, qui sapor indicatus est terræ substantiæ esse, & à largo calore attenuatus esse, ut non instrenuè calfaciat & siccet. Quare coma huius herbæ una cum floribus in oleo coquitur, quo illito ante accessionem

his

his qui rigore per circuitum repetente apprehenduntur, minus rigeunt. Eiusdem decoctum potum, aut per clysterem infusum, lumbricos occidit amplius quam absinthium. Modica autem participat acerbitate Abrotonum, & ob id stomacho incommodum est. Species habet duas marem & foeminam.

Abrotonum ustum.

Abrotonum ustum calidum & siccum uiribus est, magis quàm cucurbita sicca uita, & anethi radix: illa enim ulceribus humidis & sine inflammatione perfectis conueniunt, propterea maxime ulceribus præputii pudendi apta uidentur. Abrotani autem usti cinis omnibus ulceribus mordax est, quare alopecii confert, oleo cicino, aut raphanino, aut sicyonio, aut lentiscino, aut ueteri dilutus.

Agnos, Vitex.

Huius arbuti folia, flores & semen tertio ordine calida & sicca sunt, & multum tenuium partium. Fructus in cibo assumitur, calfacitq; manifeste, simulq; capitis dolorem infert. Fricus minus caput tentat, sed modicum alimentū corpori sufficit, atq; id siccans ac calfaciens, minime uero flatuosum. Et propterea etiam impetus uenereos inhibet. Vnde non solū in cibo ac potu acceptus ad castimoniam conferre creditus est, sed etiam substratus. Et ad hepar ac splenem indurata ac obturata, uiticis semen magis conuenit quàm ruta.

Agrostis, Gramen.

Graminis radix moderate frigida est & sicca, & ob id cruenta uulnera glutinat, ipsa herba imposita cataplasmatis uice non fortiter frigefacit, uerum in medio humiditatis ac siccitatis consistit. Mordacitas & partium tenuitas in radice modica est, ut aliquando callos conterere cognita sit, decoctū eius bibentibus. Semen uulgo nascentis debile est. Parnasiacæ autem uiridum nam ciet, & fluxiones uentris ac stomachi siccet. Estq;

uis

uis ipsius siccatoria, tenuium partium, & subacërba.

Anchusæ quatuor.

Non eiusdem facultatis omnes Anchusæ existunt. Quæ enim Onoclea appellatur adstringentem simulq; subamaram abunde radicem habet, ut etiam corpora densare, & moderate attenuare, extergereq; ac abluere biliosos falsosq; humores possit: atque sic & ictericis & splenicis ac nephriticis utilis existit. Frigescit etiam multum, unde cum polenta in cataplasmate imposita, erysipelatis medetur. Exterget autem non solum pota, sed etiam forinsecus imposita, & ob id uiriliginis, & lepras sanat cum aceto. Folia huius herbæ debiliora radice sunt, non tamen siccandi, & adstringendi ui carent: unde & uëtris profluuium sanant cum uino pota. At uero Lycopos appellata similiter erysipelatis conducit & radicem habet magis adstringentem quàm onoclea. Onochilos autem quæ etiam Alcibiadium appellatur, uim habet magis medicatam, & morsis à uipera multum conducit in cataplasmatibus imposita appensaq; & in cibo sumpta. Quarta parua est & ferè sine nomine, consimilis Alcibiadio, uerum plus amara & magis medicata, & propterea ad lumbricos latos apta, acetabuli mensura cum hylloso, & nasturtio pota.

Agaricum.

Agaricum uim habet calfactoriam & discussoriam & dissectoriam crassorum humorum, & obturationes in uisceribus repurgat, & ob id arquat morbum sanat, in his qui ex hepatis obturatione eum morbum contraxerunt. Prodest & comitiali morbo laborantibus, & rigoribus per circuitum repentibus qui ex crasis & uiscosis humoribus sunt oborti. Prodest & commorsis aut punctis à bestiis quarum frigidum uenenum existit, forinsecus ad locum affectum impositum, itemq; potum hexagii pondere, hoc est drachmæ unius

mæ unius ex uino. Est purgatorium.

Ageraton.

Ageraton facultatis est discussoriæ, & leniter quodammodo inflammationem arcentis.

Adianton.

Adianton siccatur, attenuatur, discutit. Nam & alopecias densat, & strumas & abscessus discutit, & calculos frangit in potu sumptum, & reiectionibus crassorum ac uiscororum humorum ex pectore ac pulmone non parum confert, & fluxiones alui sistit. Medii temperamenti inter caliditatem & frigiditatem existit.

Aizoon, Semperuiuum.

Semperuiuum utrunq; & paruum & magnum modice siccatur, moderate item adstringit. Verum non moderate frigescit: est enim tertii ordinis frigefacientium, & propterea ad erysipelata ac herpetas, & inflammationes ex fluxionibus conducit.

Ægilops.

Ægilops discutiendi uim habet. Itaque inflammationes induratas & ægilopas ac alopecias mirabiliter sanat.

Æra, Lolium.

Lolium calfacit & siccatur efficaciter, ut prope ad acrimiam uim accedat, & magis quàm iris, non est autem uelut illa tenuium partium, sed ab illa longè præuertitur, & propterea locauerit ipsam quis in principio tertii ordinis calfacientium, & in fine secundi siccantium.

Ægiros, Populus nigra.

Populi nigra flores calida ui præditi sunt, in tertio discessus à temperatis ordine. In differentia autem siccandi & humectandi paululum à temperatis ad siccitatem populus secessit, & magis tenuium quàm crassarum partium existit. Folia ferè floribus similem uim habent, sed ad omnia debiliora & inefficaciora, Resto

na etiam similem floribus uim possidet, & est adhuc alii
quāto calidior. Semē magis tenuiū partium & siccato-
riū est, q̄ resina & flores, calidum autē nō adeo ualide.

Acacia.

Acacia tertiū ordinis siccantium est, & secundi frige-
facientium, siquidem lota fuerit: illota enim primi est.
Nam quum non sit simularium partium, partes quā-
dam dispersas habet tenues & calidas, quæ ab ipsa per
loturam decedunt.

Acalyphe, siue Cnide, Vrtica.

Vrticæ folia & semen multum discussoriæ facultat-
is habent, citra uehementem calfactionem. Sanant ita-
que panos & parotidas, & crassos ac uiscosos humo-
res ex pectore ac pulmone educunt. Habent autem &
statuosum quiddam, ut etiam impetum ad Venetem
excitent, & præsertim semen si cum passo bibatur. Ali-
uum subducit moderate, uelut extergendo ac titillan-
do, non purgando. Gangrænosa item & cancrosa, &
omnino quæ siccari opus est absque mordacitate con-
uenienter sanat.

Acanthus, Melamphyllon, Pæderos.

Acanthus, quem alii Melamphyllum, alii Pederota
appellant, folia habet discussoria ui moderate prædita.
Radicem uero siccatoriam & tenuium partium.

Achanta leuce, Spina alba, Leucacantha.

Spina alba, quam aliqui Leucacantham uocant, radi-
cem habet siccantem moderate & adstringentem. Qua-
re & cœliaci & stomachicis prodest, & sanguinis reie-
ctionem cohibet, & tumores laxos in cataplasmate im-
posita coercent: item dentium doloribus conducit, si quis
decocto eius colluat. Semen tenuium partium & cali-
dum est, unde in potu sumptum conuulsis medetur.

Acantha Ægyptia, Spina Ægyptia.

Spina ægyptia ex qua acacia præparatur, adstringē-
di ac siccandi uim habet, quare & fluxui muliebri pro-
dest.

dest, & ulcera sedis insufflata ad cicatricem perducit.

Acorum.

Acori radix tertiū ordinis calfacientium ac siccantiū
est, & tenuium partium compagem habet. Ciet itaque
urinas, & splenes iuuat induratos. Succus eius deter-
get & depurgat crassitudinem corniformis oculorum
tunicæ.

Aconitum, Pardalianches.

Aconitum, siue pardaliāches, simile quidem est seri-
di, syluestri, uerum putrefactoriam & uenenatam uim
habet. Quare uitandum ne in cibo aut potu accipia-
tur. Attamen ad erodendum ac putrefaciendum exter-
nas corporis partes, aut circa sedem utile est & ad hęc
rem commodior est radix eius. Dicitur herbæ succus,
pilorum exortum inhibere.

Acte, Sambucus, Ebulus, Chamæacte.

Sambucus magna & arborea, quæ acte appellatur
itemq; humilis & herbacea, quæ Ebulus & Chamæacte,
ambæ siccantis facultatis sunt, glutinatoriæq; ac mode-
rate discussoriæ. Decoctum radices in potu hydropicis
prodest.

Halimon siue halmyris.

Halimi fruticis germina quidam comedunt, & res
condita asseruant. Vim habet lactis & seminis genera-
tiuam. In sapore salsum quid & adstringens habet, ex
quo manifestum fit dissimularium partium esse: pluri-
ma tamen eius substantiæ pars temperate calida, existit
cum humiditate imperfecta ac incocta, leniterq; statu-
sa. Radices drach. i. ex aqua mulsā pota, conuulsa, ru-
pta, ac tormina mitigat, & lac attrahit & auget.

Aloe.

Aloe tertiū ordinis est, medicamentorum siccantiū
tium, primi autem intensi, aut secundi exoluti calfa-
cientium. In gustu mediocriter adstringit, & fortiter
amarefcit. Subducit uentrem ex genere eorum medica-

mentorū existens, quæ stercorem eductiua appellatur. Est autem medicamentum stomacho commodū si quod aliud, & sinus glutinant. Sanat ulcera ægre cicatricem recipiētia, maxime circa sedem & pudēda propter uim siccandi citra mordacitatem: prodest etiā inflammationibus earūdem partium aqua diluta, & uulnēra glutinat, iuxta eundem modum. Simili modo cōuenit & ad inflammationes in ore, & naribus atque oculis, & omnino repellere ac discutere solet, simulq; extergit paululum, quantum sanē pure ulceribus citra offensionem commodum existit. Oculis propterea iugū humore madentibus, maxime puerorum præter opinionem medetur. Debet autem crassiore modo dilui, & oculorum angulis adhiberi.

Alysson.

Alysson aiunt esse Sideritim herbam appellatā, que iuxta uias nascitur ubiq; purpureum florem habens, & folia crassiora. Nomen inuenit ex eo, quod commorsus à cane rabido mirabiliter succurrit. Vim habet moderate siccantem & discuttoriam. Habet etiam quiddam exterforiū, quo uitiliginēs & maculas faciei à sole prouocatas depurgat.

Alfine.

Alfine siue Auricula muris, herbula similem habet uim helxinæ frigefacientem ac humectantem. Est. n. substantia eius aquosa frigida, quare etiam citra adstrictionem frigefacit. Ideoq; ad feruentes inflammationes conducit, & ad mediocria erysipelata.

Amaracum.

Amaracum calfacit non ingenerose, siccatur autē non uehementer. Verum in caliditate est tertii ordinis, in siccando secundi.

Ambrosia.

Ambrosia pro cataplasmate imposita, uim habet adstringentem & repulsoariam.

Ammium, Ammi.

Am

Ammii semen maxime in usum uenit, calfactoriæ & siccantis facultatis in tertio ordine. Est & tenuium partium, & sapore subamarum ac acre, atq; adeo urinam ciet, & discuttorium est.

Amarantum.

Amarantum uim habet attenuandi ac disseccandi. Quare mensis ducit coma eius ex uino pota. Grumos etiam sanguinis liquare creditur, nō in uentre modo, sed & in uesica, si cum uino multo bibatur. Omnes autem in uniuersum fluxiones resiccatur in potu accepta: uerum stomacho incommoda est.

Amurca.

Amurca secundi ordinis est calfacientium ac siccantium intensi. Atque hinc sanē corporum temperamento siccorum ulcera sanat, reliquorū omniū exacerbatur.

Ampeloprason, Porrum syluestre.

Ampeloprason uim inter allium & porrum mediā obtinet. Stomacho magis incommodat q̄ satiuum. uiscosos quoq; humores amplius eo dissecat, & organa obturata ab obstructione liberat. Quapropter etiā urinas & menses sæpe mouit ubi uiscosorum & crassiorū humorum culpa fuerit suppressa.

Ampelos leuce.

Ampelos leuce, quæ & bryonia, itemq; psilothrum appellatur, & Latinis Vitis alba, germina habet quæ recens producta omnibus familiarem cibum exhibet uerno tempore, tanquam edulium stomacho commodum propter uim adstringendi. Habent autem subamarum, & acrem leniter adstringentem, quare etiam urinam ciet. Radix uero exterforia & siccatoria tenuiumq; partium facultate prædita est, & moderate calida: unde etiam lienes induratos eliquat, tum in potu accepta, tum forinsecus cum ficibus imposita. Itē scabiem & lepras sanat. Vitis porro nigra, per omnia ei consimilis est, sed debilior.

Amygdala.

Amygdala amara attenuatoriam uim palam præ se ferunt, ut etiam maculas clares depurgent, & ad reiectiones ex pectore ac pulmone uiscorum & crassorum humorum plurimum conferant. Sed & obstructione liberant ac depurgant hepar, splenem, colume, ac rhenes. Laterum item dolorem sedant. Arbor quoque uniuersa similem uim habet, ut eius etiam radices costas, maculis solaribus in cataplasmatibus modum imponentes, eas depurgent. At uero dulcia amygdala amarioris debiliora sunt.

Ammoniacum.

Ammoniacum mollioris intensæ facultatis est, ut etiam articularum callosas duritias dissoluat, & lienes induratos sanat, & strumas discutiat.

Amomum.

Amomum uiribus acoro simile est, præterquam quod siccus est acorum, magis autem concoctorium est amomum.

Anagallis.

Anagallis utraq; & quæ cæruleum, & quæ puniceum florem habet, absterforiam uim abunde habet, & præterea subcalidi ac attractorij quippiam, quo etiam aculeos à corpore euellit, succus ipsarum caput per nares purgat, ob eandem causam, & in summa siccandi uim habent citra mordacitatem, unde & ulnere glutinat, & putrescentibus ulceribus auxiliantur.

Andrachne, Portulaca.

Portulaca in frigefaciendo tertij ordinis est, in humectando secundi. Modicam autem austeritatem compestitur, quapropter fluxiones repellit, maxime biliosas & calidas, earum qualitate transmutans, alterans, & multum frigefaciens. Atque ea gratia etiam æstuosis febribus, ut si quid aliud commodat, super os uentris totaque præcordia imposita. Sed etiam præteratur, adiecto

ouo crudo unà cum uitello ac candido; amixtoque; modo co rosaceo, aceti que; momentò, euestigio non uulgarè lenitudine inducit in ardētibus febribus, si corpus uniuersum inde illinatur, imò penitus extinguit, ut neque amplius ulla exacerbatio contingat. Dētiū quoque stuporis medela est. Succus eius similē uim habet, quare non solum forinsecus impositus, sed etiā in potu sumptus perfrigerat. Quod ipsum contingit et, si quis totā herbam in cibo sumat. At uero propter uim subastringenti, etiam dysentericis commodum edulium est, & fluxui muliebri & sanguinis reiectioni: uerum ad hæc omnia multo efficacior est ipsius herbæ succus.

Anemone.

Anemone omnes acris & exterforiæ attractoriæque; ac uenarum oscula aperientis facultatis sunt, unde radix quoque commanā pituitam prouocat, & succus ex naribus purgat, & cicatrices in oculis attenuat. Quin & fordida ulcera Anemone purgant & lepras remouent, & appositæ menses prolestant, & lac attrahunt, & argent.

Anethum.

Anethum calfacit in tantum ut aut secundi ordinis intēsi, aut tertij exoluti esse deprehendatur. Verū secundi ordinis principio est inter siccantia, aut primi sine. Si in oleo incoquatur, discussorium est, & dolores sedat, & somnum inuitat, & crudos ac incoctos tumores concoquit. Vt in tertij ordinem calfacientium ac siccantium obtinet, & propterea ulceribus humidis inspersum prodest, & maxime in pudēdo. Nā in præputio etiam inueterata ac cicatricem perducit. Porro uiride humidius est ac minus calidum, utpote adhuc succulentum, quare magis concoctorium est ac somnificum quam siccum, minus autem discussorium.

Anthemis, Chamæmelum.

Anthemis, quæ & Chamæmelū appellatur, calfacit

ac siccata in primo ordine . Est aut tenuium partium, & propterea discussoria & rarefactiua ac laxatoria ui prædita: siquidem igitur fuerit uiridis, in oleo ipsam incoquere oportet, non præfente uidelicet oleo chamæmelino, in quo maceratus flos insolatus est . Si uero sicca fuerit, modico aceto præmadefacta, deinde in oleo cocta, commoda fit his in quibus nondum desit materia ad caput afferri. Nam eam quæ iam adest, discutit, & alteram non attrahit, quæ commoditas nulli alteri medicamento cõtingit. Ne chepson Ægyptius ipsum Chamæmeli florem purum in summo uigore colligere iubet, & in mortario tundere, ac probè contere, ac postillos mediocres fundere, eosq; in umbra diligentissimè siccare ac reponere . Vnus autem tempore unum ex ipsis terere, oleo primario quod latis est affuso, in deq; uniuersum corpus à capite usque ad pedes illinere, in omnibus febrientibus, ac ægrum stragulis cooptum fouere: sudor enim inquit mouebitur bonus in his qui euasuri sunt, & à febre liberabuntur. Nam in plurimis experimento hoc cognitum est, & in peregrinationibus maxime congruum existit, ob circumsferendi facilitatem. Præcipit etiam in potu pastillos exhibere febricitantibus fabæ quantitate ex aqua calida.

Anisum.

Anisi semen maxime in usu est, acre & subamarum existens, ut propè accedat ad caliditatem ueriorum. Est enim in tertio ordine calfacientium ac siccantium: ob id & urinam ciet, & discussorium est, & inflationes circa uentrem sedat.

Aparine, Philantropos, Omphacocarpos.

Aparine quam alii philantropon, alii omphacocarpon uocant, moderate extergit ac siccata . Habet etiam quid tenuium partium.

Apios, Pirus.

Piri folia & ramuli austeri sunt, fructus dulcedinem quam

quandam aquosam habet, ex quibus manifestum fit temperamentum inæquale iuxta partes existens. Quapropter in cibo quidem stomacho commodant, & sitim sedant: uerum in cataplasmatibus imposita pira, siccant & mediocriter frigefaciunt, ut uulnus per ipsa conglutinatam esse sciam.

Acrales, Pira syluestria.

Quæ uero syluestria pira nominantur magis adstringunt, & siccant, & ob id uulnera maiora glutinant, & in cataplasmatibus imposita fluxiones reprimunt, quemadmodum in malorum tractatu absolutissime tradetur.

Aristolochia.

Aristolochiæ radix ad medicinam commodissima est, amara & subacris existens. Rotunda ex his maxime omnium tenuium est partium, & ad omnia efficacior: iccirco ubi crassus humor fortiter attenuandus est, rotundæ usus expetitur, atque inde adeo dolores ex obturatione, aut crudorum crassitie abortos curat, & infixæ extrahit, & putrefactionibus medetur, & sordida ulcera purgat, & dentes ac gingiuas illustrat. Auxiliatur etiam anhelatoribus & singultientibus comitialibusq; morbis ac podagricis, ex aqua pota, ruptisq; ac conuulsis medicamentum, ut si quod aliud, commodum est. Ex reliquis duabus clematidis odoratior est, ut etiam unguentarii eam in ungenta assumant: uerum ad medendum minus ualet. Lõga autem Aristolochia minus tenuium partium est q̃ rotunda, non tamè inefficax, sed exterforiam ac calidam uim habet, & ob id uelcera incarnat, & ad uteri fetus commodior habetur.

Aracus.

Aracorum semen simile est cicerculis & usu & uiribus, uerum durius quàm cicerculæ & propterea etiam ægrius concoqui potest.

Arceuthos, Iuniperus.

Iuniperus calida est & sicca tertii ordinis in utroque

genere. Fructus eius calidus quidem similiter est, sed in primo ordine siccatur.

Arnoglossum, Plantago.

Arnoglossum frigefacit ac siccatur in secundo ordine. Habet & austeri quippiam, quare fluxionibus & putrefactionibus ulceribusq; malignis conuenit, atque ea gratia etiam ad dysenterias: nam sanguinis eruptionem compescit, & si quid perustum est frigefacit, & si minus glutinat. Est præterea etiam aliorum ulcerum rescentium ac ueterum curatrix. Citra mordacitatem enim siccatur, & frigiditatem possidet nondum stupefacientem. Semen eius itemq; radix similem uim habent: uerum sicciorum & minus frigidam. Et semen quidem tenuissimum partium est, radices uero crassiorum. Ipsa autem folia siccata, tenuiorum partium uim, sed minus frigidam acquirunt. Propterea radicibus etiam ad dentium dolores utimur, tum commanducantes, tum decocto ipsarum colluentes. Cæterum ad hepatis ac rhenum obturamenta & radicibus, & foliis, & multo magis semine utimur.

Aron.

Ari radix primi ordinis calcificentium ac siccantium est. Habet & uim exterforiam, sed non adeo fortiter uelut dracontion. Radices etiam in cibo acceptæ humorum crassitiam moderate dillescunt, ut etiam ad reiectiones sputorum ex pectore commodent. Verum dracontion in hos usus præstabilius est. Alias præparatur ac editur eo quo dracontion modo feruefacta.

Artemisia.

Artemisiam ambæ calcifiant in secundo ordine, siccant autem uel in primo ordine intenso, uel secundi principio. Sunt autem moderate quoque tenuium partium, quare ad rhenum lapides moderate conueniunt, & ad uteri fetus.

Asarum.

Asari

Asari radices in usu sunt, acori radicibus uiribus consimiles, uerum magis intensæ, quare ex his quæ de asaro diximus, etiam de asaro notionem sumere oportet.

Aspalathus.

Aspalathus ex dissimiliaribus uiribus constat, acribus & adstringentibus. Et acribus quidem partibus suis calfacit, austeris uero frigefacit, utriusque siccatur, & propterea ad putrefactiones & fluxiones utilis existit. Ad putrescentes in ore gingiuas in uino cocta utiliter colluit.

Asparagus, siue Asparagus iuxta

Athenienses.

Asparagus petreus siue Myacanthus, exterforiam uim habet, nec tamen ualide calfacit, nec frigefacit. Idcirco rhenes & iecur obstructione liberat, maxime radices herbæ ac semen. Et sanè etiam dentium doloribus medetur siccando citra calfactionem.

Aster Atticus. Bubonium.

Aster Atticus quem alii Bubonium appellant, quod non solum in cataplasmate impositus, sed etiam ad albuginatus bubonas ac inguinum tumores sanare creditur. Habet etiam quid discussorium, ut mixtarum uirium sit, uelut rosa, sed bubonium non ita adstringit.

Astaphisa, Vua passa, Caricæ.

Vua passa satiuæ concoctoriam simulque adstringentem & moderate discussoriam uim habet: eadem enim est ratio uuarum passarum ad uuas, quæ est caricarum ad ficus. Et dulciores quidem calidiores sunt. Austeriores uero frigidiores, & adhuc magis acerbæ. Stomachum itaque roborant austeræ, & alium adstringunt, atque his amplius etiam acerbæ. Medium uero statum inter has dulces tenent, neque palam exoluentes stomachum, neque alium subducentes. Vim tamen contemperandi humores semper habent dulces, itemque moderate extergendi, unde paruos circa os uentriculi

more

morsus obtundunt. Nam maiores morsus generosioribus morsibus opus habent. Præstant uæ passæ pinguisimæ & tenui cortice præditæ. Cæterum uæ passæ minus q̄ caricæ aluum subducunt ac extergent: uerū stomacho commodiores q̄ caricæ existunt.

Astaphis agria.

Staphis agria ualde acrem uim habet, ut fortiter pituitam de capite trahat ac extergeat. Quare & ad scabiem confert. Et uistoria quadam ui participat.

Aphodelus.

Aphodeli radix in usu est, uelut ari, & asari, ac draccontii. Vim habet exterioriam ac discussoriam. Vnde in uino albo uetere cocta, & uino calido meraco cyathi mensura hausto, menses suppressos celerrime ciet. Vstæ cinis calidior, & siccator, magisq̄; tenuiū partium ac discussorius euadit, & ob id etiam alopecias sanat.

Atractylis, Cnicus syluestris.

Atractylis, siue Cnicus syluestris, uel Androsanton, ut alii uocant, ex spinosarum plantarum genere est, & siccantis ac moderate calidæ facultatis existit.

Atraphaxis, Atriplex.

Atriplex secundi ordinis est humectantium, primi frigeſcientium, adstrictionis nihil habet, sed aquosa est uelut malua, & facile uentrem permeat. Hortensium genus humectius & frigidius syluestri est. Quapropter inflammationibus ac furunculis incipientibus & auſcentibus hortenses, uigentibus & declinantibus syluestres commodiores sunt. Semen exterioriam uim habet, unde ad morbum regium ex icoris obstructione obortum utile existit.

Abſinthium.

Abſinthium calidum est primo ordine, siccum tertio. Succus eius multo calidior q̄ herba est, participat & adstringendi ui non obscura, maxime Ponticum, quare extergit, roborat, siccatur, & propterea bilioſos

uentriculi morbos ad infernam excretionē deducit, & per urinas euacuat. Magis autem biliosum intra uenas humorem per urinas expurgat. Itcirco ubi pituita in uentre continetur, nihil conducit. Sic etiam si eadem circa pectus aut pulmonem hæreat. Adstrictoria enim facultas in ipso fortior est q̄ amara. Quoniã uero acrimoniam quãdam possidet, calidum amplius q̄ frigidum existit.

Balanos myrepsica, Glans unguentaria, Myrobalanum.

Glans unguentaria quæ myrepsica balanos, & myrobalanon appellatur, exterioriam & incisoriam uim habet cum aliqua adstrictione, & propterea exterioriam ac adstringentem contrahentemq̄; ac coactoriam habet actionem, quapropter & ad uaros & lentigines, maculasq̄; solares, prurimum, lepram, scabiem, achoras, & manantia capitis ulcera, ulcerositasq̄; papularum eruptiones, & omnia crassi succi uitia cõueniens est, maxime cum aceto. Cicatrices et̄ illustrat. Facit coq̄; ad hepar induratum in cataplasmate imposita, & lienem consumit, præsertim si farina aliqua siccatoria ipsi cõmiscetur, uelut est loliacea ac euina. At uero cortex ualde efficax est, ut eius usus ubi uehementi adstrictione opus est requiratur. Si uero q̄s carnis eius drachmã unã bibat cõ aqua mulsa, facile uomet. Sæpe & per inferna aluum large subducit. Vnde si hepar aut splenem purgare uoluerimus p̄ huius medicamenti usum, in posca ipsum exhibemus. Stomacho. n. incommodat. Verum aceto gaudet tum fornicus impositum, tum per os acceptum.

Balanos siue Glans quercina.

De quercina glande in quercus tractatu commode dicemus.

Balsamum.

Balsamum calfacit & siccatur secundo ordine, est & tenuium partium, Liquor eius adhuc magis tenuium partium

partium uim habet, non tamen adeo calidus est, uelut quidam opinantur per partium subtilitatem decepti. Fructus eius consimilem iuxta genus facultatem obtinet, sed partium tenuitate ab illis præuertitur.

Balaustium, Cytinus.

Balaustium syluestris mali punicæ flos est, uelut fætiux Cytinus, gustum autem fortiter adstringit, & fæne siccantis ac frige facientis facultatis est: quare si inter triginibus ac aliis ulceribus ipsum aridum tenuissime tritum insperferis, citissime uidebis ipsa cicatricem recipere citra mordacitatem. Iccirco non est medicus quispiam qui non hoc pharmaco & in his qui sanguinem reiectant, ac dysentericis, uentrisq; ac uteri fluxionibus utatur.

Batos, Rubus.

Rubi folia maxime tenera itemq; germina medio critere adstringunt, ut commansa oris ulcera cum aliatum quæ aphthæ appellantur, curent. Imò & uulnèra glutinent. Fructus maturus moderatam quandam caliditatem habet. Immaturus frigidam terream substantiam possidet, & propterea acerbus & ualde siccatorius est. Siccatus autem reponi solet, & humido magis siccatorius euadit. Flos eandem uim quam fructus immaturus habet. Itaque ad dysenterias & uentris fluxiones ac debilitatem, & sanguinis sputum commodus est. Radix supra uim adstringendi, etiam tenuium partium substantiam habet, quare rhenum lapides atterit.

Batrachium, Ranunculus.

Batrachiū quatuor speciales differentias habet, oēs autē fortiter acrem uim possidēt, ut cum dolore exulcerēt. Quare si quis moderate utatur, scabies ac lepras excoriant, unguis item leprosos remouet, & stigmata siue notas incultas discutiūt, & uerrucas ac myrmecias ex earū gēte dictas, auferunt. Quin & alopecis sunt

mo

modico tempore impositæ. Nam si diutius sinantur, non solū excoriāt, sed etiam crustam cuti inurunt, atq; hæc quidem folia uiridia una cum cauliculis imposita faciunt. Radix autem siccata sternutatorium est medicamentū quomodo omnia alia fortiter siccantia. Sed & dentium dolores mitigat, simulq; ipsos confringit.

Bdellium.

Bdellium Scythicum appellatū quod & nigrius & resinosius est, mollientem abunde & efficacem uim habet. Alterum Arabicū quod etiam pellucidius est, magis siccatur q̄ mollitur. Vtuntur aliqui his, & maxime Arabico, ad ramices gutturis ac hernias aquosas, bronchocelas & hydrocelas Græci appellant, ieiuni hominis salua ad emplastrum compagem redigentes. Arabicum etiam calculos rhenum atterere uidetur, urinasq; ciere in potu acceptum. Sed & crudorum flatuum insultus, & laterum dolores, ac rupta sanat.

Blitum.

Blitum olus est cibarium, temperamēto humidum ac frigidum in secundo ordine locatum.

Bulbus.

Bulbus comestus frigidioris & crasioris uiscosiorisq; humoris genitor est, nā & ægre concoquitur, & inflat, ac uenerem stimulat. In cataplasmate impositus glutinat & siccatur. At uero qui uomitorius Bulbus dicitur, multo calidior temperamētum q̄ prædictus habet.

Buglossum.

Buglossum humidum & calidum temperamentum habet, unde uino iniectum laticiam facere potatibus uidetur. Conducit & tuscentibus propter gutturis asperitatem, in aqua mulla decoctum.

Buphthalmon.

Buphthalmon appellatum uidetur à floribus, qui figuram oculi bouis similitudinem referunt. Nam colore chamæmeli floribus q̄ simillimi existunt. Multo autem

autem maiores ipsis sunt, & acriores, & propterea magis discussorii sunt, usq; adeo ut etiam duritias sanent ad ceratum permixti.

Bunion, Arction, Pseudobunion.

Bunion quod quidam Arction appellant, calfacto cui generis in tantum est, ut urinam cieat, & menses ducat. Sed & Pseudobunion similiter ipsi calidum est.

Brathy, Herba Sabina.

Herba Sabina calefacit & siccatur tertio ordine: est autem tenuium partium, & propterea discussoria, & mensium ductrix si quid aliud, & per urinas sanguinem trahit, & uiuentes foetus perimit, ac immortuos eiicit. Cōuenit putrefactis maxime malignis & inueteratis. Nam quæ diu durauerit citra molestiam pharmaci uim tolerant. Quin & denigrata ac ualde sordida, cum melle expurgat, & carbunculos destruit. Quodam etiam, dum plum ipsius pro cinamomo coniciunt.

Britannica.

Britannicæ folia adstringunt, & uulnera glutinant, suntq; similia foliis syluestris rumicis, præterq; quod nigriora & hirsutiora existunt. Succus foliorum similiter adstringit, quare quidam coctum ipsum reponunt, ut pharmacum ad putredines oris efficacissimum.

Bromus, Avena.

Bromos paulo frigidiore temperamento præditus est, & adstrictionis nonnihil habet, ut etiam uetris profuuiis commodet.

Bryon Thalassion, Muscus marinus.

Muscus marinus adstringit, & frigefacit, unde in cataplasmatibus uicem impositus, ea quæ calida sunt manifeste perfrigerat, ac iuuat.

Bryon, Muscus arborum. Splanchnon, Hypnon.

Muscus arborum qui Bryon & Splanchnon ac Hypnon Græcis appellatur, adstringit & frigefacit moderate, ut prope ad temperata accedat. Quare & discus-

tiendi

tiendi ac emolliendi facultatis particeps est, maxime qui in cedrinis lignis reperitur.

Bryonia.

Dictum est de Bryonia, quum de uite alba nobis sermo esset.

Bubonium, siue Aster Atticus.

De Bubonio dictum est in secundæ appellationis elemento.

Gentiana.

Gentianæ radix efficax est, ubi opus est attenuare & depurgare, extergereq; ac ab obstructionibus liberare.

Gigarta, Vinacea.

Vinacea sicca sunt in secundo ordine, frigida in primo. Acerba autem gustu sunt, proptereaq; fluxidius uentris affectionibus plurimum profunt.

Gingidium.

Gingidium ut gustu amaritudinis & adstrictionis particeps est, ita temperamento caliditatis & frigiditatis, iuxta utranq; autem qualitatem siccatorium est, immo etiam stomacho ualde commodum: ob adstrictionis non modicæ participationem. Euadit autem multo magis stomacho commodum, feruefactum & ex aceto coactum. Caliditatem itaq; non ualde manifestam obtinet, uerum in secundo ordine siccatur.

Glaucium.

Glaucium adstringit cum quadam iucunditate, sed & frigefacit manifeste adeo ut erysipelata non adeo sortia sanent.

Glæchon, Pulegium.

Pulegium calefacit & attenuat uehementer, unde humoribus crassis ac uiscosis ex pectore ac pulmone reuellendis facilem uiam facit. Menses cieat cum uino albo coctum, ita ut uinum ipsum meracum bibatur. Forsinsecus cataplasmatibus modo impositum, tum ischia-

A E T.

c dicos,

dicos, tum alios perfrigeratos rubificat.

Gloeos, Sordes balnearum.

Sordes balnearum moderate emollit.

Glycyrrhizon, Radix dulcis.

Glycyrrhizi fructicis radicū succus maxime in usum uenit, dulcis existens cū modica quadam adstrictione, quapropter asperitates lenit non solū arteriā, sed etiā scabiosā uesicā. Quandoquidē uero omne dulce moderate, etiam humido temperamento præditū est, pro eius sanē ratione, sitim quoq; eximit.

Glycyfide, Pæonia, Pentorobos, Ephialtia.

Glycyfiden etiam Pæoniam, & Pentorobon, & Ephialtian nominant. Radix eius tenuium partium & siccatoria ac mediocriter calida est: habet enim uim adstringentem leniter, cum aliqua dulcedine. Quod si quis eam diutius mandet, etiam acrimoniam sub amaram percipiet, iccirco sanē & menses mouet, magnitudine amygdali contusa cū aqua multa pota. Ex purgat quoque iecur obturatum, lienemq; ac rhenes. Per adstrictionem autem fluxiones uentris sistit, in uino quopiam austerorum generis cocta, & uino pota. In summa rescicandi uim fortiter possidet, ut non improbauerim id quod à multis rationabiliter creditum est, eam uidelicet etiam adalligatam puerorū morbū comitalem sanare. Aliquando enim puerulo ostime stri comitiali apprehenso, magnam radicis recentis partem de collo suspendimus, iussione facta ut perpetuo eam contineret appensam, & de cætero ex hoc facto puer perfecte sanus euasit, neque amplius apprehensus aut conuulsus est.

Gnaphalium.

Gnaphalium adstringentis moderate facultatis est, & propterea dysentericis ipsum cum uino aliquo austero potandum exhibent.

Gongylis, Rapum.

Rapi

Rapi semen ad rem uenerem stimulos addit, flatus spiritus generatium existens, sic & radix ægre concoctilis, & flatuosa, ac seminis gignitiua est, succum autem in corpus distribuit crassiores. Quare si quis in nimio eius estu perduret, & maxime si ipsam non probe in uentriculo concoquat humorem crudum appellatum congregabit, si uero crudior in coctura maneat, ægre concoctilis & flatuosa & stomacho incommoda existit, quandoq; etiam morsus circa uentrem excitat, melior autem fit si bis coquatur: multa enim coctura opus habet. Porro ad uentris deiectionem neq; conducit, neq; officit.

Damafonium, Alisma.

Damafonium etiam Alisma appellatur. Eius radicem experti sumus coctā in aqua, & aqua pota, calculos in rhenibus consistentes ac coactos confringere.

Daucus, Pastinaca, Staphylinus.

Daucus quem & staphylinum ac Pastinacam appellant, duorum generum est: Alter syluestri minus comestilis quā satius, uerum in omnibus uehementior. Satius autem in cibi usum aptus est, sed aliā imbecillior existit: facultatem habent acrem & calastoriam, & propterea etiam attenuatoriam. Radix itaque possidet etiam flatulentum quippiam, & ob id Veneris stimulatium. Semen satiuū quidem habet item aliquid in se uenerem stimulans, sed syluestris omnis status expertus est, quare & urinam citat, & menses mouet.

Daphne, Laurus.

Lauri arboris folia & fructus siccant & calfaciunt uehementer, & magis ipse fructus. Cortex radicis minus quidem acris & calidus est, magis uero amarus, & aliquid adstrictionis habens. Iccirco & lapides atterit, & hepaticis conducit. Bibitur in uino odorato pondere obolorum trium.

Distamnum, Pseudodistamnum.

Distamnum magis tenuiū partium est quā pulegium, in cæteris ipsi consimile. Quod uero Pseudodistamnum dicitur debilius est.

Dipsacos, Labrum Veneris.

Dipsaci radix secundi ordinis est siccantium. Habet etiam quid exterforium.

Dorycnion.

Dorycnium temperamento simile est papaueri & mandragoræ, & aliis eodem modo frigefacientibus: parum itaque ex eo sumptum soporem inducit, amplius occidit.

Dolichi, Lobi, Smilax hortensis, Phaseoli.

Qui nunc ab omnibus Lobi nominantur, apud omnes ueteres Dolichi & Phaseoli appellabantur, & ab aliquibus smilax hortensis, nutriti quidem non minus quā pisa, consimiliterq; status expertes sunt, uerum iucunditate & in alui deiectione illis cedunt. Appellatur autem Lobi, hoc est, siliquæ præ aliis præcipue, quoniam ex omni siliquarum genere quæ indumento intactæ sunt, hæ solæ unâ cum siliquis siue tegumentis suis ut plurimum coneduntur.

Dracontion.

Dracontion acrius est quā Aron, & amarius, & magis calorificum ac tenuium partium. Habet autem quandam breuem adstringendi uim cum acrimonia & amaritudine permixtam, ut uel inde efficacissimum pharmacū existat. Nam radix uiscera & omnes crassos ac uiscosos humores expurgat, & malignorū ulcerum optimum medicamentum est. Depurgatq; ac extergit generose cum alia extersione indigentia, tum utiligines cum aceto: folia autem ulceribus & uulneribus recentibus conueniunt, quantoq; minus fuerint sicca, tanto magis glutinant. Quæ enim ficiora sunt, acriora quā uulneribus conueniat existunt. Creditur etiam

etiam caseum à putredine asseruare forinsecus ipsi circumpositum. Semen autem radice fortius, cancos & polypos consumere creditur. Succus feminis oculos rum albugines deterit.

Dryx, Quercus.

Vniuersæ quercus partes adstringentis qualitatis particeps sunt: Amplius autē omnibus membranula quæ sub cortice trunci reperitur, & quæ sub cortice glandis super fructus carnem inducta est. Quare & ad fluxum muliebrem, sputaq; sanguinis ac dysenterias & uētris fluxiones diuturnas, utilis esse creditur. Vtuntur autem ipsa decocta. Vehementius adhuc adstringit phagus & ilex. Cæterū folia ex omni quercus genere pro cataplasmate imposita, uulnera recentia glutinant, quemadmodum ego ruri expertus sum. Glandes quercinæ comestæ alimentū quidem abunde corpori suppeditant. Sed tardi transitus est id ipsum, & crassum ac ægre concoctile. Ex omni glandium genere optimæ sunt Castanæ, quæ & Lopima appellantur. Solæ enim ex syluestrium fructuum genere, memorabile alimentum corpori sufficiunt. Sunt tamen etiam ipsæ capiti graues, utpote dolorem eius inducentes, sed multo magis his supradictæ.

Ebisus, Althæa.

Ebisus malua syluestris, est discussoria, laxatoria, inflammationem arcens, mitigatoria, & concoctoria crudorum panorum ac tuberculorum. Radix eius itemq; semen, reliqua similiter faciunt uelut herba. Verum facultatem magis tenuium partiū, ampliusq; siccatoriam & extersoriam ex se ostendunt, adeo ut etiam utiligines deterant, & semen calculus rheumum confringat. Decoctum radice & ad dysenteriam & alui profluuium, & sanguinis reiectionem utile est, ut quæ uim quandam adstringentem habet.

Ebenus.

Ebenus lignum est ex eorū numero quæ in succum resoluuntur, uim habet calfactoriam, exterioriam, ac tenuiorem partium. Vnde & ea quæ pupillis tenebras offendunt uitia, extergere creditur, & in alias oculares cōpositiones ammiscetur, quæ uidelicet ad ulcera uetera, & fluxiones ac pustulas conueniunt.

Elæa, Olea.

Oleæ germina tantum frigiditatis quantum adstrictionis habent, fructus exacte maturus moderate calidus est, immaturus adstringentior est & frigidior. Oliuæ drupæ pinguem succum habent, & modicum alimentum corpori præbent. Colymbades uero muricæ innatantes, adstringentem succum habent, & stomachum corroborant, appetentiamq; cibi excitant, & ad hoc commodissime sunt quæ cum aceto sunt asseruata. Ex his enim quæ æquo salubria sunt, id quod iucundius est facilius concoquitur.

Elæon, Oleum.

Oleum ex oleæ fructu expressum, quod etiam propriissime oleum appellatur, humectans & moderate calidum est. Tale est dulcissimum ex oliua maxime drupa factum, quale est sabinum. Est autem calidum moderate mediū temperamenti, & magis discussorium quàm quod ex crudis oliuis expressum est, quod omotribes & omphacinum appellatur. Nam hoc tanto frigidius est quanto plus adstrictionis habet. Oleum autem uetus, si quidem ex dulci oliua factum uetustatem contraxit, calidius est & magis discussorium. Si uero ex cruda, quousque sanè aliquid adstrictionis seruauerit, mixta facultatis existit. Vbi uero adstrictionem penitus abiecerit, alteri assimilatur. Lucernarium autem à medio ac temperato, dulcè inquam, in tantum ad calidiorem qualitatem progreditur, quantum omphacinum ad frigidiorē. Vt in mur omphacino, capite calidiore facto. Dulci, sicciore

facto

facto & circumtenso. Lucernario, eodem frigefacto. Manifestum est autem quod omphacinum aliquando etiam frigidum adhibere oportet, reliqua semper calida. Atque hic quidem usus ad caput est. Cæterum si uniuersum corpus præter naturam siccius reddatur, dulce oleum commodissime illinitur. Sed & si densatum sit, ex adstrictione, aut frigiditate, aut mordacitate, aut acribus pharmacis, aut humore, aut etiam pruritu, idem oleum omnium aptissimū est, maxime cum exercitationibus aut etiam post exercitia. At uero stomacho & icori inflāmati maxime congruit omphacinum irrigatum, ob adstringendi facultatem. Reliquis partibus dulce magis prodest.

Oleum Cicinum.

Oleum Cicinon in Ægypto paratur, ex ricini arboris semine, quod croton appellatur, sicut arbor ipsa cicinulo & expresso, & oleo ex aqua calida electo. Est autem tenuium partium ac discussorium, uelut oleum uetus. Exerit utiligines maculas solares, lentigines, assiduo illitum. Consimile raphanino est, quo etiam uti licet, cicino aut uetere non præsentē.

Oleum feminis Lini.

Sed & ex lini semine oleum præparatur, quomodo prædictum est. Et usus eius iam est pro cicino. Nam cicinon non amplius asfertur, sed hoc pro ipso asserunt.

Oleum Raphaninum.

Raphaninum oleum in reliquis simile cicino est, uerum calidius.

Oleum populi nigræ.

Oleum ex nigra populo in æstate paratur, quum multa circa semen est resina. Sumunt itaque eius grana modiceq; confringunt, & ad pondere expensum inde trientem, olei dulcis sextarium immittunt, & ad dies quadraginta insolant, atque ita excolatum reponunt.

nut . Est hoc oleum caſtoreum tenuium partium ,
mollitorium , cum odore iucundo .

Oleum Amygdalinum .

Amygdalinū oleum ex amygdalis amaris fit , eſtq;
tenuium partium , & calidius dulci uno gradu . Con-
uenit maxime auribus à craſſis ſtatibus obturatis , &
ad auditus grauitatem , & ſonitui ex frigidityate . Verū
mes quoque aurium enecat . Experientia enim nos do-
cuit ipſum auribus maxime prodeſſe , reliquarum par-
tium comparatione .

Oleum nucum .

Nucis oleum ſimiliter ut amygdalinū præparatur ,
nucibus aut tuſis & expreſſis , aut poſt contuſionem in
aquâ ſeruētē coniectis . Cōmodū eſt in eoſdē quoq;
uſus : Inſuperq; hoc priuatim habet , quod inauratibus
aut inurentibus cōducit : Siccat enim & ad multū tem-
pus inaurationes ac inuſiones continet & adſeruat .

Oleum Myrobalaninum .

Oleum ex myrobalanis uim habet depurgandi ma-
culas faciei , lentigines , uaros , & omnem nigredinem :
Sed & alium purgat , prodeſt & aurium dolori , & ad
ſonitus , cum adipe anſerino inſtillatum : præparatur
ut amygdalinum , glande unguentaria molita .

Oleum Laurinum .

Laurinū ex bacca lauri fit , quo modo iam dictū eſt .
At uero mixtum hoc modo præparatur . Ad ſexta-
rios quinque oliuarum maturarū , baccarum lauri pin-
guium & recentium ſextarium unum adiicimus , atque
ita omnia ſimul conteruntur ac exprimuntur , uelut
oleum aliàs ex oliuis ſolet . Calidū ualde eſt & mol-
litorium quod purum ex ſolis lauri baccis factum eſt ,
quare uehemēter perfrigeratis quadam corporis par-
te conducit . Multum quoq; ſiccatur , & propterea ſcabo-
ſis , & aſperæ cuti , impetiginibusq; aſperis , in balneo
ūllitum medetur : fugiendum eſt autem in impetigine
inflamm

inflammata , aut ſcabię inflammata , & in temperaturis
calidis ac bilioſis . Humidis autem & pituitofis conue-
nit , & omnibus articulis à frigore infeſtatis . Eſt &
iſchiadicis ex coxendicibus laborantibus cōmodum .
Occidit uermes & pediculos tum feros , tum manſue-
tos , itemq; lendes ac furfures capitis , & ophiaſes ac
alopecias . Uſus eſt in balneo leiunis , ita ut poſtea cū
ouo ac melle & ſœni græci farina detergeatur . Cauen-
dum ne capiti calido adhibeatur .

Oleum Sefaminum .

Sefaminū oleum ex ſefamo fit contrito & in aquam
iniecto . Viribus nō longe ab eſt ab oleo dulci . Calidi-
tatem enim moderatam habet , & ſaporē omnino leui-
ter adſtringentem : aptū eſt cibi , nam & ſaporis iucun-
di eſt , & facile cōcoquitur , & alium ſubducit : forinſe-
cus iſtitū uim obſtructoriam meatuum habet , propter
craſſitudinem . Cæterū ad præparationem oleorū que
odoris gratia fiunt , aptius eſt quàm oleum cōmune ,
propter durabilitatem , & quod non facile putreſcat .

Oleum Lentifcinum .

Et hoc ex lentifci fructu præparatur eo quo in aliis
dictum eſt modo . Paratur etiam uelut in laurino dixi-
mus , fructu lentifci oliuis permixto . Vtile eſt purum
& immixtum ori ex fluxionibus infeſtato , & gingiuis
inflammatis , calidum in ore detentum , tum in balneo ,
tum citra balneum , repellit enim & roborat citra ex-
aſperationem . Mixtum autem magis mitigat , ſimulq;
robur conſeruat . Quare in iccoris ac ſtomachi ſotus
ac rigationes commode aſſumitur .

Oleum Oenanthinum .

Oenanthinum eadem efficacia eſt cū melino & ro-
ſaceo , præterquam quod alium non mollit . Compos-
nitur hoc modo . Oenanthen , hoc eſt uitis ſylueſtris fru-
ctum florentem , accipe odoram & marceſcere ſine , ac
in nouum uas una cum omphacino oleo mitte , & ad

dies quadraginta quotidie agita , ac excolato utere .
Sit Oenanthes sextans, olei sextarius unus.

Oleum Melinum.

Melinū paratur ex malis cydoniis, fit etiam ex aliis malis, corium habentibus acerbius & odoratius, hoc modo. Adimitur pediculus ad exortum, & festuca ad fundum, & pars interior una cum seminis granis, deinde secantur mala una cum adherente cuticula. Nam in ipsa & odoris gratia, & adstringendi uis continetur: fiunt autem parua frusta, quorū quadrans in olei omphacini sextarium iniicitur, & insolata ad dies xl. reponuntur. Vis melini olei magis ad frigiditatem nutat, non tamen ualde, propter mali uinositatem. Adstringit autem multum, uelut lentiscinum. Magis uero stomacho familiare est, propterea quod ex duplici materia nutritiua componatur, olei uidelicet ac mali. Quare consequens est ipsum stomacho inflammato ac debili competere, irrigatum, & in epithematis impostum, ac potum. Commodius est rosaceo, propter mali familiaritatem. Nam stomacho robur addit, & insitos in uentriculo acres humores uehemētius propellit. Iniicitur etiam per sedem, quibus colum & crassa intestina ab acri bile uexantur. Cauendus est eius usus in affectionibus frigidis. In his enim magis conuenit, si absinthium habuerit simul incoctum.

Oleum Rosaceum.

Rosaceum oleum sic præparatur. Accipitur floris rosarum rubrarū exunguium, & per diem ac noctem siccatarum quadrans, olei omphacini sextarius unus. Rosis iniectis, os uasis occludere oportet, intrinsecus linteolo, forinsecus pellicula, propter imbres repentinos, & in solare ad dies xl. atque ita excolato reponere, uasis super tabulas locatis in domo temperata. Quidam alia quædam rosas adiiciunt. Verum optima est præparatio ex solis rosas & oleo constans. Alii non insolant,

insolant, sed uas in puteum aquæ frigidæ ad dies xl. suspendunt. Cōducit capiti calfacto ex sole, aut febris, aut alia quadā eiusmodi causa, humectat enim & mitigat, ac somniū inducit. Et in febris ex calfactis uisceribus, conuenit ceratū ex ipso paratum, lotum ex frigida aqua, in æstate sæpe alterata, ita ut ceratū hoc uisceribus imponatur: præparatur autem hoc modo. Accipiunt ceræ uncia una, rosacei quadrans. Cera liquefit cum modico rosaceo in duplici uase, & in aquam diffunditur, & manibus emollitur per aquā eluta, mox rursus, ac tertio liquatur, diffunditur aquaq; eluitur. Deinde reliquum rosacei additur, liquatur, tollitur, agitur, frigescit, & in mortariū inditur ac teritur, & aquæ quantum expedierit instillatur, mox sublatum medicamentū in frigidam subinde permutatam reponitur. Si uero pro aqua acetum instillaueris in mortario ad ceratum, optimū in medicamentum efficias ad erysipelata, carbunculos, & herpetas. Habetur etiam hoc ceratum Sermone quinto capite nonagesimo primo. Quin & potum optimū rosaceum cū aqua calida aut frigida, magnam utilitatē de se præbet his quibus stomachus ex acri bile, aut hūbricis, aut ascaridibus infestatur. Verum ad lumbricos maxime puerorū, melius facit sapa permixtū & potum, ita ut sapa ex uino coctura ad tertias redacta sit præparata. Celerrime enim ipsos expellit. Infunditur etiā colo uexato ex prædictis causis. Cauendus usus eius est his, qui non multā caliditatem habent, & quorū corpus superfluis excrementis redūdatur.

Oleum Chamæmelinum.

Chamæmelinum oleum sic præparatur. Olei dulcis sextarius Italicus unus, florum Chamæmeli diem unum præficatorum sextans, in uas mittuntur, cuius osculum raro linteolo integitur, quo perspirationem habeat oleum, & sic per dies xl. insolantur. Etenim si nō perfletur ac transpiret chamæmelinū oleum, odor rem

rem garo similem acquirit. Post infolationem seruare ipsum oportet excolatum, uase locato in tabulis in domo temperata. Vfus eius est ad caput mediocriter densatum ac dolens ex febribus non ualde ardentibus. Raro refacit enim meatus, & uapores discutit, ac acrimoniae contemperat, & in summa magis mitigatoriu[m] est quam rosaceum, in febribus non ualde calidis.

Oleum Anethinum.

Anethinum ex anethi coma fit adhuc uirente, prius quam semen solidu[m] reddatur & acre, inutile enim ad usum hunc fit floribus abiectis. Resecare autem mollia tantu[m] germina, & unciae unius pondere expensa, ad sextarium Italicum unu[m] olei dulcis iniicere oportet, & osculum uasis probe obturare, & diebus quadraginta insolare. Calidius hoc est quam chamæmelinum. Itaque fatigatis in hyeme comode adhibetur, mollit enim & humectat. Utendum est eo & in febrilibus leniter a pituita, & omnino egrotantibus ex causis frigidis, maxime circa tendines ac musculos, conuenit.

Oleum Liliorum, Liliaceum, Suisinum, Lirinon.

Liliaceum siue Suisinum, aut Lirinon oleum, fit ex albis lili foliis ex unguibus: & solum iniectis, citra ipsorum croceum filamentum, ad sextarium Italicum olei dulcissimi, pondere sextantis. Siccare autem etiam haec oportet in umbra per diem ac noctem. Deinde uasi iniicere, & diligenter obturata insolare per triduum. Deinde excolare, & alium sextantem folioru[m] immittere, prioribus uidelicet uelut inutilibus eiectis. Tertius enim alterationibus folia iniicere expedit, quare ubi rursus per triduum insolaueris, rursusque excolaueris, tertium sextantem liliorum immittes, similiterque per triduum insolabis, & sic excolatum in umbra repones. Si quis enim mox a principio sexuncem foliorum immittat, putrefacta oleum foetidum reddent.

Comodo

Comodum est affectionibus mulieribus. Solutum enim duritias, & morsus ex acrimonia obtundit, & robur utero addit. In Susis testimonium praebent ipsi, quod praegnantibus facilem partum faciat. Sed & aliis illitum, lassitudines eximit fatigatis, & mollientibus medicamentis adiectum mollitorium est. Et in summa testis pefactoriu[m] est, & mitigatorium ac rarefactorium, odoratumque, ac facilem partum procurat.

Oleum Telinum, siue ex foeno graeco.

Oleum Telinum ex foeno graeco uim habet mollificandi. Comodum est ad furfuris, & achoris ulcusculosa capitis manantia, depurgat & maculas solares, & faciem dealbat ac extergit & innouat: prodest & ad uteri duritias ac abscessus, & aegre parientibus opitulatur: facit & ad fedis intestinorumque inflammationes, Insusum soluit tenesmos, facit & ad perniones. Praeparatur hoc modo. Foeni graeci librae quinq[ue], olei sextarii octo, cyperi librae duae, calami odorati libra una, macerantur haec in oleo ad dies septem ter quotidie agitata, deinde expressa ac excolata reponuntur.

Oleum Narcissinum.

Ex albis Narcissi floribus fit oleum Narcissinum, noctem ac diem praeficatis, ita ut sextans ex ipsis in sextarium unum Italicum olei dulcis coniiciatur, & uas diligenter obturatum ad dies quatuor insoletur. Oportet autem & horas alterare quemadmodum in lilio diximus, & reddetur oleum magis odoratu[m], praefertim si moderate insoletur. Nam si diutius insolaueris Narcissinum, aut etiam liliaceum, uel uiolatum, aut aliu[m] quoddam eoru[m] quae non fortem & permanentem odorem habent, inodoratum euadet. Vim habet Narcissinum calidiorem anethino. Quare ad eadem conducit in reliquo corpore, capite excepto. Acris enim est Narcissini fragantia.

Oleum Violatum.

Viola

Violatum oleum præparatur ex purpureis uiolæ floribus, itemq; ex albis, quadrante ex ipsis in olei sextarium Italicum dulcissimi coniecto, ac tertium alterato, ueluti in lilio præditū est. Vis eius paulo calidior est quàm rosacei. Quare si quis ætate fatigatus & insolatus rosaceo careat, uioleæ uti potest, maxime ex purpureis floribus præparato, ita ut in balneo ex eo illinatur. Nam supra hoc quod lassitudinē medetur, etiam squallorem ac situm animi, odore suo in mansuetudinem ac uoluptatem transmutat, & somnum imperturbatum inducit.

Iasmoileum.

Oleum apud Persas Iasme appellatum præparatur hoc modo. Candidorū nimirum uiolæ florum sextante in Italicū sextarium unū olei sesamini iniecto, ac alterato, quemadmodum in lilio dictū est. Vfus eius in epulationibus apud Persas odoris gratia receptus est. Cōducit uniuerso corpori à balneis, in corporibus calore ac laxitate indigentibus. Grauiorem autem odorem habet, ut multi non libenter ipsum tolerant.

Oleum Myrteum.

Fit & hoc foliis myrti uiridibus pondere sextantis, in olei omphacini sextariū Italicum unū iniectis, addita uini odorati adstringentis quarta sextarii parte. Coquantur hæc ad lentam prunam, donec folia arefiant ac confringantur, & uinū consumatur. Deinde oleum purum excolatur, & uitreo uase excipitur, ac reponitur. Astringit & frigefacit hoc oleum, amplius quàm lentiscinum ac melinū, & propterea irrigationibus stomachi & hepatis non cōpetit, sed neq; alia uiscera benigne tractat. Experientia plurima usum eius reperit in ceratis ac emplastris, per quæ densare ac repellendū adstringere oportet. Cōmodat allabentibus fluxionibus, & humectis ulceribus cicatricem inducit. Cohibet pilos capitis mulierum, & est odoratum.

Oleum

Oleum Mastichinum.

Mastichinum oleum fit, mastiches uncia una, in olei ualde acerbi sextariū unū immissa. Coquitur aut in duplici uase. Calidū est moderate, & defandi ac obstruendi meatus uel præditū, si quidē partibus moderate firmari adstringēdiq; ac calferi indigētibus adhibeatur.

Oleum Styracinum.

Styracinum præparatur sic. Olei dulcis optimi sextariū unus, styracis pinguis sextans, coquantur in duplici uase, donec styrax uim suam in oleum deponat. Paulo calidius hoc est quàm anethinum. Verum ualde mollitorium, & propterea corpora indurata præclare attenuat, & emollit.

Oleum Sicyonium.

Sicyoniū oleum sic præparatur. Olei dulcis sextariū decē, scenigræci sextariū unus, libanotidis quadrans, polii quadrans, sampsuchi quadrans, tædarū triens, aristolochiæ libra una, meliloti semissis, cucumeris syluestris radice librae duæ, aquæ quod satis est. Coquantur hæc uelut oportet, & excolata in usum uertuntur.

Oleum Metopium.

In Ægypto præparatur oleum Metopium appellatum, propter galbani lignum, fit ex oleo omphacino & amygdalis amaris, cardamomo, iunco rotundo odorato, melle, uino, calamo odorato, carpobalsamo, galbano, & resina. Est calfactorium. Venarum oscula aperit, attrahit, & purgat ulcera: facit ad musculos ac neruos concisos: facit ad hernias aquosas, & in summa uim mollitorium habet.

Oleum Mendesium.

Mendesium oleum maxime emollit, & corpora laxat, & pus facit. Componitur ex oleo myrobalanino, & myrrha, castaq; ac resina. Quidam spissandi gratia etiam cinamomum inspergunt.

Oleum Megaleum.

Quod

Quod Megaleum oleum appellatur, quondā præparabatur, nunc autem in usu non est, præparatur similiter ut amaracinum, nisi quod resinam recipit: & ad eadem efficax est.

Oleum Amaracinum.

Amaracinum oleum sic præparatur, herbæ sabinæ, ligni balsami, calami aromatici, floris iunci odorati, nardi celticæ, costi, singulorum lib. v. amomi, casie, carpobalsami singulorum lib. iiii. mirrhæ lib. i. Vini odorati sextarios quinque. Coquito uelut Nardinū. Vis eius calfactoria sicut Nardini, nō autem adeo corroborat, uerum magis tenuium partium est magisq; mitigatorium ac lene, propterea quod opobalsamum non recipit. Mulieribus in uteri sinum iniectum menses ducit. Estq; omnino calidum, emollit, ac aperit ora uenarū. Cōmodat fistulis, & ramici aquoso post chirurgiam: facit ad crustas & ulcera asserata: facit ad urinæ difficultatem circumlitū sedi: facit ad uteri inflammationes ac duritias, & hæmorrhoidum oscula aperit.

Oleum Cyprinum.

Cyprinum oleum recipit olei sextariis. xv. cyperi, helenii, iridis, singulorum libram unam, sampsuchi, hyssopi utriusq; quadrantem, feminis uiticis quadrantem, saluie quadrantem, floris cypri siue ligustri libram unam. Et hoc duabus cocturis coquitur. Nam reliquæ omnes species uino odorato rigatæ pridie, postea oleo infarctæ coquuntur ad horas sex, sequenti die oleum excolatur, & affusa aqua pura tertia olei parte, flos cypri iniicitur, una cum tenerioribus ramulis non cōtusis, si uero succus sit, contusis, atq; ita coquitur hora una. Calfacit cyprinum nō instrinue, estq; tenuium partiū, & ad uteros amplius perfrigeratos ualde commodum. Nam crassos in ipsis humores attenuat. Cæterum ubi copia fuerit herbarum uiridium, cyprinum sic præparatur, Nimirum ex olei sextariis. xy. caperi, helenii,

helenii, iridis, singulorum semisse, sampsuchi, hyssopi, saluie, singulorum sextante. uiticis foliorum uiridium sextante. citri foliorum uiridium quincunce. chamælibani uiridis triente. lauri foliorum uiridium quincunce. cypri florum dextante, opobalsami semisse.

Oleum Irinum.

Irinum oleum recipit iridis, aspalathi, cyperi, helenii, singulorum lib. quinque. opopanax semissem, quidam uero quadrantem, anchusæ sextantem. Olei sextarios xxx. aquæ sextarios x y. Contunduntur omnia crassius, & macerantur biduo, deinde coquuntur horis sex, deinde iniicitur opopanax uino præmaceratus ac tritus. Aliquando ad prædicta additur floris iunci odorati semissem, casie quadrans, ligni balsami, nardi celticæ utriusque semissem. Vis huius calfactoria est, sed non acris, propterea perfrigeratis partibus commodat roborandiq; ac molliendi uim quandam possidet.

Oleum Nardinum Cyzicenum.

Nardinum Cyzicenum quod in Alexandria præparauit ualde commodum est, & recipit olei acerbi sextar. xii. italicos, aspalathi, cyperi, iridis Illyricæ, Seminis, Cardamomi, aristolochiæ, casie lignæ, singulorum sexcūcem, helenii, ligni balsami, floris iunci odorati, casie, costi, singulorum semissem. amomi, folii malabathri, spicæ nardi, styracis, carpobalsami, singulorum quadrantem. opobalsami quadrantem. herbæ sabinæ unciam unam. Præparatur hoc modo. Aspalathus, cyperus, helenium, xylobalsamum, iridem, aristolochiam, decorticato & crassius contundito, ac tritudo, aqua calida macerato. Deinde affuso oleo coquito asidue agitando, & aquam paulatim instillando, prout prior consumitur, & ubi tres aut plures coxeris horas contexta iam cocta pernoctare finito. Sequenti die extractis his quæ cocta sunt, & aqua ab oleo

separata, rursus coquito alia aqua pura, ac modico usque
 no affuso, & ubi ebullierint primum cardamomū adii-
 cito, deinde florem iunci odorati, & cassiam ligneam
 contusa, coquitoq; ad horas duas, ac rursus pernocta-
 re finito. Tertia die similiter extractis his, & alia aqua
 rursus addita coquito, & quum efferverint, cassiam, co-
 stum, & reliqua singula seorsim contusa ac trita seorsim
 impergita, postremum autem spicā nardi, & foliū ma-
 labathri, & styracē, in tenuissimas partes cōminutū, &
 ubi eliquatus fuerit, statim ab igne tollito, & opobalsa-
 mū addito, diligenterq; agitato, & operculo imposito
 ac probe uelatum ad biduum finito, atq; ita concula
 excipito. Porro Secundarium sic præparatur. His quæ
 ex tertia coctura superfuerint olei sextar. vi. adii-cito &
 duabus horis ebullire finito, deinde cassæ tenuissime
 tritæ sextantem. nardi celticæ sextantem. herbæ sabine
 drach. iiii. styracis unciam unam. opobalsami sextantē
 addito. Nardinum uim habet calfactoriam, roborato-
 riam, ac mitigatoriam. Quare stomacho perfrigerato
 & inualido, item uentriculo atq; iecori eodem modo
 affectis commodissimum est. Infunditur per sedem
 quoq; in intestinis perfrigeratis. Item in uteros mulie-
 res. Vtilis est omnino præstantis & eximii.

Præcoctura Nardini.

Vini ueteris lib. xv. foliorum dendrolibani lib. i.
 rasdi lib. iii. calamo crini lib. iii. brullocyperii lib. iiii. Hæc
 omnia in præcocturam mitte, ferueant horis xii. &
 ubi euacuata fuerint in uas purum, & cacabus per spō-
 giam deterfus. rursus infundis uini lib. xv. & illud oleū
 desuper.

Nardini præparatio alia.

Nardinum quod in Ecclesia præparatur. Tachis
 libram, cinamomi libram, caryophyllorum libram,
 amomi libram, florum iunci odorati libram, calami
 aromatici libram, ligni aloes libram. nucū myristicarū
 libram.

libram, eachrii libram, xātocharioris, hoc est, nucū flaua-
 rū libram, maceris libram, galagæ libram, balsami libram, car-
 pobalsami libram, xylobalsami libram, myrobalani libram,
 folii indici libram, cassæ libram, ligni cariophylli libram, pi-
 peris longi libram, piperis albi libram, piperis cōmunis li-
 bram, laseris chaldaici libram, nardi celticæ libram, thy-
 miamatis libram, myrrhe troglodyticæ libram, costi libram,
 musci libram, ambraæ libram, gōphiti libram, iadani libram,
 terebinthinæ libram, uini odorati quod satis est.

Nardini alia præparatio.

In præcoctura uini ueteris lib. xv. foliorum dendro-
 libani libram. i. foliorū myrti lib. i., rasdi lib. iii. calamo-
 crini lib. iii. brullocyperii lib. iiii. Hæc omnia in præco-
 cturam mitte ut ebulliant horis xii. & ubi euacuata fue-
 rint in uas purum, & cacabus per spongiam deterfus
 rursus infundis uini lib. xv. & oleū illud desuper. Sit au-
 tem intrita siue intrimentum, cinamomi lib. iii. galagæ
 semisis, caryophyllorum triens, spicæ quadrans, nucū
 flauarum quadrans, iadani puri quadrans, terebinthi-
 næ unciæ xviii. xyloaloes sextans, costi triens, laseris
 Bucellarii libram quatuor, Thymiamatis regii quadrās.
 Hæc contusa & cribrata ac cum oleo præcocturæ uni-
 ta coquito iuxta experimentum, ut neque comburam-
 tur, neque rursus defectuosa coctura fiat.

Alia Nardini præparatio, Ioæ Vngentarii.

Olei sextar. xii. aspalathi lib. iiii. xylobalsami lib. ii.
 costi quadrantem, cassæ lignæ trientem, carpobalsa-
 mi semissem, amomi trientem, styracis calamitæ sextan-
 tem, opobalsami sextantem.

Alia præparatio Nardini Ioæ
Vngentarii.

Costi sextantem, foliorum indicorum trientem, ca-
 sse semissem, myrrhæ semissem, ligni caryophylli se-
 missem, carpobalsami trientem, spicæ nardi trientem,
 calami aromatici unciam unam, iridis sextantē, styracis

pinguis dodrantem. croci drach. iiii. olei sextarios vi.
Oleum Salcæ.

Olei Salcæ præparatio quam in Alexandria parant
ui: optima est, & recipit, Aspalathi semissem. xylobal-
sami dodrantē. cyperi trientem. helenii, iridis utriusq;
semissem. calami aromatici uncias xviii. floris iunci o-
dorati sextantem & uncia dimidium. styracis pinguis
sextatē. nuces Indicas duas. folii uncias xviii. spice nar-
di uncia unā. caryophilli, arnabo, utriusq; sesquintiā.
amomi quadrantem. cassiæ sextantē. costi unciam unā.
myrrhæ uncia unā. hypni, xylocasię utriusq; quadratē.
Olei sextar. x. Coquitur modo relato in nardino. ita ut
in prima coctura iniiciatur xylobalsamum, iris, cyper-
rus, heleniū, xylocasia decorticata & crasius contusa,
& aqua ad biduum aut triduum macerata. In secunda
autem coctura iniicitur calamus, flos iunci odorati,
hypnon, prærigata uino ueteri odorato. In tertia reli-
qua: fit & secundarium hoc modo. His quæ à tertia co-
ctura superfuerunt adiiciuntur olei sextari sex, & quan-
tum satis est coquantur. Deinde iniicitur myrrhæ sta-
tæ bonæ albæ quadrans, Siromatis, hoc est, aquæ o-
pobalsami semisis. mastiches semisis. styracis boni
uncia una. Utuntur oleo salcæ mulieres caput ex eo
ungentes. Est autem relata præparatio longe optima.

Foliati siue malabathrini præparatio optima.

Foliatum oleum recipit aspalathi uncias xviii. ligni
balsami lib. ii. cyperi lib. v. helenii lib. v. foliorum ma-
labathri trientem. amomi semissem. xylocasiæ trien-
tem. mirrhæ trientem. costi dodrantem. styracis pri-
marii lib. i. cassami siue carpobalsami semissem. cala-
mi aromatici lib. v. spice nardi sextantem. caryophyl-
li trientem. siromatis quæ est aquosa sex ac residentia
opobalsami semissem. arnabo semissem. cardamomi
semissem. iridis libram unam. Olei sextarios xx. Vini
odorati quod satis est. Coquitur uelut Nardinum.

Vnguenta

Vnguenta odorata quibus commodent.

Vnguenta odorata frigidioribus capitibus magis
cōueniunt, quàm moderate calidis, atque illis hyeme.
Nam calidioribus non sunt apta. Si uero quis odoris
gratia talibus uti uelit, rosacei parem modum ammi-
sebit. sic. n. par pari ammixtum non amplius nocium
est. Quandoquidem uero multæ mulieres tam calida
capita habent, ut nullum calidum oleum perferre que-
ant, his consultum est solo omphacino uti, quandoq;
uero etiam rosaceo. Quædam uero ex ipsis omnino
non utuntur oleo, propterea quod capita ipsarum cito
humectentur, & distillationibus obnoxia fiant, quas sa-
nè ad unguentorum illitionem cogere non oportet.
Nam hæc siccatione caput opus habent, per com-
modas puluisculorum aridorum insperisiones, non hu-
mectatione per illitionem oleorum.

Olei Suffumigabilis præparatio.

Oleum quod suffumigabile appellatur sic præparatur.
Vnguentum aromaticorum magnorum quincuncem. thu-
ris masculi, styracis primarii, bdellii puri, costi, singulo-
rum quincuncem. olei boni dulcis. sextar. v. hypni quod
satis est. Costum in crassas partes secato, similiterq;
styracem ac bdellii, deinde simul permixta in uas no-
uum testaceum ansis carens immittito, & osculum eius
hypno integito, ac forinsecus ad hypnum aspalathi li-
gna, aut alicuius alterius odoratorū generis furculos
addito ac obturato, ut nihil ex uase excidere queat. De-
inde aliud testaceū uas ansis carens, & longi colli oscu-
lū habens accipito, ita ut osculo eius congruat quod præ-
dictas species in se continet, & in ipsum olei dulcis sex-
tarios v. mittito, & effossa terra uas quod oleū habet usq;
ad collū obruito, ut ne ignescat. mox alterum uas in ca-
put resupinatum osculo eius quod oleū continet adapta-
bis, forinsecusq; totum circumcirca luto oblines, si-
militerq; oscula utriusque coaptata, & siccari fines. se-
quenti

quēti die carbones multos circumpones, integesq; ex
 ipsis undequaq; totum uas, ignemq; accendens ac uen-
 tilabis. Ignem autem accensum marcescere ac extin-
 gui finito, ut paulatim cādefactæ per osculum uasis spe-
 cies oleum suppositū ipsis suffumigent, qua gratia sus-
 fumigabile appellatur. Deinde postera die aperito
 oleūq; tollito ac seruato in uitreo uase, ac utitor. Hoc
 utuntur mulieres quibus menses retinentur, illinentes
 ex eo pestinem & lumbos. Conuenit etiam his quæ
 nō pro ratione in partu purgātur similiter illitū. Vtile
 est etiam perfrigeratum pectus habētibus, & tenasmis
 infestantibus prodest, calidum lana conuoluta exce-
 ptum, & pestini ac lumbis impositum.

De ungentis reliquis.

Ex his iam facile est etiam de aliis oleis iudicare, q̄
 Vngentorū quoq; cognominationē habent. Etenim
 iuxta naturam eorum quæ iniiciuntur, oleum alterabi-
 tur, quorū singulorum uim in hoc sermone deinceps
 condisces. Cæterū de reliquis remittentibus ac laxanti-
 bus ungentis, in sermone de medicamentorū cōposi-
 tione, post auxilia articularia dicitur, uelut est gleuci-
 num & consimilia. Elaphoboscon.

Elaphoboscon calidam & tenuim partiū uim ha-
 bet, ideoq; secundo ordine siccit. Cōuenit ad uenena-
 tarum bestiarum plagas, & in potu, & in cibo.

Elenium siue Helenium.

Helenii radix maxime in usu est. Dici potest calida
 & sicca, non tamen exacte uelut piper, sed cum humi-
 ditate superflua, & propterea in lictus ac eclegmata, ad
 crassos & uiscosos humores ex pectore ac pulmone
 educendos, commode miscetur.

Eleliphacos, Saluia.

Saluia calfactoriam uim euidenter habet. & leniter
 subadstringentem. Quidam narrant suffitam super
 prunas, menses inmodice fluidos mulieribus sistere;
 itemq;

itemq; muliebrem fluxum. Agrippa autem inquit, salo-
 uiam herbam sacram leænæ prægnantes uorant. Nā
 uitalem conceptum continet. Quare si succi eius hemi-
 nam unā cū modico sale mulier bibat, quarta a puer-
 perii purgamentis die, & uiro condormiat, infallibili-
 ter concipiet. Aiunt quī in Copto Ægypti pestis gra-
 saretur, eos quī superfuerūt in ea regione coegisse mu-
 lieres & uxores suas, ad huius succi potentem adeo
 usum, & ad plurimam sobolem peruenisse. Orpheus
 autem inquit. Sanguinem spuentibus succi saluix cyao-
 thos duos cum mellis uncia una dato ieiunis in potu.
 & statim sistetur. Verum phthificis ac tabidis ait, cata-
 pocia præpara hoc modo: Spicæ nardi ʒ.ii. seminis sal-
 uix, tosti tusti ac cribrati drach. xiiii. piperis drach. xii. ex
 ciue succo saluix, & redige in catapotia, ac exhibe
 drachmam unam mane ieiunis, itemq; in uesperam, &
 aquam puram insuper bibendam.

Elleborus Veratrum.

Veratrum album & nigrum exterforiæ ac calidæ
 facultatis sunt, quapropter & ad utiligines & impetigi-
 nes pforasq; ac lepras conueniunt. Et sanè uirgam etiā
 nigri in fistulam immissa callosam, in duobus aut tri-
 bus diebus callum consumit. Ponantur autem in ter-
 tio ordine calfacientium ac siccantium, purgat nigrum
 humorem atræ bilis, magisq; per uentrem inferne. Al-
 bum uero per eundem superne. crassos ac uiscosos hu-
 mores per uomitum expurgans, mouet autem & uen-
 trem inferne.

Elxine, Murhalium, Parthenium, Perdicium.

Hanc aliqui parthenium, alii perdicium, alii mura-
 lium siue herbam muralem appellant, uis eius est ex-
 terforia, & leniter adstringens cum subfrigida humidi-
 tate. unde omnes inflammationes sanat in principio
 ac augmento usque ad uigorem, & maxime calidas.
 Sed & furunculis incipientibus imponitur. Et succus

ipſius cum roſaceo ad aurium dolores modicè inflam-
matus conuenit. Quidam ſuccum gargarizant ad ton-
ſillas inflammatas. Quidam medici etiam in tuſſi in-
ueterata exhibuerunt, propter manifeſtam uim exter-
gendi. facit & ad alopecias ac impetigines ipſa herba
per ſe aſidue affricta. Aperit & hæmorroidas ſedis, &
fiſtulas ſanat, & ſinus occludit, cum modico ſale trita
& cataplaſmatis modo impoſita.

Elymos, Panicum, Meline.

Panicum græcis elymos & meline uocatur. Eſt autè
ſimile milio forma ac facultate, parum nutrit & ſiccit,
& ſanè uentris fluxiones ſiſtit, quemadmodum etiam
milium, ſi uero forinſecus in cataplaſmate imponatur,
ſiccit & perfrigerat.

Empetrum ſiue Epipetrum, Praſoides.

Empetron ſolis purgationibus commodum eſſe ui-
detur, pituitam ac bilem ducens. Saporè habet ſalfum,
ut etiam ad alia eo quis uti poſſit, ad quæ uidelicet ſal-
tæ ſubſtantiaè uſus eſt. Appellatur etiam praſoides.

Epithymum.

Epithymum per omnia fortiorem thymo facultatè
habet, ſiccans ac calcificans in tertio ordine ſine diſtan-
tia a temperatis. purgat humorem atræ bilis.

Erebinthus, Cicer.

Cicer legumen eſt ſtatuofum, probè nutriens, uentri
commodum, urinam ciens, lac & ſemen generas, men-
ſeſq; ducens. Decoctum ipſius etiam calculos in reni-
bus atterit, maxime nigri: Alterum ciceris genus oro-
biazum appellatum, uim habet attractoriam, diſcuſſo-
riam, ſectoriamq; ac exterforiam. Quare & lienem &
iecur & rhenes expurgat, ſcabiemq; ac impetiginem
exterit. Item parotidas ac teſtes induratos diſcutit, ma-
ligna quoq; ulcera ſanat cum melle.

Erypylos, Serpyllum, Zygis.

Serpyllū calſactoriā uim uſq; adeo habet, ut mēſes
& urie

Urinas moueat: Eſt autè & guſtu ſatis acre. Duæ eius
ſpēs ſunt. Altera hortenſis ſampſuchū odore referens:
Alterā ſylueſtris q̄ & zygis appellatur, nō ſerpens, ſed
ramulos erectos, tenues, ſarmentolos habēs, folia ſero-
me ſimilia rutæ. ſubangulata & longiora ac duriora, flo-
res guſtu acres, odoris iucundi: Radix autè inutilis eſt.
Nacitè in petris, efficacior & calidior q̄ hortenſis, iteq;
ad uſum medicum accommodatior. Menſes. n. & urie
naſ ciet pota. Prodeſt & ad tormina, cōuulſa rupta, he-
patis inflamationes, & ad reptilia ac ſerpentes, tum in
potu accepta, tum cataplaſmatis modo impoſita. Miti-
gat & capitis dolore cū aceto cocta, capite ex ea irriga-
to, roſaceo ammixto: Maximè autem in lethargicis ac
phreniticis inueteratis cōgruit. Sedat & ſanguinis ſpu-
tum, drachmæ unius pondere cum aceto pota.

Eryſimon. Irio.

Eryſimi ſemè uelut ſapore naſturtio ſimile eſt, ſic èt
facultate ipſi aſimilatur, ſeruens & calſactorium exi-
ſtens. Quando uero uſus eius in eclegmate expetitur,
præſtat ipſum aqua maceratum torrere. Commodat
in eclegmatis ad craſſorum ac uiſcoſorum humorum
in peſtore ac pulmone eductionem ac per ſputum ex-
purgationē. Iuuat parotidas induratas, & duritias ue-
teres mammarum ac teſtium. Dioſcorides autè in cata-
plaſmate cum aqua aut melle impoſitum, etiam occu-
tis cancri mederi.

Erythrodanum, Rubia tinctorum.

Erythrodani radix ruſa qua tinctoros utitur, acerbā
eſt & ſubamari ſaporis, unde & iecur & ſplenem pur-
gat, & urinas craſſas ac multas, aliquando etiam crue-
tas euacuat. iteq; mēſes propellit. Moderatè quoq; ex-
terget ea quæ exteſione opus habēt. Itaq; utiligines
albas exterit illita cum aceto. Quidam & in potu ex-
hibent ipſam iſchiadicis ac reſolutis ex aqua mulſa.

Euzomon, Eruca.

d s Eruca

Eruca olus palam calfacit, sed & semē generare cre-
ditur, & impetus ad uenerem excitare. Capitis autem
dolorē inducit, atq; hoc magis si quis ipsam solā edat.
Quapropter cum lactuce foliis ipsum edere oportet.

Eupatorium.

Eupatorium tenuium partium uim habet, exterso-
riamq; ac sectoriā, circa manifestam caliditatē. Quare
turationes iecoris expurgat. Est etiam modicæ adstric-
tionis particeps, per quam hepatis firmitatem addit.

Euphorbium.

Euphorbium ustoriam & tenuium partium uim ha-
bet, similiter ut alii succi.

Zea.

Zea media quodammodo est inter triticum & hor-
deum, ut ex illis cognobilis fiat.

Zingiberi.

Radix zingiberis fortiter quidem calfacit, sed non
primo statim occurru uelut piper, propterea quod cras-
siorum partium uim, aquosamq; ac excrementitiam
substantiam possidet, ob quam etiam facile a te redini-
bus perforatur.

Zythus.

Zythus acrior est quam hordeum ex quo fit, & ma-
li succi, nimirum ex putrefactione factus. Est autem &
sttuosus.

Zyma fermentum.

Fermentum tenuium partium est moderate calidū,
& propterea citra molestiam ac mordacitatem, ex al-
to extrahit simulq; discutit. Compositum est autem ex
contrariis facultatibus, aciditate frigida, & caliditate
putredinosa, insuperq; salis & farinae, iuxta utriusque
naturam.

Edyosmon, Menta, Minthe.

Mentam Græci hedyosmon, aliqui minthem odo-
ratam appellant, uim habet calidam ut propē attingat
tertium ordinem, uerum ex hortensi cultu humidita-

tis

is superfua particeps est, quapropter & ad uenerem
moderatē stimulat, & hoc temperamentū ē cum po-
lenta in cataplasmata uenit. Cæterum ob amaritudinē
lumbricos necat, & decoctum eius per triduum conse-
quēter potum, colicis ualde prodest. Acerbitas porrō
ipsius recens sanguinis sputum cohibet, si cum posca
bibatur. Tenuium partium ut si qua alia herba existit,

Edyfarum, Securidaca, Pelecinus.

Hedyfarū ē pelecinus dicitur, itēq; securidaca, & in
uenitur sulum aut pallidū colore semen ancipiti acie
ad similitudinē securis. Amarum autē & subacerbū ap-
paret, unde in potu stomacho commodum est. Expur-
gat uiscerū obturationes, id quod & totius fructus ras-
muli faciunt.

Emerocalles.

Hemerocalles radicem habet similem lilii radici si-
gura ac uiribus quare similiter ut illa ambustis pdest.
Nam discussoriam leniter uim habet, simulq; repulso-
rium quiddam possidet.

Erigeron, Senecio.

Senecio uim habet mixtam, frigidam, simulq; mo-
derate discussoriam. Et propterea medicamentis sedis
commode miscetur, cohibet & sanguinis sputum suc-
cus potus, & lumbricos occidit, & hepaticis prodest,
& inflammatis efficax cataplasma est.

Eryngium.

Eryngium caliditate aut parum quid a temperatis
aut omnino nihil abscedit, siccitatis autem tenuiū par-
tium non modicæ particeps est. Radix eius aqua ser-
uata & ipsa aqua in potu sumpta, colicos sanat, cū
aqua mulla seruata, calculosos, urinæ stillicidium,
eiusq; emittēda difficultatē, & nephreticos curat. Bi-
bēdū est autē hoc eius decoctū p dies xvi. ieiunis, itēq;
ad noctem dormituris. Si uero laues simul cū ipsa in-
coxeris, & potandum dederis, melius res procedat. Af-
firmavit mihi quispiā se ex assiduo eius usu, calculos

per

per totium eicere deſiſſe, quum antea frequentiſſime eo uitio diuexaretur.

Thapſia.

Thapſia acris & fortiter caſtatoria una cum humiditate facultatis eſt. Itaque ex alto uiolenter attrahit, & attractum diſcutit. Verum lōgiore tempore opus ſuū perficit, propterea quod ſuperflua humiditate largiter ſedundet, ob quā etiam facile corrumpitur.

Thermus ſatiuus, Lupinus.

Lupinus edulcatus per cocturam, in cibo acceptus agrē concoquitur, & alimētum corpori præbet craſſi ſucci, & crudos humores generat. Alium autem neq; ducit, neq; ſiſtit. At uero ut pharmacum, edulcatus quidem, uim obducendi meatus habet. Qui uero inſitam a natura amaritudinem habet, exteriorius & diſcuſſorius exiſtit. Occidit lumbricos cum melle delinctus, aut cum poſca potus. Sed & decoctum ipſius lumbricos expellere ſolet potum, & per clyſterem inſuſum. Farina quoq; eius forinſecus cum bubulo felle umbilico impoſita idem præſtat. Et ſanē decocti fomentum foris admotum utiliginibus prodeſt, & capitis ulcuſculis manantibus, eruptionibus papularum, ſcabiei, gangranis ulceribus malignis, partim extergendo, partim diſcutiendo, & circa mordacitatem ſiccādo. Expurgat etiam iecur & lienem cum ruta & pipere, iucunditatis gratia adiectis. Extrahit, & menſes, & foetus cum myrrha ac melle appoſitus. Farina etiam lupinorum diſcuſſoria eſt. Non enim liuida tantum, ſed & ſtrumas & tubercula dura ſanat, ſed tunc in aceto, aut aceto mulſo, aut poſca eam coquere oportet, iuxta agrorum uidelicet temperamenta, & aſſectus differentiā oportuno liquoꝝre inuento. Diſcutit & liuida farina ipſa, reliquaq; omnia quæ prius in decocto relata ſunt. Quidam & iſchiadicis in cataplaſmatis imponunt.

Thermus ſylueſtris, Lupinus erraticus.

Sylueſ

Sylueſtris Lupinus amarior & fortior eſt ad omnia ſaſtuoꝝ alias in genere eandem uim poſſidens.

Thlaſpi.

Thlaſpious ſemē uim acrem adeo poſſidet, ut etiam internos abſceſſus potum rumpat, & menſes ducat, & fetus perimat. Per ſedem immiſſum coxēdicum morbis prodeſt cruenta euacuando, & alias quoque purgatoriam uim habet ſuperne ac inferne humorum bilioſorum, acetabuli menſura potum.

Tridax, Laſtuca.

Laſtuca humidū ac frigidū olus eſt: nō tamen externe, ſed iuxta fontanarum aquarum frigiditatē, quapropter ad inſtāmationes cōuenit, & ad parua ac leuia eryſipelata. Edulium eſt ſitim ſedans, & ſomnum concilians, maxime ſeruefacta cū poſca diluta ſola coneſta. Sed neque inconcoctilis eſt uelut alia olera, neq; excretionem per aluū inhihet, neq; promouet, & propterea neq; mali ſucci ſanguinē generat, non tamen perfectē boni ſucci. Semē potū ſeminis effluxū cohibet, unde & his quibus per ſomnū id effluit datur. Cæterū ſylueſtris laſtucę ſuccus cū muliebri lacte illitus, argemata & inuſtiones, quæ oculorū ulcera ſunt, itēq; caliginē depurgat.

Thymus.

Thymus incidit ac caſt facit manifeſte, ut tertii ordinis ſit caſt facientium, & propterea urinas ac menſes ducit, ac foetus detrahit, & uiſcera purgat potu, adiuuat pectoris ac pulmonis excretiones. Atque hæc quidem Galenus Verum experimento ſequentia conſtant. Arthriticis thymi ſicci minutiffime trii drach. .iiii. cum acetū mulſi hemina dimidia dato ieiunis: purgat enim bilem, & acres ſeroſos humores, & quæ circa ueſicā hęrent. Ventre autē eleuato, quū intumeſcere iam incipit; drach. .i. cū aquæ mulſæ hemina exhibeto ieiunis. Ad lumborum ac coxēdicum dolorē laterisq; ac pectoris, & præcordiorū eleuationes ac inſtationes, drach. .iii. cum

iii. cum aceti mulsi diluti hemina una dato ieiunis. Si
 militer & melancholicis & mente perturbatis, & timo
 re percussis drach. iii. dato cum aceti mulsi diluti he
 mina una. Lippientibus & in uehementi oculorum do
 lore similiter dabis ieiunis & ante coenam. In podag
 ricis dolorib. ita auctis ut moueri non possint ægri, si
 militer dato cum uino diluto. In testibus eleuatis simi
 liter drach. iii. ieiunus dato cum hemina uini una. Ves
 rum tamen a nigro thymo elleboro appellato penitus
 abstinendum est. Corruptoriam enim uim habet, & bi
 le generat. Vtere autem eo qui florem purpureum ha
 bet ex natura. & album quid amplius complectitur.

Tymbra, Satureia.

Satureia hortenſia consimilem thymo uim habent,
 sed sunt multo debiliora.

Intybi.

Intybi lactucis consimilem uim habent, sed tamen
 fecunditate multum inferiores existunt: item ad reli
 qua omnia de lactucis relata minus efficaces sunt.

Ἰσχός, Viscum.

Viscum ex plurima aerea & aquea substãtia calida,
 minima autem, terra constituitur. Itaq; plus acrimo
 niã, in se habet, q; amaritudinis. Quapropter humores
 ex alto fortiter trahit, non tenues solum, sed etiã cras
 siores, eosq; diffundit ac discutit. Est autem ex medica
 mentis non statim calfacientibus post primam imposi
 tionem, sed quæ tempore indigent, uelut etiã thapsia.

Ion, Viola.

Violæ folia aquosam & subfrigidam substantiam
 prædominantem possident, propterea & per se & cū
 polenta in cataplasmate imposita, inflammationes cal
 idas mitigant. Imponuntur & in ardore oris uentris,
 itemq; oculorum.

Ippuris, Equisetum.

Hippuris adstringentē cum amaritudine qualitatē
 habet,

habet, & propterea siccatoriam fortiter simulq; citra mor
 dacitatem. V ulnera igitur maxima in cataplasmate im
 posita glutinat, et si nerui dissecti sint, itemq; herniã in
 testinorū. Sed & sanguinis spurū, & fluxū muliebrē, ma
 ximē rufum, insuperq; ad dysenterias aliasq; uentris flu
 xiones, generosū pharmacū existit herba ipsa cū aqua,
 aut uino pota. Q uidam de ea produnt, uesciã etiam
 aliquando ac tenuium intestinorum uulnera curasse.
 Succus eius sanguinis è naribus eruptiones iuuat, &
 fœda uentris uitia, cum uino aliquo aufero potus, aut
 in febrilentibus cum aqua.

Isatis, Glaſtum.

Isatis satua qua tinctorum utuntur, fortiter siccantis
 facultatis est, nondum mordentis, amarēq; simul ac ad
 stringentis. Quapropter magna uulnera durorū cor
 porum glutinat, etiam si in musculorum capitibus exi
 stât. Sanguinis eruptionibus utilē cataplasma præbet,
 & tumores laxos mirabiliter discutit, simul ac cōtrahit,
 & aduersus omnia maligna ulcera efficaciter resistit, si
 ue cōputrescât, siue erodantur. Q uod si pro ægri natu
 ra ac uiribus fortior appareat, ad folia ipsius trita aut
 panem, aut ordeaceam farinam, siue triticeam, aut etiã
 polentam ammiscere oportet, iuxta prædominantem
 in unoquoque dispositionem ac affectionem.

Isatis syluestris.

Syluestris Isatis acre quid habet manifestum iam in
 gustu & actione, & propterea magis siccatoria q; sa
 tiua existens, aduersus humiditas putrescentias fortius
 reluctatur. Verum ad alia prædicta deterior est: immo
 dicē enim & cum mordacitate hæc siccatur, irritatq; &
 inflammationes excitat. Cæterum fortitudinis facultas
 suæ gratia, etiam splenicis utilis existit, quibus satia
 ua non profuit.

Itea, Salix.

Salicis foliis uti quis potest ad uulnerum cruetori
 glutio

glutinationem, immo & flore ipsius quo omnes Medici ferè utuntur ad emplastri siccantis compositionè. Est enim uis ipsorum siccatoria circa mordacitatem: habent autem & adstrictionis aliquid. Quidam succum ex ipsis exprimunt, eumq; pro pharmaco habent mordacitatis expertæ ac siccate, ad multa utili. Cortex quoque arboris consimilem floribus ac foliis uim habet, præterquam quod siccior temperamento præditus est, quemadmodum omnes ferè cortices. Quidam hinc exurunt, & cinere utuntur ad ea quæ forti resiccatione indigēt. Itaq; clauos ac callos, insuperq; uerrucas myrmecias appellatas, eo eximunt aceto acri subactis. Alii qui tempore floris corticem incidunt, succumq; quemdam inde colligunt, quo utuntur ad uitia quæ pupillis tenebras obducunt: est enim medicamentum ex xeroforium ac tenuium partium. Quare etiam ad alia multa eius usus assumi queat, quum tali facultate præstet.

Calaminthæ.

Calaminthæ tenuium partium substantiâ habet, estq; calida & sicca tertio ordine: sicca per se ex aqua multa pota manifeste calcfacit, & sudores ciet ac discutit, & siccatur totum corpus quapropter aliqui ipsa usi sunt & ad rigores per circuitu repetentes. cocta in oleo, & illi to inde toto corpore cum frictione strenua, intra corpus uero assumunt uelut dictum est. Quin & coxendicis cataplasma est in ischiadicis generoso omnino auxilio: trahit enim ex alto ad superficiem, & totum articulum calefacit, & cutem manifeste adurit. Insuper & pota apposita menses efficaciter prouocat. Bonum est & in elephantiasi medicamentum non solum ob id quod tenues humores discutiat, sed & quod crassos attenuet & fortiter dissectet, qui sanè hoc morbi genus generant. Sic & cicatrices nigras illustrat, & sугillata discutit. Præstat autem in talibus coctam in uino cataplasmatibus uice imponere, uiridem magis quam arefactam:

arefactam siccata enim fortior euadit & promptius inurit. Est & cataplasma in moribus animalium uirus eiaculantium. At uero ob amaritudinem & ascaridas & lumbricos succus eius perimit tum potus, tum per sedem infusus, imo & uermes qui in auribus itemq; ulceribus nasci solent. Prodest & anhelosis & istericis extergendo ac expurgando iecoris obturationes. Cæterum ad omnia prædicta efficacior est montana. Orpheus ait succum eius cum pari rosaceo & cerussa tritum ad strigmentitiam crassitudinem ac illitum, ambustis mederi, & quod omnem opinionem superat, neq; cicatricem apparere, & locum pilos producere. Si uero cum cimolia terra & aloë, partibus portionibus acceptis succus teratur, indeq; frons ac tempora illinatur, capitulis dolores euestigio sanantur.

Calamus aromaticus.

Calamus aromaticus modicam adstrictionem & quæ nimiam acrimoniâ possidet, maxima autem pars eius substantiæ terræ ac aeræ est, moderatæ caliditatis ac frigiditatis. Unde & urinâ moderate ciet, & compositionibus stomachicis ac hepaticis quæ foris ipsis imponuntur ammiscetur, & in uteri fetus utiliter assumitur quæ inflammationibus, aut mensiu irritationis gratia adhibentur. Ponatur itaq; secundo ordine calcfacientium ac siccantium, magis tamen siccantium, quam calcfacientium.

Calami Phragmites, Arundo Sepiaria.

Calami phragmitæ radix exterosiam uim non modicam habet, minime acrem, folia tamen uiridia moderate perfrigerant, itemq; non modicam exterosiam uim possident. Cortex eius uisus tenuium partium ac discussoriam uim abunde acquirit, et exterosium quid habet, ut calcfaciat ac siccet tertio ordine, plus tamè sicans quam calcfaciens.

Cannabis.

Cannabis semen ægre cõcoquitur, dolorem capitis

inducit, & malum succum gignit. Si uero torreatur et sic caput tentat, multum calfaciendo, & uaporem calidum ac medicatum ad ipsum delegando. Ex eo uero quod sicco temperamento præditum est & flatus expers, genitale semen extinguit.

Cappion, Fumus terræ.

Herba fumaría acrem simulq; amarã habet qualitatẽ, neq; omnino expers est acerbæ. Quapropter urinã multã biliosã promouet, & iecoris obturationes ac debilitates sanat. Succus eius uisum exacuit dela chrymationem faciẽs. Ipsa herba arida trita aque mulsæ insperfa ac pota, uentrem molliã. Vino autem diluto similiter insperfa, stomachum corborat. Dato cõfideãter & decoctum ipsius quomodocũq; febrientibus.

Capparis.

Capparis radicis cortex prædominantem habet amarã qualitatem, secundo loco acrem, & deinceps acerbã, ex quo palã fit ex diuersis ac pugnantibus uiribus ipsum compositum esse. Etenim extergere & expurgare ac incidere potest ob amaritudinem: calfacere autem & discutere ac attenuare per acrimoniam, contrahere uero ac constringere & cogere per acerbãtatem, & propterea lienes induratos si quod aliud medicamentum curat, tum forinsecus cataplasmatibus conuenientibus ammixtus, tum intra corpus acceptus, siue coquatur in aceto ex aceto mulso ac similibus, siue aridus tritus iisdem inspersus: euacuat enim a parte uiscolos ac crassos humores sic acceptus, non per urinas solum, sed etiam per uentrem. Sæpenumero uero & cruenta egerunt hi in quibus liẽ opem sensit, & coxendicum dolores minuuntur. Quin & mentes ciet, & pituitam à capite per os detrahit, & malignis ulceribus inspersus minutissime tritus commo dum pharmacum est, utpote extergere ipsa ualens & foriãter resiccare. Sed & dentium doloribus prædest

dest cum uino coctus aut aceto. Strumas quoque & tumores duos discutit, si aptis ad hæc medicamentis permisceatur. Folia porrò & caulis itemq; semen siue fructus, consimilem cortici uim habent, nisi quod debiliora existunt. Et sanè ego memini me aliquando foliis solis strumofam duritiem intra paucos dies discussisse. Ammiscetur autem ipsi aliqd quod uehementiam facultatis ipsorum obtundat. Nihil uero miri est si etiam aurium uermes succus enecat ob amaritudinem. At uero fructus in muria compositus, deinde lotus ac maceratus, donec omnem salis uim deponat, medicamentum est ad excitandum appetitiam prostratã, extergendumq; ac subducendum uentris pituitam, & ad expurgandum obturationes lienis ac iecoris. Utendum est autem eo cum commodo liquore, aceti mulsi, aut aceti oleo permixti, præ omnibus aliis cibis.

Cardamum, Nasturtium.

Nasturtii semen uisoria uim habet uelut sinapi, & propterea ischiadicis, & capitis dolores, & quicquid rubefactione opus habet id ipsum calfacit, quemadmodum sinapi. Ammiscetur commode & medicamentis ad anhelosos destinatis, nimirum ut medicamentum crassos humores dissecare potens. Herba ipsa similem semini uim possidet: uerum imbecillior est. Quare comesta ualde calfacit. Capitis autem dolore eadem inducit.

Cardamomum.

Cardamomum calidã facultatem abunde possidet, ut etiam exulceret in cataplasmate impositum, minus tamen q̃ nasturtium. Habet & amaritudinis quiddam in sese, ob quam etiam lumbricos enecat, & scaabiẽ fortiter extarit cum aceto.

Caroum.

Caroi semen siccat & calfacit tertio ordine: acrem

autem qualitatem moderate possidet, & propterea flatu leuat discutitq; & urinam ciet, non modo semē, sed tota planta.

Casia.

Casia calfacit ac siccatur tertio ordine, estq; multum tenuium partium: in gustu autem plurimum acrimoniae habet, paruumq; quandam adstringentem. Quare propter haec omnia siccatur simulq; discutit corporis susperfluitates, & propterea robur organis addit. Commodat & addit suppressos menses, ubi praecopia simulq; crassitudine superfluitatum, sufficienter euacuari prohibentur.

Garya, Nux arbor, Nux iuglans siue Regia,

Nux parua, Pontica, Auellana.

Nux arbor habet quidem tum in germinibus, tum in foliis aliquid adstringentem, uerum insigniter & copiose in ipso nucis suae cortice, & recenti, & arido. Vtuntur itaq; ipso etiam tinctores. Nos autem eundem exprimentes, succumq; similiter ut mororum ac rubi, mororum cum melle coquentes, stomaticum praeparamus oris uitibus commodum medicamentum, quo etiam ad alia omnia utimur, ad quae praedicti succi commodi existunt. Ceterum ipse nucis nucleus q̄ in cibi usum uenit, oleosus est & tenuium partium, particeps est autem & adstringentis qualitatis, sed modice & q̄ temporis progressu euanescit, tota ipsius substantia in pinguem succum transeunte, qui oleo ueteri similis apparet, & propterea omnino tandem edi non potest. At uero uiridis adhuc & recens nucleus, neque adstringentem qualitatem manifeste possidet, neque oleosam. Vnde ad alui excretionem commodior est quam siccus, & maxime si cum garo, quemadmodum aliqui faciunt, accipiatur. Sed & siccarum nucum in aqua maceratarum, uelut quaedam facere solent, consimilis uis est ut uiridium. Concoquitur tamen melius nucis fructus, & stomacho commodior

modior est, si cum caricis edatur. Aiunt si quis caricis cum nucibus ac ruta praereliquis cibis comedat, eum non magnopere a lethalibus medicamentis laedi posse. Porro ex inueterata nuce oleum quoque exprimi potest, quod abunde discussorium existit, ut quidam etiam gangraenas & carbunculos ac aegilopas curent. At uero putamen eius aridum usum, tenuium partium siccatorumq; & lene pharmacum euadit. Ceterum nux parua, quae & Pontica, & Auellana appellatur, frigidior est & austerior, utpote magis terrea existens. In caeteris regiarum, siue iuglandi similis est. Capitis autem dolorem in cibo sumpta inducit.

Castania.

De Castania eiusque fructu dictum est in quercu tractatione.

Cenchros, Milium.

Miliū frigefacit primo ordine, siccatur aut tertio exoluto, aut secundo intento. Est & modice tenuium partium. Vnde comestum instar edulii, omnium ferme eduliorum frumentacei generis minimi nutrimenti est, sed & aluum exiccat. Verum forinsecus impositum in matris supiis siue sacculis, fomentum est aptissimum his qui leni reficcatione opus habent.

Cedrus, Cedria, Septica.

Cedri species duae sunt, utraque tertio calfacit ac siccatur. Cedria uero quae ex ipsis fit, etiam quartum iam ordinem attingit. Est autem primi ordinis erodentium, septica graeci appellant, multum calida ac tenuium partium existens, teneras sane carens promptissime mulq; citra dolorem corrodit caliditas ipsius, per caliditatem quae in corporibus est aucta, uerum in duris corporibus longiori tempore & uix tandem efficaciam suam ostendit. Vnde mortuorum corpora in corrupta conseruat, humiditates ipsorum superfluas depascens, solida autem corpora non attingens, propterea quod non tam forte uim habet, uelut alia erosua

appellata. Nihil uero miri est si eiusmodi ui pollet, quæ etiam pediculos, & lendes, & aurium uermes, & alca ridas in recto intestino enecare potest. Foetus insuper apposita uiuos quidem necat, mortuos autem eiicit, quemadmodum etiam ipsum semen genitale, in coitu pudendo oblita, & propterea sic usurpata medicamen tum conceptum impediens est nulli alteri posthabendum. Sed & dentium foraminibus instillata dolores quidem minuit, ipsos autem dentes confringit. Atte nuat & oculorum cicatrices, & hebetem uisum ob cras situdinem humorum sanat. Quod uero pinguisimum est ex ipsa & exacte oleosum, quod super extensis la nis dum coquitur colligitur, tenuiorum quidem par tium est quàm tota cedria, uerum minus acre ac mor dax, quamquam non minus, sed magis etiam quàm ceo dria efficax sit. Vnde & hoc idiotæ utuntur ad uulnera ouium in tonsura per forcipes illata, item ad scabiem, & ad ricinos. Cedri porrò bacca, & fructus cedrides græcis appellati, moderatiorem uim habent, ut etiam in cibi usum ueniant. Si quis tamen plures ex ipsis ino gerat, & caput dolet, & excalesfacit, & oris uentris mor sum percipit.

Centaurea magna.

Centaureæ magnæ radix ex contrariis uiribus com posita est. Itaque in gustu acris simulq; adstringens ap paret, cum quadam dulcedine. In actione uero acrimo nia caliditatis opera exercet, menses promouens, & foetus mortuos detrahens, & uiuentes corrumpens, si mulq; eiiciens. Adstrictio autem frigiditatis crassioris ac terræ opera designat, tum uulnera glutinando, tū sanguinem spuentes iuuando. Dare autem oportet ex ea drachm. ii. febrientibus cum aqua, febre carentibus cum uino. At uero iuxta omnium qualitatum actionē & ruptis, & conuulsis, & spirandi difficultatibus, & ino ueteratæ tussis conuenit: non enim euacuare solum in his

his oportet quod præter naturam est, sed roborare etiam ac firmare expurgata. Succus ad eadem ad quæ radix ualet. Quidam etiam eo prolycio utuntur, illo non præsentē.

Centaurea parua.

Centaureæ paruæ radix omnino inefficax est, ramu li uero & magis folia, & ipsorum flores in usum ue niunt. Dominatum in ipsis qualitas amara, parum quid adstrictiois possidens, & propterea fortiter siccato rium est pharmacum absque mordacitate. Magna itaq; & recentia uulnera glutinat herba ipsa uiridi in ca taplasmate imposita. Vetera uero & ægre cicatricem recipientia, ad cicatricem perducit simili modo adhi bita. Quin & sicca glutinatoriis ac siccatoris compos itionibus miscetur, quæ sinus ac fistulas curare solent. Sed & ueteres duritias mollire creditur, & maligna ul cera sanare. Miscetur & eis quæ fluidas affectiones san nant. Decoctum herbæ quidam ischiadicis infundunt per sedem, uelut quod biliosum & crassum humorem ducat. Nam & purgat, & sanè ubi uehementer opera tionem suam exercebit, cruenta euacuat, & magis pro dest. Succus eius consumilem uim habet, hoc est, sic catoriam & exterioriam, & tum alia prædicta probe efficere solet, tum cum melle oculis sublinitur, & ap postus menses ac foetus educit. Quidam ipsum bi bendum dant in affectis neruis, uelut euacuantem ac ci tra molestiam siccantem infarctā. Cæterum & ad he patis obturationes bonum pharmacum est. Bonum & lienii indurato, forinsecus impositus, neque minus si quis bibere uelit. Herba ipsa exsuccanda est circa sum mum uigorem, & flore prægnans. Datur succi coo chlearium unum cum aqua calida, & sale modico, ac pauculo aceto, & purgat generose humorem a træ bilis. Coma eius contusa & cum melle cocto, aut sapa in collyria formata, fistulas circumscarificat, &

callos eximit, collyriis in fistulas immisissis. Corymbi eius tusti ac cribrati cochlearii mensura ischiadicis dantur ieiunis cum aqua calida, ad triduum aut plures etiã dies. Eius certe pharmaci efficacia magno miraculo sæpe fuit. Et ad polypodas in naribus excrecentes idẽ medicamentum siccum inspergitur.

Cerasus.

Cerasus fructum fert moderate adstringentem cum dulcedine: matura itaq; cerasa & dulcia magis per insulina subeunt, minus uero stomacho commodant, immatura & austeriora uice uersa. Gummi arboris uino potum calculosis prodesse quidam tradiderunt.

Ceratonia, Siliqua.

Siliqua arbor siccatoriam & adstrictoriam uim habet, quemadmodum etiam fructus eius, ceratia Græcis, nobis siliquæ appellata. particeps est autem & alicuius dulcedinis. Siliquæ aliquam cum cerasis similitudinem habent. Virides enim & humidæ aluum magis subducunt: Siccæ magis sistunt.

Cestron, Betonica, Pycotrophon.

Betonica Cestron & Pycotrophon appellatum, uim habet siccatoriam uelut gustus indicat: amara enim & acris herba existit: uelut etiam particularis actio ostendit. Nam & rhenum calculos confringit, & pulmonem ac pestus & iccus purgat ac extergit, & menses mouet, & comitiali morbo prodest, & ruptis ac conuulsis medetur. Acidum item ructum sedat, & ischiadicis conducit pota.

Cicis, Gala, Omphacitis.

Galla quæ omphacitis uocatur, abunde acerbum pharmacum est, substantiæ terreæ frigidæ plurimæ particeps, ob quam & siccatur, & fluxiones repellit, & cogit ac adstringit laxas ac inualidas partes. omnibus etiam fluidis affectionibus resistit. Ponatur autem in tertio ordine siccantium, in secundo uero frigefacientium.

Alte

Altera galla flaua laxa ac magna siccatur quidem, sed tãto minus, quanto minus acerbæ qualitatis: particeps est. Cocta itaque per se ac trita, & in cataplasmate adhibita inflammationum sedis ac prolapsus eiusdem insigne auxilium est. Coquere autem oportet si moderata adstrictione opus est in aqua, si uehementi in uino, maxime austero. Gallæ uim supprimendi sanguinis habent, & manifestum fatis est quod caliditatem & acrimoniam ex uisura acquirunt, & magis tenuium partium quàm non uisuræ euadunt, itemq; siccatoriarum amplius. Oportet autem candefactas super prunas, aceto aut uino extingueri.

Cera.

Cera in medio quodammodo est calfacientium, frigefacientium, humectantium, ac siccantium, habet & crassarum partium quid & meatus obturatorium, quæ propter non solum siccatur, sed & per accidens humectare uidetur perspirationes prohibendo. Vnde & materia est aliorum pharmacorum. Ipsa autem per se ex concoctorum debiliu numero fuerit, quæ forinsecus imponuntur. Habet enim parum ex disculforia ac calida facultate, cuius quàm plurimæ mel ipsum particeps existit.

Ciborium.

Viridem fabarum Ægyptiarum fructum ciborium appellant. Quare in fabarum tractatione, etiam de hoc considerandum est.

Cinara.

Cinara mali succi edulium est, maxime ubi durior euaserit. Nam & biliosum humorem in sese tunc uberius colligit, & totam substantiam lignosiores habet. Quare ex hac quidem humor atræ bilis generatur. Ex succo uero ipsius tenuis & amaræ bilis humor produci tur. Præstat igitur præcoctâ ipsam in cibo absumere.

Cicis arboris fructus, Ricinus, Croton.

e s Cicis

Cicis arboris fructus, quem aliqui crotonem ac ricinum appellant, quiq; purgandi uim habet, exterforia ac discussoria facultate præditus est folia eius imbecilliora sunt. Oleum quod ex fructu fit, calidius & magis tenuium partium est quàm commune, & propterea etiam discussorium.

Cisthos siue Cistharus.

Cisthos frutex adeo adstrictorius est, ut & folia ipsius in cataplasmate imposita uulnera glutinēt. Flores efficaciores sunt, ut cum uino poti dysenterias, & uentris imbecillitatem, ac fluxiones, & humiditates sanēt, in cataplasmate autem impositi putrefactis ulceribus conducunt, propter generosam sicandi uim fere in secundo ordine. Ipsius fruticis frigiditas tepidæ quoque qualitatis particeps est. Cæterum quæ hypocythisi appellatur, multo magis quàm folia adstringit, estq; efficacissimum pharmacum ad omnes fluidas affectiones, uelut sanguinis reiectionem, fluxum muliebrem, cœliacas & dysentericas affectiones. Sed & corroborare partes solet, & à plurima humiditate exolutis firmitatem addit, atq; sic sanēt & stomachicis & hepaticis conducit. Firmat enim ac roborat non infrenue, epithematis aut antidotis aptis ammixta.

Cisthus siue Ladanum.

Cisthus hic in calidioribus regionibus nascitur, non genere alius ab his qui in aliis locis nascitur, sed à regione præcipuam quandam propriam discussoria qualitatem adeptus est deposita frigiditate. In reliquis igitur consimilis est præcedenti. Verum ex ipso fit ladanum medicamentum calidum primo ordine iam complexo, ut etiam secundum attingat, particeps est autem & adstrictionis cuiusdam modicæ, & tenuium partium substantiam habet, & propterea moderate emollit, & similiter discutit itemq; concoquit. Itaq; non mirum est uteri affectibus hoc præcipue conuenire, propterea quod

quod aliquid adstringens habet, per quod etiam defluos capillos retinet. Nam & uitiatos humores iuxta pilorum radices attenuat ac cōsumit, & meatus quibus im pacti erant adstringendi ui cogit & constringit.

Ciflos, Hedera.

Ex contrariis facultatibus hedera componitur: habet enim quid substantiæ adstrictoriæ, quam frigidam ac terream dicimus. Habet & quid acris, quam calidam esse gustus testatur, sed & aquosæ substantiæ tepidæ uiridis particeps est. Viridia itaq; folia cum uino cocta, etiam magna uulnera glutinant, & maligna ulcera sanant. Ulcerationes quoque ex igne cicatrice includunt. Cum autem aceto cocta folia splenicis opitulantur. Flores eius fortiores quodammodo sunt, ut cum ceperato triti ambusta curent. Succus ipsius per nares purgat, & antiquas aurium, fluxiones sanat, & ulcera ueteratum aurium, tum narium ad cicatricem perducit. Si uero acrior appareat, rosaceo aut oleo dulci temperetur. Lachryma ederæ pediculos necat, & pilis nudat, in tantum calida uim habet, ut etiam leniter urat. Prodest etiam lachryma calculosis in potu.

Cnicus.

Cnici semine ad purgationes tantum utimur. Est autem tertii ordinis calcificantium, si quis forinsecus ad motu ipso uti uelit.

Coccus cnidius, Granum cnidium.

Cnidius coccus purgatoriam uim habet, estq; facultatis acris & ustoriæ.

Coccus tinctorius, Granum tinctorium.

Coccus tinctorius adstringentem simulq; amarantem qualitatem habet, & per utranque leniter siccat, & ob id ad magna uulnera cōducit, & ad sauciatos neruos, cum aceto aut aceto mulso tritus.

Coccy melea, Prunus.

Pruni fructus recens magis aluum subducit, sicca-
tus minus. Sunt autem damascena pruna magis adstrin-
gentia, Hispanæ dulciora, & propterea magis aluum
ducunt. In foliis autem manifesta quædam adstrictio
apparet, unde decocta utiliter gargariuntur in inflam-
mationibus gurgulionis ac tonsillarum. Cæterum syl-
uestrium prunorum fructus adstrictior est & uentrè
sistit. Et in Asie sanè hæc planta prunus nominatur. Cū
mi omnis pruni cum uino potum lapides frāgere qui-
dam produnt, uerum cum aceto impetigines puerorū
exerit.

Colocasion, siue Manzianion.

Colocassii radicis similis uis est rapis accepis, uisco-
sum autē corpus ipsius est. Vnde exterioriæ facultatis
particeps est, & uentri in cibo sumpta commodat.

Colocynthe, Cucurbita.

Cucurbita humidī & frigidi tēperamenti est, utroq;
secundo ordine. Vnde & ramentorum eius succus au-
ribus inflammatis & dolētibus cōuenit cum rosaceo.
Sic & tota in cataplasmate imposta, calidas inflamma-
tiones mediocriter refrigerat. In cibo accepta nimia hu-
mectatione corpus implet, & sitim eximit, & alimentū
humidum ac frigidum, & propterea etiam modicum
corpori præbet. Concoquitur autem non male, ubi nō
prius fuerit corrupta, id quod accidit ipsi propter ma-
lam præparationem, & ubi uitiosus humor in uentre
fuerit coaceruatus. Imo si etiam diutius in uentre
moretur, quemadmodum reliqua quoq; humida edu-
lia. Caudet origani conditura propter aquosam in ip-
sa qualitatem. Omnia enim huius generis acribus, aut
acidis, aut austeris, aut salis saporibus miscere oportet
si modo neq; insuauiter sumi debeant, neq; sumentes
nauseabundos efficere.

Comarus, Arbutus, Memecylon.

Arbuti fructus memecylon appellatur, estq; sto-
macho

macho incommodus, & capitis dolorē inducit, arbor
ipsa simul cum fructu acerbam qualitatem possidet.

Commī, Gummi.

Gummi uim habet siccatoriam, meatus obducit, &
asperitates sanat.

Conia stacte, Lixiuuium.

Quod uelut ablutio est materierum ad cinerem re-
dactarum, conia stacte Græcis, nobis lixiuium uocatur.
Ex omnibus autem maxime exteriorum est & sic-
candi uis præditum, quod ex cinere ficulneo & thyma-
lis sit, ut ferè uim erosiuam sortiatur. Verum ob substā-
tiam tenuium partium circa dolorem urit.

Conyza.

Conyza & maior & minor consimilis temperamē-
ti ac facultatis existunt, gustui acris & amaræ apparen-
tes. Calfaciunt & siccant euidenter, ut utriusque qualita-
tis tertio ordine locentur. Decocta itaq; in oleo, rigo-
ribus per circuitum repetentibus salutarē medelā præ-
bent. Quidam flores ipsarum una cum foliis terentes
cū uino bibendos exhibent, ad menses ciendos ac foe-
tus efficiendos. Est & tertium conyzae genus, in hume-
stioribus locis pueniens, magis foetidū & imbecillius.

Corianum, Coriandrum.

Corianon item corioo appellatur, & ex contrariis
facultatibus compositum est, multum habens substan-
tiæ amaræ, quæ tenuium partium est & terrea, nec par-
rum aqueæ humiditatis tepida uis præditæ. Habet &
parum quid adstrictionis, ex quibus omnibus multifa-
ciam efficax est facere ea quæ Dioscorides prodidit,
uerum non ob solam frigiditatem.

Colla, Glutinium.

Glutinium quod ex similagine aut polline ad libros
conficiunt, facultatem habet meatus obducentem &
concoctoriam. At uero de taurino glutine ac similibus
in sermone de animalibus agetur.

Coronopodium, Pes cornicis.

Coronopodii radix in cibo accepta coeliacis opitulari creditur.

Costus.

Costus modicæ amaritudinis, plurimæ uero acrimoniæ ac calidæ qualitatis particeps est, ut etiam exulceret. Vnde ex ipso cum oleo perfricant corpus ante accessionem in rigoribus per circumscriptionem redeuntibus. Alii idem & in resolutis ac ischiadicis faciunt, & omnino in his quibus aut partem aliquam calfacere uolumus, aut humorum aliquem ex alto ad cutem attrahere. usus eius competit. Ob eandem causam & urinam ciet, & menses ducit, & ruptis ac conuulsis, & laterum doloribus confert. Verum ob amaritudinem, etiam lasum lumbricum necare creditur, & ad solares maculas ipso utuntur: cum aqua aut melle. Inest præterea ipsius temperamento flatuosa quædam humiditas, ob quam & uenerem stimulat cum uino mulso potus.

Coryledon, Umbilicus ueneris.

Coryledon mixtam uim habet, humidam, & frigidam, & quandam obscure subadstringentem, & modice amarum. Vnde frigefacit, & repellit, & extergit, & discutit. Inflammationes itaque erysipelatas, & erysipelata inflammata sanat, & in stomachi ardore commodum cataplasma existit. Creduntur folia cum radice comesta lapides atterere, & urinam ciere.

Crambe, Brassica.

Brassica comestilis siccatoriâ uim habet, & in cibo accepta, & forinsecus imposita, non tamen manifeste acrem, sed ut uulnera glutinet, & maligna ulcera sanet, & inflammationes curet iam induratas ac ægre solubiles, eiusdemque generis erysipelata. Sed & epinyctidas ac herpetas sanat. Habet & quid extersorium, per quod etiam lepras exterit. Succus itaque ipsius quid purgatorium habet, corpus autem eius alui

alui excretionem cohibet, eaque gratia in quibus humorem uentrem siccare uolumus, moderate ipsam coquimus, & priore aqua diffusa, statim in alteram calidam preparatam immittimus ac feruifacimus. Non oportet enim neque aerem, neque frigidam aquam contingere quod bis coquitur. Neque enim exacte flaccidum fit, etiam si diutissime coquas. Itaque in aliam calidam immiffam coquimus donec flaccida fiat. Nam si uentris subducendi gratia sumitur, non ualde discoquitur. Siccatur igitur brassica quemadmodum lenticula, & propterea uisum hebetat, & atræ bilis humorem generat. At uero asparagus brassicæ minus siccatur, & magis urinam ciet. Semen autem potum lumbricos enecat, & maculas solares ac lentiginis, & quæcunque alia moderata extersione opus habentia exterit. Cauliculi eius usui cinerem efficiunt fortiter siccantem, ut & ustorix facultatis particeps sit. Quapropter eo cum ueteri adipe ammixto, quidam ad ueteres laterum dolores, & sicubi eiusmodi alius dolor infestet, utuntur. Fortiter enim discussorium medicamentum efficitur. Brassica porro syluestris siccior & calidior multo est quam satiuâ, quemadmodum omnia alia ferme syluestria satiuâ fortitudine præstant. Vnde neque citra offensionem intra corpus sumuntur. Discutit autem & extergit uehementius quam satiuâ. Cæterum marina brassica ultra hoc quod uentrem emollit, sub falsum nimirum ac sub amarum saporem habens, commoda quoque fuerit ad externos corporis usus, ad quos sanè eiusmodi qualitates conueniunt.

Chrethmon.

Chrethmon falsum quodam modo in gustu est, una cum modica amaritudine, propterea & uis ipsius extersoria simulque siccatoria existit. Vtraque tamen facultate amaris cedit.

Crithæ, Ordeum.

Ordeum

Ordeum primi ordinis est siccantium ac frigefaciē-
tium habet, & modicum quid exterforium, & paulo
magis siccatur quàm fabarū farina à cortice depurgata.
In reliquis omnibus forinsecō usu consimilia existūt.
Verum in cibo acceptum ordeum, hoc amplius fabis
habet, quod in coctura flatuositatem deponit, fabarū au-
tem quomodocunque coquatur flatuositas permanet.
Crasioris enim substantiæ faba est quàm ordeum, &
propterea etiam magis quàm ordeum nutrit. Ordeum
uero succum generat tenuem, & exterforium quid ha-
bentem. Nihil igitur calfacit corpus quomodocunque
tandem præparetur. Verum humectat & siccatur diuer-
simode præparatum. Etenim polenta ex ordeo tosto
facta, manifeste apparet siccare. Prisana uero humectat,
quum uelut conuenit præparatur. Panes autem ordea-
cei omnes minus nutriunt quàm triticeæ, & magis uen-
trem subeunt quàm illi. Ceterum polenta ex ordeo to-
sta facta magis quàm ordeum siccatur, & modicum ali-
mentum corpori sufficit quomodocunque coquatur.
Eadem ex uino Amineo austro pota alium siccatur.
At uero maza (uocant aut sic polentam ordeaceam li-
quore aliquo subactam, uelut sapa, aut melle, aut alio
quopiam) quæ etiam cruda comeditur, quomodocunque
præparetur, minus quàm panes ordeacei cōcoquitur,
& uentrē magis flatu implet, & si diutius in ipso more-
tur, turbationem efficit. Quum enim ordeum ex natu-
ra non parum fursuris habeat, torrefactum ordeū idip-
sum fursuraceum & siccus, & magis difficulter confrin-
gi potens habet, imo, & id quod utile ex ipso in cor-
poris alimentum cedit, siccus euadit. Quicquid igitur
fursuraceum & durum in ipso est, quemadmodum fo-
rinsecus apparet quod aqua non dissoluatur, eodem
modo neque in uentre dissoluitur maceratum, sed per-
manet inconfectum uelut est acceptum. Quum igitur
neque concoquatur, neque in uenas distribuatur, per
uentrem

uentrem secedit, & præsertim quum extergendi uim
ex ordeo habeat: magis autem secedit infernè sapius
subacta ac trita. Si uero & mel assumpserit, adhuc ci-
tius subit. Porro quod crimon Græci uocant, cras-
siorq; farina tum tritici, tum zea existit magis alit
quàm polenta, sed ægrus concoquitur. Vocatur ex
ea sorbitio puls, & quæ ex zea fit uentrem lenius alio
quanto siccatur magisq; si torreatur.

Crison, Liliū.

Liliū flos temperamentū mixtum habet, ex substan-
tia quadam tenuium partiū terrea, ex qua etiam in gu-
stu amaritudinem offert, & quadam aquosa tempera-
ta, unde, & oleum ex ipso lenis tum discussoria, tum
mollentis facultatis existit, & ad uteri duritias aptum.
Radix etiam ac folia per se trita, siccant, & extergunt,
ac moderate discutunt. Est enim radix primi ordinis
exterfuorum, qua gratia, & ambustis conducit. Radi-
cem itaq; assatam, deinde rosaceo tritam ambustis im-
ponunt, usq; ad cicatricis inductionem. Nam & alias
omnia ulcera optime cicatrice includit. Sed & uterum
emollit, & menses promouet. Folia quoq; præcocta
usq; ad cicatricem inductam imponunt, non ambustis
solū, sed etiam ulceribus. Reponimus aliquando & fo-
liorum succum coctū cum aceto & melle ad liquidio-
ris mellis compagem, ita ut succi partes quinque suman-
tur, mellis autem & aceti utriusq; pars una, sitq; cōmo-
dum pharmacū ad omnia uehementi resiccatione in-
digentia citra mordacitatē, uelut sunt uulnera magna,
& maximè quæ circa capitis musculos fiunt, item ulce-
ra inueterata, fluidaq; ac ægrè recipientia cicatricem.

Crocodilion.

Crocodilii semen acre est, & aromaticum, urinam
ciens, & menses ducens, ut & calidæ facultatis sit dis-
cussoriaq; ac siccatoria. Succus caulis & seminis con-
similem uim habet, & nephreticis prodest. Radix ex

puitiones è pectore fortiter adiuuat. Estq; minus acris quam semen: uerum non minus amara. Sanguinem quoque per nares ducit.

Crocus.

Crocus habet quidem aliquid modice adstrictoriũ, quòd terreum frigidum esse ostensum est. Dominatur autè in ipso calfactoria uis ac qualitas, ut ex tota substantia sua secunda ordinis sit calfacientium, primi siccantium, & propterea etiam concoctorium quid habet, quod modica illa adstrictione adiuuatur.

Crommyon, Cēpa.

Cēpa quarti ordinis est calfacientium, substantia ipsius magis crassarum partium existit. Vnde & hæmorrhoidas aperit apposita, & cū aceto illita in sole uitis lignis exterit, & alopecis affricata citius quàm alcyonium pilos prouocat, comesta calfacit corpus acrimonia sua, & crassos ac uiscosos humores attenuat. Inflat autem uentrem propter crassarũ partium substantiam.

Cyamus Faba.

Faba frigefaciendo ac calefaciendo mediũ temperamentum propinquissimè accedit, caro eius modicæ cuiusdam exterioris facultatis particeps est, quemadmodum cortex adstrictoris. Quapropter aliqui medici fabam integram cum corio suo in posca decoctam, dysentericis & celiacis ac uomentibus exhibent. Est autem edulii ratione, si quod aliud, egre concoctile & flatuosum, etiam si quàm diutissime coquatur, & quomodocunq; præparetur, ad excreationes tamen pectoris ac pulmonis comodum: Et uiridis quidem faba comesta, magis aluum subit, uerum minus quàm arida ingesta nutrit: Torrefactæ tamen fabæ flatuosum deponunt, sed ægrius cõcoquantur, & tardius cõmeant, & crassum succum generant. Pharmaci autem loco faba forinfecus imposita, citra molestiam siccatur. Et sanè ad podagricos sæpe ea usi sumus cocta ex aqua, deinde

de adipe suillo ammixto. Ad neruos uero contusos & ad ulcera, farinam eius imposuimus aceto mulso, aut uino mulso coctam rosaceo etiam addito, si inflammatio adesset: polenta uero addita, ad inflammatos iam ex plaga. Est & testium ac mammarum utile cataplasma: Solet enim has partes inflammatas modice perfrigerare, maxime ubi lacte in ipsis in casei speciem coagulato ubera fuerint inflammata. Nam lac ab eiusmodi cataplasmate extinguitur. Quemadmodũ etiam puerorum pubes, farina fabacea cataplasmatibus modo inuenta, diutissime impubis permanet.

Cyclaminus.

Cyclaminus uariam uim habet. Nam & extergit, & dissectat, & uenarum oscula aperit, & attrahit, & discutit: Succus enim ipsius hæmorrhoidas aperit, & aluum irritat uiolenter, appositus. Sic & tubercula, & strumas, & alias duritias discutit, compositionibus discussoriis ammixtus: conuenit & suffusis oculis cum melle subtilitus, & præterea per nares purgat. Adeo autem fortiter præditus est, ut etiam imò uentri illitus, aluum subducatur, & fœtus corrumpat, sed & in pefsi forma appositus similiter fœtum perimit. Tota radix succo imbecillior est. Est tamen etiam ipsa uehementis: Nam & pota & apposita menses ciet, & ictericis confert, non uiscus solũ ipsum uidelicet iccur expurgans, sed bilè in toto corpore per sudores euacuans. Quare ab eius potu adiuuare omnibus modis oportet sudorem excretionè corpore contexto ac uberius calfacto. Copiam eius drachmas tres, aut summũ quatuor excedere non oportet, ex passo, aut aqua mulsa. Exterget & cutem quapropter maculas solares, & alopecias: ac similia sanat: prodest & indurato lieni tum recens, tum sicca in cataplasmate imposita. Quidam aridam radicem etiam anhelatoribus exhibent. Eadem arida tusa & per tenuissimum cribrum excreta, unà cum caryophyllis, ita

ut radice sit unica una caryophyllorum grana xxi. na
ribus insufflata, crassos, & viscosos humores à capite
purgat: unde antiquos capitis dolores sanat, & mor-
bo comitiali magnopere opitulatur.

Cyminum.

Cymini semine præcipue utimur. Est autem facul-
tatis calfactoriæ, urinam ciet, & flatus dissipat, tertii
ordinis calfacientium existens.

Cyparissus, Cupressus.

Cupressi folia & germina pilulæq; recentes ac tene-
ræ, magna uulnera in duris corporibus glutinant, ex
quo manifestum est quod siccatoriam uim habent, absq;
manifesta acrimonia ac caliditate. Plurimam autem ha-
bet amaritudinē, & multo ampliorem acerbitatē uniu-
uersa planta. Tantum uero est in ipsa caliditatis, quantum
satis est ad deducendam acerbiteriam in altum, citra calfa-
ctionis aut mordacitatis, inductionem: quapropter hu-
miditates in profundo, in humectis putredinosissq; as-
fectionibus consistentes, citra molestiam simulq; secure
depaucitur, altera non amplius attracta. Atq; sic hernio-
sis confert in cataplasmate imposita. Siccatur enim & ro-
bur addit corporibus ex humiditate laxis, mergere se
nimirum in altum ut adstringendi, quum deducatur per
ammixtam ipsi moderatam caliditatem. Utuntur ipsa quida-
& ad carbunculos ac herpetas polenta ammixta.

Cyperus, Iuncus quadratus.

Cyperii radices maxime in usum ueniunt calfacien-
tes ac siccantes citra mordacitatem: Vnde & ulcera
ob nimiam humiditatem ægre recipientia cicatricem,
mirabiliter sanant. Habent enim quid adstrictorium,
& propterea oris ulcerationibus commodant. Habent
& uim quandam siccatoriam, qua & calculosi profunt,
& urinas ac menses ciet.

Cypros, Ligustrum.

Ligustri arboris folia & uirgulta ac flores in usum
ueniunt,

ueniunt, mixta facultatis ac temperamenti existentia.
Habent enim quid discussorium ex aquosa substantia
moderate calida: Habent & quid adstrictorium, ex ter-
rea frigida. Vnde decoctum fotu ambustis prodest.
Commodat & ignitis inflammationibus ac carbuncu-
lis, citra molestiam ac mordacitatem siccans. Sed &
comanducata ulceribus oris sponte productis, & ma-
xime ignitas aphthas referentibus conducunt. Folia
siccata in umbra tusaq; ac cribrata, mox in aqua ad ca-
lidum cinerem cocta, modico rhoe culinario insper-
so, & aceti momento, bonum cataplasma præbent in
podagricis ac chiragricis, in ipsis maximis inflamma-
tionibus impositam. Nam & inflammationes sedat, &
fluxiones repellit, & quod iam in locis continetur dis-
scutit per meatus occultos, quemadmodum per sudor-
em. Lædit tamen hoc cataplasma colorem, & maxime
ungues. Quapropter prælinere locos oportet, li-
quido rosaceo cerato. Ipsum autem cataplasma inte-
gendum est ricini foliis, aut carpasi, si adsint.

Cytisum.

Cytisi folia discussorie sunt facultatis ammixta tepi-
da aquosa quemadmodum folia malua.

Conion, Cicuta.

Quod cicuta extrenue frigidam uim habeat, om-
nes norunt, & propterea ex summa illa frigefactione
etiam enecat ac occidit.

Coni fructus, Nux pinea, Cocalus Strobilus.

Coni fructus, quem & Cocalum, & Strobilum, ac
pineam nucem appellant, integer quidem uiridis, ama-
ritudinem quandam & acrimoniam cum humiditate
habet, & propterea pectore suppuratis commodus est,
itemq; aliis quibuscumque ex pectore ac pulmone fa-
cilis creatus ac per tussim relectio expetitur. Nu-
cleus eius qui in cibi usum uenit, alimentum præbet
ægre concoctibile, ualidum, ac multi succi, propter oleosita-

tatem . Verum medicamento loco asperitates leuigat, maxime ubi aqua maceratus omnem suam acrimoniam deposuerit.

Cancani radix.

Cancani radix uim habet moderate siccatoriam contra mordacitatem , substantiam autem crassarum partium meatus obducentem. Vnde uino macerata uelut tragacantha, & delineta, arteriarum asperitates sanat. Nihilominus si quis ipsam manducet, succus præter fluens arteriarum prodest, similiter ut glycyrrhizes succus.

Caucalis.

Caucalim aliqui daucum syluestrem uocant. Est autem similis ipsi & gustu, & uiribus, calfacit enim uelut ille, & siccatur, & urinam ciet, & muria condita reponitur.

Carpesium.

Carpesium simile est ei quod phu appellatur, & gustu & uiribus, uerum amplius tenuium partium existit: quapropter & magis quam illud exterget uiscerum oburationes, & urinas mouet, & renes expurgat calculosos . Non tamen in tantum tenuium partium est ut pro cinamomo in usum assumi possit, si cinamomum haberi nequeat, quemadmodum Quintus fecit. Præstat quidem igitur Ponticum Laërtico, non tamen etiam hoc ipsum uiribus cinamomo par est, sed etiã ab optima causa non modico interuallo relinquitur. Vtraque appellatio à quibusdam Pamphiliæ montibus est, in quibus plurimum prouenit .

Lathyri, Cicerculæ.

Cicerculæ consimilem ochris & phaelis substantiam habent; itemque similem succum, sed compage crassiore, & propterea aliquo modo magis hæc quam illi alunt.

Lathyrus.

Lathyridem tithymalli speciem esse quidam aiunt, Semen eius purgatoriam uim habet.

Lapsana

Lapsana.

Lapsana in cibo accepta mali succi, est in cataplasmate imposita exterforium quid ac discussorium habet.

Lapatum, Rumex, Oxylapathum.

Lapathum moderate discussorium uim habet, & sanè caliditatis particeps est. Rhenū calculos radix eius confringit, & scabiem ac corporis asperitates sanat ex aceto cocta & affricata. At uero Oxylapathum mixtam uim possidet: Habet enim repulsoriam unã cum discussoria facultatem. Semen ipsorum manifeste adstringit, unde, & dysenterias & alui profluuiã sanat præsertim oxylapathi. Cæterum Hippolapathum in paludibus nascitur, eadem uir præditum, uerum imbecilliore. Syluestris porro lapathi radix, quam mylen appellant, ex aceto cocta siue uino dentes corroborat, eorumque dolores sedat, si eo decocto calido colluantur.

Limonium, siue Cynoglossum.

Limonii semen austerum existens cum uino exhibent cœliacis, & dysentericis, & hemoptoicis: conducit & ad fluxum muliebrem .

Lichen siue muscus petrarum.

Lichen petrarum exterforiarum simulque frigefacientis moderate facultatis est, & siccantis iuxta utranque facultatem. Sanat impetiginem cognominem sibi apud Græcos morbum .

Leontopodium siue Leontopetalon.

Leontopodii radice maxime utimur, discussoria & calfactoria ac siccatoria, in tertio ordine.

Lepidium.

Lepidium quarti ordinis est calfacientium.

Leucoion.

Leucoii uniuersus frutex exterforiarum & tenuium partium uim habet, maxime tamen flores præsertim sicciore . Quare & cicatrices oculorum crassas attenuant, & decoctum ipsorum menses ac secundas

f 4 promouet

promouet, & foetus immortuos expellit. Nam & uisuum perimit foetum in potu acceptum. Quod si quis uehementiã facultatis ipsius multã aquã mixtura aut aliquo alio eiusmodi liquore mitiget, habebit & ad inflammationes comodum medicamentũ. Sic & decoctum ipsius si non meracum fuerit, fomento uteri inflammationes sanat, & maxime diuturnitate induratas. Idem cũ cerato ulcera ægre cicatricem recipientia curat. Semen iisdem uiribus prædictum comodissimum est potum duarum drachmarum pondere aut appositum cum melle, ad ciendos menles, & foetus uiuos quidem corrumpit mortuos autem eiicit. Radices cũ aceto in cataplasmate impostã, lienes induratos sanant, itemq; induratas inflammationes.

Leuce, populus alba.

Populus alba arbor temperamentum mixtum habet, ex substantia aquosa tepida, & terrea attenuata. Vnde & exterioriam uim habet. Gustu autem subamarã existit.

Libanotus, Thus.

Thus calcacit ordine secundo, siccac primo. Habet & quid astringentium, quod in albo uix percipere est. Cortex ipsius uim adstringendi manifeste habet, obquam etiam præclare siccac, ut secundi ordinis siccantium completi existat. Est & crassarum partium & minime acrimonię particeps. Ob has igitur qualitates ac uires, usus eius frequens est medicis, in hæmoptoicis ac stomachicis, profluuiisq; alui, coeliacisq; ac dysentericis, non solũ his quæ extrinsecus imponuntur, sed & quæ intra corpus sumuntur ipsam ammisceribus. Fit ex eo & fuligo hoc modo. Granum thuris singulatum forcipe apprehensum & à lucerna accensum, in uas fictile cauum noui imponito, deinde ñeum operculum concauum probe deterfum superponito, superpositis tamen ad utrunq; operculi labrum lapillis quatuor

tuor digitorum altitudinis, ut locus sit alterum supponendi granum, prius quã penitus extinguatur, donec nec sufficiens fuligo fuerit collecta. Cæterum externa operculi ænei pars assidue per spongiam ex aqua frigida extergeatur, ita enim omnis fuligo adhærebit, operculo nimirũ non ualde concafacto. Dersa itaq; priore fuligine per pinnam, idem facias, quousq; colobauerit. Sed & exusti Thuris cinerem priuatim colliges. Melior est autẽ fuligo. Vim habet mitigatoriam inflammationum in oculis sedat fluxiones, repurgat ulcera, replet concaua, sistit carcinomata. Eodem modo parantur fuligines & ex myrrha, & ex styrace. Conueniunt ad eadem omnes. Quin & aliarũ lachrymarum fuliginem eodem modo colligere licebit.

Libanotides.

Libanotides omnes similem uim habent mollitoriam ac discussoriam. Succus autem & radices & herbæ melle ammixto, hebetudinibus oculorum medentur ex humorum crassitudine abortis. Sunt enim libanotides particeps exterioriã ac incisoriã facultatis.

Lignis, fuligo.

Omnis fuligo siccac, quapropter & substantiam terream habet, & reliquias ignis à materia exusta, sed has tamen tẽpore modico. Tota autẽ natura ipsius siccatoria est, terrea & tenuium partium. Partiales eius differentiæ sunt iuxta materiã exustam, prout ea ipsa calidior aut frigidior aut mordacitatis expers existit. Thuris porrò fuligine utuntur ocularibus cõpositionibus ammixta maxime his quę ulceribus cõferunt. Nam & hæc expurgat ipsaq; carne explet. Terebinthine quoq; ac myrrhę fuligo similiter ut thuris nihil offendit. Verũ styracis his fortior est, atq; adhuc magis quæ ex picce liquida fit, quã superat adhuc cedrię fuligo. Utitur autẽ & acriorib; & in palpebris glabris, & angulis oculorũ corrosis, oculisq; humectis absq; inflammationes.

Ligustici radix & semen ex calfacientiū ordine sunt in tantū ut & menses moueant, & urinas propellant, flatuſq; discutiant.

Lini semen.

Semen lini comestū flatuosum est, etiamsi sit torrefactum, ita recrementosa humiditate plenū est. Est autem calidū in primo ordine, humiditatis ac frigiditatis in medio consistens. Stomacho incōmodat & egre concoquitur: particeps est tamen facultatis ciendi urinarum, & torrefactum uentrem aliquatenus sistit.

Lobi.

De lobis scriptum à nobis est quum de dolichis ageremus.

Linozostis, Mercurialis.

Mercuriali utuntur omnes ad uentris purgationes, ueruntamen si quis eius usum in cataplasmatibus experiari uelit, reperiet eam multum disculforiam. Et semen huius nondū siccatum experientia docet, tubercula & eminentias in corpore uulgo Carphia dicta, dissipare, si quis ipsa diligentius semine eo confricet.

Lonchitis.

Lonchitidis triangulare semen hastæ simile habentis, radix urinā ciet. Eius uero quæ scolopendrio simillima est, folia uiridia uulneribus glutinandis conducunt, Sicca eadem ex aceto pota, lienes induratos sanant.

Lycium, Pyxanthos.

Lycium siue pyxanthos spinosa est planta, ex qua quod Lycium appellant fit, quo ad sugillata utimur, & ad sedis ac oris inflammationes ac ulcerationes, herpetosq; ac putrefactiones, & ulcera maligna, & in teretrigines ac paronychias qui sunt unguium abscessus. Habet enim uim siccandi ex secundo ordine aliàs ex diuersi generis substantiis compositū: Altera tenuium partium, ac disculforia & calida. Altera terrea frigida, ex qua

ex qua & moderatam adstrictionem habet. Quapropter & ad diuersos effectus hoc medicamēto utuntur, ut exterforio quidē, adsumentes ad ea quæ pupillis te-nebras offundunt, ut adstrictorio uero, cœliacis & dysentericis ac fluxui muliebri exhibentes. Cæterum in dicum Lycium ad omnia commodius existit.

Lysimachium.

Lysimachium prædominantem habet qualitatem adstrictoriam, per quam & uulnera glutinat, & eruptiones sanguinis nariū cōpescit insperſa, sed & aliàs sanguinis eruptiones supprimit tum ipsa, tum succus ipsius adhuc amplius. Quare & potus & infusus dysenterias ac sanguinis reiectionem, & fluxum muliebrem sanat.

Lotus, Trifolium.

Lotus satius, quem aliqui trifolium uocant, moderate extergendi uim habet itemq; siccandi, uerum in coniugatione caliditatis ac frigiditatis temperatus est. At uero syluestris lotus in Africa plurimus pro-uenit. Semen eius secundi ordinis est calfacientium. Habet & quid exterforium. Semen autem Ægyptiū etiam ad panificium accipitur.

Lotus arbor.

Lotus arbor adstrictorie qualitatis non multæ particeps est. Est autem tenuium partium ac siccatoria. Ramentum itaq; lignorum eius, & ad fluxum muliebrem, & dysenterias, ac cœliacas affectiones conducit. Coquitur aliquando in aqua, aliquando in uino, pro ut usus postulat: & non solum infunditur, sed etiam hibitur. Atqui & defluos pilos cohibet moderate adstringendo ac siccando.

Macer.

Macer cortex est qui ex India affertur, adstringens cum modica acrimonia, quapropter & siccatur: Est & tenuium partium, propter odorem: & propterea cœliacis

fiacis ac dyfentericis compositionibus ammiscetur; in tertio ordine siccantium locatus . Iuxta caloris & frigiditatis differentiam nihil insigniter præstans.

Malabathri folium.

Foliū Malabathri spicę nardi confimilē uim habet, Malache, malua.

Malua syluestris leniter discufforia, & paululum mollitorię facultatis particeps est. Satia pro eo quod aquosa humiditate participat, etiam uiribus debilior existit. Subit autem uentrem non solum ob humiditatem, sed & ob uiscositatem, maxime ubi cum oleo & garo accipiatur, uino modico cibi tempore irrorato. Semen ipsorum tanto fortius est, quanto ficius. Quin & Dendromalache appellata huius generis est; sed magis quam prædictę discufforia. Nominatur autem & Althæa.

Mandragoras.

Mandragoras prædominantem frigidam uim habet, ut tertii sit perfrigerantium ordinis: particeps est tamen & modicę caliditatis ac humiditatis in malis suis. Vnde & soporatoriam uim hæc possident. Radicis cortex fortissimus existens, non solū frigefacit, sed etiam siccit. Reliquum internum debile existit.

Marathrum, foeniculum.

Foeniculum fortiter calfacit, ut ex tertio ordine ceteri possit. Siccit ordine primo: & propterea etiam lac generat, & suffusus oculis iuxta eandem rationem opitulatur. Ciet & urinas & menses ducit.

Mastiche.

Mastiche alba & chia, ex contrariis quodammodo facultatibus composita est, adstringente & molliente. Quapropter & stomachi, & uentris, & intestinorum ac hepatis inflammationibus conuenit, secundo ordine calfaciens ac siccans. Nigra mastiche quæ Ægyptia appellatur, magis exsiccat quam illa, & minus adstringit,

quæ unde & commodior est quodammodo ad ea quæ fortiore discuffione opus habent.

Melanthium, Nigella.

Melanthium calfacit ac siccit tertio ordine, apparatus & in eo partium tenuitas. Sic itaq; & distillationes, sanat calidum linteolo illigatum naribus admotū, ut assidue odor eius nares percellat. Sed & potum flatulentus uel maxime discutit. Occidit & lumbricos, nõ modo comestum, sed etiam foris uentri impositum, ob amaritudinem. Lepras, & clausos ac uerrucas myrmecias, hoc est, fornicarias distas abolet, & menses promouet ob crassitudinem & uiscositatem humorū superpressos, prodest & alopecis ustum, & cum oleo tritū, ac illitū. Sic etiam recta ceruice spirantibus. Et in summa ubi difsecare & extergere ac siccare calfacereq; opus est, commodissimum medicamentum existit.

Melilotum.

Melilotum mixtas uires habet. Nam & adstringit, sed & discutit & concoquit. Amplius enim de calida substantia quàm de frigida in se complectitur,

Mel.

Mel calfacit ac siccit secundo ordine. Est autē simplicis quammaxime tum facultatis, tum temperamenti: exterioriæ uidelicet appellatę. Estq; maxime tenuiū partium, præsertim quod prouenit ubi thymus plurimus nascitur. Quum autem tenuium partium sit, necessario etiam quid acre possidet, per quod uentrē ad excretionem impellit. Diximus autē quod extergit, hæc itaq; exterioria uis si ipsi adimatur: magis ad urinam eiciendam comodum reddetur, itemq; ad alimenti distributionem ac nutritionem ac commodatius. Adimi autem optime potest, aqua plurima ammixta, & costo melle, donec spumare desierit, ita ut spuma assidue auferatur. Aqua uero mulla non cocta uentrē subito antequam concoquatur. Itaque senibus & frigidis

dis corporis temperaturis mel cōmodum est. Verum in ætate uigente constitutis ac calidis, in bilem transit ante concoctionem. Mel porrò costum per se, minus acre ac mordax euadit, unde, & magis nutrit; & ad sūnus glutinandos commodissimum existit.

Melissophyllum.

Melissophyllū marrubio uiribus simile est, sed multo tamen ipso inferius, & ob id neque usus eius ualde expetitur: Quum enim ubiq; marrubium abundet, sūperuacaneum est melissophyllo uti. Si tamen nō adsit marrubium: pro ipso succedere potest in eodē usus, ut tamen efficacīe eius mancæ memores simus.

Mecon, Papauer, Thylacitis, Rhœas.

Papauer omne perfrigerantem uim habet: Sed horrensis, thylacitidis græcis appellatæ, semen moderate somniferum est. Verū Rhœadis semen fortius frigefacit: Quare citra læsionē eo quis non utitur. Syluestris autem semen nigrum existens, medicatū iam est multo frigefaciens, maxime Thebani. Sed & succus fortiter perfrigerat, usq; ad stuporem & mortificationem. Est enim quarti & extremi ordinis perfrigerantium.

Mecon ceratitisi, Papauer cornutum, Paralium.

Papauer cornutum græcis etiam paralium uocatur quoniam ferè circa mare nascitur. Vim habet sectoriam & extensoriā. Quare radix eius cocta in aqua ad dimidias, hepaticis affectionibus prodest, folia, & flores fordida ualde & maligna ulcera iuuant. Sed ab ipsorum usu recedendum est, ubi ulcera fuerint depurata. Nam usque adeo extergere solent, ut & depurata carne aliquid eliquent ac consummāt, & ob id etiam crustas ulcerum tollunt.

Mespilum.

Mespili arboris fructus acerbus est, & uentrem plurimum supprimit.

Melea perlice, Malus persica.

Malus persica & foliis & ramis amaram qualitatem prædominantem habet, quare & lumbricos occidunt trito umbilico imposta, & alias discussorium medicamentum existunt. Fructus eius persicum appellatum, humidioris, & frigidioris est temperamenti. Caro eius comesta facile corrūpuit, & omnino uitiosa est. Quare non oportet ipsa uelut aliqui faciunt, à reliquo cibo ingerere. Corruptuntur enim & uentri innant. Porrò uniuersalis huius regulæ perpetuo memorem esse oportet: Quod quæcunq; mali succi sunt, humida autem & lubrica, & quæ facile alio secedere possunt; ea prius quàm alia comedere oportet. Sic enim & ipsa cito subeunt, illisq; uiam præstruunt. Quæ uero postrema sumuntur, etiam alia simul corruptunt.

Melea Armeniace, Malus Armeniaca.

Armeniaccæ mali fructum præcocia appellant. Est autem humidus ac frigidus hic fructus secundo ordine, ubi sanè fuerit maturus, à persico in hoc differt, ipsoq; præstat, quod non similiter in uentre corruptitur, neq; acescit. Multis uero & iucundior apparet, & propterea stomacho accommodatior.

Malus medica, siue citrea.

Mali medicæ fructus ab omnibus citrium appellatur. Id in semine acidam qualitatem & uim siccatoriam prædominantem habet, ut tertii ordinis sit siccantium ac perfrigerantium. At uero in cortice habet quidem siccatoriam uim in secundo ordine, non tamen frigidam qualitatem, propter aromaticitatem. Caro ipsius crassi succi est, & frigida, ob duritiem: semen autem penitus edi non potest, neq; quod acidum esse diximus, neq; eius nucleus qui re uera semen existit, amarā qualitatem, & discussoriam ac siccatoriam uim in secundo ordine habens. Sed & folia siccandi ac discutendi facultatem habent.

Cæterum in aliis malis magna est differentia. Quæcunque enim adstringunt, frigidū ac terreum succū habent: Quæ uero acida apparent, frigidū quidē, sed tenuium partium habent, mediæ autem temperaturæ sunt dulcia, ad caliditatem repentia. Austerorū igitur malorum usus est, quum aut ob intemperiem calidā aut humiditatem multam, uenter debilis est. Acerborū uero, ubi eadem multū fuerint aucta: nam adstringētia quantum in ipsis est, supprimunt infernas excretiones. Acida autem cient. Quum igitur suspicio fuerit crassum humorem in uentre collectū esse, non ualde frigidum, hæc exhibebis. Nam & hunc dissecant & infernè subducunt, & propterea excrementa humectant. Vbi uero purum repererint uentriculum, ipsum amplius supprimunt.

Meon.

Mei radices in usu sunt in tertio ordine calfacientes. Siccant in secundo, humiditatem retrimenticiam in sese complexæ. Vrinæ itaque cient, & menses prouocant potu: Amplius acceptæ capitis dolorem inducunt, & propter humiditatem status.

Morus, Mora, Sycamina, Sycomoræ.

Mori arboris fructus, Sycamina & Sycomoræ frequenter à plerisque grecis uocantur: si quidem igitur matura & ante reliquum cibum in uentriculum purum ingerantur, celerrime per intestina secedunt: & aliis cibis uiam præstruunt. Verum post cibum acceptæ, aut uitiatum humorem in uentre reperientia celerrime corrumpuntur, & peregrinam quandam, quæ dici commode non possit corruptionem inducunt, si militer ut cucurbitæ & pepones, ubi non fuerint concocti. Tempus usus moris est itidem ut peponibus & cucumeribus, ubi siccum & calidum fuerit uentriculi corpus, & ex necessitate etiam hepatis. Tunc enim solummodo omnibus huiusmodi utiliter quis utetur, & ubi

& ubi quis longo itinere aut multo ardore fuerit defatigatus. Tunc enim profunt squallorem corporis rigantia, & moderate perfrigerantia. Mora immatura sole siccata diligenter ac reposita, commodum adstrictorium medicamentum exhibent, ut etiam dysenterias sanent, & affectiones coeliacas, & alias fluidas. Tunduntur autem & obsoniis miscentur, quemadmodum Rhois fructus. Bibuntur etiam cum aqua & uino. Cæterum cortex radice arboris purgatoriam uim habet cum quadam amaritudine. Quare & latum lumbricum occidi seruefactus cum uino, eoque calido meraco potocyathi mensura, & diu suppressos menses prouocat.

Mycetes, fungi.

Fungi frigidum ac humidum abunde edulium sunt unde & prope ad uenenatricem uim accedunt, & sanè quidam ex ipsis occidunt.

Myosotis, Auricula muris.

Muris auricula siccatur ordine secundo, nullam manifestam qualitatem habens. Succus eius cyathi mensura cum zytho potus, lumbricum latum efficaciter expellit.

Myrica, Tamarix.

Myrica incisoriæ & extensoriæ uim abunde possidet, citra manifestam siccationem habet, & quid adstrictorium, & ob has facultates lienibus induratis conducit, radicibus aut ramulis aut foliis cum aceto aut uino coctis. fructus & cortex non modicæ adstrictionis particeps sunt, simulque extergent, & tenuium partium existunt. Vt itaque myricæ cinis siccandi uim acquirat.

Myrsine, Myrtus.

Ex contrariis hæc planta composita est substantiis prædominatur tamen in ipsa terreum frigidum. Habet & quid tenuium partium calidum, unde fortiter siccatur, & omnes partes ipsius restringendi uim habent, tum

forinfecus corpori impostæ, tum intra assumptæ.

Moly, Ruta syluestris, Harmala, Belsa.

Moly aliqui rutam syluestrem uocant, aliqui harmala. Syri Belsa. Vis eius tenuium partium & calida est tertio ordine. Vnde & secat & discutit crassos & uiscosos humores & urinam promouet. Qui ruri habitant utuntur eo in diuturno capitis dolore, aqua coquentes, & caput inde rigantes. Similiter & ad reliquas corporis partes perfrigeratas.

Nardostachy, Nardi spica.

Nardi spica primo ordine calfacit, siccatur secundo completo. Composita est ex substantia multum adstringente, & acri calida non multa, & quadam modica subamara. Quare & ad securum & ad stomachum merito conducit, pota & forinfecus imposta. Urinas ciet quoque, & stomachi morsus sanat, & fluxiones uentris ac intestinorum resiccatur, item capitis & pectoris. Fortior est indica, nigrior quam Syriaca existens.

Nardus Celtica.

Celtica nardus consimilem in genere uim cum prædictis habet, sed ad omnia debilior est, præterquam ad urinas ciendas. Est enim calidior illis, sed minus adstringit.

Narthez, Ferula.

Ferulæ semine attenuat & calfacit. Interna eius pars, medulla appellata, adstringentis cuiusdam qualitatis participes est, ob quam hæmoptoicis & cœliacis prodest.

Napy, Sinapi.

Sinapi calfacit ac siccatur quarto ordine. Optimum est Ægyptium aut Syriacum, & quod mole minus est, & minus cruento coloratum.

Narcissus.

Narcissi radix siccatoriam in tantum uim habet, ut uulnera magna glutinet, etiam si tendines sint concisi. Habet & quid exterforium ac attractorium.

Nerium,

Nerium, Rododaphne.

Nerium aut Rhododaphne frutex ex omnibus notus, qui si forinfecus corpori in cataplasmate imponatur, discussoriam uim habet: Si uero intra corpus sumatur, perniciosus & uenenatus non solum hominibus, sed & plurimis pecoribus existit.

Nymphæa.

Nymphææ radix & semen uim habent siccatoriam leuem: Itaque & uentis fluxiones, & seminis per somnum effluxum, aut si etiam aliàs immodice feratur, sistunt. Profunt & dysentericis. Cæterum Nymphæa quæ albâ radicem habet, uehementioris facultatis est, ut & multum fluxum fanet. Bibitur & ipsa & quæ nigram radicem habet, in uino nigro austero. Possident & quæ exterforiæ facultatis, unde & uirilgines sanant aqua rigata, & alopecias cum liquida pice, præstat ad hæc quæ nigram radicem habet, ad reliqua quæ albam.

Xanthium, Lappa, Phasganion, Phi-

lanthropos, Choëradolethron.

Xanthium, quidem phasganium, quidam philanthropos, alii choëradolethron appellant. Semen eius discussoriam uim habet. Decoctum corticis radicis potum lienes consumit, & dentes motos firmat eiusdem decoctum ex uino collutum.

Xiphion, Gladiolus.

Gladioli radix præsertim superior, uim attractoriæ, discussoriam, atque adeo siccatoriam habet.

Oenos, Vinum.

Vinum ex secundo ordine est calfacientium. Antiquum ualde, ex tertio, quemadmodum nouum mustum, ex primo. Eadem proportio est siccitatis ad caliditatem. Quandoquidem uero plurimas in uino differentias reperimus, distinguendum est de ipsis quam breuissimis id fieri potest. Rusa itaque & crassa ex omnibus ad sanguinem generandum commodissima

sunt, ut quæ parua egeant in sanguinem transmutatio-
ne. Deinceps nigra simulq; dulcia ac crassa. Deinde co-
lore quidem rufa aut nigra, compage uero crassa & ha-
bentia simul astringentem qualitatem. His minus ua-
lent albe, simulq; crassa, ac acerba, ad nutritionem: Mi-
nime uero omnium alunt colore alba, compage tenui-
a, & quodammodo aquæ similia. Concoquantur au-
tem in uentriculo & magis distribuuntur dulcia quàm
austera, utpote calidiore ui prædita, sed & uentrem ma-
gis subducunt. Cæterum ualde crassa, & tardius conco-
quantur, & tardius in corpus distribuuntur, ubi autem
uentriculum robustum nata fuerint, ut probe conco-
quantur, amplius nutrimentum corpori præbent. Ma-
nifestum est autem quod & aluum sistunt, & urinæ cien-
tæ incommoda existunt, in quibusdam crassum suc-
cum generantia. Quædam ex ipsis etiam iecur & lienē
ac renes obturant, atque inde aliqui in aquam inter-
cutem incidunt, aliqui è calculo laborant ex nimio ip-
sorum usu, & præsertim senes. Optimum uinum est, &
sanis, & ex morbo se recolligentibus commodissimū,
quod colore rufum, compage tenue, & leniter subad-
stringens existit.

Oxos, Acetum,

Acetum mixtas substantias frigidam & calidam, ut
tranq; tenuium partium habet, prædominatur tamen
in ipso frigida substantia, quemadmodum in princi-
pio huius libri prædiximus. Est autem medicamentū
abunde siccatorium, ut tertii ordinis sit completi, ubi
sanè forte extiterit.

Opos, Laser, Succus Cyrenaicus.

Laser siue succus Cyrenaicus, omnibus aliis cali-
dior & magis tenuium partium existit, & ob id etiam
magis discussorius. Verum tamen & alii calidi sunt ac
flatuosi, hoc est Medicus & Syriacus; quem Laser ap-
pellant.

Origanum.

Origanum.

Origani herbæ tres sunt species, omnes incisoriæ &
attenuatoriæ, siccantisq; ac calfacientis facultatis in ter-
tio ordine. Tragoriganus autem aliquid adstrictorium
assumpfit.

Oxyshœnos, Iuncus acutus.

De iunco acuto dicitur in scheni, hoc est, iunci men-
tione.

Orobus, Eruum.

Eruum siccatur secundo ordine intenso, calfacit primo.
Quantum aut amaritudinis particeps est, tantum sic-
cat, & extergit, & obstructione liberat. Amplius sum-
ptum sanguinem per urinam expellit.

Orobanche.

Orobanche frigidi ac siccī temperamentī in primo
ordine est.

Oryza.

Oryza habet quid adstrictorium, quapropter uen-
trem supprimit. Et est edulium ægre concoctile.

Orchis cynos, Testiculus canis.

Orchis herba, quæ cynos orchis, hoc est canis testi-
culus dicitur, duplicem radicem bulbosam habet; hu-
midam & calidam, quapropter etiā sapore dulcis est,
& maior quidem radix ob multam humiditatem, ad
uenerem stimulat pota. Minor uero ad siccitatem res-
pens impetus ueneres compescit.

Orchis altera.

Orchis altera, quam serapiada uocant, sicciorē prio-
re uim habet: quare ad uenerem non similiter commo-
da est. Laxos autem tumores in cataplasmate discutit,
& ulcera sordida purgat, & herpes sanat. sicca uero
putrefactis & malignis ulceribus medetur. Nam & sub-
adstringens quid habet, per quod aluum supprimit
cum uino pota.

Osyris.

Osyridis herbæ ex qua scopæ sūt, amara ē qualitas.

Verum uis obturatione liberans. unde & malignas circa iecur obstructions resoluit.

Pancration.

Pancratii radix & sapore & uiribus Scillae similis est: Quare aliqui etiam utuntur ipsa, scilla non praesente. uerum multo debilius existit.

Paliurus.

Paliuri folia & radix adstringentem non obscure uim possident, quapropter & fluidum uentrem sistunt. Diu scissuram autem in tantum habent, ut & tubercula curent, quae sane non ualde inflammata ac calida existunt. fructus incisoriae facultatis eiusque est particeps, ut uesicae calculos & costringat, & expurget, & reiectionibus ex pectore ac pulmone auxilietur.

Panax Herculeus, Opopanax.

Panaces Herculeus est, ex quo Opopanax appellatus sit. qui succus calidus est & discoloris in tertio ordine, siccus in secundo. Cortex radice siccatur & calcatur, sed minus quam succus, extergit tamen, & propterea ad ossa denudata, & ulcera maligna conducit. Exterget. nam & siccatur, & carne replet citra mordacitatem. Semen calidum existens menses ducit.

Pentaphyllon, Quinquifolium, Mercurii herba.

Quinquifolium, quae mercurii herba dicitur, radicem habet siccantem in tertio ordine, minime uero acrem. quapropter multi usus est & tenuibus partibus praeditum.

Peplion.

Peplii semen in usu est: Ducit bilem unam cum pituita. status quoque discutit uelut Hippocrates scribit.

Pepon.

Pepon maturus substantiae tenuioris est: Immaturus crassioris, absterfiora autem & incisoria facultate participat. Unde & urinam cient, & corpus illustrius reddunt, praesertim si quis semen siccet, deinde tuso & cribrato per sinigmatem utatur, ad maculas solares, & faciei lentiae

lentiginis, ac uiriliginis in superficie haerentes. Domitius natur in ipsis humida & frigida temperatura, suntque secundum ordinem in utraque semen & radix sicca secundum ordinem initio consistunt. Vis exteriora amplior est in radice quam carne. Caro comesta una cum extersione & urinas cient, & inferne secedit magis quam cucurbitae: at uero semen magis extergit, ut etiam calculosis rhenibus conducatur. Caterum uitiosum succum in corpore gignit pepo, magisque si non probe concoquatur. Tunc enim colericos quibus & superne & inferne bilis prorumpit, efficere solet. Nam & prius quam corrumpatur ad uomitum aptus est, si amplius edatur, & si quis non ab eius esu boni fucci edulium ingerat, omnino uomet.

Piper.

Piper recens pullulant, longum est. quapropter humidius existit. Quod uero uelut fructus immaturus est, album piper est, acrius nigro existens. Nigrum enim uelut superaffatum iam & superreficcatum est. Vtrumque autem fortiter calcatur ac siccatur.

Peristereon, Verbenaca, Venetris herba, Sacra herba.

Verbenaca, quam peristereona, & ueneris herbam, ac sacram herbam appellant, capitis dolorem egregie tollit, inquit Archigenes. coronae modo imposita trita quoque cum asero & rosaceo illita, & cocta cum oleo, indeque rigato capite, omnem ueterem capitis dolorem sanat, & defluos capillos cohibet. Decoctum radice calidum ore retentum, dentium dolorem sedat, & motos dentes firmat, & ori ulcera sanat. Caeterum ad colicos radicem crassius tusam ex aqua ad dimidias coquito, & ad dies quinque potui dato. Constat hoc experimento. At uero calculosis & incipienti Elephantiasi, decoctum similiter dato ex aqua mulsae. Vtere similiter & ad comitalem morbum, & ad febres

quotidianas ac quartanas . Verum ad podagricos & Ichthiadicos in uino decoctam exhibebis . Radice ex succata fistulæ optime colluantur, maxime mori succo & melle ammixto . Eadem radix usta itemq; sicca inspersa, fistulas sanat. Quin & melle cocto excepta, fistulæ collyrii modo inditur, & præter opinionem opitulatur.

Persea.

Perseæ folia adstringentis facultatis moderate participia sunt, ut & partibus è quibus sanguis erumpit, commode imponi possint . Eadem arida trita pruritus sedant affricta.

Perdicias.

Perdicias relata est in quinto elemento, ubi Elxinè ipsam appellauimus.

Pæonia.

Pæonia relata est in tertio elemento, ubi glycyfidè ipsam appellauimus.

Petroselinum.

Petroselini semen maxime in usu est. Herba ipsa imbecillior existit. Semen calidum est & siccum tertio ordine, & incidendi ut præditum. Itaq; menses ciet & urinas ubertim, insuperq; status discutit.

Peucedanum.

Peucedani radice maxime utuntur, liquoreq; ac succo eius. Omnia eandem uim habent, fortior est autem succus multum calfaciens ac discutiens. Unde & neruorum affectionibus conuenit, & morbis pulmonis ac pectoris, ex crassitudine aut uiscositate humorum obortis, tum intra corpus sumptus, tum odoratu. Quomodo & lienes induratos sanat. Radicis usus ad eadem competit, sed & ossium squamas celerrime disparat, & sicca malignis ulceribus inspersa optime medetur, purgat. n. & incarnat, & usq; ad cicatricem perducit, calefaciens: quidem ordine secundo, siccans autem tertii initio.

Pe

Peganum Ruta.

Ruta syluestris quarti ordinis est calfacientium ac siccantium, satiuæ tertii. Estq; non solum acris, sed & amarara, unde & uim secandi ac discutendi crassos & uiscosos humores habet, & per urinas euacuat. Et sanè tenuium quoq; partium est, & status discutit, & ob id inflammationibus conducit, & uenereos impetus supprimit, ac præclare siccatur. Nam inter medicamenta fortiter siccantia censetur. Rufus hæc uerba prodit: Syluestris rutæ uis ignea est, & ulceratoria, maxime uesticæ. Quæ propter etiam qui podagricum pharmacum bibunt, ex ruta syluestri constans male affectam uesticam acquirunt, quicumq; tamen hoc medicamentum sustinerint, manifestam opem ferunt. Nam ad arthriticos præcipue commodum est. Quod si de satiuæ ruta quid ammisseris, securius erit, quanquam & ipsa satiuæ uesticæ incommodet, sed minus q̄ syluestris. Vtimur syluestri in quibus perfrigeratum quid resouere uoluimus. prodest & hydropi flatuoso, & ei qui subtercus appellatur. prodest & morsis à uisera aut mure araneo, & magis si prægnans unus araneus momorderit, & præsertim animalia subiugalia. Est & forte medicamentum ad papaueris succum potum, & ad aconitum cum uino. Satiua ruta rigores per circuitum repetentes mitigat pota ante accessiones mitigat & colicos dolores potum & infusum, itemq; uteri strangulatus. Visum acuit in cibo sumpta, & propterea pictores assidue eam degustantes, acutius cernunt. Quin & melle mixtus succus ipsius, medicamentum tu euadit uisum exacuens. Auxiliatur & urinæ difficultati cocta ex oleo, indeq; uesticæ fota, neq; est aliud medicamentum quod huic hac parte prætulertis. Cæterum in lumborum dolore & spirandi difficultate, data ex aqua mulla coestim opitulatur. In lethargicis pota & infusa per clysterem, ualde commodat. Sed & tritam est rostro faceo & æteto capiti ipsorum illinere oportet. Solut

g s & co

& coxendicum dolores. pota, & in cataplasmate imposita, & infusa per sedem. In cataplasmate imposita podagricis genua inflata habentibus, cito auxiliatur, & dolores mox lenit. Crustas etiam carbuncolorum cito disparat, in cataplasmate imposita cum melle aut uuis passis.

Pix.

Pix arida siccatur & calfacit secundo ordine, plus autem siccatur quam calfacit. Liquida contra plus calfacit quam siccatur. Habet & quid tenuium partium, quo & anhelosis, & suppuratis pectore opitulatur: Satis est delinxisse cyathi unius mensuram melle ammixto. Habet utraq; & extersorium quiddam, & concoctorium, ac discussorium. Quare & scabros unguis extrahunt addita cera, & impetigines exterunt, Concoquunt & duros ac crudos tumores omnes cataplasmatibus ammixtae. Ad omnia haec praestat liquida. Sicca ad haec deterior est, sed ad uulnera glutinanda accommodatur. Fuligo ex liquida pice sic paratur. In lucernam nouam funiculo instructam ellychnio, liquidam picem mittes, incensamque ac fictili uase opertam, uelut in thure dictum est, fines. & priore consumpto liquore, alium infundes, donec fuliginem sufficientem collegeris. Vtusus est ad palpebras ornandas, & ubi pilos producere oportet, & ad oculos imbecillos ac lachrymosos & ulcerosos.

Pistacia.

Pistacii fructus substantiam tenuium partium habet, quae & subamarum quiddam & aromaticum in se complectitur. Quapropter obturata expedit & expurgat, praesertim circa iecur, imò & pectus & pulmonem.

Pityides, Nux pinea, Nux picea.

Pityides appellantur fructus pinorum, quidam etiam picearum sic appellant. Sunt autem mixtae facultatis, nimium & adstringentis, & acrimoniam quandam cum amaritudine possidentes. Vnde & reiectionibus ex pectore

lore

lore ac pulmone conferunt.

Pini cortex.

Pini cortex praedominantem uim adstrictoriam habet, in tantum ut intertrigines inspersus optime sanet, & ambusta ac cicatricem perducatur, & aluam fluidam supprimit si poterit. Sed & piceae cortex huic similis est, uerum uiribus debilior. Vtriusque arboris folia uim glutinandi uulnera habent. Fuligo porro ex his ad palpebrarum defluuia, & humectos ac erosos oculorum angulos, itemque lachrymosos utilis est.

Platanus.

Platanus humidior ac frigidior substantia non multum a moderatis abscedit. Vnde & folia uiridia trita in cataplasmate imposita, inflammationibus quae adhuc generantur non obscure opitulatur. Cortex eius & pilulae sicciorum uim habent. Quare cortex quidem aceto coctus, ad dentium dolores adhibetur. Pilulae uero cum adipe, ad ulcera ambustorum. Quidam corticem exurunt, & medicamentum extersorium efficiunt, quod cum aqua quidem sanat lepras. Ipso autem cinere per se insperso, ulcera uetera & ob nimiam humiditatem sordida curantur.

Polygonum.

Polygonum habet quidem & adstrictorium quiddam. Dominatur autem in ipso aquosa frigiditas, ut secundi ordinis sit completi, aut tertii incipientis inter frigefacientia. Vnde & stomacho exusto prodest, foris in cataplasmate imposito, quemadmodum & calidis inflammationibus. Fluxionis enim repellit. Quare & herpeti commodum pharmacum est, & ulcerum omnium, maxime inflammatorum & fluidorum, item quae in auribus sunt. nam pus resiccatur. Sistit & fluxum muliebrem, & dysenterias, ac sanguinis reiectionem. Ad omnia uero masculinum ualidius est & praesantius.

Poleo

Polemonium, Philetæron, Chilodynamon.

Polemonium alii philetæron, alii chilodynamon
focant, tenuium partium & siccatoriam uim habet.

Quare quidam radicem ipsius cum uino ischiadicis,
& dysentericis, & ad induratâ lienē bibendam præbêt.

Polium.

Polium amarum est & mediocriter acre, itaq; omnia
uiscera obturatione liberat, & menses ac urinas ciet,
& uiride quidem glutinat uulnera, siccum autem maligna
ulcera sanat. Præsertim minus polium, quo & ad
antidotos utimur. Nam & amarius est, & acrius quàm
maius, ut tertiū ordinis sit siccantium, secundi completi
calfaciendum.

Potamogeton.

Potamogeton adstringit & frigefacit, similiter ut poly-
podium. Verum crassarum partium substantiâ quàm
polygonum habet.

Polypodion.

Polypodium dulcem simulq; austeram qualitatem
prædominantem habet, ut uim habeat multum siccanti-
tē citra mordacitatem.

Praſion, Marrubium.

Marrubium calfacit secundo ordine completo, sic-
cat tertio completo. Iecur & lienem obturatione libe-
rat, peſtusq; ac pulmonem expurgat & menses prouo-
cat, & istericos per nares purgat. Facit & ad aurium do-
lores iam inueteratos. In cataplasmate impositum ex-
terget & discutit.

Praſum, Porrum.

Porri acrem uim possident uelut cepæ, & iuxta pro-
portionem calfaciunt corpus, & crassos in ipso humo-
res attenuant, & uiscosos ferant. Ciet & urinam, &
sanguinem expurgant. Optimus usus est ipsorum
bis coctorum. Nam sic comesta acrimoniam exiunt.
& succi uitium non amplius habent. Abstinentium est

est autem a frequenti usu omnium acrium, & præsertim
si is qui accipiat natura biliosior existet. Solis. n. his
q; pituitosum humore, aut crudum, aut crassum aut ut
scosum coaceruarunt, hæc edulia commodo existunt.

Propolis.

Propolis exterioriam uim non ualidam habet, at
tractoriā autem satis ualentem. Est enim substantiā
tenuium partium, & calfacit secundo ordine comple-
to, aut tertiū initio.

Ptelea, Vlmuſ.

Vlmi foliis aliquando uulnus recens glutinauimus.
adstringit enim & extergent. Cortex eius amarior est,
& magis adstringit, quare & lepram sanat cū aceto. Ra-
dices eandem uim habent. unde quidam decoctio earum
fracturas fouent ad callum recipiendum.

Pleris, Filix.

Filicis radix in usum uenit: occidit enim lumbricos
latos quatuor drachmarum pondere in aqua mulsa
pota. Fœtus quoque uiuos quidem enecat, mortuos
uero expellit, sed & ulceribus inspersa, ea citra morda-
citatē siccata.

Pyrethrum.

Pyrethri radix maxime in usu est, uistoriam uim ha-
bens, per quam dentium perfrigatorum dolores le-
nit, affricatur, & cum oleo in rigoribus per circuitum
repetentibus, ante accessionem. Stupefactis etiam ac
resolutis conducit.

Pyri, Triticum, Amylum.

Triticum extra impositum primi ordinis est calfa-
cientium, & tamen neque siccare manifeste neque hu-
mectare potest. Quod ex ipso fit amyllum, frigidius
& siccius ipso euadit. Amyllum ideo dictum quod sine
mola fiat. Panis triticeus cataplasma discussoriā uim
habet. nimirum quum sal & fermentum panis assum-
pserit. Habet enim fermentum uim attractoriā

Ex alto, simulq; discussoriam.

Rhamnus.

Rhamnus secundo ordine siccatur, frige facit primo copulato, aut secundi initio. unde & herpetas sanat, & erysipelata non ualde calida.

Rhaphanus.

Rhaphanus calcit tertio ordine, siccatur secundo. Discussoriam uim hêt adeo ut sugillata diuturna, aliq; liuefacta sanet cataplasmatibus modo impositus. uerum ut obsonium magis quam alimentum, attenuantis facultatis est simulq; calcit. Quare merito mirari sùbit illos qui à cœna ipsos crudos edunt bonæ confectionis ergo. Etenim ipsi magnum eius rei experimentum fe fecisse iactant, uerum nemo citra læsionem ipsos imitatus est.

Rheon Ponticum, Rha.

Rheon ponticum aliqui rha appellant, mixtam autem facultatem habet, adstringentem & calcit, & tenuium partium. Unde & rupta, & couulsa, & erecta ceruicis spirationem emendat potum. Hæmoptoicis item ac cœliacis & dysentericis prodest. Impetigines quoq; & liuefacta perlanat, cum aceto illitum.

Resinæ omnes.

Omnes resinæ siccant & calcit. Differunt inter se secundum quod magis aut minus habent acrimonie in sapore, & calidæ facultatis, & simili modo iuxta alias qualitates, quod aliarum magis, aliarum minus participes existunt. Omnibus autem præfertur lentiscina, mastice appellata, propterea quod parum adstrictionis possidet, ut & stomachi uentris ac hepatis debilitati conducatur. insuperq; & citra molestia siccet. Est autem maxime tenuium partium, minimeq; acris. Inter reliquas terebinthina principatum obtinet, non similiter ut mastice adstringens, sed discutit magis quam mastice & extergit in tantum, ut & scabiem deterat,

&

Ex alto attrahat, magis quam cæteræ resinæ, quod etiam magis tenuium partium existat. Habet & quid mollioriam amplius quam mastice. Aliæ porro omnes resinæ acriores hæc sunt, pro maioris ac minoris acrimonie ratione. Siccissima omnium resinarum est sicca pinus resina, quam priuatim pinus phlyema appellant.

Resinæ quomodo urantur.

Uritur omnis resina liquida in quadruplici uase, liquoris infundendi respectu. Oportet enim resinæ quidem congium unum, duos uero pluuiæ aquæ in cubicum diffundere, & ad prunas leniter coquere, assidue agitando, donec resina odorem perdat, friabilisq; fiat, & penitus exarefcatur, ut etiam digitis confringi possit, quod ubi contigit, refrigeratam in fictili uase repones. Fit autem hoc modo excellenter alba. Oportet tamen urendam resinam prius excolare, & sordes ab ipsa separare. Uritur & citra aquam, primum quidem eliquatæ ac colatæ, deinde costæ ad prunas per totum diem, assidue agitando, & ubi penitus exspirant, tolluntur, ac reponuntur uelut dictum est. Excipitur ex resina etiam fuligo, ueluti in thure prædictum est, & confert ad calliblephara, quæ ornandis palpebris deseruiunt, & ad lachrymosos oculos, & corrosos ipsorum angulos, & glabras oculorum genas. Torrefacta uero resina utilis est ad odorata malagmata itemq; atropa appellata.

Rosæ.

Rosarum facultas ex aquosa calida, duabus aliis qualitatibus ammixta, adstringenti uidelicet & amaræ composita est. Flos ipsarum adhuc magis quam rosæ adstrictorius est, & propterea etiam siccandi uis præditus.

Rhododaphne.

De rhododaphne diximus, ubi nerion ipsam appellauimus.

Rhoa,

Rhoa, malum punicum.

Omne malum punicum adstringentis facultatis princeps est, non tamen ut ea omnino prædominetur: sunt enim aliqua ex ipsis acida, quædam dulcia, quædam austera. Quare ex his quæ in maiorum tractatu diximus, etiam de his coniectare licet. Succum autem uberiorem habent quam mala, aut pira, et saporemque in super iucundiores quam illa habent, & aliquando ad plures affectiones quam illa commodant, cum alias, tum si quando stomachus ob uitiorum humorum redundantiâ morsum percipit. quo sanè tempore succus ipsorum cum polenta exhiberi debet, uelut Hippocrates in foemina cardiagulla faciendum præcepit, quæ uidelicet oris uentris morsum & dolorem percipiebat. A cini punicorum magis adstringunt quam succus magis quoque siccant. his uero amplius adhuc cortices. Quibus consimilem uim etiam cytini possident.

Rhus.

Rhois folium adstringit & siccatur, hoc coriarii tinctores utuntur. Medicis fructus & succus magis in usum ueniunt, multum austera qualitate habentes. Siccant enim ordine tertio, perfrigerant secundo.

Rhypos, Sordes, Patos.

Sordes à stauis gymnastice discussoria est & molliora crudorum tuberculo. Quæ uero in palæstris colligitur, patosque Græcis appellatur, optimum medicamentum est inflammatarum mammarum. Nam & feruorem extinguit, & influenza reprimat, & contentum discutit.

Sagapenum.

Sagapenum succus est calidus & tenuium partium, uelut reliqui succi. Habet & quid extensorium, per quod cicatrices in oculis depurgat & attenuat. Quin & suffusionibus & hebetudini uisus, ex humorum crassitudinem obortis commodum pharmacum existit.

Sampfuchum.

Sampfucum

Sampfuchum tenuium partium ac discussoria uim habet: siccatur enim & calcatur tertio ordine.

Saprotres xylon, Caries lignorum.

Caries ac putredo lignorum, maxime eorum quæ adstrictionis simul extersionis participia sunt, uelut est ulmus, humida ulcera optime purgat ac replet.

Sarcocolla.

Sarcocolla lachryma est arboris persicæ, mixtura uiribus prædita, ex substantia quadam meatus obducente, & modica quadam amara. Unde leuiter siccatur, & sic uulnera glutinat.

Satyrium.

Satyrium quidam etiam trifolium uocant, humidum est & calidi temperamenti, quapropter & gustatibus dulce apparet. Superfluum tamè & flatuosum humiditatem possidet, & propterea ad uenerem stimulat. Quod etiam radix herbe facere solet. Quodam tradunt etiam opisthotonum, hoc est, neruorum retrorsum distentionem per ipsam sanare è uino austero potam.

Selinum, Apium.

Apium in tantum calidum est, ut & urinas & menses cieat: Flatus quoque discutit, & magis ipso semine.

Seris, Cichorium, Picris.

Seris siue cichorium subamarum olus est, & magis utique syluestre, quod propterea picris Græcis appellatur. Est autem syluestris, frigida ac sicca temperatura primo ordine. Satiua magis frigefacit quam syluestris, uerum ob multam humiditatis mixturam, siccandi uim perdit. Vtraque autem adstringentis qualitatis princeps est, quemadmodum & chondrylla. Nam hæc seridis species existit.

Seseli.

Seselis & radix & semen in tantum calcificant, ut urinae ciendæ sufficiant. Est autem tenuium partium, ut & morbo comitiali, & spirationi quæ recta ceruice

A E T.

h fit, com

fit; conducatur.

Sesamum.

Sesamum nō modicam uiscositatem & pinguetudinem in se habet, unde & meatus obducit & mollit & moderate calidum est. Eandem uim habet & oleum ex ipso.

Sideritis.

Sideritis habet quidem quid exterforium, sed maior pars ipsius humida est, & moderate frigida, estq; modicæ cuiusdam adstrictionis particeps. unde & inflammationes arcet, & glutinandi uim habet.

Sycia, Cucumeres.

Cucumeres satiuū urinam cient, uelut etiam pepoſes, sed minus quā illi, propterea quod & substantia ipsorum minus humida quā illorum existat, & ob id neq; ita facile corrumpuntur in uentre uelut pepoſes. Quidam ipsos concoquunt familiaritate quādam naturæ ad ipsos, & ubi in hoc confisi secure eos ingerunt, ignorant quod temporis progressu uitiosum & moderate crassum succū, ex ipsorum esu in uenis coaruerunt, qui sanè succus ubi putrescere inceperit, febres malignas inducit. Quapropter ab omnibus mali succi edulsi abstinere consultum esset, etiam si aliqui facile ipsa concoquant.

Sicyos agrios, Cucumeris syluestris, Elaterium.

Cucumeris syluestris feminis succus siue liquor, qui elaterium appellatur: imo etiam radicis & foliorum succus utiles sunt ad medendum. Elaterium itaq; que menses ciet, & foetus appositum perdit. Summe enim amarum est. & modice calidum, ut secundi ordinis sit calfacientium. & ob id etiam discussoriam uim habet. Itaq; & angina laborantes quidam ex ipso illius nunt. Infunditur & inseritur in nares cum lacte muliebri, atque hoc modo etiam capitis dolores sanat. Cæterū succus radicis & foliorum imbecillior est quā feminis.

nis. Sed & ipsa radix consimilem uim habet. Nam & extergit, & discutit, & mollit. Verum cortex ipsius maiori siccatoria uel præditus est.

Silphium.

Silphi calidissimus quidem succus est, sed & folia, & caulis, & radix generose calfaciunt. Suntq; omnia flatusosioris & aeræ substantiæ, & propterea etiam ægre concoquantur. Forinsecus tamen imposita efficaciora sunt, & maxime omnium succus; adrafactoriā uim habens, corporis item molem consumens ac colliquans.

Sinon.

Sinon calidi & subamari saporis est, unde & urinam ciet, & concoctorius existit, & menses prolicit, & obturationes uiscerum expedit.

Sion.

Sion in quantum aromaticum saporem habet, intantum calfacientis & siccantis facultatis particeps est. Discutit autem, & urinam ciet, & calculos renum atterit, & menses ducit.

Sisymbrium.

Sisymbrium tenuium partium & discussoriam, calfacitoriamq; ac siccatoriam uim tertio ordine habet. Semen quoq; ipsius tenuium partium & calidū est. Quare quidam id cum uino singultientibus & torminosibus bibendum præbent.

Scandix.

Scandix syluestre olus est consimile gingidio, subacre, & subamarum, ut in siccando ac calfaciendo tertii ordinis sit exsoluti. Urinam etiam ciet, & uiscera obturatione liberat.

Scilla.

Scilla incisoriā uim abunde possidet, nō tamē fortiter calidam, sed in secundo ordine calfacientium.

Scolymus, Carduus.

Cardui radix multam urinam foetidam ducit, si uis
no decoctam quis bibat, & propterea alarum & totius
corporis foetores sanat, Calida est tertii ordinis
initio, sicca secundo.

Scordion.

Scordium ex multiformi facultate constat. Nam &
amarum quid & acerbum & acre habet. Expurgat itaque
quae simulque; calcificat uiscera, & menses & urinas mouet
& uulsa & rupta ac laterum dolores ex obturatione
factos sanat potum. Viride cataplasmatibus modo im-
positum, uulnera magna glutinat. Aridum inspersum,
sordida repurgat, & maligna ad cicatricem perducit.

Scorodon, Allium.

Allium calcificat ac siccatur quarto ordine. In cibo sum-
ptu status dissipatur, & sitim extinguit, & crassos uiscososque
humores secundo obturatione liberat. Habet & quid
medicatum & mali succi, quod abiicit aqua co-
ctum. Fugiendus est eius assiduus usus, praesertim in ca-
lidioribus habitudinibus.

Smyrna, Myrrha.

Myrrha secundi ordinis est, calcificanti ac siccanti
tium. Insuper capitis uulneribus, ea glutinare potest.
Amaritudinis autem non modicam particeps est, per
quam & lumbricos, & foetus occidit ac eiicit. Habet &
quid exterforium, unde & ocularibus compositionibus
additur, quae ad ulcera & cicatrices crassas compo-
sita sunt. Miscetur & in anhelosorum ac tusientium
auxilia, item in arteriacas compositiones: non enim
exasperat arteriam.

Smyrnum, Hippofelinon.

Smyrnum, alii hippofelinon uocant, ex eodem ge-
nere est cum apio & petroselinon, uerum semen nigrum
& multo maius habet, & est apio ualentius, petroseli-
non imbecillius, calcificat ac siccatur ordine tertio, menses
ducit, & urinas ciet.

Sonchus,

Sonchus, Cicerbita.

Sonchus uiridis adhuc & tener, uelut alia syluestria
olera, comeditur. Coponitur ex aquosa & terrea sub-
stantia, utrisque frigidis, & adstrictionis quid habet. Ma-
nifeste itaque perfrigerat, tum stomacho cataplasmatibus
uice impositus, tum in cibo acceptus.

Spartum, Genista.

Sparti quo uites apud nos ligant, & fructus, & uirga-
rum succus adtractorium uim non infrenuam possidet.

Stacte.

Stacte appellatur recentis myrrhae pinguitudo, si cum
aqua modica tundatur, & per organum exprimatur.
Est autem ualde odorata & preciosa, & per se unguen-
tum, quod stacte appellatur. Probatum quae nihil olei
admixtum habet, & modica sui parte multam uim cal-
factoriam possidet, ad proportionem myrrhae & un-
guentorum calcificantium.

Staphylinus, Pastinaca, Daucus.

Pastinaca satiuua imbecillior est, syluestris quam &
daucum appellant, ad omnia fortior, urinas mouet,
& menses prouocat. Habet & quid exterforium in
se.

Stoechas.

Stoechas amara & adstringentis qualitatis parti-
iceps est. Est & tenuium partium ex odoris argumen-
to. Itaque & obturatione liberare, & attenuare, & ro-
borare, tum uiscera omnia, tum totum corporis habi-
tum potest.

Struthium, Herba lanaria.

Struthii radix in usu est, calida & sicca quarto ordi-
ne existens. Est autem exterforia & irritatoria, propter
reque; sternutamenta mouet.

Styrax.

Styrax mollit, calcificat, concoquit. Quapropter &
tusses, & destillationes, & grauedines ac rauedines

fanat, mensesq; promouet potus & appositus. Fuligo ex ipso fit uelut ex thure, quæ eandem quoque uim habet.

Staphyle, Uua.

Uua magis quam omnes temporarii & subcniculari fructus, horæ Græci appellati, nutrit, & maxime ubi probe fuerit concocta. Minus autem nutriunt uuæ quæ ficus, & quod in ipsis præcipuum est citò secedunt. Quare si quando retineantur, satis multum offendant. Neq; enim probe concoquuntur retentæ, sed & iuxta distributionem in hepar ac uenas, crudum succum generant, qui non facile in sanguinem transmutantur, tñ propter externam cuticulam, tñ propter uinacea, quorũ substantia sicca & adstrictoria existit. Quapropter recte faciunt qui hæc ipsa uelut inutilia expuunt, & omnem internam carnem unã cum succo exsugunt, & sanè uenter his magis subit. Reponuntur autem uuæ in hys mem uariis modis. Alii in olla componunt, olla uide licet diligenter operata, & operculo picæ oblito, ut nullatenus perspirent aut persentur. Atq; talis uua exsolutum uentrem firmat, & ciborũ appetentiam excitat, nõ tamen alio secedit, & uberius ingesta, caput têtat. Sed adhuc magis capitis dolorẽ inducit quæ in musto seruat. Pensilis autem caput nihil omnino lædit, uenter uero neq; sistit, neq; promouet. Similiter neq; infirmam appetentiam excitat, neq; firmam exsoluit. Uuæ quidẽ igitur dulces calidiorẽ succum habent. Quapropter sitim inducunt, & uentrem subducunt, præsertim ubi humectiores fuerint, nam inter calfacientia ac perfrigentia medio modo habent. At uero acidæ & austere, & quæ cuticulam crasfiorem habent, non solum prædicta uitia habent, sed & concoctionem in uentre & distributionem ac nutritionem impediunt. Cæterum in summa de escariis fructibus id nosse oportet. Humidos, humidum & tenue alimentum corpori præbere, & quod

& quod uniuersum corpus transæat ac cito penetret, facileq; & per urinam & per cutem euacuetur. Contra solidorum compage fructuum, alimentum quod corpori accedit crassum est, & transitus tardiores, præsertim ubi crassum aut uiscosum aut adstringentem succum in se habuerint.

Syca, Ficus.

Quod non solum autumnales, sed etiam temporarii ac æstiuæ & subcniculari fructus, horæ Græcis appellati, commune habent, id & ficus adest. nam neq; ipsæ succi malitiam effugere potuerunt. Verum hoc commodi ficus inest, quod facile per uentrem transeant, & totum corpus penetrent. Nam & uim exteriosam memorabilem habent, & nephritici ex ipsarũ est multa arenosa excernunt. Alimentum autem præbent corpori non solidum, sed laxum, & ipsum uentriculũ flatu implent. Verum ob transitus celeritatem, flatu illi non durant, & ea gratia minusq; reliquæ fructus nocent. Et sanè ficus exacte matura ferè nihil noxiũ habet. Ficus uero sicce calidiorẽ uim possident secundi ordinis initio. Habent & quid tenuium partium, quod a multata conducit. Illud tamen mali ex nimio ipsarum esu accedit, quod non ualdè bonum sanguinem caricæ gignant. Vnde & pediculorum copia ad earũ esum consequitur. Si uero uitiosus succus iam tum in uentre continetur, caricæ comestæ extreme lædunt, augent autem humorum malitiam in uentre corruptæ, & inferne non secedentes. Vim habent attenuantem & incisoriã, ob quam etiam uentrem ad excretionem incitant, & rhenes expurgant. Iecori & lieni inflammationis quidem noxiæ sunt, quemadmodum etiam uirides ficus, iuxta communem rationem omnium dulcium. Iisdem uero obturatis aut induratis, cum thymo aut pulegio, aut thymbra, aut calamintha, aut origano, aut pipere, aut zingibere, multo ante reliquum

cibum tempore intercedente medici præbent. Qui uero cum aliquo crassiore edulio ficus edunt, itemq; caricæ, non paruam læsionem incurrunt. Ficus siccæ duos tumores concoquunt ac discutunt, ob partium tenuitatem, si in cataplasmate imponantur. Decoctum quoque ipsarum consimilem uim habet. Cæterum ubi concoquere uelis, triticeam farinam ammiscebis, ubi discutere, ordeaceam. Et pinguiores quidem caricæ, tumores concoquunt, acriori uero sapore præditi extergent ac discutunt. At uero mellitum ex ipsarum in aqua coctura paratur, uim melli similem habet.

Symphytum petrarum.

Symphytum petrarum ex contrariis facultatibus constat: habet enim quid incisorium, quo pus in pedore ac pulmone contentum expurgat. Habet & quid adstrictorium, quod ad sanguinis reiectiones auxiliatur. Verum ob humiditatem, commanducatum sitim extinguit, & arteriarum asperitates lenit. At uero ob omnes prædictas facultates, etiam intestinorum herennis imponitur, & ad conuulsa, ac rupta cum aceto multo bibitur.

Sycomoræ.

Sycomoræ fructus forma ficubus similis est, sed acrimoniam nullam possidet, modicæ dulcedinis particeps, humectior & frigidior quodammodo uisus existens, uelut mora. Et sane in medio mororū ac ficuum merito locatur, unde etiam nomen habet.

Schinus, Lentiscus.

Lentiscus arbutum ex substantia aquea leniter calidum, & terrea frigida non multa compositum est, propterq; etiam moderate adstringit. Siccat igitur tertii ordinis initio, iuxta caliditatem uero & frigiditatem temperatum est. Similem uim in omnibus suis partibus possidet. Unde & per se, & cum aliis medicamentis bibitur, ad coeliacas affectiones, & dysenterias, & sanguinis

nis sputa, & sanguinis ex utero eruptiones, prolapsæ quoque sedi ac utero præcipitato commodat, prope modum uelut hypocythsis.

Schœni siue iunci rotundi odorati flos.

Iunci odorati flos calcifacit moderate, & adstringit moderatius, particeps est & tenuium partium facultatis, unde & menses ciet, & urinas ducit, in fomentis, & potu, & cataplasmatibus adhibitus: prodest & hepatis, & uentris ac stomachi inflammationibus.

Schœnos lea, Iuncus leuis, Oxylochœnus, Holo schœnus.

Iunci leuis altera species oxylochœnos, id est, acutus iuncus: altera holo schœnos, hoc est, tota iuncea appellatur. Gracilior quidem & durior est iuncus acutus, crassior autem holo schœnus, & laxior. Huius fructus somnū inducit. Iunci acuti species duæ sunt. Altera sterilis, & medicinæ inutilis, altera fructifera cuius item fructus somnū conciliat, sed minus superiore, hæc & capitis dolorem inducit. Vtraque species torrefacta ex uino pota, si uisiones uentris siccat, & fluxum muliebrem rufum sistit. Et propterea temperamentum ipsarum terrene leniter frigidū esse indicatur, & aqueum leniter calidum, quapropter inferna siccat, & leniter ad caput decurrēs perfrigerat, atq; sic somnolentos eos qui utuntur facit.

Terebinthus.

Terebinthi folia, cortex & fructus, habent quid adstrictorium, sed & calcifacit ordine secundo. Fructus est propinquus tertio ordine siccantium. Quapropter & urinam ciet, & leni prodest.

Teutlon, Beta.

Beta nitrosam quandam uim possidet, qua extergit & discutit, & per nares expurgat. Cocta nitrosam & acre deponit, & ad discussoriam leniter facultatem, uis arcendi inflammationes ipsi accedit. Alba exterrioni ac discussioni efficacior. Nam nigra adstrictionis

particeps est; & magis in radice. Quum autem exterforium succum habeat, etiam uentrem ad excretionem excitat, & stomachum quandoq; mordet, præsertim illis quibus subtiliore sensu præditus est, & propterea in commodum stomacho edulitum est, si uberius ingeratur. Præstantior autem est quam malua ad hepatis oburationes, atque id magis ubi cū sinapi, aut aceto edatur. quomodo comesta etiam splenis conducit.

Tephra, Cinis omnis.

Lignorum exustorum, aut allatarum materierum reliquæ, cinis appellantur. Constat ex contrariis substantiis & qualitatibus: Habet enim in se quiddam terreum, & quid fuliginosum. Fuliginosæ itaq; partes tenuium partium sunt; & ubi cinis aqua maceratur & excolatur, si mul decedunt. Quod autem relinquitur terreum, debile ac lenè euadit, ut quod calidam uim in aquam deposuit. Porro non omnis cinis eadem uim exacte habet, sed iuxta usæ materię differentiam uariant. Nam ex lignis acerbis, uelut quercinis & similibus, non parum adstrictionis habet in terrea sui parte, unde & sanguinis eruptiones cohibet. Cæterum ficulneus cinis multum acrimonie ac uisoria facultatis in fuliginosa sui parte possidet. In terrestri uero parte uim exterioriã. Cõsimilis huic est & cinis ex tithymallis. Est autem & titanus, hoc est, calx, cineris species, magis tenuium partium existens, quæ is qui ex lignis reliquus est. Calx itaq; aqua exacte ter aut quater lota, & aqua diffusã, medicamentum euadit siccatorem citra mordacitatem. Quod si eadẽ aqua marina lauetur, discussorium uim acquirit.

Telis, Fœnum græcum.

Fœnum græcum calidum est ex secundo ordine, sic cum ex primo, participat & exterforia facultate, & propterea feruentes inflammationes exacerbatur. minus calidas & induratas discutit. In cibi usum uariis modis uenit, sed caput tentat amplius sumptum, præsertim

tim absque pane ingestum. quibusdam etiam stomachum subuertit. Succus decocti scœnogræci, cum modico melle acceptus, omnes uitiosos humores intestinum commode subducit. Sed parum omnino mellis ammisceri debet, ne mordax existat. Cæterum in uetustis pectoris doloribus citra febrẽ, palmulas pingues simul cum scœno græco decoquere oportet, & expressum succum ammixto melle rursus decoquere ad prunas donec moderate crassecat, atque ita eo uti multo tempore ante reliquum cibum intercedente. Vitædus tamen eius usus est in his qui caput læssioni obnoxium habet. Nam & palmulæ ipsæ caput tentant.

Tithymalli, Galactides, Characias.

Tithymalli oēs, qui & galactides appellantur, acris & calidam uim habent prædominantem. Inest ipsis & amaritudo. Fortissimus igitur est succus deinceps fructus & folia, particeps est & radix prædictarum facultatis, sed non ex æquo. Ipsa quidem igitur cum aceto cocta, densissimi dolores & maxime erosorum sedat. succus quarti ordinis est calfacientium, qui in uisoris existit. Quapropter illi succi pilos denuant, sed uehemens ipsorum uis oleo ammixto mitigatur, & si frequenter id fiat, radices pilorum exustæ penitus extirpantur, & corpus glabri redditur. Eodem modo & uerrucas, ac thymos ex eadẽ uerrucarum gente appellatos tollunt. Impetiginem quoque ac scabiẽ exterunt. Cortex radice eius qui priuatim Characias appellatur, in umbra siccatus, tussis & cribratus, generose purgat potus. Oportet autem quatuor scrupulorum pondus a uespera in uino dulci macerare, & mane excolatũ uinum per panniculum tepefactum potandum exhibere.

Tragacanthus.

Tragacanthus succus est plantæ spinosæ, similem gummi uim habet, quæ, & meatus obducit, & acrimoniam obtundit, & sanè siccatur quoque similiter illi.

Tribulus.

Tribulus ex moderata humida, & frigida ac sicca substantia constat. Cæterum in terrestri terrea frigiditas prædominantur, ob quam & magis adstringit. In aquatili uero aquositas, & propterea feruentibus insiamationibus conueniunt. Terrestris fructus rhenum calculos atterit potus.

Triphyllon, Trifolium.

Trifolium Græci asphaltion è bituminis odore appellant, est q̄; calidæ ac siccæ facultatis in tertio ordine ueluti bitumen, & propterea potum laterum dolores ex obstruptione obortos sedat, & urinam ac menses ciet.

Trychnon, Solanum.

Thrychnon aliqui adiecto ad caput uocis litera & trychnon appellant, & hortense quidem adstringit & refrigerat ordine secundo. Quod uero halicacabon appellatur in foliorum facultate simile est hortensi. uerum fructus eius urinam ciet. At uero cortex somniferi appellati de radice detractas, refrigerat similiter ut papaueris succus, ut tertii sit ordinis perfrigerantium. Fructus etiam huius urinam ciet, sed si plures quam duodecim corymbi sumantur, furorem inducit.

Yacinthus, Hyacinthus.

Hyacinthi radix bulbiformis primi ordinis est siccantium, secundi perfrigerantium. Creditur pueros diu impuberes adseruare, si cum uino in cataplasmate imponatur. Semè moderate adstringit & exterget, unde iste ricis datur ex uino. Siccat ordine tertio, uerum caliditas & frigiditas in medio consistit.

Ydna, Tubera.

Tubera terream substantiam prædominantem possident modica tenuium partium ammixta.

Ydropiper, Hydropiper.

Hydropiper herbula est in aqua nascens, & foliis & ramulis mentæ similis, maior tamen, gustu acris uelut piper, semina fert parua iuxta singula folia, herba calidissima

calida quidem est, sed non quantum piper. Viridis imposita sugillata & duritias sanat. Utuntur quidam ipsa una cum semine pro condimento piperis loco.

Yosciamus, Hyosciamus.

Hyoscyamus commodissimus est ad medicinas, qui florem & semen album habet tertii ordinis perfrigerantium existens. Reliqui uenenati sunt.

Ypericon, Hypericum.

Hypericum calcificat ac siccatur, substantiam tenuium partium habens, ut & urinas, & menses prouocet. Ad hæc uero non modo semen, sed etiam folium conducit. Viride in cataplasmate impositum, ulcera ad cicatricem perducere potest, præsertim ambustorum. Sic cum tritum inspersum, humore flacida & putredinosa ulcera sanat. Quodam etiam ischiadicis ipsum bibendum præbent.

Yssopus, Hyssopus.

Hyssopus calcificat ac siccatur ordine tertio. Estq̄; tenuium partium substantiæ.

Phaci, Lentesc.

Lentes non ualide adstringunt, in caliditatis autem & frigiditatis medio consistunt. Siccant ordine secundo. Itaque corpus ipsarum siccatur ac sistit uentrem. Decoctum autem promouet. Quapropter ubi sistendi uentris gratia sumuntur, prima aqua diffunditur.

Phacos palustris, Lens stagnorum.

Palustris lens humidi & frigidi temperamentis est, ex secundo ordine.

Phaseli.

Phaseli iteq̄; ochri, media quodammodo edulia sunt, inter ea quæ boni sunt aut mali succi, facileq̄; concoquantur aut ægre, tardeq̄; committuntur, aut cito, status expertia aut infantia, parum nutrientia aut multum.

Phlomos, Verbascum.

Verbascum tres species habet, quarum radix acerba est,

ba est, unde & fluidis affectionibus auxiliatur. Quisdam decocto eius dentes in dolore colluunt. Folia omnium discussoria & extensoria uim habent. Tertiarum usus est ad lucernarum lumina, quarum proprie thyrallis appellatur.

Phoenix, Palma.

Palma arbor adstringentis qualitatibus particeps est in omnibus suis partibus, ramorum succus austerus est. si militer quod cerebrum uocatur, quod in cibi usum uenit, fructus ipsius maxime dulcis, non modica caliditate participat, escarius & multi usus, tum forinsecus adhibitus, tum intra corpus sumptus ubi roborare, & siccare, & constringere, ac densare, & obturare opus est. Omnes palmulae aegre concoquantur, & capitis dolorem inducunt amplius comestae. Quisdam ab earum esu morsum percipiunt in ore uentris, qui sane etiam magis capita dolent. Succus qui ex ipsis in corpus distribuitur crassius penitus est. Habet & uiscosum quiddam ubi pinguis palmula fuerit. Quando autem crasso & uiscoso succo dulcedo permixta fuerit iecur celerrime ab ipsis obturatur. Si uero aut inflammatum fuerit iecur, aut induratum, ab ipsarum esu extreme laeditur. Consequenter autem cum iecinore etiam lien obturatur, ac laeditur. Caeterum multo magis laedunt palmulae uirides etiam paulo uberius ingestae. nam & flatu uentrem implent, & crudis humoribus, & qui estantur rigoribus aegre calescentibus corripuntur. Porro germen tenerum quod Elaten, uocant, uim eandem cum cerebro habet. Quod uelut tegmen & uelamen ipsius est, adstrictorium quidem est, uerum magis praedictis siccatur. Est autem & radix arboris siccatorum citra mordacitatem facultatis, & modice adstrictoriae.

Phu, Nardum creticum.

Phu radix nardo similem uim habet, debiliorem tamen ad alia est, uerum urinam magis ciet.

Phycos,

Phycos, Alga Fucus.

Fucus siue alga, muscus est marinus, qui uiridis ex parte frigefacit & siccatur ordine secundo. habet & quid adstringens moderate.

Chalbana, Galbanum.

Galbanum succus est ferulaceae plantae, mollitoriae & discussoriae uim habes. Calcatur ordine tertio, siccatur secundo.

Chamaedrys, Trixago.

Chamaedris amarum qualitatem praedominantem habet, est & aliquo modo acris, unde & lienem colligit, & urinas & menses mouet, & crassos humores secatur, & uiscerum obturationes expurgat. Tertium ordinis est calcamentum ac siccantium. Decoctum ipsius diutius coctum, & assidue potum, febre quartana correptos liberat.

Chamelæa.

Chamelæa amarum qualitatem praedominantem habet. Quapropter & fordida ualde ulcera, & quarum maximas crustas habent, cum melle repurgare potest. Est & pota expurgantium numero.

Chamaeleuce.

Chamaeleuce calidam uim habet ordine tertio, siccam primo. Unde suffusa super carbones manifeste optulatur aegre spirantibus, si per infundibulum fumum inde hauriant.

Chamaeleon.

Chamaeleonis nigri radix uenenosum quid habet, unde eius usus forinsecus receptus est ad scabiem & impetiginem, ac uiriliginem, & in summa ad ea quae extersione opus habent. Particeps est & mollitoriae ac discussoriae facultatis. Siccatur autem ordine tertio, calcatur secundo completo. At uero albi chamaeleonis radix pota ex uino austero, acetabuli mensura, latum lumbri cum expellit. Dant ipsam & hydropicis.

Camæpitys.

Camæpitys tertium ordinis est siccantium, secundi calcamentum, quum autem plurimum amara sit, extergit uisce

uiscere magis q̄ calcacit, unde in regio morbo exhibetur, & omnino quibus secur facile obturatur, commo dum medicamentum existit. Ducit & menses pota & cum melle apposita. Ciet quoq; urinam. Quidā ischia dicis ipsam præbent coctam in aqua mulsa. herba ipsa uiridis magna uulnera glutinare potest, & putredinosa ulcera sanare, & mammarum duritias discutere.

Chelidonium magnum.

Chelidonium magnum extorfiam & calidā uim abunde possidet, succus eius uisum exacuit, his quibus crassum qd̄ qd̄ discuti oporteat, circa pupillam colligitur. Quidā radice usi sunt in morbo regio ex iecinoris obstructione oborto, ex uino albo dantes cum aniso.

Chelidonium paruum.

Chelidonium paruum maiore acius est, unde in ca taplasmate impositum cutem exulcerat, & ungues leprofos exterit. succus eius per nares fortiter purgat: è enim quarti ordinis calcacientium ac siccantium. Maius tertii in utrisque.

Chondrilla.

De chondrilla diximus quom̄ de seride ageremus: est enim seridis species.

Psyllium.

Psyllii semen maxime in usu est. Secundi ordinis est frigefacientium. Verum in siccando & hume&ando medium locum occupat.

Ocymum Basilicon, id est regale.

Ocymum secundi ordinis est calcacientium. habet & humiditatem superfluā, unde neque utile est ipsum intra corpus sumere. uerum forinsecus in cataplasmate impositum ad discutiendum ac concoquendum cōmodat. Decoctum ipsius lippietibus ob crassioris materix copiam, calidum pro fomento adhibitum, magno opere prodest, præsertim pueris.

Aetii sermonis primi finis.

Secundo sermone Aetii continentur.

DE terræ differentiis.	Lapides in spongiis.	27
Caput primus.	Ostracites, geodes, Naxiæ	
Quomodo terram lauare	coris recrementū.	28
oportet.	Cap. 2. Ophites lapis.	29
Quas medelas agrorū ter	Hieracites lapis & Indi	
ra præstet.	3 cus.	30
De terra Lemnia.	4 Vitrum.	31
Rubrica. 5 Terra Samia.	6 Lapis aetites.	32
Terra Selinusia & Chia.	7 Alabandicus lapis.	33
Cimolia terra.	8 Electrū siue succinum seu	
Terra ampelitis.	9 lyncurium.	34
Terra Cretica.	10 Iaspis uiridis.	35
De omni terra usta.	11 Iaspis subuiridis.	36
De bolo Armenia.	12 Iaspachates.	37
Lapis hæmatites.	13 Sapphirus lapis.	38
Lapis schistos, galactites,	Smaragdus lapis.	39
melitites.	14 De metallicis & quæ ex	
Cōmunis doctrina de om	nibus lapidibus.	40
Leucographis aut moro	15 Adarces. 41 Alcyonia.	42
xus.	Sal.	43
Galactites.	16 Sal ustus.	44
Thyites lapis.	17 Salis flos.	45
Tecolithos.	18 Salis spuma.	46
Pyrites.	19 Armeniacū pictorum.	47
Lapis Phrygius.	20 Auripigmentum.	48
Lapis Ageratus.	21 Bitumen.	49
Lapis Asi ⁹ , & flos ipsi ⁹ .	22 Aphronitrum & liiri spu	
Gagates.	23 ma.	50
Magnetes lapis.	24 Gypsum.	51
Smiris, pumex, teste cliba	25 Diphryges.	52
ni.	26 Diaphanes, lapis specula	
	ris.	53

I N D E X.

Sulphur.	54	De lactis differētia ab gra	91
Ærugo rasa.	55	te.	91
Ærugo uermiculata.	56	Quibus lac conueniat.	92
Cadmia.	57	Cyanus.	58
Squama æris ac ferri.	59	De modo tēpore, ac men	
Argentī spuma.	60	sura utendis lactis.	93
Litrum.	61	Quibus lac noceat.	94
Melanteria.	62	De lactis costura.	95
Atramentū scriptoriū.	63	De sero lactis.	96
Misy, Sori, & Chalcitis.	64	De his que incūdītatis gra	
Molybdæna.	65	tia cū lacte coquūtur.	97
Plumbum.	66	De lacte acido.	98
Pompholyx.	67	De primario lacte.	99
Rhoidarii preparatio.	68	De lacte concocto.	100
Sandaracha.	69	De caseo.	101
Sandyx quæ & Syricū.	70	Pharmacū ex caseo uete	
Scoria.	71	re ad callosas cōcretio	
Spongia.	73	nes podagricorū.	102
Calx.	75	Alumen.	74
Atramentum futoriū.	77	De efficacia recentis casei	
Chalcitis.	78	foris adhibiti.	103
Æris flos.	80	De butyro.	104
Chryfocolla.	81	De coagulo.	105
Cerussa.	82	De felle.	106
De materia medica ex ani		De sudore.	107
malibus.	84	De urinis.	108
De sanguine.	85	De salua.	109
De lacte.	86	De stercore.	110
De lactis differentia.	87	De stercore canino.	111
De lactis differētia ab ani		De stercore humano.	112
malium habitu.	88	De stercore lupino.	113
De lactis differētia à tem		De stercore caprino.	114
poribus anni.	89	De stercore bubulo.	115
De lactis differentia à pa		De stercore ouillo.	116
bulo.	90	De stercore colūbino.	117
		De gallinaceo sterco.	118
		De stercore anseris, accipit	
		tris,	

I N D E X.

tris, ciconiæ & terrestriū	119	De piscib. testa itectis.	144
crocodilorum.	119	De crustatis.	145
Sordēs ouīū ex qua cely		De piscibus mollibus.	146
pus.	120	De pisc. chartilagineis.	147
De carnibus.	121	De echinis marinis.	148
De extremis terrestriū ani		De salmētis omniū anima	
malium partibus.	122	liū pedestrium, uolucrū	
De glandulis.	123	& aquaticorum.	149
De testibus.	124	De garo.	150
De rhenibus.	125	De muria.	151
De cerebro.	126	De adipe pinguedineq; ac	
De terrestrium animalium		seuo.	152
uisceribus.	127	De medulla.	153
De aluo, intestinis ac uete		De pulmone.	154
ro terrestriū aialiū.	128	De capitibus.	155
De syluestrium animalū		De cornibus.	156
carne.	129	De unguibus.	157
De uolucrum animalium		De impetigine in pedibus	
carne.	130	equorum.	158
De anseribus & strathoca		De lanis succidis & puris	
melis.	131	& ustis.	159
De gruibus.	132	De pilis ustis.	160
De partiū uolucrum ani		De ossibus ustis.	161
malium differētia.	133	De pellibus & coriis.	162
De ouis.	134	De uentriculo mergi.	163
Quorū uis medicamētaria		De uulpibus.	164
De alimento ex aia/	135	De aranearum telis.	165
libus aquaticis.	136	De ranis.	166
De cephalo.	137	De mustela.	167
De lupo.	138	De terræ intestini.	168
De trigla seu muso.	139	De dracone marino.	169
De piscib. petrosis.	140	De uipera.	170
De gobio.	141	De herinacio marino.	171
De pisci. mollis carnis.	142	De herinaceo terrestri.	172
De piscib. duræ carnis.	143	De hipocāpis marinis.	173

I N D E X:

De cantaridibus.	174	Calfactoria tertii ordinis.	
De cancris fluuialib.	175		201
De carabo siue locusta.	176	Calfactoria quarti ordi-	
De testibus castoris.	177	nis.	202
De canis fluuialis testib.		Quæ frigefaciunt.	203
De canis terrestris	(178	Quæ frigefaciunt primo	
catulo;	179)	ordine.	204
De cygni pullo.	180	Quæ frigefaciunt secundo	
De buccinorum testis u-		ordine.	205
stis.	181	Frigefactoria tertii ordi-	
De galerita uolucree.	182	nis.	206
De cochlea terrestri.	183	Frigefactoria quarti ordi-	
De menulis.	184	nis.	207
De torpedine.	185	Quæ siccant citra morda-	
De asello marino.	186	citatem.	208
De ostreorum testis.	187	Quæ simpliciter siccant.	209
De purpurarum testis.	188	Quæ primo ordine sic-	
De squatina marina.	189	cant.	210
De sepia.	190	Quæ secundo ordine sic-	
De scinco.	191	cant.	211
De tellinis.	192	Quæ tertio ordine sic-	
De cicada.	193	cant.	212
De hyæna.	194	Quæ quarto ordine sic-	
De harundinibus.	195	cant.	213
De electione optimorum		Quæ media sūt inter siccā-	
medicamentorum.	196	tia ac humectātia.	214
Ex Oribasio. quæ sint me-		Quæ primo ordine hume-	
dia intercalfacientia ac		stant.	215
frigefacientia.	197	Quæ secundo ordine hu-	
Quæ moderate calfaciunt.		mestant.	216
198.		Quæ aquosam frigiditatē	
Quæ calfaciunt primo or-		habent.	217
dine.	199	Quæ tenuiū ptiū sint.	218
Quæ calfaciunt secundo		Quæ crassarū ptiū sint.	219
ordine.	200	Corroborantia.	220

Conco

I N D E X.

Concoctoria.	221	generant.	246
Suppuratoria.	222	Quæ biliosum humorem	
Mollientia.	223	generant.	247
Quæ indurat.	224	Quæ superfuitatibus re-	
Exterforia.	225	dundant.	248
Quæ uasorum oscula ape-		Quæ superfuitatibus ca-	
riant.	226	reant.	249
Raresfacientia cutem.	227	Multū nutrientia.	250
Densantia cutem.	228	Quæ parū nutriunt.	251
Corrodentia.	229	Quæ boni succi sunt.	252
Reprimentia eminentias.		Quæ mali succi sunt.	253
230.		Quæ facilia cōcoctu sunt.	
Cicatricē inducentia.	231	Quæ ægre conco-	(254
Exulcerātia in superficie.	232	quantur.	255
Vitoria.	233	Quæ stomacho cōmodāt	
Attractoria.	234	eumq; corroborāt.	256
Discussoria.	235	Quæ stomacho incōmo-	
Adstringentia.	236	da sunt.	257
Quæ semen generant ac		Flatus expertia.	258
puocāt in cibis ac me-		Flatuosa.	259
dicamentis, & cibis me-		Quæ extergēt, secant, ob-	
dicamentariis.	237	turatione liberant.	260
Quæ semē inhi-beant.	238	Quæ obturant.	261
De alimentorū uirib.	239	Quæ tardi trāstus sūt.	262
Attenuatoria alimēta.	240	Quæ facile corrumpun-	
Crassi succi alimenta.	241	tur.	263
Media inter attenuatoria		Quæ difficulter corrup-	
& crassefacientia.	242	puntur.	264
Quæ uiscosum sanguinem		Quæ uētrē subducūt.	265
generant.	243	Quæ uētrē supprimūt.	266
Quæ crudū humorem ge-		Quæ calfaciunt.	267
nerant.	244	Quæ frigefaciunt.	268
Quæ frigidū humorē ge-		Quæ siccant.	269
nerant.	245	Quæ humectant.	270
Quæ atrabiliariū succum		Quæ caput lædunt.	271

AETII MEDICI GRÆCI
 CONTRACTÆ MEDICINÆ
 SERMO SECVNDVS.

Quæcunque sunt plantarum partes, & fructus, & succi, & liquores, superiore sermone relatum est. Nunc uero de reliquis medicamentis, terræ uidelicet speciebus, & metallicis iuxta propositum agemus. Deinceps etiam de animalibus.

DE TERRÆ DIFFERENTIIS. CAP. PRIMVS.



ERRAM omnes homines familiarium usurpatione illam substantiã solum nominant, quæ liquorũ subacta, lutum euadit. Nam quæ inter metalla reperitur, non liquefcit, dico autem liquefieri, per totã substantiam in humorem resoluï: madefieri autẽ in superficiei, rigari tantum humore ad corporum profunditatem non penetrante. Omnis terra uim siccandi habet, quoniam corpus ipsius natura durum existit: & ubi penitus nullam igneæ substantiæ mixturam habuerit, leuissime citra omnem mordacitatẽ siccatur. Conducit ipsi ad hoc præstandũ lotura. Itaq; quædam lotura non habent opus: quædam iterum atq; iterum lauari expetunt. Quod si circa sensum gustus fueris exercitatus, ipse iudex esse potes, num lauare oporteat, siue non, id quod ex acrimonia, aut adstrictione depræhendes. Quandoquidem uero impossibile est inuenire substantiam penitus immixtam ac simplicem, amplius considerare ipsam mixturam oportet, ex his quæ accidunt ipsi, iuxta leuitatis ac grauitatis, itemq; saporis differentias. Siquidem enim

enim adstringens apparuerit, tanto magis particeps est frigiditatis, quanto plus habuerit adstrictionis. Si uero acrimoniam præ se tulerit, tantũ habet caliditatis quantum acrimoniæ. Et leuis quidẽ terra fit, quum per omnem suam temperaturam, aereæ substantiæ multæ particeps est. Contra grauis, quanto fuerit grauior, tanto magis sincera terra existit. Calida quidẽ igitur terra calfacit, frigida & adstringens, perfrigerat & repellit. Quæ uero extensorium quid possidet citra manifestam caliditatem, leniter siccatur. Quæ autem glutinositatem ampliorem habet, non extergitur, sed glutinositas substantiam meatibus obducendis aptiorẽ efficit, ut extergere non possit, ubi nulla alia acrimonia uiscositati affuerit, uelut in ouo uidere est. Porro necessarium est neq; hoc ignorare, sed eius per omnem materiam quæ in medicum usum uenit meminisse: et enim plurimi opinantur, omnia ista frigidiora seipsis euadere: quidam uice uersa calorem in ipsis augeri putant. Vtriq; autem errant. Acris quidem igitur omnia ista, multum de calore suo perdunt. Quæ uero talia non sunt, ista caliditatem acquirunt. Nullum autem uisum penitus frigidũ euadit: relinquitur enim in ipsis, uelut igniculus quidam tenuium partium, atq; hoc est quod per loturam ista deponunt, quo per aquam decedente, quod reliquum est uisum, substantia terrea frigida fit, quæ citra mordacitatem siccari potest. Aqua uero in qua medicamentum lotum est, calidam uim tenuium partium acquisiuit. His itaq; declaratis, temperatum iam est dicere, quo modo omnem terram non istam lauare oporteat, si quidẽ lotura indigeat: Nam quædam uelut dictum est, lotura non egent.

Quomodo terrã lauare oportet. Cap. II.

Omnis terra hoc modo lauatur. Aqua primum subigitur, quæ nullam medicamentariam qualitatem præ se ferat; deinde ubi lutum defecit, aqua super

stans diffunditur, postea reliquum à subsidentibus inferne calculosis ac arenosis repurgatur.

Quas medelas agrorum terra præstet. Cap. III.

Agrorum terra quæ colitur, omnis quæ pinguis est, utilis est ad curationem omnium partium resiccatione indigentium. Quare & in Alexandria & Ægypto ipsa utuntur. In Alexandria itaque uidi hydropicos & lienosos aliquos terræ Ægyptiacæ luto uti. Multi uero etiã suras, & foemora, & cubitos, & brachia, dorsumque ac latera & pectus, eius terræ luto illinentes, opem senserunt. Quin & ueteres inflammationes & laxos tumores hoc lutum sanat. Et sanè noui quosdam toto corporis habitu aquosos, ex immodica hæmorrhoidum euacuatione redditos, inde manifestum auxilium sensitisse. Quidã etiam diuturnos dolores iuxta partem aliquid firmatos, hoc luto perfecte sanarunt. Atque hæc quidem Galenus. Verùm Strato de terra sic scribit. Ad uetustum capitis dolorem sordes balnearum aut aque calidæ, cum terra nigra lota misceto, ac utitor. Aut terram cum decocto capitum rosarum subigito ac utitor. Aut testam amphoræ acetariæ tritam terræ addito, cum lauri decocto. Aut clibam testam cum nigra terra committito, affuso sampfuchi decocto. Cæterum ad pustulas ex corpore erumpentes scabiosas ac impetiginosas, terram nigram cum amigdalorum aut lupinorum amarorum decocto subigito, ac utitor. Aut amphoram aceti cum rutæ decocto eluito, eoque terram subigito, ac utitor similiter. Aut glebulas salis quæ in fundo amphoratû gari reperiuntur tertio, ac terræ ammisceto, & utere uelut efficaci. Aut columbinum simum terræ misceto, & cum halicacabi decocto subigito ac utitor. At uero ad tulsim uetustam unã cum uitiatu corporis habitu, terram osium uitulinorum decocto subigito, & pectus illinito. Aut amphoram mellariam eluito, & terram subigito ac utitor. Potes

& cumini,

& cumini, & nigellæ, ac sampfuchi decocto similiter terram subigere ac uti. Porro ad lienosos, cinerem sarmentitiam, & grumos fecis uini cum terra subigito, ac utitor. Aut foliorum capparis decocto subigito. Aut recrementum argenti leuissime tritum: cum luto permisce ac utere. Aut decocto herbæ serapiadis tritesticularis subigito ac utitor. Ad hydropicos autem testas amphoræ muriariæ inueteratas terito, ac terræ ammixtis utitor aut suillæ carnis siue uitulinæ garum ammisceto, ac similiter utitor. Aut sampfuchum aqua marina coquito, eoque terram subigito ac utitor. Aut salis famentum cum lupinorum amarorum decocto terito, terræque ammisceto ac utitor. Aut alumen ustum, & pulegii usti cinerem, cum luto committito, & cum aceto mulso subigito ac utitor. Aut bubulum simum siccû tritum terræ ammisceto, & aceto mulso subactis utitor. Ad Ischiadicos, & omnes neruosarum partium perfrictiones, sampfuchum uitulinorum osium decocto coquito, eoque terram albam subigito ac utitor. Aut anguillam cum sale & nitro coquito, & decocto terram subigito ac utitor. Aut sordes strigmetitias cum calce uiua terræ ammisceto ac utitor. Aut porri siue aliis decocto terram subigito ac utitor. Aut costum, casiam, iuncum odoratû, aspalatum, xylobalamum, & sampfuchum contusa, in aqua & oleo coquito, lutoque permisceto ac utitor. Aut caprarum simum ac bubulum, simul cum sorde cerati raphanini terito, ac ad terram ammixtis utitor. Ad podagram, à capite usque ad inguina ex prædictis æger integatur, ab inguine autem infra usque ad digitos pedum & ungues, ex subscriptis. Vituli pedes posteriores unã cum unguis exurito, terito ac terræ misceto & utitor. Aut lapidem leucographidem cum aqua in qua ferrum sepius extinctum est terito, & aluminis unciam unã addito, ac cum terra subigito & utitor. Aut decocto foliorum cypri,

ideft ligustri terrâ subige ac utere. Aut gallas donec
 flaccescant coquito, & terram eo decocto subigito ac
 utitor. Aliud. Aluminis liquidi unciam unam, alumi
 nis scissi unciam unam, gummi sexcuncê, cærullæ do
 drantem, melantherig quindecim, misyos sexcuncê,
 foliorû falicis dodrantem, olei myrtei aut cicini unc.
 xxiiii. aceti sexcuncê: terito simul ac tum terra subactis
 utitor. Aliud. Acaciæ, atramenti sutorii, utriusque
 drach. ii. aceto trita siccato, & ad terram ammixtis uti
 tor. Aliud. Aluminis, spumæ argenti, misyos assati,
 singulorû drach. iiii. excipe cerato myrteo liquido, &
 cû terra subige ac utere. Aliud. Cerusæ, spumæ argen
 ti, utriusq; drach. xxiiii. olei myrtei drach. xxxiiii. aquæ
 quod satis est subigito cû terra ac utitor. Aliud. Quo
 curatus est præses Philinus. Succi mororum, aluminis
 scissi, ligustri, uiticis, gallarû, croci, fructus myricæ, thu
 ris, singulorum sexcuncê. Omnia simul tenuissime tri
 ta reponito. Vsu expetente necessario aqua dilutis ac
 cum terra subactis utitor. Cæterû lauari non oportet,
 sed perficorû immaturorû decocto perfundi ac foue
 ri. Atq; hæc quidem de agrorum terra sufficiunt.

De terra Lemnia, Sigillum Lemnium, Sphra
 gis Lemnia. Cap. IIII.

Lemniam terram, quam & Lemnium sigillum, siue
 sphragidem uocant, præparatam accipere est, semel lo
 tam in patrio loco, ut altera lotura non habeat opus.
 Verû alias alio liquore dissoluta, diuersimode opera
 tur. Et sanè in malignis ac putredinosi ulceribus sem
 per feliciter & magno fructu, Lemnia terra usus sum.
 Vsus est p magnitudine malicie ulceris. Quod enim
 ualde fetidum est, humectumq; ac sordidum: & inue
 teratû, Lemniam requirit acerrimo aceto dissolutâ ad
 lutosam compagem. Vno autem diluta, recentia uul
 nera glutinat: pota ad sanguinis reiectiones conducit,
 & ad lethalia medicamenta, & ad morsus uenenato
 rum

animalium. Infusa quoq; per clysterem cum plari
 taginis succo, dysentericis magnopere auxiliatur, præ
 ablotis uidelicet ulceribus muria infusa. Datur iisdem
 & sanguinem spuenticibus in potu cum posca.

Miltos, Rubrica. Cap. V.

Rubrica siue miltos uim habet adstringendi, me
 tus obducendi, resiccandi, quapropter etiam empla
 stris ammiscetur ac pastillis siue trochiscis siccantibus
 ac adstringentibus. Sistit aluum cum ouis in sartagine
 frictis accepta, itemq; infusa. Lumbricos etiam pota
 detrahit: primas omnium habet Sinopica appellata,
 uerum in Cappadocia nascens, densa existens & gra
 uis, & colore iocineris, unicolor, & quæ diluta in
 multum succum diffunditur.

Terra Samia. Cap. VI.

Samia terra non lauatur. Vtimur autem altera eius
 specie frequentius, quàm sanè Samiam Asterè siue stelo
 lam uocant, quæ ad sanguinis sputû facit pota, & uno
 decunq; feratur idem, & pota, & apposita. Vtimur &
 ad exulcerationes dysentericas & nomas serpento de
 pascentes, infundentes eam cû plantaginis succo, ma
 xime in ulceribus quæ inflammatio præoccupauit, &
 acriora pharmaca non sustinent, & in corporibus mol
 li carne præditis. Mitigat enim humectiores præse
 rim & laxiores partes. Vnde in mamarum ac testium
 inflâtionibus adhibetur, trita cû aqua, rosaceo tan
 to adiecto, ut pharmacû exarescere non sinat. Bonum
 est hoc modo præparatum medicamentum etiam ad
 alias inflâtionem calidas, & ad inguinum abscessus
 incipientes, ac fluxiones podagricas, & in summa ubi
 moderate frigefacere unaq; mitigare uolumus: ut ex
 hoc adeo manifeste appareat: Samiæ terræ uim mode
 rate frigefactoriâ esse. Est enim aerea & glutinosa: præ
 stat autem stella samia, terræ samia, eo qd glutinosa
 tem & uim obducendi meatus ampliolem possidet.

Terra

Terra Selinusta & Chia. Cap. VII.

Selinusta & Chia terra exterforiam uim ualde moderate habent. Quapropter aliquae foeminae ad faciem his utuntur. Verum cum leui ficcatione ac extersione, neque caliditatis, neque frigiditatis manifeste participes sunt: & propterea ad ulcera in superficie corporum commodae existunt, qualia sunt ambustiorum. Caeterum quae substantiam meatuum ualde obstructoriam habent, non extergent, prohibet enim hoc ipsum glutinositas.

Cimolia terra. Cap. VIII.

Cimolia terra mixtae facultatis est, habet enim uim frigefactoriam, & repulsoriam, habet & modicam discussoriam. Lota discussoriam deponit. Verum iuxta naturam eorum quae ipsi ammiscentur, manifeste utranque uim demonstrat. Nam repulsoriis ac frigefacientibus permixta, lutum quod inde fit perfrigerans ac repulsorium efficit: discussoriis, discussorium: atque ita ambustis conducit aceto subacta & illita. Memineris tamen commune hoc in omni leui terra esse. Omnes enim ambustis profusum euestigio ex posca illita, bullas exurgere prohibentes.

Terra Ampelitis, Pharmacitis. Cap. IX.

Ampelitis terra etiam Pharmacitis appellatur, eo quod efficacioris uim possidet, & quod agricolae uere appetente ipsam diluant, ex eaque radices uitium quae germen emiserunt illinant, ut animalcula uitibus noxia eas non contingant. Ex eo uero quod cinipas uermiculos perimat, satis indicat quantum medicamentariae facultatis possideat. At uero lenitatem & uim mitigatoriam non habet, sed magis siccatur. Quapropter & mixtam his medicamentis reperies ipsam, quorum scopus est siccare quippiam ac discutere.

Terra Cretica siue Creta. Cap. X.

Cretica terra similis quodam modo est samiae & con-

similibus.

similibus. Sed ualde debilis est, multum aerositatis habens, quapropter etiam uim extergendi citra mordacitatem magis habet, per quam etiam argentum extert ac depurat.

De omni terra usta. Cap. XI.

Quandoquidem uero quidam medici terram urunt, neque id male excogitatum in usum ulcerum quae leniter resicari oportet. Nosse expedit quod usta terra tenuiorum partium & acrior euadit, ut ad discussoriam facultatem delabatur. Si uero usta lauetur, acrimoniam quidem in aquam deponit, uerum partium tenuitatem ex ustura conseruans magis siccatoria fit. Quapropter quum omnis terra non usta ulceribus commoda sit, ea quae post usturam lota est, magis adhuc ad ulcera egre carnem ac cicatricem recipientia conducit.

De bolo Armeniae. Cap. XII.

Data nobis est in hac magna peste etiam alia quaedam terra ex Armenia Cappadociae contermina, maxime siccatoriam uim habens, colore pallida. Qui dabant ipsam, lapidem appellabat. Est autem friabilis, uelut calx & stella samia: non tamen similiter stellae leuis, Nam & magis densa est, minus aerea: quapropter qui negligentius inspiciunt, imagine lapidis offertur. Valde autem siccatur, tum in dysentericis, tum in fluxionibus uentris. Insuperque sanguinis sputo, & defillationi, & putredinis oris ulceribus conducit: maxime autem defluxionibus a capite ad pectus prodest quare etiam his qui ob eam causam aegre spirant ualde auxiliatur, nec non his qui tabe laborant: sic enim resiccatur ulcus, ut ne tussiant quidem amplius. Caeterum si forte quis a malo liberatus, per licentioris dietam reciduiam sentiat, is itidem ex Armeniae bolo opem sentiet, praesertim difficili anhelitu iam diuturno. Porro in magna ac peste omnes qui de hoc pharmaco biberunt, celerrime sanati sunt, quibus uero nihil profuit, omnes

omnes mortui sunt, neq; ab alio quopiam opem senserunt: ex quo palam constat, quod solis his qui incurabiles erant non profuit. Bibitur cum uino substantia tenui, mediocriter diluto, si febre penitus careat homo, aut parum fabricitet, sin ualde, cum aquato penitus: sed neq; sunt adeo uehementer feruida peccilentes febres. At uero quid attinet dicere quantam uim habeat hæc Armeniaca bolus siue gleba in ulceribus scificatione indigentibus? Appellatur autem illorum lingua uernacula zarinaca, Syrorst uero zarnacha: mons in quo nascitur, iuxta urbem est appellatam Bagana. Ager in quo mons est, nominatur Agaraces.

Lapis Hæmatites.

Cap. XIII.

Hæmatites à coloris similitudine nominatus est. Affricus enim ad cotem, uel in pila tritus, sanguinolentum succum, remittit. Tantæ autem frigiditatis particeps est, quantæ adstrictionis. Merito itaq; ausi sunt medici hæmatiten lapidem ocularibus compositionibus addere. Ego uero etiam solo per se usus sum ad aspretudines palpebrarum, si unâ cum inflammatione essent oborta, per cui candium diluto, aut potius per scœnogræci decoctum. Si uero citra inflammationem, per aquam. Initium semper faciendum est à moderate liquido per specillum infuso: deinde ubi æger ferre uim eius potest, crassitudinem augere oportet, & postremum ita crassum facere medicamentum, ut specilli nucleo subdito palpebræ illinere possis, aut euersæ affricare. Idem lapis ad cotem tritus ac potus, sanguinis sputo omnibusq; ulceribus conducit. Aridus autem tritus & ad puluillum redactus, reprimat carnem excrescentem: nemo autem ipso per se utitur: ego uero ad ea quæ dixi usus sum, uiribus ipsius ex saporis qualitate cognitis. Quin & ipsa ulcera oculorum ad cicatricem perducit per se solus tritus, uelut paulò ante dixi, siue infundatur, siue sublinatur. Nam & hoc

& hoc ipsum experimento cognoui.

Lapis schistos, galactites melitites. Cap. XIII.

Consimilem hæmatitæ, sed debiliorem uim schistos, hoc est, scisilis appellatus lapis habet. Ad cotem tritus colorem pallidum reddit. Ab eo consequens est Galactites, latis colorem dilutum reddens: melitites autem caliditatis cuiusdam particeps est. Nam à similitudine saporis mellis nomê inuenit. Singuli itaq; hi paululum ab hæmatitæ uiribus descuerunt, & ad oculos similiter in usum ueniunt, sed leniores existit. Leniora autem medicamenta semper sunt inflàmatis partibus accommodatiora, uerum debiliora quam ut repulsa inflàmatione ad perfectam sanitatè perducere queant.

Communis doctrina de omnibus lapidibus.

dibus.

Cap. XV.

Quum communis sit omnibus lapidibus uis siccandi: quicumq; ex ipsis aut in succum resoluti, aut aliàs triti, nullam manifestam gustui qualitatem exhibent, eos putandum est debilissimos esse & leuissimos, & mordacitatis penitus expertes. Qui uero manifestam qualitatem gustantibus offerunt, iuxta qualitatis proportionem etiam uim habent: si quidem enim adstrinxerint, ad reprimendum, & constringendum spissandumq; ac cogendum cõmodi erunt: si uero momorderint, ad calcificandum & discutiendũ ac colliquantum ualebunt. Inter hos medii sunt qui solummodo extergent, citra adstrictionem ac mordacitatem.

Leucographis aut moroxis. Cap. XVI.

Ex lapidum qui in succum resoluuntur numero est & qui in Ægypto nascitur, quo utuntur ad lintea illustranda, quem alii moroxũ, alii Leucographidem uocant. Nam quum subuiridis appareat hic, si ad cotem affricetur, aut asperius pallium, locum inalbat. Expertus est autem omnium qualitatum magis quam præditum, nõ adstrictionem, neque extersionem, neq; mordacitatem in gustu

in gustu exhibens . Vnde hoc tantum ipsi adest, quod
 citra mordacitatem siccatur : & propterea cerato ipsum
 ammiscent , & ad ulcera cicatrice includenda utuntur
 in corporibus mollibus : miscent eundem & ocularibus
 compositionibus . Quanto uero mollior est & qualita
 tum magis expers, tanto moderatior & mitior existit.
 Galactites . Cap. XVII.

Galactites quoque consimilem prædicto colorem
 subuiridem habens , lacteum succum remittit . Est au
 tem albius leucographide . Mulieres lacte multo im
 plet , si à balneo tritum lapidem cum aqua aut uino
 dulci bibant . Miscetur & ocularibus cõpositionibus .
 Tradunt eundem dentientium puerorum collo ad al
 ligatum, facilem dentium exortum efficere .

Thyites lapis . Cap. XVIII.

Omnibus relatis lapidibus fortiore uim habet,
 lapis qui ex Æthiopia apportatur subuiridis aliquo
 modo uelut iaspis, nominatus thyites . Dilutus hic
 succum reddit lactei coloris, saporis mordacis, & pro
 pterea solum ad repurganda & extergenda ea quæ pu
 pillis tenebras citra inflammationem offundunt, con
 ducit : ex quo numero sunt & recentes oculorum ci
 catrices, quas attenuare solet : exterget & pterygium,
 oculorum uitium Vnguem latinis appellatum, si non
 ualde durum existat.

Tecolithos quem Syriacum appel
 lant . Cap. XIX.

Est & alius lapis fortis facultatis in Syria Palesti
 næ nascens, colore albus, figura concinnus, lineas ha
 bens uelut à torno exculpas : appellatur Iudaicus &
 tecolithos . Constringit calculos in rhenibus natos, di
 lutus in cote, & ex aqua calida potus . Verum in uesti
 cæ lapidibus nihil eximii præstat . Nechepson tradit
 hæc uerba : Tecolithum lapidem cum aqua terito ad
 sordium strigmentitiorum tenuium crassitudinem, &
 derasis

derasis circa uesticam ac pubem pilis illinito, & confrin
 get ac liquefaciet calculos in uestica . Vnde & cantilema
 orta est.

Salue pelagus Arabia,
 Cladum medelam proferens,
 Insigniter, tecolithum.

Idem oleo myrteo dilutus, podagricis commode
 illinitur.

Pyrites . Cap. XX.

Est & pyrites ex lapidum numero qui fortem uim
 habent colore argenteo similis cuius usus ex discussio
 rio emplastro ammixti, adicitur ipsi etiã schistus . hoc
 pharmacum sæpe pus, sæpe & grumosas cõcretiones,
 in mediis musculorum regionibus consistentes dis
 scussit . Oportet autem lapides qui in usum uertuntur
 omnes leuissimos facere, ac conterere consimiliter ut
 eos qui in oculares compositiones miscuntur.

Lapis phrygius . Cap. XXI.

Phrygius lapis fortiter siccatur, habens quidã adstric
 tionis simulq; mordacitatis . unde & repellit ac discutit .
 Ego autem isto semper usus sum, ad putredinosa qui
 dem ulcera aut per se, aut cum aceto, aut posca, aut uis
 no mulso . Ad oculos uero siccum ex ipso facio me
 dicamentum , de quo in opere ubi de compositione
 medicamentorum dicitur, agam.

Lapis Ageratus . Cap. XXII.

Lapis Ageratus quo coriarii utuntur, gurgulionem
 inflammatum euidenter sanat.

Lapis Arsius, & flos ipsius . Cap. XXIII.

Est & lapis Assius in Affo nascens, unde & nomen
 inuenit, rosacei coloris ac compagis, friabilisq; ac la
 xus . Innutritur autem in ipso quippiam simile tenuissi
 mo pollini, qui parietibus molendinorum inhaeret,
 quod petrae Assiæ florem appellant . Est autem tenui
 simum partium, ut humore flaccidas carnes eliquet ac re

siccet, citra fortem mordacitatem habet & quid salsum in sapore: ut coniectare liceat generationem ipsius salis esse, rore quodam ex mari petrae insidente, qui postea à sole siccetur & obarescat. Similem flori uim habet & petra in qua nascitur, sed efficacia debiliorem.

Gagates. Cap. X X I I I.

Estq; alius quidam lapis colore niger, qui igni admotus, bituminis odorem de se præbet. Hunc tradunt res periri in Iycia circa fluiuium Gagen, unde etiam Gagates appellatur. Cæterum ego crustaceos & planos lapides nigros, debilem flammam generantes igni admotos, ex Cana Syria attuli prope Hierichuntem, qui nati erant in uertice mortuum mare ambiente, ad partem eius orientalem, ubi & bitumen prouenit, unde & odorem huiusmodi acq̄suerunt. Vt sum autem his ad inflammationes genium diuturnas & ægre sanabiles, compositionibus ad hoc accidens experimento cognitis ipsos ammiscens, & sanè uisi sunt mihi uim illarum longe efficacissimam reddidisse. Ammiscui eisdem & emplastro barbaro appellato, & euasit pharmacum manifeste amplius siccatorium, ut & sinus committeret ac contraheret, non solum cruenta uulnera glutinaret, ad quæ barbarum emplastrum maxime commodum esse creditur. Aiunt Gagates aqua costum, & cum aqua potum, lumbricos expellere, ad alligatum autem capitis dolores inueteratos sedare. Accelerat partum mulieribus ægre parientibus, si parturientis manu cõtineatur. Admiranda uis gagatæ igni admoti & accensi deinde uino extincti existit. Nam uinũ hoc cardiacis in potu datum, statim ipsos leuat, & sudore compresso, & pulsu excitato. Alii in puluillum conterunt gagatem lapidem, & per dies septem cum uino colicis exhibent, & penitus malum tollunt. datur in diem drachma una. Quin & poculum ex ipso suffumigant, ex quo cũ uino bibendus datur. Idem præstat efficaciter bitumen quoque

que potum. fugat serpentes ac reptiles bestias suffitus gagates, & menses ac secundas detrahit, deprehendit item ac arguit comitiales morbos. strumas quoq; dissoluit, tritus, commodis ad ipsas medicamentis ammixtus sanat & sedis affectiones, quàm leuissime tritus, & uuarum acerbarum succo ad tertias decoctus. Quomodo etiam alias omnes corporis fluxiones cõtoscere potest.

Magnetes lapis. Cap. X X V.

Magnetes lapis qui & Heraclius appellatur consilium hæmatitæ uim habet. participat & attractoria facultate. Tradunt detentum manu chiragricorum ac podagricorum, dolores ipsorum sedare, æque & conuulsis opitulatur.

Smiris, pumex, testæ clibani, & similia. Cap. X X V I.

Smiris exterforiam uim habet. Dentes itaque mundos facit si ex ea confricentur, uelut experiëntia cognouimus. Et pumex exterforiam uim habet uelut smiris. Et sigulina testæ eadem uim præstat, maxime clibanorũ. Cæterum smiris etiam acre quippiam habet, & propterea ustoriis ac siccatoriis compositionibus miscetur. Item eis quæ curat humore flaccidas gingiuas. Sed & pumex affricus dentes illustrat, non solum extergendo, sed etiam per asperitatem. Vtusus autem pumex nihilo inferior est smiride, ad eisdem usus. Lotus idem post usturam, caua ulcera optime carne replet. At uero clibanorum testæ unã cum extergendi facultate & siccatoriam possidet. Quapropter emplastra ephestias & magos, ex hac testæ cõposita, optime cicatricem ulceribus inducunt.

Lapides in spongiis. Cap. X X V I I.

Lapides qui in spongiis reperiuntur uim atterendi habent, non tamen adeo ualidã ut uesciæ lapides confringere possint. uerũ renum calculos comminuunt.

Ostracites, Geodes, Naxiæ cotis retrimentum. Cap. X X V I I I.

Ostracitem lapidem quosdam laudare audio, uelut qui multam siccatoriam uim habeat ex adstrictione & acrimonia permixtam. quemadmodum & eum qui Geodes appellatur. ita ut pupillas depurget, & mammarum ac testium inflammationes sanet aqua diluta Naxiæ tamē cotis retrimentū frigefactoriā uim habet: ut etiam podagris opituletur, cum cerato rosaceo adhibitur.

Ophites lapis. Cap. X X I X.

Ophites lapisustus extergendi ac atterendi & confringendi uim habet. Quare potus ex uino albo ac tenui, lapides uesicæ confringit: Adalligatus ad uiperæ morsus conducit,

Hieracites lapis & indicus. Cap. X X X.

Hieracites & Indicus lapis hæmorrhoidas resciccat dextro foemori adalligati, cuius rei & nos periculum fecimus. Diogenes autem de lapidibus libro sic ait: Lapis hieracites subuiridis est ad nigredinem uergens, & aliis coloribus respersus, ut uariis existat. Vim autem habet hæmorrhoidas resciccantem dextro ægri foemori adalligatus. Probatio ueræ hæc est. Vbi habueris ipsum in manibus, melle manus inunge, & mulca non appropinquabunt tibi lapidem ferenti. At uero Indicus colore subfuluus est, tritus autem purpureum colore succum remittit, & neq̄ densus, neq̄ rarus est, & cum uino potus hæmoptois prodest. Qui uero ex albidis coloris est & cineris imaginem representat, etiā alias sanguinis eruptiones uitit.

Vitrum. Cap. X X X I.

Vitrum tenuissime tritum, ex uino albo tenui potum, uesicæ calculos potenter confringit.

Lapis Ætites. Cap. X X X I I.

Ætites lapis agitato sonitum edit, uelut ex altero lapide prægnans. foetus uuluarum lubricarum retinet
fini

sinistro brachio adalligatus. Verum tempore partus adimendus est de brachio & foemori adalligandus. parietq̄; prægnans citra dolorem. Fures deprehendit, si quis ipsum in panem qui comeditur imponat. nam qui furtum fecit, commansa deuorare nequit. Tradit etiam simul cum edulis coctum fures arguere. Neque enim poterit fur deuorare quæ cum ipso cocta sunt. Tritus autē & cerato typrino aut gleucino exceptus, aut alio quopiam calfaciente, magnopere prodest arthriticis ac paralyticis.

Alabandicus siue Alabandinus lapis.

Cap. X X X I I I.

Alabandicus coloris subnigricantis est suluo ammixto, pellucet quasi segmentis quibusdam aut fissuris discerninatus. Tritus hic superficiem pilorum alborum nigram efficit.

Electrum siue succinum, seu lyncurium.

Cap. X X X I I I I.

Electrum quod & succinum, & lyncurium appellatur, potum dysenterias sanat, & stomachicis opitulatur. Chryselestrum quoque cum mastiche potum doloribus stomachi medetur.

Iaspis uiridis. Cap. X X X V.

Viridis iaspis proprietate quadam, uelut alia quædam, auxiliatur stomacho & ori uentris per amuletho appensus. Quosdam & anulis ipsum includunt, & draconem radios habentem in ipso sculpunt, quemadmodum. Nechipson rex scripsit. Huius itaq̄ lapidis etiā ego experimentum ingens habeo, & sanè catenulam ex talibus lapidibus concinnatam de collo suspendi, ea commensuratione ac modo ut lapides os uentris contingant. Cognoui autem nihil minus ualere ac prodesse eos qui sculpturam non haberent, quam Nechipson tradidit.

Iaspis subuiridis. Cap. X X X V I.

Iaspis subuiridis adalligatus, stomachi dolores se

dat, & paralyticas resolutiones ac dolores mitigat. Qui uero capnias appellatur, hoc est fumosus, turbulē tū ualde habēs colorē, magna tutela ægre parietēs mulieres afferuat. Sed & hydropicis adalligatus commo dat, & maxima uulnera ab inflammationibus afferuat, eosq; q uulneratū dolore liberat itidem adalligatus. Iaspachates. Cap. XXXVII.

Iaspachates ex iaspide smaragdeo, & achate cōpositus est. Vim habet leniendæ sitis, & hydropicis auxiliatur, hæpaticisq; ac peripneumoniacis & pleuriticis potus, corpus quoq; floridum ac speciosum facit.

Sapphirus lapis. Cap. XXXVIII.

Sapphirus cū lacte tritus potus, omnes internas ulcerações sanat, & sudores sedat. Externat ulcerationes omnes idem cum lacte illitus curat, fissuras quoq; linguæ aridus tritus inspersus sanat. In summa siccatione uim habet.

Smaragdus lapis. Cap. XXXIX.

Smaragdus assatus & tritus cum melle Attico permixtus, oculorum hebetudines sanat. Cū melle uero & gummi illitus, elephantiasis laborantibus utilissimus est. idem quoq; potus ab eo malo in totum liberat. si sfit, & sanguinem undecunq; feratur.

De metallicis, & quæ ex aqua generantur. Cap. XL.

Metallica appellare mos est medicis ea quorū generatio in metallis est, siue spōte nature, siue p fornacē producantur. insuperq; tertii generis q rursus ex illis ipsis homines suo ingenio faciūt, uelut est cerussa, ærugo, sandix, & similia. Itaq; ordiēter de omnibus iuxta literarum graecarum ordinem trademus.

Adarces. Cap. XLI.

Adarces acerrimus ac calidissimus est. Quapropter hebetantibus uim ipsis ammiscetur. & sic multū usus sit. affectionibus calferi indigentibus forinfecus admo

admotus.

Alcyonia Cap. XLII.

Alcyonia omnia extergent, ac discutunt, habentq; acrem qualitatem aliqua magis, aliqua minus. Quod ex hoc genere Asperum appellatur, externam superficiem leuem habet, & internā substantiā asperā. estq; calidissimū omnium Alcyoniorū, ut et pilos exurere possit. Quapropter ad lepras, uirilignes, scabies, ac impetiginas aliis mitioribus medicamentis utimur. Nam Asperum Alcyonium non solum extergit ac depurgat cutē, sed etiā excoriat ac ulcerat. Quod uero Milesium uocatur, figura uermi simile, purpurei coloris, & compage substantiæ molli, omnium tenuissimum est. Quare uustum alopecias sanat, cum uino suluo ac tenui illitū.

Ales, Sal. Cap. XLIII.

Sal omnis & fossilis & marinus, eandem in genere uim habet. Differentia in eo est quod ex terra effossis substantia magis sit coacta, quapropter crassitudo paratium, & uis adstringendi, in his maior existit. Fossitis generis optimus est, Ammoniacus & Cappadocicus. At uero marino specie similis est qui in quibusdam stagnis generatur. Omnis tamen sal in communi calfacit, discutit, adstringit, siccatur, cogit, ac densat substantiam corporum quibus adhibetur. Nam, quicquid est in corporibus humiditatis id ipsum depascitur, & quod reliquum est solidæ substantiæ uis adstrictoria spissat. Unde & siccant, & incorrupta adseruant, quæ ob superfluantiam humiditatem putrescere solent.

Sal uustus. Cap. XLIIII.

Sal uustus discussoriam uim magis habet quam non uustus, quanto sanè tenuius corpus ex uistura acquirit. Non tamen similiter ut non uista cogere ac densare solidam substantiam ualet.

Salis flos. Cap. XLV.

Salis flos compage quidem liquidus est, colore

K 4 uero

uero crocens, partium tenuitate uftum falem fuperat,
& acrem qualitatem ac uim multum difcufforiam ha-
bet. Colligitur fub æftum caniculæ. Eft enim uelut flos
quidam talibus aquis fuperftans.

Salis fpuma. Cap. XLVI.

Salis fpuma fpumofus quidam fofculus falis eft, ui
cinis petris adhærens, multo autem tenuiorum partiū
naturam habet quam ipfe fal quare & attenuare & di-
fcutere multo magis poteft, uerum quod reliquum eft
fubftantiæ denfare uelut fal non poteft.

Armeniacum pictorum. Cap. XLVII.

Armeniacum quo pictores utuntur ex Armenia ap-
portatur, unde quoq; bolus Armeniæ, de quo dictum
eft: affertur. Vim habet Armeniacum exterforiam cum
modica acrimonia & pauciffima adftrictione. Itaque
quū tale fit ocularibus medicamētis ammiscetur. Quin
& ipfum per fe terunt in tenuiffimum puluillum utun-
turq; ficco ad augmentum pilorū in fuperciliis, ubi ob
quandā humorū acrimoniā aliqui ipforum excidunt,
aliqui uero nō augefunt, fed ob alimenti inopiā mar-
cefunt. Nam acrimonia confumpta, particulam ad na-
turalē habitū reducit. Etenim uitiofo humore cōlum-
pto, natura ad proprias actiones redit, quū nihil fit am-
plius quod ei impedimento fit. Nechepfus de eo fic
tradit: Armenium quo pictores utuntur, duodecimā
drachmæ parte melancholicis & craffum fanguinem
habentibus dato. Datur & pueris pectoris morbo infe-
ftatis, reuomunt enim, nā uomitorium exiftit. Datur &
morbo facro obnoxiis, ac furiofis hoc modo: Cētaurii
fasciculos manipulares tres in aquæ marinæ heminis
tribus coquito, donec una fuperfit, & cum excolato de
cocto Armuthi lapidis quē Græci armenium uocāt,
tertiam drachmæ partem tertio, ac confidenter exhibe-
beto. Nihil enim periculi eft. Itaq; noffe operæpretiū
eft quod Armenium penitus reuomitur, nihil memo-
rabile

rabile furtum effrens, fed & inferne modicum quid
paulatim, & in pluribus fecesibus effert.

Arsenicum, Auripigmentum. Cap. XLVIII.

Arsenicum uftoriam uim habet tum uftam, tū non
uftum. Manifefturn eft autem quod uftum tenuiorum
partium euadit.

Asphaltus, Bitumen. Cap. XLIX.

Bitumen ex numero eorum eft quæ in aqua marina,
aut confimili generantur. Optimum eft quod in mor-
tuo mari iuxta Hierichuntem prouenit. Vis eft omni
bitumini ficatoria ac calfactoria, ordine fecundo, Me-
rito itaque ad cruenta uulnera glutinanda adhibetur,
itemq; ad alia quæ ficcari expetunt cum moderata cal-
factione. Quapropter in tenafmi ad egerendum irrita-
mentis, in quibus pituita crassa infarta eft ut ægre, auel-
li queat, ipfius utimur fuffitu. Similiter & ad dyfenteris
eos ex tali caufa intefstinis ulceratis. Potum bitumen
nucis ponticæ aut fabæ magnitudine cum uino tritum,
cardiacis qui animo linquantur magnopere eueftigio
prodeft. Maxime autem foeminis & pueris & cor-
poribus mollibus conducit. Eodem modo datum &
quartana citius liberat. Experimento conftat uis eius
poti ex aqua, in his qui a rabiofo cane morfi funt: præ-
feruat enim eos ne in timore aquæ delabuntur, &
eos qui iam inciderunt conferuat.

Aphronitrum, & Liri fpuma. Cap. L.

Aphronitrum, hoc eft, nitri fpuma, & liri fpuma in-
ter fe differunt, quod liri fpuma medicamentū eft ma-
gis ficatorium, afpectu farinæ triticæ fimile. Nam af-
ba quoq; exiftit. Aphronitrum autem non farinosum,
neque diffolutum, fed compactum eft. Differt autem a
fale aphronitrum, in quantum unum folum prædomi-
nantem faporem manifefte in ipfo uidere eft, amaram
uidelicet, qui difcufforiam uim habet, denfatoriam ue-
ro non habet, quemadmodum fal poffidet. Aphroni-
trum

trum itaq; exterforiam uim habet ut non solum forades depurget, sed pruritus quoque sanet. At uero litri spuma eandem uim quam litrum habet, sed tenuiorum partium existit.

Gypsum. Cap. LI.

Gypsum unā cum siccatoria facultate, uim quoque obducendi meatus assumptis, lapidescit enim aqua maceratum. quapropter puluillo farinae triticeae molendi in parietibus adhærenti mixtum, & oui candido subactum, ac pilis leporinis exceptum, sanguinis eruptiones præclare sistit.

Diphryges. Cap. LII.

Diphryges mixtam facultatem adstringentem cum acrimonia habet. Quapropter & malignorum ulcerum bonum medicamentum est, & ad putredinosa oris ulcera, tum per se, tum cum melle despumato. Item ad anginam, maxime ubi iam per adstringentia humorum influxus fuerit repressus. Quin & gurgulione resecto, ipso solo mox usque ad cicatricem induritam sæpe usus sum, utpote pharmaco omnia ulcera exacte cicatrice includente.

Diaphanes lapis specularis. Cap. LIII.

Diaphanes siue lapis specularis appellatus, usus trius fistulosis ulceribus inspersus celerrime incarnat.

Theion, Sulphur. Cap. LIIII.

Sulphur omne uim attractoriam habet temperamento calidum, substantia tenuium partium existens, ut & ad multa uenenum eiuculantia animalia resistat. Ego autem & ad pastinacæ marinæ, & draconis morsus ac ictus eo sæpe usus sum, arido uulnere insperso, aliquando etiam salua ammixta, aliquando oleo uetere, aut melle, aut terebinthina. Sed & scabies ac lepras & impetigines sæpe cum eo curauit addita terebinthina. De terit enim tales affectus, nec materiam in alium repellit, quemadmodum multa medicamenta faciunt.

Ios xyftos, Ærugo rasa. Cap. LV.

Ærugo rasa acrem qualitatem habet, discutitq; ac consumit & liquefacit omnem carnem. Quod si ad multam ceram ammisceatur exterforium & cicatricem inducens pharmacum.

Ærugo uermiculata. Cap. LVI.

Æruginem uermiculatam ita facies. In pilam cyprii æris, quæ & pistillum æreum habet, aceti albi acris dimidiam heminam infundito, & in sole terito donec strigmentitiam spissitudinem acquirat. Deinde aluminis rotundi 3. i. & falis fossilis pellucidi albiq; ac solis di 3. i. addito, aut si hoc non adsit, nitri tantundem, & postea ad solem sub caniculæ æstum terito, donec colore æruginosum compage uero strigmentosum euadat, atq; sic ad uermicularem figuram effingito, ac resposito. Efficacior fit ærugo, si aceti partem unam, urinae ueteris duas contriueris.

Cadmia. Cap. LVII.

Cadmia optima est botrytis. Vim habet omnis cadmia siccatoriam, participans & exterforia. In caliditate ac frigiditate differentia moderata est. Vista uero & lota medicamentum siccans & extergens citra mordacitatem euadit, ad ulcera explenda tum oculorum, tum totius corporis commodum.

Cyanus. Cap. LVIII.

Cyanus acrem & discussoriam ac demolientem consumitemq; carnem uim habet, participat & adstrictoria.

Lepis, Squama æris ac ferri. Cap. LIX.

Squama alia æris est, quæ sanè helitis uocatur, alia ferri. Helitis itaq; in siccando primas habet, utpote tenuiorum partium, & quæ aliquod æruginis assumptis, uerum ferri squama maiore adstringendi ui participat, atque ea adhuc amplius ferri stomomatis appellati, hoc est, chalybis, siue in aciem efformati. Quapropter hæc ambæ ad maligna ulcera meliores quam

Squama æris existunt. Æris autem Squama consumit & eliquat carnes. Omnes uero Squamæ multum mordaces sunt.

Lythargyros, Argenti spuma. Cap. LX.

Argenti spuma moderate siccatur. quemadmodum alia omnia consimilia, calcatur quoque partiumque perfrigitur, ac extergitur, atque hæc omnia moderate facit.

Quapropter uelut materia sæpe ipsa utimur, eamque aliis ammiscemus, quemadmodum etiam cera uelut materia quadam utimur.

Litrum. Cap. LXI.

Litrum inter aphonitrum & salè mediam uim habet. Vstum autem ad spumæ litri substantiam prope accedit. Siccatur itaque & discutitur, & si quidem intra corpus sumatur, secatur & attenuatur crassos ac uiscosos humores, multo magis quam sal. Aphonitrum autem nisi magna urgente necessitate, nemo deuoratur, ut quod stomacho incommodum existat. Et tamen ruralis quidam, in strangulatu fungorum ipso utebatur magno subcessu.

Melanteria. Cap. LXII.

Melanteria medicamentum adstringens est, simulque tenuium partium ferè omnium maxime pharmacorum que adstringunt.

Melan, Atramentum scriptorium. Cap. LXIII.

Atramentum scriptorium abunde siccatur aqua dilutum, aut potius posca, & ambustis euestigio illitum prodest.

Misy, Sori, & Chalcitis. Cap. LXIII.

Iuxta cyprum metallum in Solorum montibus, magna quedam domus erat in monte effossa, iuxta cuius dextram parietem, ad ingrediendes uero sinistram, introitus erat ad ipsum metallum, in quo quasdam uidi plutimam extensas uelut zonas alternatim positas tres numero, infimam quidem sorceos, supra ipsum chalcitidis, deinde misyos. Et progressu sanè

temper

temporis chalcitis paulatim transmutatur in misy, & diutius adhuc tempore potest etiam sori in chalcitidem permutari. Quare nihil mihi est, tria hæc eiusdem generis uim habere, & tenuitate ac crassitudine partium tantum differre. Crassissimarum enim partium inter ipsa est sori, tenuissimarum misy. Mediam uero inter ambo uim chalcitis possidet. Vsta hæc tenuiorum partium sunt, sed minus adstringunt.

Molybdæna, Plumbago. Cap. LXV.

Molybdæna siue plumbago similem argenti spumæ uim habet, ad frigiditatem uergentem, sed neque extensoriæ facultatis particeps est.

Molybdos, Plumbum. Cap. LXVI.

Plumbum uim habet frigefactoriam, nam liquidam substantiam possidet à frigiditate coactam. Unde & mole & pondere augetur plumbum, in domibus subterraneis turbidum aerem habentibus repositum. Itaque si pilam plumbeam unam cum pistillo plumbeo paraueris, & in ipsam uinum tenue, & oleum rosaceum, aut myrteum, aut melinum infunderis, & ad solem siue ignem triueris, ut succum quendam plumbum remittat. Optimè pharmacū habebis, si eo succo ad sedis inflammationes ulceratas, aut pudendorum, aut testium, aut mamarum ueris. Item ad omnes inflexiones que in uingibus, aut pedibus, aut aliis articulis incumbunt. Est & mirabile medicamentum ad maligna & cancrofa ulcera. Ad multo usum idem commodum erit, si ex adstringentibus ac perfrigerantibus succum aliquem addideris, uelut è seridis, cotyledonis, semperuiui, portulacæ, psyllii, uuæ acerbæ. Quæcumque uero ex his succum non facile remittunt, uelut portulacæ, his aliorum succum ammiscere oportet, uelut uuæ acerbæ. Lamina porro ex plumbo facta & lumbis imposita, ueneris impetus cohibet in his qui exercitare se uolunt. At uero ustum & lotum plumbum, ad maligna ulcera, & chiro-

nia, &

nia, & cancerosa, optimum pharmacum est cicatricem inducens tum per se, tum aliis ammixtum.

Pompholyx. Cap. LXVII.

Pompholyx lota ferè omnium primas obtinet que citra mordacitatem siccant. Vnde ad cancerosa ulcera commoda est, & alia omnia maligna, & corrosas dentium gingiuas.

Rhoidarii præparatio. Cap. LXVIII.

Rhoidarium uarie præparatur. Optimus modus hic est. Rhunolus accipito, in aqua macerato, & lapidem cupholithon appellatū terito, rhois cremore affuso, siccari finito. Deinde anchusæ radicem cum oleo coquito donec oleum ruffescat, & ex oleo parum addito ac terito, & ad dies xv. siccari finito, & tunc rursus ex cremore rhois affundito ac siccari finito. Deinde in uas testaceū mittito, obturato ac assato, & erit bonū rhoidarium. Cæterum cupholithos à Cæsarea Palestina affertur. Qui cupholitho carent, calce uiua ad medicamentum præparandum utuntur.

Sandaracha. Cap. LXIX.

Sandaracha uisoria uim habet uelut arsenicum, unde in compositiones discussorias & exterforias ipsam ammiscent.

Sandyx quæ & Syricum. Cap. LXX.

De Sandyce siue Syrico ubi de cerussa agemus dicetur.

Scoria. Cap. LXXI.

Scoria omnis multum siccatur. Si itaq; ferri scoriā siue recrementum quā leuissime contriueris in acerrimo aceto, & postea coxeris, pharmacum maxime siccatorium ad inueteratas aurium purulentias habebis. At uero argenti scoria appellatur helcysma, itidem siccandi uim habens.

Stibium. Cap. LXXII.

Stibium ultra siccatoriam uim omnibus metallicis commu-

rommunem, habet & adstrictoriam facultatem. Quapropter & ocularibus medicamentis ammiscetur.

Spongia. Cap. LXXIII.

Spongia pice liquida ac bitumine imbuta & usta, a cremore & discussoria uim habet, sanguinemq; sistit, spōgia noua aqua frigida, aut posca, aut uino madefacta, pro corporum uidelicet differentia, uulnera cruenta glutinat, uelut alia ad hanc rem idonea medicamenta.

Styperia, Alumen. Cap. LXXIII.

Alumen omne uehementissimam adstringendū uim habet. Scissile omnium maxime subtilium partium est. Deinde rotundum. Crassarum partium est liquidū, itemq; crustaceum ac laterarium, placitū & plintitiū Græci appellant.

Titanos, Calx. Cap. LXXV.

Calx uiua uehementer urit, ut crustam inducat. Ex tincta euestigio quidem & ipsa crustam infligit, uerum post unam aut alteram diem, & minus urit, & minus crustam inducit, & progressu temporis penitus crustā non infligit. Calcificat tamen adhuc & carnes cōsumit. Si uero lauetur, mordacitatem deponit, & lixiuum facit: ipsa uero citra mordacitatem siccatur, & si bis aut ter, aut pluries lauetur penitus lenis euadit, & generose citra mordacitatem siccatur.

Phycos, Fucus. Cap. LXXVI.

De fucō referam ubi de cerussa tractabo.

Chalcanthus, Atramentū sutoriū. C. LX XVII.

De hoc pharmaco merito mirari licet, quomodo fortissimæ adstrictioni caliditas non ignaua in ipso mixta sit. Quare manifestum est quod omnium maxime humidās carnes siccare potest, humiditatem calore consumens, adstrictione uero densans ac spissans substantiam. Fit & hoc in Cypro prope locum ubi mysy, chalcitis, ac fori reperiuntur, ut ex his intelligi possit, aquam pluuialem per collem illum excolatā, omnem

omnem illam terram circumluere ac abluere. Vidi autem hanc paulatim coaceruari quotidie in lacu quodam, & erat sanè tepida ac uiridis, chalcitidem, & æruginem odore repræsentans. Quidam autem ipsam exhaurientes aquam, in urnas quadrangulares fistiles transfundunt, in quibus plurimis diebus coacta ac densata chalcanthus fit. Verum temporis progressu etiam chalcanthus in chalcitidem transit.

Chalcitis. Cap. LXXVIII.

De chalcitide iam diximus ubi de misy egimus. Nunc satis est illud tantum dicere, quod adstrictoriam & acrem uim mixtim habet. Prædominatur autem acris, uehemens adeo existens, ut & carnem inurat, & crustam inducat. Vsta chalcitis mordet quidem minus sed non minus siccatur. Deponit & adstrictionis non nihil. Quare penitus melior est usta chalcitis quæ non usta tenuiorum partium uelut alia usta euadens, acrimoniã autem nõ adsumens. Nam quæ natura acris sunt, usta mitiora sunt, reliqua acriora. Lota insuper chalcitis ad huc lenior euadit.

Chalcos, Æs ustum. Cap. LXXIX.

Æs ustu habet quiddã acre in se, sed & adstrictionis particeps est. Et propterea si lauatur optimũ pharmacũ est ad ulcera cicatrice includenda. Verum ante usurã, in his qui duras carnes habent usus eius assumitur.

Calchu anthos, Æris flos. Cap. LXXX.

Æris flos tenuiorum partium uim habet quæ est ustu, & squama æris, participat & exterioria uim, unde ad magnas asperitudines palpebrarum conducit, sycofes Græci appellant.

Chryfocolla. Cap. LXXXI.

Cryfocolla ex eorum numero est quæ carnes eliquant, non tamen fortiter mordet, discufforia utiq; satis est & siccatoria. quidam eam solam ita appellant quæ inter metalla reperitur. Verum præstat arte parata,

parata, in pila ænea çris rubri, pistillo quoque similiter æreo, urina pueri impubis addita, ita ut diutius in sole calido teratur. Nam quod inter terendum resoluitur, id siccatum commodissimum medicamentum fit ulceribus malignis, um per se, tum idoneis ad eandem re pharmacis ammixtum.

Psymmithium, Cerussa. Cap. LXXXII.

Cerussa ex plumbo acris aceto dissoluto paratur, & tamen neque acris, neque mordax est, neque discufforia, sed & meatus obducit, & perfrigerat. Vsta autem pura cerussa, in id quod Syricum appellatur transit medicis sandicem nominant. Et usta quidem cerussa tenuiorum partium euadit, non tamen calfactoria. At uero si eius frigiditatem cerussæ seruans, partium subtilitatem insuper assumpsit, ut per ipsam in altum corporum penetrare queat.

Pforicum. Cap. LXXXIII.

Pforicum fit dupla chalcitide ad argenti spumam ammixta, ita ut hæc primum acerrimo aceto terantur, deinde in ollam nouam indantur, quæ media æstate per dies quadraginta in sterquilinio defoditur. Hoc medicamentum magis siccatorium, & minus mordax fit quàm chalcitis, palam est autem quod & tenuiorum partium euadit.

De materia medica ex animalibus. Cap. LXXXIII.

Plantarum materia explicata, non omni uidelicet per totum terrarum orbem, sed quantæ nos experientiam habemus. Imo & terrea & lapidea materia medica anumerata, superest adhuc materiam ex animalibus persequi, siue ea in aqua, siue in terra uitam degant. Quemadmodum autem in plantarum materia, etiam de succis qui ex ipsis sunt mentionem fecimus. sic etiam nunc non solum solidarum in animantibus partium uim trademus, sed etiam in ipsis contentorum, uelut sanguinis, bilis, urinæ, stercoreis, & similibus. relictis

tamen abominandis ac detestandis, & quibusdam lege prohibitis, de quibus cum alii quidam tum Xenocrates, scripsit, uelut est homines comedere, urinas bibere, ac menses muliebres, & similia. Imo relictis quoque medicamentis certa morbum genera inducētib; itemque compositionibus uenenosorum pharmacorū. Quin. talia scribunt non minori sed maiori odio digni sunt quam qui perpetrant, quanto maior iniuria est cum multis malum aliquod quam unum solum perpetrare: Et cum actore quidem flagitiosarum speculationum experientia commoritur: Scribentium uero male factum immortale est arma malitię improbis suppeditans. Dicemus itaque nos de commodis hominibus rebus, quarū experientiam habemus, & sanē primum humorum in animalibus mentionem faciemus.

De sanguine. Cap. LXXXV.

Columbinum sanguinem solent hi qui ossa capitis fracta perforant, crassę membranę infundere, quod si columbinus non adfit, palumbi aut turturis sanguine uti licebit. Quidam & ad sugillatos oculos eodem utuntur calido instillato de recens macerato animali, aut de uenis alarum dissectis. Ego uero sexcentos uisidiosibus capitis perforatos, & nihil læsos ex rosacei usu, citra sanguinem columbinum. Sunt autem & sugillatorum oculorum medicamina multa & colligiorum genere, & maxime Democratis ex myrrha, item quod ex thure constat, & quod ex croco. Sed & fœnigreci succus in hunc usum potior est sanguine columbino. At uero caprinum sanguinem quidam hydropicis pharmaci loco dederunt, & ad uentris fluxiones aut dysenterias eodem assato usi sunt. Hircinum quoque sanguinem aliqui siccatum, & aliis ad hanc rem commodis ammixtum, calculosis exhibent. Itaque que licebit ruri degenti & aliis auxiliis carenti, etiam hunc in usum uertere, nam experientia periculo uacat.

cat. Quin & hædinus sanguis in usum uenit, de quo Xenocrates sic scripsit: Hædinus sanguis spuentibus sanguinem ualde commodus est. Oportet autem nondum congelato dimidię heminæ mensura, aceti acerrimi tantundem ammiscere, deinde feruefactum in tres partes diuidere, & singulis diebus partem unam absorbendam præbere. Vespertilionum porro & ranarum ac ricinorum sanguinem pilos extirpare saluum reperiri, quam experientia id explorarem. Quemadmodum etiam aliorum animalium sanguinis uanas promissiones comperi, & partim experiri ne tentaui quidem, quum pharmaca haberem aptiora & parabiliora ad singulos affectus. cauebam autem simul ne præstigiatoris opinionem incurrerem.

De Lacte, ex Rufo, & Galeno. Cap. LXXXVI.

Duplex lactis utilitas est, altera ut alimenti, altera ut medicamenti, saluberrimum lac est purum ac syncerum neque amaritudinis, neque aciditatis, neque salledinis, neque acrimonię, neque graueolentię particeps, sed ut ita dixerim odoratum, aut odoris expers, aut si quidem modice odoratum fuerit, palam est quod & gustatibus dulce erit, utpote modicę dulcedinis particeps. Primum autem differentias ipsius cõsiderare oportet.

De lactis differentia. Cap. LXXXVII.

Quantum natura inter se distant uacca & equa, ac alia animalia, tantum, & lac ipsorum inter se differt. Bulum. n. crassissimum est ac pinguisimum, comodeque nutrit ac partes subit. Liquidissimum autem & tenuissimum ac minime pingue camelinum est, & uentrem minus subit, quanuis multum feri habeat. Sed uice uersa equinum magis aluo secedit, similiter & asininū quod minimum pinguis succi possidet. Quapropter etiam raro in uentre in caseum mutatur. Caprinum moderatam compagem habet, & ad purgandum debilius bubulo est, de cætero æque comodum & multū nutriens.

Ouillum hoc crassius est, uerum uiligines albas subcute inducere solet, si quis assidue ipso utatur. Suillum crassissimum est, ut neq; coagulo opus sit ad id coagulandum, & serum modicum secernat, & in coctura celerissime coeat. Quare nec ad alui excretionem commodum est, & uentriculo nauseam mouet.

De lactis differentia ab animalium habitu. Cap. LXXXVIII.

Manifestum est autem quod omne sanum animal melius lac quam morbidum præbet. At uero morbos animalium ex tenuitate cutis deprehendere licet, & pili raritate, tuberculis, impetigine, scabie, & inedia. Nigriora quoque in brutis ferè in totum fortiora sunt. Quod & carnes ipsorum testantur, utpote iucundiores. Alba contra imbecilliora.

De lactis differentia a temporibus anni. Cap. LXXXIX.

Iuxta anni tempora liquidissimum & tenuissimum est lac uernum; hoc est, post partum: spissatur autem tempore progressu, ut media ætate siccus ac crassius reddatur. Laudatur æstiuum ut concoctu facilius, & iucundi odoris.

De lactis differentia a pabulo. Cap. XC.

Quin & circa pabulum plurima differentia in lacte reperitur. Nam aliàs aliam herbam animalia depascuntur, & uiridis quidem herba, & iuxta aquas nascens liquidius & modicum lac suggerit. Durior uero & montana, apta est ad boni ac multi lactis generationem. Omnia pabula adstringentia, acerbum & aluum sistens lac præbet. Acria uero & præsertim purgantia, uelut est scammonium, & ueratrum, & tithymalli, uentrem turbans, lac exhibent. Cytisus autem pingue ac dulce.

De lactis differentia ab ætate. Cap. XCI.

Animalium in uigore ætatis consistentium lac optimum est, iuniorum liquidius, seniorum siccus.

Quibus

Quibus lac conueniat. Cap. XCII.

Ex omnibus ferè edulis optimum lac optimi succi est ac alimentum ex contrariis subtantiis ac facultatibus compositum, subducente ac sistente aluum, obcurante ac attenuante. Et sanè ubi qualitas ipsius nihil contrarium utentis naturæ habuerit, & uiscerum ipsius exitus ob ualorum amplitudinem spaciosi fuerint, utilitas ex lacte consequetur, & nihil mali ille ex eo experietur. Vtilitates autem lactis etiam ueteres medici recesserunt. Vt eris moderatam subductionem, succi bonitatem, & alimoniam, & quod concoctum probe carnem meliorem reddit, & mordaces succos expurgat. Vnde in urinæ difficultate, & acri egestionem alui, non solum bibere conducit, sed etiam inferne per clysterem infundere. Ad acres. n. & mordaces fluxiones commodissimum est, non solum abluens ipsas de partibus infestatis; atque hoc per exteriosam humiditatem, quam in serosa sui parte complectitur, sed etiam crassitie ac pinguedine sua corporibus oblitum ac inductum, non sinit influxum acrem nudis ipsis allabi. Ad pulmonis itaque ac intestinorum ulcera, item rhenum, uescicæ ac uteri, & ad papularum eruptiones, ac furunculos, & alias cutis asperitates, conuenientissimum est in potu. Itè ad eos qui cantharidas hauserunt, aut buprestin, & in summa ad medicamenta erodentia ac exulcerantia, & ad hyoscyaminum uelut peculiare remedium est. Non statim respicere affectos facit. Cæterum in gutturis exulcerationibus, quæ cum ob alias multas causas, tum ex anginis sunt, & his qui ephemera sumperunt, lac gargarisare conducit. Idem potum magnopere prodest alimentum non sentiētibus, & siccioribus, ac qui ægre uires coligunt. Commodum est & ad oculorum fluxiones acres, & ad oculos sugillatos. Quin & forinsecus palpebris impositum lippientium, ubi dormire uolent, cum rosaceo & oui candido, inflammationes ipsorum

concoquit. Eodem modo utimur & ubi fedis ulcera mitigare uolumus, propter acres serofos humores ac inflammationes dolore affecta, similiterq; ad pudendo rum ulcera, & in summa ad omnia lenimento opus habentia, ob inflammationem, aut mordacitatem, aut ul ceris malignitatem. Quapropter & cancerosis adhibe tur ulceribus in medicamenta dolore eximentia amixtura, qualia maxime sunt quæ ex pompholyge fi unt. In uniuersum igitur mitigatorium est lac, lauema naturam habens, atque multo magis, ubi serosi humo ris maior pars per cocturam, aut aliam autem fuerit consumpta.

De modo, tempore, ac mensura utendi la ctis. Cap. XCIII.

Omnis qui lac bibere uolet, à reliquis cibis ac poti bus abstineat, donec concoctum sit hac secesserit: si. n. ante eius concoctionem, alium cibum quis sumat, necesse est & ipsum lac corrumpi, simulq; corrumpi & ci bum qui superingestus est. Præstat autem mane bibere recens multũ, & tunc plures labores detrahere, quies te ac sensim ambulare, & interim cessare citra somni admissionem. Qui enim hoc modo se gesserit, potum lac excernet, idq; inutilia secum educet. Opus est. n. si quid aliud, primum acceptũ secedere, quo facto aliud bibere. principio igitur secedit aluo cõmode purgã, non totam corporis molem, sed quæ in aluo & intesti nis sunt partibusq; uicinis. Post hæc iam in uenas de fertur optimeq; nutrit, & non amplius secedit, sed uen trem sistit. Mensuram sumendi definire omnibus, imo possibile est, quemadmodum in aliis quoque eduliis, satis est igitur quantum facile quisque ferat. Cæterum ad mordaces humores & maxime infartos, cum mo dico melle bibere conducit. nam sic & utilius & ma gis exterforium est, & citius aluo secedit, ammiscen do est & sapa & uinum dulce. Ita enim commodius stomacho

stomacho euadit. Quod si falem accipiat, magis etiam aluo secedit, sed iniucundius existit.

Quibus lac noceat. Cap. XCIIII.

Lac qd plurimum seri habet, periculo maxime ua cat, et si quis semper ipso utatur quod uero modicum serosi humoris, non parum autem caseosæ crassitudi nis habet, non securi usus omnibus est, qui frequenter id sumunt. Rhenes enim lædit qui apti sunt ad calculo rum generationem, obturationes quoq; & affectio nes circa hepar efficit, in his qui prõpte affici possunt. Eiusmodi sunt quibus angusti fines sunt uasorũ trãssu mētium alimentũ ex sima hepatis parte in gibbosam. Sed neq; capiti commodum est, nisi quis ipsum ualde ualidum habeat. Quæ uemadmodum neq; præcordiis q̄ facile instantur plerisq; omnibus enim in uentre infla tur, ut paucissimi sint qui non hoc perpetiantur. Asino quoq; eius usus dentes lædit, unã cum circumscita carne gingiuarum. Hanc. n. humore flaccidã efficit, deo tes uero putredini & erosioni obnoxios facit; id qd crassiori lacti maxime inest. Nam asininum lac propte rea qd ualde tenue existit, non solum non lædit den tes, sed et ipsis commodat, propter uim extergendi. Oportet itaq; ab emulactis, uino mulso aqua diluto de tes colluere: ita. n. omne caseosum dentibus ac gingi uis infartum extergetur. Cæterum qui caput non faci le llesioni expositum habent, commodius est uino mul so meraco citra aquæ mixturam os colluere.

De lactis coctura. Cap. XCV.

Si quis præcocto lacte serum consumplerit, omni no uentrem non subducit. dant autem hoc ipsum his quibus uenter ac intestina ab acribus superfluitatibus mordentur, & qui ieiunum intestinum biliosis fluxio nibus infestatum habent, & dysentericis. Modus præ parandi duplex: Aut enim diutius cocto lacte serum insumitur, aut silicibus iniectis, sed quod per silices

iniectos, fit crassius præparatur, & propterea uitiosius euadit cum alijs, tum quod cinis ex ignitis lapidibus lacti commiscetur. Habet autem tale lac aliquid comoditatis in putredinosi ulceribus, quare his exhibere oportet lac per silices præparatum, reliquis coctum. Coctura fit ad ignem assidue agitando ne dirimatur, & si quid ollæ labro adhæserit, etiam in spongia munda auferre oportet. Nam sæpe hoc ipsum lacti ammixtum totum corrumpit. Porro per silices sic præparatur. Lac coquitur donec plurima humiditas consumatur, deinde, lapides silices igniti in lac mittuntur, quot omnino suffecerint ad serum consumendum. Nec minus, imo magis idem efficiunt laminæ ferri ignitæ lætè immersæ. Est enim ferrum adstrictoriæ facultatis particeps, & proinde plures cylindros ferreos parauit, qui uerum ad finem additum habent, ut hac quasi ansa facile quis ferrum ignitum tollere queat panniculis detentum, uelut in cauteriis facere solemus. Lac tamen hoc modo præparatum facile in uentre casei figuram accipit, quapropter securius est aquam affundere, quæ admodum Medici non pauci faciunt, ubi serum primū consumptum est, rursus aquam puram affundentes: nō enim humiditatem seri fugiunt, sed acrimoniam perquam uentrem subducunt.

De sero lactis, Ex Galeno. Cap. XCVI.

Serum lactis exterioriam uelut uini habens, subducendi uentris gratia assumitur, tum in potu, tum per clysterem immixtum. Nam acrimoniam intestinorum citra mordacitatem abluat & extergat. Potest & pro aqua commodissime assumi ad ulcera acri sanie infecta eluenda. Quin & medicamenta disculforia ad sugillata liuoresq; ac nigredines, ex corpore melius eluuntur per serum quam per aquam. Sic quoque eodem ad contusa suffusa ac liuefacta utimur, commo- dis ad hæc pharmacis ipsum ammiscentes. Serum autem

autem sic præparare oportet. Lac in ollam funditur, sed non ouillum neque suillum, utrunq; n. ineptum est ad serum detrahendum, coquiturq; igne concitatore, & assidue ac æqualiter mouetur, & ubi efferbuerit. a motu cessatur, & ubi adhuc amplius efferbuerit, aqua frigida in promptu sit in profundiore quodam uasculo sita, in quam olla in qua lac coquitur immittitur: statim. n. sedatur. Sedato autem seruore, rursus coquitur, & ubi efferuescit, acetum mulsum aut aqua mullā bis aut ter irroratur, quo facto caseus statim à sero dispartur, serum itaq; mox per panniculum excolatur. Vbi igitur crassas & pituitosas superfuitates abundare suspicatus fueris, acetum mulsum irrorabis ubi acres & biliotas, aquam mullam. Quin et immisso in ollā, postquam lac bis aut ter efferbuerit, uase frigidissimam aquam habente, fissuram ac secretionem facimus. Vtendum est sero ad debiles & cibos auersantes. Oportet autem sero quod primum bibitur salem ammiscere, ubi uero purgare cœperit citra salem dato, atq; hoc per interualla quædam facito, donec satis æger purgatus fuerit. Copiam iuxta uires expendere oportet, neq; tam magnopere deliqueris etiā si quid amplius præbueris. In summa autem copia sit seri potus heminarum quinq;. Et modus quidem paradi seri talis est. Cæres aut sic præparant. Cnici semen contundunt, eoq; lac coagulant, & uasidū serum efficiunt. Deinde excolant, & salē aut aquam marinā addūt, rursusq; coquūt ac exhibent. Fortiter itaq; hoc purgat, sed omnium iucundissime bibitur. Omnino autem longè cocturæ medicatione indigent, thymi drachmas tres aut quatuor unā cum sero dabis in prima potione. si uero adhuc amplius purgare uelis, epithymi tusi ac cribrati drach. tres dabis. Vitare tamen medicamenta oportet in quibus non magnum est id quod molestat. Cæterum

simplicius præparato sero uti oportet in corporibus mollibus, & in quibus euacuare & eluere solū ea quæ in uentre ac intestinis herent uolumus, & in quibus in testinum exulceratur à quibuscunq; uulgaribus purgatoriis medicamentis, & in quibus bilis pura uentrem in festat in quibus inanes uentrem ad egerendū stimulat cupiditates, & in quibus periculum est rhenes aut uescam aut uterum exulcerari, & in macilentis ac tenuibus, purgatione tamen egentibus. Maxime omnium autē sero uti oportet in his qui imbecillum stomachū habent, & tamen purgatione indigent. His omnibus exhibendum est serum, neque sale, neque alio quopiam medicato ammixto. Sed & puero, & mulieri, & seni, hoc serum citra omne periculum exhibetur, & in caniculæ æstibus intrepide datur, quanquam tunc temporis alia medicamenta suspecta sint. At uero fortiori sero uti quis potest, & ad corpora, & ad uitia uehementioribus medicamentis egentia. Præsertim ad inueteratas papulas, & uaros liuidos & uitiatos sub cute humores, uelut lepras & similia. Item ad ulcera uetera & efferata, & ad ulcera capitis manantia, ac similia. Ad oculos quoque assidua fluxiones uexatos, & ad scabiem palpebrarum, & maculas solares in facie, potest & quis eo in longis febrium circuitibus uti, & in quibus periculum ut ex morbis in aquam inter cutem delabatur. Atq; hæc quidem de sero sufficiunt.

De his quæ iucunditatis gratia cum lacte coquantur. Ex Gal. Cap. XC VII.

Lac cum aliquo crassi succi edulio diutius coctum, fatuositatem deponit, & magis nutrit, & alui fluxionibus, & tenuibus ex capite in pectus distillationibus conuenit, sed & in hoc considerandum est ne clam nobis alia quædam uiscera lædat. Quorundam enim natura ab hoc abhorret: & aliàs periculo eiusmodi edulia non uacant. Nam & iecur obturant, & calculos in

in rhenibus generant. Quæ aut cum lacte coquantur hæc sunt. Amylum, similago, alica, tragus, oryza, lagana, placenta, & panes quædam neq; probe assati, neq; probe præparati, neque fermenti, neque salis particeps. De lacte acido. Ex Galeno. Ca. XC VIII.

Lac acidum oxygala appellatum, dentes quidem non lædit qui naturali modo habent. Qui uero frigidiores aut debiliores sunt, uelut ab aliis frigidis, sic etiam ab hoc læduntur. Aliquando autem & dentium stupor inde oboritur. Et uenter quidem frigidus non probe concoquit lac acidum, qui uero moderate habet, ægre quidem, sed tamen concoquit. Qui uero calidiores quo sunt uentres, supra hoc quod nihil læduntur, etiã commodi non nihil ex eiusmodi eduliis percipiunt. Atque tales uentres etiam per niuem circumdatam perfrigeratum oxygala citra molestiam ferunt, nisi pectus frigidum fuerit, aut caput, aut alia particula. Neque enim calidam & acrem seri qualitatem oxygala habet neq; pinguem & calidam butyri. Sed solum in ipso reliquū est caseosum, unde frigidum est & crassi succi, & crudos humores generat, & in frigidioribus uentriculis etiam calculos in rhenibus gignit.

De primario lacte. Cap. XC IX.

Primum lac appellatur quod statim à partu multum est, id calido cinere modice calfactum, citra coagulum statim coagulatur. Veteres Pyriaton hoc uocabant alii pyriepthon, comeditur hoc ipsum cum melle. Melle enim non addito, ægrius concoquitur & crassioris succi est, & tardius transit.

De lacte concreto. Ex Galeno. Cap. C.

Quidam lac etiam concretum exhibent, per coagulum uidelicet coactum, & sero ablato: melleq; addito. Quidam uero etiam seri plurimam partem absorbent, & contingit sanè his uentrem magis aut minus subduci, pro absorpti serosi humoris quantitate.

De caseo. Galeni.

Casei omnes mali sunt, excepto oxygalactino qui ex acido lacte fit: nullum enim laudare possum, omnes ægre concoquantur, acidum ructū generant, & flatu uentrem implent, improbe aluo secedunt, pituitam & æstum uentri inducentes. Nā in præparatione ab immisso coagulo acrimoniam assument, & oēm humorē deponunt, præsertim inueterati, qui & acriores sūt, & seipsis calidiores & æstuosiores, sitimq; amplius inducentes, & ægrius concoctiles, & peioris succi eductunt. Quapropter illud cōmodi quod crasā succi eductilia attenuantibus medicamentis ammixta attrahūt & acquirunt, neq; caseus obtinet citra detrimentum. Maius. n. ex succi malitia & æstuosā humiditate damnū accedit, q̄ utilitas ex crassitudine attenuata emergat. Itaq; fugiendus maxime talis caseus qui penitus nihil boni in se habet. At uero recēs caseus appellatus oxygalactinus, omnium optimus censendus est. Nam & in cibo incundissimus est, & stomacho innoxius præ omnibus aliis caseis existit. minus ægre concoquitur, & minus ægre transit, neq; uero ualde, crassi succi est, quo crimine in commune omnes casei sunt infames. Inter reliquos porrō caseos recens melior uetere est, & mollis duriore, & rarus ac laxus ualde denso, & coacto, & qui præcellentem dulcedinem habet falso præstat, & qui moderate salus est, potior est eo qui plurimum salis, aut penitus nullum salem accepit, iucūdus, iniucundo, assatus crudo præfertur. Caseus coctus multo solidior est, sunt tamen omnes mali.

Pharmacum ex caseo uetere ad callosas

concretiones podagricorum Gale-

ni.

Cap. C II.

Quum arthriticus in sella ad me delatus esset, qui callosas duritias in articulis haberet, statim in mētem uenit mihi ut pernam suillam ueterem salsam coque-

rem

rem, eiusq; decocto caseum uetustissimum rigarem su bigeremq; ac in pila probē unirem, & duritiibus callosis imponerē, quo factō sponte rupta cute citra sectio-nem, quotidie callorum particulæ emergebant, & quū commoditatem homo ille experiretur, talem de cæte-ro sibi parans caseum adseruabat & inueterato uteba-tur, atq; sic in eius usu perseverabat. Quin & alios si-militer affectos ex amicis suis medicamenti eius uim edocebat.

De efficacia recentis casei foris adhibiti

Galeni. Cap. C III.

Recens & humidus caseus magnopere auxiliari ui-detur his qui spumam argenti hauferunt, si quis ipsū in cibo accipiat. Potest & uulnera cruenta simpliciora glutinare in cataplasmate impositus, super impositis foliis uitii, aut lactucæ, aut betæ. Caseus autem oxygalactinus etiam magna uulnera glutinat. nam & discussoria ui participat.

De butyro. Galeni. Cap. C IIII.

Butyrum ex pinguisima lactis præsertim bubulli parte fit, coctioriam autem uim habet, modica quoque discussoria participans. Has uires tamen in mediis inter mollitiem ac duritiem corporibus exercet. Nam ubi hæc fuerint inflammata concoquit ac facile discutit. Quare parotidas aurium, & bubonas inguinum abscessus, ipso solo sæpe perfecte sanauimus, puerilibus corporibus, ac muliebribus affectis. Durorum enim penitus corporum tumores præter naturales butyrum discutere non ualet. Idem reiectionibus ex pulmone, in pulmonis ac lateris affectionibus magnifice confert cum melle datum, easq; concoquit. Si itaq; solum desingatur per se, magis cōcoquit, minus educit. Si uero unā cū melle & amygdalis amaris, magis sursum educit, minus concoquit.

De coagulo. Galeni.

Cap. C V.

Coag

Coagulum omne acrem & attenuatoriam uim diſcuſſoriamq; & ſiccatoriam habet. Optimum coagulum eſt leporinum, diſſoluit omne coagulum cum aptis ad hanc rem medicamentis potum, ſanguinem in uentre in grumos concretum. Cætera quæ de coagulo à multis prodita ſunt, ſuperuacaneum adſcribere exiſtimo.

De felle. Galeni. Cap. C V I.

Humorem qui in ueſica bilis ſuſceptice coaceruatur, nunc fel ac bilem nomine, non quam atram, ſed quæ flauam appellant. Et ſane humor hic omnium animalium humorum calidiſſimus. Differentiæ ſunt in ipſo plurimæ, tum iuxta naturam animalium, tum iuxta uicium. Nam pallidior colore bilis moderate calida eſt, ſubalbida, uero in quantum colorem exolutum habet, tanto caliditate inferior eſt. Flaua autem tanto calidior quam pallida eſt, quanto craſſior et flauior exiſtit. Et enim flaua ſit ex pallida amplius caſta. Si uero adhuc amplius ſuperincaleſcat, ad atrioſiorem colorem tranſmutatur, qui aliquando æruginofus ſit, aliquando cæruleus, interdum etiam ad ſtatidis colorem tranſit. Itaque & tu colorem bilis expendes, ubi pharmacum præparas in quod fel recipitur. Fit & bilis differentiæ circa corpus utentium ipſa, prout ſubtili aut hebeti ſenſu præditum eſt. Et ſuillum quidem fel omnium aquoſiſſimum eſt, & propterea debiliſſimum, exceptis agreſtibus ſuis. Vtuntur autem felle ſuis domeſticæ ad ulcera aurium, non cõtènendo pharmacum, quo & tu uti poteris ſi non aliud compoſitum adſuerit. Fel ouillum paulo acrius ſuillo eſt, atque eo adhuc magis caprinum. Conſimile huic eſt urſinum & bubulum. Taurorum hiſ fortius eſt ſed inferius hyenarum felle. Callionymi piſcis & ſcorpium marinis ac teſtudinis fel hoc etiam ſuperant. Eſt & uolucrum animalium fel omne acrius ac ſiccius quàm in quadrupedibus. Ex uolucris gallinarum ac perdicum fel in uſum medicum præſtat. Accipitrum & aquilorum

larum fel multum acre eſt & corroſiuum. Has itaque ubi noueris fellis differentiæ, ſciuerisque quæ affectiones magis, quæ minus ſiccatione opus habent, uix contingere poteſt ut circa curationem aberreris.

De ſudore. Cap. C V I I.

De ſudoribus aliqui ſuperuacanea conſcripſerunt, quæ per aliam materiam parabiliorem fieri poſſunt. Ammiſcetur autem ſudor eorum qui in palæſtris exercetur, ſubſtrato pulueri, atque hoc paton græci uocant. Eſtque pharmacum diſcuſſorium, itaque inſtammatis mæmis auxiliu efficacius eſt ſolus iſ patos impoſitus. Si uero aridior eſt, cyprino, aut eo non præſente, roſaceo emollire ipſum. Hoc pharmacum illitum lac in uberrimum redundans extinguit. Et ego ſane aliquando ipſo in inguinibus abſeſſu uſus ſum, & breui tumorem ſedatum uidi.

De urinis. Cap. C V I I I.

Urina hominis ſerè omnium aliarum debiliſſima eſt, excepta ſuilla porcorum domeſticorum caſtrorum. Vim habet extergendi hominis urina, ſi quod aliud urinæ genus quod ſatis indicant ſullones. Vnde & medici ad ſcabies ac lepras adhibent, ulceraque multa humiditate ſordeque ac ſpurcicia plena, ea perfundunt, idque multo magis ſi quid putredinoſum habuerint. Manantia item capitis ulcera & porriginem eadem fouentes curant. Nos autem abominati ſumus talia facere, quum alia pharmaca ſint ad manum. Ceteru ulcera in digitis pedum præſertim ex offentione, ubi non fuerint inflammata, etiam ego sæpe urina curauimus, & ſane iter facientibus ac peregre proficiſcentibus linamentum urina tinctum in ulcus impoſui, deinde fornicus linamentum circumdedi, & quoties inieciere uellent, urinam ad digitum demittere præcepi, & non ſoluere priuſquam exacte curati eſſent. Permiſi & ruri de gentibus non præſente medico ulcera urina perfundere, ubi in partibus infernis eſſent à peſtore uſque

usq; ad summos pedes. At uero bibere urinam, in difficili spiratione quæ erecta ceruice contingit, quemadmodum aliqui prodiderunt, non est necesse, quia sint plurima alia pharmaca, quæ huic malo opitulantur. Et sanè quidam etiam pota urina ab effectu non conualuit.

De Salua. Cap. CIX.

Salua uires diuerfas esse nosse oportet, tum iuxta animalium species, tum prout singula ex his sana sunt aut morbida, prout comederunt aut ieiuna sunt, potaruntq; aut non potauerunt, quemadmodum enim urina & fel & sudores, sic & salua, debiles quidem sunt eorumque cibum & potum sumplerunt, fortes autem & a res eorum qui sitim nimiam itemq; famem tolerant. Medium locum occupant eorum quæ probe quidem concoxerunt, nondum autem cibum aut potum ingererunt. Hac itaque salua postremum relata, nutrices infantium impetigines curat, madefacto ex ea paruo digito, deinde loco perfrecto, atque hoc assidue faciunt. Sed & triticum quidam rurales manducant, & furunculis imponunt, qui sic ex salua uiribus discutuntur & cito concoquuntur. At uero iuxta omnem suam substantiam salua siue sputum hominis reptilium uenenatorem generi maxime contraria est. Ego enim contra omnem incantationem, ex solo ieiuni sputo, scorpium pereuntem uidi.

De stercore. Cap. CX.

Stercus summam discutiedi uim habet. Humanum ob foetorem abominatur. Verum bouum, caprarum, ac canum, ubi ossa comederint, neque foetidum est, & magna experientia commendatū non nobis solum, sed multis ueteribus medicis existit. Ego itaque miradam uim humani itemq; canini stercoreis experimento cognoui.

De stercore canino. Cap. CXI.

Dicendum autem primum de canino stercore, quo frequenter

frequenter quidam ex præceptoribus nostris utebatur: dabat autem cani ossa tantum biduo comedere, tertia die excretum stercus accipiebat siccabat ac reponibat, & usus tempore terebat. Utebatur autem ad anginas aliis huic malo commodis pharmacis id ammissendo. Dysentericis idem aridum tritum in lac per siles coctum inspergebat, & præbebat multos ita saluens. Hos itaque duos canini stercoreis usus multa experientia, uelut mirabilis medicamenti, didicerat. Sed & in malignissimis ulceribus parū de eo stercore addebat in pharmaca aliàs ad eiusmodi ulcera commoda, & palam fortius seipso reddidit pharmacum uidebatur. Quin & siquid discuti ac siccari opus esset, etiam illis medicamentis ammiscebat.

De stercore humano.

Cap. CXII.

Stercoris humani eiusmodi experimentum habeo. Quidam faucibus assidue inflammatis uehementer utebatur, ut periculum suffocationis ipsi immineret: & sanè uenam secare propter periculum cogebatur. Huic quidam obuiam factus promisit se pharmacum datum experimento constans, & uocari se iubebat ante uenæ sectionem, si rursus fauces essent inflammate. Itaque accersitus, & illito pharmaco quodam, celeriter hominem sanauit. Erat autem pharmacum stercus pueri aridum, quod cum melle Attico illinebat. Nutrieat autem puerum cuius stercus accepturus erat, uelut idem ille medicus docebat, lupinorum esu, eorum uidelicet qui in frequenti cibi usu sunt, cum optimo pane. Dabat & uinum bibendum uetus. Omnia hæc moderata mole, ut probe concoquere puer posset. Tertia die excretum pueri, stercus sumebat, siccabat, ac utebatur uelut de canino stercore prædictum est.

De stercore lupino.

Cap. CXIII.

Lupinum stercus quidam colicis bibendum dabat, non solum in exacerbationibus, sed etiam in intervalis

lis, si quidem citra inflammationem affecti erant: nisi diu; quosdam non amplius morbo hoc correptos, & correptos etiam non ita fortiter afflictos, neque frequenter. Sumebat autem & ille albius luporum sterco-
cus, quod ab ossium esu excreuerant. Sumebat autem non quod in terram cecidisset: nam in fruticibus ac floridis herbis hoc sterco-
sæpe reperitur. Miratus sum porrò de ipso, quod etiam ad alligatum sepe prodesset. Inuenitur & in ipso quid ex ossibus deuorati animalis quod manducationem effugit, itemque concoctionem, quod ipsum etiam tundens ac conterens colicis bibendum dabat, salem & piper aut tale quippiam ammiscens odoris commendandi gratia. Dabat autem cum uino substantia tenui, aliquando cum aqua. Quod uero lumbis ægri ex stercore ad alligaretur, id ligamentum habere iubebat ex lana agni à lupo discerpti, aut si id haberi non posset, ex corio ceruino: & sanè tum lorum quod lumbis circumdaretur, tum id in quo sterco-
s inuolueretur, ac contineretur ex eo parare iubebat. Nos autem in nullam argenteam sterco-
s lupini sabæ magnitudinem iniecit, & quibusdam experimenti gratia appendimus, & ammirati sumus quò uideremus manifestam opem inde eos consequi.

De stercore caprino. Cap. CXIII.

Sterco-
s caprini usus frequentissimus est, acrem & discussoriam uim habet, induratis tumoribus conuenit, non lienis tantum, sed aliarum partium. Itaque ego ingenuum tumore inueterato & ægre solubili, ipso usum sum ex posca, cataplasmate parato ex ordeacea farina sterco-
s ammixto & qui curabatur homo miserice sanatus est, erat autem ruralis. Nam mollibus corporibus pharmacum acrius est. Equidem usum renuorum partium redditur, quare ad alopecias com-
petit, & omnia quæ extergentibus indigent medica-
mentis

mentis: uelut lepras, impetigines, & similia. Quin & cataplasmatibus ad parotidas & inguinum abscessus amixtum, discussorium existit: medicus certe quidem ruralis ipso ad uiperarum morsus, multoque magis aliarum bestiarum utebatur cum aceto, & ualde multos seruabit. Idem ille etiam eiusdem sterco-
s pilulas ictericis ex uino bibendas dabat & ad muliebrem fluxum cum thure apponebat.

De stercore bubulo. Cap. CXV.

Bouum sterco-
ra exiguam habent inter se pro pabuli ratione differentiam. Nam & ipsa siccandi uim habent: possident & attractoriam. Medicus quidam rei medicæ cameteriæ expertus hydropicos stercore bubulo obli-
tos ad solem exponebat, & multis opitulatus est. Accipiebat autem humidum adhuc uere quum boues herbam depascunt, & exsiccatum reponebat. Vtebatur eodem & ad strumas, & ad omnes induratos tumores cum cataplasmatibus modo imponebat.

De stercore ouillo. Cap. CXVI.

Idem medicus & ouillo stercore utebatur ad uerrucas, & specialiter myrmecias appellatas, thymos item uocatos, & clauos, aceto autem id diluebat. Sed & ambustorum ulcera ad cicatricem eodem perducebat, rosaceo cerato ammixto.

De stercore columbino. Cap. CXVII.

Columbarum foris uisum querentium stercore uelut calfactoria pharmaco, ego ipse sepe ad multa uitor cum nasturtii semine, quod leuissime tritum pro sinapi admisceo, in ueteribus affectionibus rubificatione opus habentibus, qualis est, coxendicum morbus, hæmicrania, cephalæa, uertigo, & inueterati dolores iuxta spurias costas, aut scapulas, aut tendines, aut lumbos. Item rhenum, pedum, & articularum, ubi callosæ concrectiones nondum fuerint coactæ.

De Gallinæ stercore. Cap. CXVIII.

Gallinarū stercore usum sum etiam ipse, ad eos quibus strangulationis periculum ex esu fungorum imminet, inspergebam autem ipsum tritū cyathis tribus aut quatuor poscē, aut aceti mulsi, & breui cōspicua opē senserūt. Paulo post enim pituitosum crassissimū humorē euomebant, à quo perfecte suffocationis accedens conqueuit. Medicus qui me hoc remediū docebat, etiam inueterato colico dolori id ipsum stercore ex uino mulso dabat. Quidam & in angina bibēdum præbent. Est autem gallinaceum stercore debilius columbino: sed & hoc ex gallinis in agris uictum quarrentibus, & non inclusis, accipere oportet.

De stercore anseris, accipitris, ciconiæ, & terrestrium crocodilorum. Cap. CXIX.

Stercus anseris, accipitris, ciconiarum, & reliquorum de quibus quidam delirantes scripserunt, ipso experimento cognitum est inutile esse: terrestrium uero crocodilorum etiam ægre parabilis est.

Sordes ouium ex qua œsopus. Cap. CXX.

Sordes quæ ouium lanis innutritur, ex qua œsopus fit, concoctiorum uim similiter ut butyrū habet, & parum quid de discoloria. Oesypus uelut Dioscorides tradit sic præparatur: Sumito lanas sordidas ex alis ouium tortas, crispas, & molles, & calida aqua eluito, omni sorde ipsarū expressa, deinde ipsam loturam in craterem amplioris mitto, & alia feruente aqua affusa cōturbato, ita ut poculo uel alio simili uase haurias, & ex alto uiolenter illidas donec spumescat. Deinde aquam marinam, uel frigidam illa non præsentē, irrorato: & desiderare finito, atque ubi perfrigeratum fuerit id quod superstat conchula tollito, & in aliud uas mitto: & affusa modica frigida aqua manibus subigito. Deinde diffusa aqua, aliam calidam affundito, & similiter ut prius conturbato, & aquam maris uel frigidam irrorato: & desiderare finito, atque ubi perfrigeratum

tum

tum fuerit, rursus id quod superstat conchula tollito; & similiter manibus subigito. Rursusque; tertio calidam aquam affundito, & idem uelut prædictum est facito, donec candidus & pinguis œsopus reddatur, & nihil impurum habeat: atque ita fitili inditū ad dies aliquot in solem exponito ac aduersato. Sed & omnia prædicta ad solem æstiuum facito. Sic enim cōmodior reddetur, & albus, nihilque; duri ac contorti habēs. Quem admodum qui cerato, aut adipe adulteratur. Facit ad ulcera sedis & uuluarum cū meliloto ac butyro, item ad plurima alia. Oesypus ustus fuliginem ex se reddidit commodissimam ad erosos ac scabros oculos angulos, & ad palpebras callosas & pilorum destitutos laborantes. Vritur autem in testa noua, donec in cinerem redactus omnem pinguitudinem deposuerit. Testa ipsa carbonibus imponitur. Deinde exustum colligitur, teritur; & ad prædictos usus adhibetur.

De carnibus, ex Galeno. Cap. CXXI.

Non omnes animalium carnes hominem alunt, sed aliquæ etiam sunt lethales. Quædam uero non solum ut cibus, sed etiam ut auxiliare medicamen assumentur. Et ex his quæ alunt non omnes eandem uim habent. Omnium quidem igitur eduliorum caro suilla maxime alit, boni succi est, & melius omnibus concoquitur, cum aliàs, tum ob similitudinem ad homines. Carnes bubulæ non modicum & ipsæ alimentum præbent, neque facile transpirans, sanguinem tamen crassioreni quàm conuenit generant, & si quis natura atrabiliarium habuerit temperamentum, affectu quoque melancholico corripitur, ex frequenti bubulæ carnis esu. Tales affectus sunt, cancer, elephas, impetigo, scabies, febris quartana, & quæ priuatim uocatur melancholia. Sed & lien quibusdam ex eius succo intumit, unde deprauatus corporis habitus & hydrophisis sæpe insequuntur. Siccoris enim & multo

calidioris temperamenti est bos quam porcus. *Cæ*
 rerum uituli carnes concoctu faciliores habent quam
 perfecti boues, sunt enim temperamenti humidioris.
 Sic etiam hæc di capris præstant. Et capra quidem mi-
 nus sicco temperamento prædita est quam bos, sed
 homini ac sui comparata multum euariat. Humidissi-
 mam autem & pituitosam carnem agni habet, uerum
 ouilla caro magis superfluitatibus redundat & prior
 ris succi est. Mali succi est caprina, cum acrimonia hir-
 cina autem pessima est & ad boni succi generationem,
 & ad concoctionem. Deinceps est Arietina, deinde
 Taurina. In omnibus autem his castratorum melior
 est. Vetustorum pessima est concoctu, succo & ali-
 mento. Quare & sues quanuis humidum tempera-
 mentum habeant, senescentes fibrosam, & duram ac
 aridam, & propterea ægre concoctilem carnem ha-
 bent. Leporina quoque caro crassiolem sanguinem
 generant, sed meliori succi quam bubula aut ouilla,
 mali succi est & ceruina, duraq; ac egre concoctilis. At
 uero asinorum syluestrium caro: Nam & hanc qui-
 dam comedunt, uelut domesticorum asinorum in Ale-
 xandria: crassissimi succi est ægerrime concoquitur, &
 stomacho incommodat. Insuperq; esu iniucunda est:
 quemadmodum etiam equina & camelina: nam & ho-
 rum animalium carne, tum animam, tum corpus, asi-
 nini ac camelini homines uescuntur. Quidam etiam
 ursinas carnes edunt, & que his adhuc deteriores sunt,
 leoninas ac pantherinas. Qui uero attinet dicere de
 canibus, quorum catulos pingues, plerique homines
 edunt: Horum omnium animalium carnes siccissimæ
 natura sunt, & acre alimentum corpori apponunt. Et
 pro modo preparationum etiam magis aut minus nu-
 triunt, & magis aut minus concoquuntur. Nam quæ
 assatæ aut in sartagine frictæ comeduntur, siccus ali-
 mentum corpori sufficiunt. Quæ coctæ, humidius.

Quæ

Quæ uero conditæ sumuntur, medium inter utraque
 locum obtinent. Sed & harum ipsarum non parua
 differentia est iuxta condituræ modum. Quapropter
 ubi siccare corpus uoles, sicciorum temperatura ani-
 malium carnem dabis, ubi calfacere, calidiorum, fri-
 gidiorum item & humediorum similiter conuenien-
 ti proportionem exhibebis.

De extremis terrestrium animalium parti-
 bus. Cap. CXXII.

Hæc itaq; in summa de terrestrium animalium car-
 ne dixisse satis est. Verum de aliis partibus consequen-
 ter quam uim habeant discere. Extremas partes appella-
 nt in familiari usu homines, rostra, pedes, & aures:
 nam hæc minime pinguedinem habent, minime item
 carnosam naturam: prædominatur autem in his neruo-
 se & coriacea species. Suntq; hæc partes multo motu
 magis exercitatæ, & propterea etiam uiscosiores. Me-
 rito itaque paucius nutrimentum corpori præbent, &
 ob uiscositatem facilius aluo secedunt. Præstant autem
 pedes suilli rostro, quemadmodum hoc auribus. Lin-
 gua laxioris & exanguioris carnis substantiam habet.
 Venter uero adhuc laxior & exanguior est quam lin-
 gua, & propterea etiam friabilior, & cõcoctu facilior,
 citra adiacentium intestinorum mixtionem.

De glandulis. Cap. CXXIII.

Omnes glandulæ hoc commune habent, quod iu-
 cundæ & teneræ edentibus appareant. Mammarum
 uero glandulæ quum lac habuerint, etiam illius dul-
 cedinis nobis quid repræsentant, maxime in suisibus.
 Alimentum ex ipsis probe concoctis, ad carnium na-
 turam propè accedit. Si uero defectuose concoquan-
 tur, crudum siue pituitosum humorem generant, &
 humidæ quidem glandulæ pituitosum, siccæ crudum
 producent.

De testibus.

Cap. CXXIII.

m 4

Ex gland

Ex glandulosis corporibus sunt etiam testes. Suis itaque & ouilli & hircini comesti egre concoquantur & malum succum gignunt, propter uirositatem quæ in ipsis existit. Quamto autem nulla caro aliis melior est, tanto testes probè concocti magis alunt. De cætero soli gallorum testes per omnia optimi & iucundissimi sunt, & bonum alimentum corpori sufficiunt, præsertim faginatorum.

De rhenibus.

Cap. CXXV.

Rhenes palam est mali succi esse, ac egre cōcoqui, quādo etiā in gustu urinę qualitātē nobis representāt.

De cerebro.

Cap. CXXVI.

Pituitosius edulium cerebrum est, crassiq; succi ac tardi transitus, & egre concoquitur: maxime uero in macho incommodum est omne cerebrum. Quod uidantem autem mollicie eius deceptis infirmis ipsum exhibent quum sit præter alia etiam nauseosum: itaque potius ubi uomere aliquem uolueris ab accepto cibo, cerebrum ipsi pinguius conditum postremum exhibebis. Verum uitabis ne cibum aduersantibus præbeas. At uero cum calfacientibus ac incisiuis medicamentis præparatum, melius seipso euadit.

De terrestrium animalium uisceribus. Cap. CXXVII.

Iecur omnium animalium crassi succi est, difficilissimæ concoctionis, ac tardi transitus, præstat ex ipsis non solum ad uoluptatem, sed ad alia quoque porcinum, eorum uidelicet porcorum qui sicibus aridis sunt faginatam quod iecur propterea græcis sycotum, hoc est fistulatum appellatur. Lien mali succi esse creditur, ut quæ atrabiliarium sanguinem generet. Pulmo utroque facilius concoquitur, quanto etiam rarior est. Verum multo minus quam iecur alit. Alimentum igitur quod corpori inde accedit pituitosius, propter cartilagineum asperam arteriam corpus in ipso situm. At uero cor ægre conco-

concoquitur ac tardi transitus est: si uero concoquantur probè, alimentum non modicum neque mali succi corpori exhibet.

De aluo intestinis, ac utero terrestrium animalium. Cap. CXXXVIII.

Aluus & uterus & intestina, in terrestribus animalibus, duriora carnis sunt: propterea etiam si probè concoquantur, non exquisitum & inculpatum, sed frigidiores ac crudiores sanguinem gignunt.

De syluestrium animalium carne. Cap. CXXXIX.

Omnium animalium per montes ac syluas uictum querentium caro durior est, & paucissimæ pinguitudinis particeps: quapropter alimentum minus excrementitium ex ipsis quam ex domesticis, animalibus corpori accedit.

De uolucrum animalium carne. Cap. CXXX.

Omne uolucrum animantium genus minus alimentum corpori suppeditat, si terrestribus, & maxime suis comparatur: facilius tamen concoctum uolucrum caro est, maxime perdicis, & attagenę, columbæ, gallinæque, ac galli. Verum turdorum, & merularum, & paruorum passerulorum, item eorum qui in turribus degunt, durior est, atque his adhuc amplius turturis, & palumbi, & anatis. Gallinarum carni similis est phasianorum, quantum ad concoctionem & alimentum attinet, sed iucunditate cibi præcellit. His durior est & ægre concoctissimis magis ac fibrosior pauonis. In comune autem in omnibus uolucris animantibus, uelut etiam in quadrupedibus, id nosse oportet: Quod caro crescentium adhuc multo melior est quam decrecentium. In uigore consistentium mediū locum obtinet. Mala item est caro uetustorum, & infantium adhuc siue paruulorum: nam hæc mucosa, & humida, & excrementis redundans est, & facile aluo secedit. Uetustorum autem dura, & sicca, & neruosa est, & propterea concoctioni resistit. Atque

huius memineris in uniuersum de omnibus animalibus. Neq; uero parua differentia est eorum quæ in stagnis, aut paludibus siue palustribus locis degunt, ad ea quæ per montes ac siccos locos uictum quærunt. Etenim iuxta locorum proportionem, carnes animalium aut sicca, & superfluitatibus carentes, & concoctu faciles, aut contra humidæ & superfluo excremento refertæ & ægre concoctiles redduntur.

De anseribus & struthocamelis. Cap. CXXXI.

Harum caro excrementitia est, & difficilius concoquitur quàm prædictarum uolucrum: non tamen alas prædictis priores habent.

De gruibus. Cap. CXXXII.

Gruum caro tota dura est & fibrosa, alæ uero adhuc carne ipsarum duriores existunt.

De partium uolucrum animalium differentia. Cap. CXXXIII.

Viscera in aibus eandem proportionem habent ad carnes, quam in pedestribus habere dictum est. In testina uero omnium fermè ad esum inepta sunt. Ventres uero esiles sunt & bene nutriunt. Quidam ipsorum etiam in cibo iucundi sunt, uelut anserinus, deinde galinaceus. Aliqui falso collaudant struthocameli uentriculum, uelut pharmacum concoctorum. Alii multo magis prædicant præferuntq; huic mergi uentrem. Verum neq; ipsi facile concoquantur, neq; aliorum ciborum concoctionem uelut pharmacum adiuuant. Alæ in iuuenibus ac pinguibus uolucris optimæ: in macilentis contra ac uetustis pessime exiunt. Testes optimi gallorum præsertim faginarum atq; adhuc magis eorum qui ex seroso lacte cibos sumunt. Sunt enim boni succi, probeq; nutriunt, ac facile concoquantur. Cæterum alui excretionem neq; proritant, neq; inhibent. Cerebrum porrò in uolucrum genere longe præstantius est quàm in pedestribus, quanto sanè etiam siccius

Siccius est, præsertim auicularum montanarum.

De ouis. Cap. CXXXIII.

Oua gallinarum & phasianorum meliora sunt, deteriora anserum & struthocamelorum. Optima ad corporis alimoniam sunt tremula appellata. Sorbiliaminus nutriunt, sed facilius aluo secedunt: leuigant autem faucium aspritudines ex clamore, aut humoris acrimonia abortas: nam affectus partibus obliuntur & adhærent uelut cataplasma quoddam, & substantiæ totius lenitate asperitatem curant. Eadem ratione etiam stomachi ac uentris & uesicæ asperitates sanant. Ouum in aceto coctum & comestum uentris fluxiones resiccant: quod si ammiscueris ipsi quid ex medicamentis ad dysenteriam uel coeliacam affectionem commodis, deinde ad prunas in sartagine frixeris, & in cibo præbueris, non parum egris opitulaberis. Cōmoda ad hanc rem medicamēta sunt, uuæ acerbe succus, & rus inspersus, & cinis cochlearum integre uisitarum, uinaceaq; uuarum, & myrti baccæ, ac similia. Oua costæ ægre conquuntur, tardi transitus sunt, & alimentum crassum corpori præbent. His autem adhuc magis tardi transitus sunt, crassiorisq; succi, in calido cinere assata. Fricta pessimum ad omnia alimentum præbent: nam in concoctione in nidorem transeunt, & crassum humorem gignunt uitiosumq; ac excrementitium: coctis & assatis meliora sunt quæ densata: uel ut alii malunt, suffocata appellantur, cum oleo & garo, & uino modico subacta, & in duplici uase ad moderate densam compagem cocta. Quæ enim amplius spissantur, coctis & assatis similia euadunt. Idem facere oportet & in ouis quæ patinis infunduntur: nam dum adhuc succulenta sunt patinam ab igne tolles.

Ouorum uis medicamentaria. Cap. CXXXV.

In coeliacis ac dysentericis affectionibus, ouū prædicto

modo modo datum, commodum pharmacum existit. Candidum & tenue in recentibus ovis leuissimum & omnis mordacitatis expers medicamentum est, non solum oculis adhibitum, sed etiam aliis omnibus partibus leuibus pharmacis indigentibus, uelut sunt sedis & pudendorum ulcera, omniaque maligna, si ad ea quae contra mordacitatem siccare illa solent ammisceatur, quibus est pompholyx, & similia. Vitellus eandem facultatem habet, & propterea lenibus ceratis additur, uis praecoxis aut assatis. Quantum autem succiora sunt, tantum de leniendi uis perdunt. Testae ouorum testae medicamentum sanguinem sistens euadunt.

De alimento ex animalibus aquaticis. Cap. CXXXVI.

Animalium in aqua degentium & genera multa, & species differentiaque plurimae existunt. Hoc loco referuntur, uelut in superioribus fecimus, ea saltem quae ad usum medicum & ad sanitatem conferuandam assumentur. In uniuersum igitur illud scire oportet, quod optima caro est piscium in puro mari degentium, magisque ubi locus is uentorum procellis agitur, & neque terrea, neque leuia littora aquam ambient, sed arenosa aut aspera & lapidea. Si uero etiam ad aquiloniarios uentos loci conuersi sint multo melius est: manifestum est autem mare maris praestare, in eo quod aliud perfectum purum est, aliud magnos & multos fluctus excipit. Nam pisces qui in eiusmodi mari degunt, quanto meliores sunt palustribus, tanto deteriores sunt his qui purum mare incolunt: nam & hi qui in protecto & tranquillo mari degunt, peiorem carnem habent. At uero in stagnanti mari uiuentium piscium caro, medium inter fluuiatiles & marinos locum obtinet. Recrementitia uere & multum mucosa est caro eorum qui in limosa ac sordida aqua degunt: hac adhuc deterior est caro in stagnis degentium. Si uero & parua sint stagna, neque mag-

gnos

gnos fluuios suscipiant, neque fontes habeant, neque effluxum largum, multo sane deteriores piscium carnes sunt. Si uero in totum nihil aquae defluat, sed stagnum perpetuo stans sit, omnino deterrima: ceterum in paludibus & coenosis locis degentium extreme uitiosa caro est. Porro ex fluuiatilibus meliores sunt, qui eiusmodi flumina incolunt, quorum uelox est & multus fluxus: nam stagnantium fluminum pisces carnem habent concoctu difficilem, & bonum alimentum quam paucissimum habent: pessimi autem sunt qui in ostiis fluminum degunt, quae sterquilina, aut balineas, aut culinas, & uestium ac linteorum sordes expurgant, & si quae alia sunt recrementa urbis quam praeterlabuntur, & quae in ipsa flumina expurgantur, maxime si populosa urbs existat. Ceterum & iuxta nutrimentum pisces meliores & deteriores sunt. Quidam enim herbae & optimis radicibus abundant, & propterea meliores sunt. Quidam & limosam herbam & radices mali succi edunt, & aliqui in fluminibus magnam urbem praeterlabentibus degentes, stercorea hominum & quosdam consimiles cibos uorant, atque hi omnium pessimi, uelut dixi, existunt, & si paulo ampliori tempore mortui permanserint, euestigio computrescunt, ac pessime olent. Suntque hi omnes esu iniucundi, & aegre concoquantur, & bonum alimentum paucissimum habent, sed non modicam recrementitiam suopersuositatem, & uitiosum succum in corporibus eorum coaceruant qui ipsi quotidie uescuntur.

De cephalo siue mugilae. Cap. CXXXVII.

Cephalus maxime omnium piscium utriusque aquae utitur, fluuiatilibus & marinis. Qui igitur in mari uersatur, paruas & multas spinas non habet, iucundiorque est, & pinguitudine carens ipsius caro. Verum in fluminibus degentes cephalii, spinis referti sunt, & pinguem saporem habent, esuque & concoctu deteriores sunt, sto-

macho

macho incommodant, mali succi & uirosi existunt. **A**uero sale inueteratus cephalus melior seipso euadit.

De Lupo. Cap. CXXXVIII.

Lupus ex pelagiorum piscium numero est, hoc est eorum qui in profundo mari degunt: huius itaque caro, uelut reliquorum pelagiorum piscium, tenuiorem sanguinem generat. Si uero ad flumina ascendat, cephalo similis euadit.

De trigla siue mulo. Cap. CXXXIX.

Ex pelagiis piscibus est & Mulus. Aestimationem apud homines reperit, tanquam excellenter iucundus in cibo sit, habet autem duriores omnibus pelagii generis carnem, non pinguem, & friabilem, & propterea magis quam alii pisces nutrit, ubi probe concoquatur. Quidam iecur eius, & caput, uoluptatis gratia magni faciunt. At uero muli qui carcinadas: animalcula sunt hęc, ualde minutis cancris similia, colore fulua, uorant, foetidi sunt, & iniucundi aegreque concoctiles ac mali succi. Cognoscuntur hi ex odore & sapore, sed si quis uentrem ipsorum discernat, carcinadas in ipso inueniet. Quod si quis in frequenti mulorum marino rum esu perseveret, hebetudinem uisus incurret.

De piscibus petrosi. Cap. CXL.

Petrosos & saxatiles appellant pisces, degentes ubi petrae sunt & littora saxosa. In hoc genere optimus censetur uoluptatis gratia scarus, deinde merula & turdi, & postea iulides, plucaeq; ac perca. Alimentum ex his non modo concoctu facile est, sed & saluberrimum sanguinem generans compage mediocrem.

De Gobio. Cap. CXLI.

Gobius littoralis piscis est, semper paruus manens, sicut etiam alii plures: optimus est & ad uoluptatem & concoctionem, distributionemque in corpus ac humoris boni generationem, qui circa arenosa ac petrosa littora capitur. Qui uero in fluuiorum ostiis, aut stagnis

gnis degit, neque similiter iucundus est, neque boni succi neque concoctu facilis. Si uero aqua uitiosa sit, etiam in ipsa pessimus gobius euadit. Si iure albo decoctus sit donec staccidus fiat, ius ipsius potum aluum subducit. Assatus citra salem comestus, propteritudinem egerendi inanem sanat.

De piscibus mollis carnis. Cap. CXLII.

Ex piscium mollis carnis numero sunt, aselli muranae, buglossae ac passeris, & ex his aliqui in fluminibus & stagnis degunt, aliqui in mari. Et propterea aliquando iucundi & probe nutrientes reperiuntur, aliquando uitiosi & mali succi.

De piscibus durae carnis. Cap. CXLIII.

Ex durae carnis piscibus sunt dracones, cuculi, scorpii, orphii, glauci, conghi, pagri, amiae, & parui thunni ac pelarnides, aegrius concoquuntur quam pisces mollis carnis, & crassum humorem generant, & propterea fortiore uentre indigeat ad concoctionem.

De piscibus testa intestis. Cap. CXLIIII.

Buccina & purpura & reliqua ostrea, ac chamae, ostracoderma, hoc est, testa interfecta appellantur his omnibus commune est, falsum saporem & qui uentrem nostrum molliat, in propria carne habere. Verum in unoquoque genere magis aut minus talis actio inest. Nam ostrea siue conchae inter alia mollissimam carnem habent & magis uentrem subducunt, & quidam ipsa citra cocturam edunt. At uero paruae chamae, & purpurae, buccinaeque ac murices & similia, duram & aegrius concoctilem carnem habent, & minus quam illa uentre subeunt. Quemadmodum autem aegre concoctilem carnem habent ostracoderma durae carnis, sic etiam aegre corruptibile habent. Quapropter exhiberi ipsa solent saepe his qui ex humorum prauitate cibum in uentre corrumpunt, coquant autem ipsa, & aqua iterum atque iterum diffusa, donec salua qualitas deponatur. Sic praeparata etiam uentrem

sistunt.

fistunt. Si uero coquas & primā aquam diffundas, de
inde sale aut magis garo condias, & ius bibendū præ
beas, aliis bibentis multum subducetur.

De crustatis siue molli testa intestis. Cap. CXLV.

Gammari, paguri, cancri, locustæ, & squillæ, & quæ
cunq; alia crusta intesta, tenuem quidem habent am
bientem testam, uerum duram: minus superioribus
salsum saporem habent, habent tamen, eumq; non
modicum. Omnia autem carnis duræ sunt, ægre con
coquantur, & multi alimenti, præcocta uidelicet. Ho
rum caro uelut etiam ostreorū uentrem fistit, ubi præ
cocta salsum humorem in aquam deposuerit. Sed &
hæc ægre corruptilem carnem habent, similiter ut du
ræ carnis ostracoderma.

De piscibus mollibus. Cap. CXLVI.

Molles appellantur pisces, neq; squamas habentes,
neq; cutem asperam aut testaceam, sed mollē. Suntq;
tales polypi, sepiæ, loligines, & qui his similis sunt. Ha
bent autem carnem duram, ægre cōcoquantur, & sal
sum humorem modicū in se continent. Si tamen con
coquantur, alimentū non modicum corpori præbent.
Plurimum autem crudum humorem hi ipsi gignant.

De piscibus chartilagineis. Cap. CXLVII.

Asperam & nocte splendidam cutem hoc genus pi
scium habet: quapropter aliqui à græcis selachia ap
pellata uolunt, quod selas, hoc est splendorem emit
tant. Mollem in se carnem habent torpedo, & passi
naca, alio moderate subeuntem, & non ægre conco
quantur, & moderate quoq; alunt.

De Echinis marinis. Cap. CXLVIII.

Echinos siue herinaceos marinos, quidam ex uino
mulso præsumunt, & garo, subducendi uentris gratia,
sed & patinas ex ipsis præparant. Referuntur autem
inter edulia modici alimenti, & quæ mediam facultatē
inter spissantia & attenuantia humores habent.

De

De Salsamentis omnium animalium, pe
destrium, uolucrum, & aquatico
rum. Cap. CXLIX.

Non modica differentia salsarum carniū est, pro
ut quædam ex ipsis saliantur. Nam adeo immutantur
ut sæpe animalis temperamento humidi caro salita lō
ge siccior euadat, quàm caro animalis natura sicci non
salsa. Apta itaq; ad salsuram sunt animalium corpora
quæ duras simulq; superfluitate redundantes carnes ha
bent. Quæ uero aut ualde mollem, aut ualde durum,
aut siccum & superfluitatum expertem corporis habi
tum habent, ad salsuram inepta sunt. Quemadmodum
enim sicca corpora salita coriis similia euadunt. sic ual
de humida diffiuit, & salis familiaritate colliquefcit.
Itaq; manifestum est. quod dura & neruosa, & uelut
pelliculosa ac coriacea omnia, salita ægre concoquan
tur. quæ uero ad salsuram idonea sunt, tenuium partium
sunt, & comesta crassos ac glutinosos humores attenu
ant. Cæterum uetera salsamenta omnia uitiosa sunt.

De garo. Cap. CL.

Garum uim habet multum calidam & siccam. Et
propterea quidam medici usi sunt ipso ad putredino
sa ulcera. Quæ uin & dysentericis & ischiadicis per clyste
rem infundunt.

De muria. Cap. CLI.

Muria salsorum piscium, similiter ut garum putre
dinosis ulceribus conuenit, & ad ischiadas ac dysen
terias per clysterem infusum. Acrimonia enim sua
humores coxendicem infestantes attrahit, & per inte
stina euacuat. In dysentericis autem putredinosa ulce
ra abluit & siccit. Maxime uero silurorum salitorum
& manularum muria ad talia medici usi sunt, & nos
ad putredinosa oris ulcera adhibuimus. At uero
oliuarum colymbadon muria frequenter in dysente
ricis utimur, præmittimusq; eam hora una antea quàm

A E T.

n crustifica

crassifica infusa immittamus, ad ulcera uidelicet præmundanda.

De adipe pinguedineq; ac seuo. Cap. CLII.

Omnis pinguedinis uis est humana corpora humectandi ac calfaciendi. Verum singulae inter se differunt, prout magis aut minus eas uires habet. Differt pinguedo à seuo crassitudine. Quapropter animalia tota natura magis terrea, seuu habet, uelut humectiora pinguedinem. Et propterea adeps siue pinguedo facile liquefit ab igne, non facile autem congelatur. Seuum contra non liquefit facile, & liuesfactum celerrime congelatur, & multo durius adipe apparet. Humidissima omnium ferme animalium pinguedo est suilla, magis molliens ac concoquens oleo, quare cataplasmatibus inflammationum ammiscetur. Caterum his qui in recto intestino aut colo morsum percipiunt. item in dyfentericis & egerendi cupiditate inani, caprinum seuum magis iniicimus, non quod acrimoniam obtundat, sed quod congelatur ob crassitiam. Nam suillus adeps defluit uelut oleum. At uero anserinus adeps suillo quidem calidior est, & ualde tenuium partium, & propterea infundimus ipsum his qui in alto corporum morsum sentiunt. Nam partium tenuitate tota corpora penetrat, & omnibus mordentibus serosis humoribus ammiscetur; & mordacitatem hebetat. Medium inter suillum & anserinum locum obtinet gallinaceum ac gallorum. Porro taurorum seuum multo calidius & siccus est pinguedine suilla. Vitulinum inferius taurino est caliditate & siccitate. Similiter haedinum inferius est caprino ac hircino. Ursus hircinum inferius est leonino. Maxime enim discussorium est leoninum, & tenuissimum partium ferme præ omnium quadrupedum seuuo. unde tumoribus inueteratis, induratis, & contrahitis articulis adhibitum, ualidissimam uim discutientis habet. Taurinum medium locum obtinet inter suillum

lum ac leoninum, & propterea utriusque medicamento rum generi miscetur, tum his quæ induratis medentur tum quæ inflammata concoquunt, quale est tetrapharmacium & regium appellatum. Quidam uiperarum adipe in principio suffusionum conuenire tradunt. Verum ursinum alopecis prodesse uere scripserunt. Quidam piscium pinguedinem collaudant ad suffusiones & aurium dolores, aiuntque omnium piscium adipem ad hæc polleat. Omnis adeps ueterascens calidior ac tenuiorum partium euadit, & ob id etiam magis discussorius. id quod omnibus ueterascentibus contingit, quæ non putredo præoccupat. Summa autem huius sermonis in commune hæc est, cuius meminisse oportet. Nempe iuxta animalium temperaturam, semper differentias adipis ac seui in ipsis fieri. Item iuxta differentiam generis. Nam masculum semper siccus & calidius est foemini. mas autem castratus similis est foeminae. Ita etiam omne iuuenile animal foeminae assimilatur. Sic autem & syluestre calidius est & siccus domestico.

De medulla. Cap. CLIII.

Omnis medulla uim dura & indurata corpora emolliendi habet, siue musculi, siue tendines, siue ligamenta, siue uiscera, hoc modo sint affecta. Optimam autem semper expertus sum esse ceruinam, deinde uitulinam, taurorum & hircorum acrior est magisque siccatoria, & propterea duricias in scirrhum induratas dissolueri nequit. Caterum methodum reliquarum differentiarum, ex his quæ de adipe relata sunt, coniectare potes.

De pulmone. Cap. CLIIII.

Pulmo agninus & porcinus usti ac tritum impositi, at tritus calciamentorum sanant. Vulpis pulmo siccatus & tritus paulatim potus, anhelosos sanare creditur.

De capitibus. Cap. CLV.

Capita manularum falsatum urebat quidam, utebaturque

baturq; ad rimas sedis, & putrescentes gingiuas, & ad gurgulionem induratum. Vis ipsorum siccatoria est non ualde acris. alius quidam caput integrum leporis urebat, & utebatur ad alopecias cum adipe urfino. Viperarum capita usta in olla ad cinerem, deinde trita cū decocto lupinorum amarorum crassissimo, & temporibus illita, fluxum oculorum diuturnum sistunt. Cinis ipsorum per se leuissime tritus, & ut aridum collyrium adhibitus, hebetem usum magnopere corrigit.

De cornibus. Cap. CLVI.

Cornibus cerui ac capre usis sæpe usi sumus ad illustrandos dentes, gingiuas quoq; flaccidas adstringunt. Aiunt cerui cornu si post usturam lauetur, dysenteriam ac sanguinis sputum, & coeliacas affectiones sanare. Istericis quoq; utiliter præbatur. Datur omnibus duarum cochleariorum mensura. Vstum & lotum collyriis ocularibus ad fluxiones oculorum destinatis ammiscetur. Est autem horum collyriorum uis siccatoria. Capræ cornu ad pruritus facere aiunt, itemq; ad scabiem ulcera affricum.

De unguibus. Cap. CLVII.

Quidam ungues caprarum urunt, deinde cinerem aceto subigunt, & alopecias illinunt. Sunt autem attenuatoris facultatis. Alii suum ungues urunt, & cinerem colicis in potu præbent. Aliqui asinorum unguilas uistas, comitalem morbum sanare aiunt, si assidue bibantur. Eisdem oleo subactas strumas discutere. Cinerem quoq; earundem cum muliebri lacte probe tritum, & in collyria redactum, oculorum cicatrices detegere. si cum lacte item illinatur.

De impetigine in pedibus equorum. Cap. CLVIII.

Impetiginem equorum aceto tritam ac potam, comitalem morbum curare aiunt. Aliqui & ad omnis reptilis bestie morsum eadem uti iubent.

De lanis succidis, & puris, & ustis. Cap. CLIX.

Lanæ

Lanæ sordidæ ac succidæ, appellatæ utiliter adhibentur ad cõtusas aut quomodocunq; percussas partes, foementis excipiendis aptæ, quanquã nõ desit & ipsis sua utilitas, ob sordiu efficaciũ. Quomodo autem ex his cœlypum parare oporteat, iã dictum est in hoc sermone secundo, ubi de ouium sorde tractauimus. Lanæ lotæ ad suscipiendas fomentorum humiditates materia apta existunt. Eadem uisæ uim habent acrem & caustidã, cū quadam partium tenuitate, ut etiam humectas in ulceribus carnes celerrime consumunt. Coniiciuntur & in pharmaca siccatoria. Vritur in fictile nouum missæ, operculo addito multa foramina habente.

De pilis ustis. Cap. CLX.

Pili usti consimilem lanis ustis, calfactoriam ac siccatoriam uim habent.

De ossibus ustis. Cap. CLXI.

Ossa usta omnia discussoriam & siccatoriam uim habent. Quidam tamen de hominum ossibus id maxime prædicant. Talis utiq; suillum ustum, deinde positum, inflationes ac tormina sanare prodiderunt. Et nouissimè ego quendam nostrorum hominum, qui ossa usta potanda dabat, ignorantibus bibentibus quid potarent, ne abominarentur, atq; sic in multis, & morbum comitalem ac articulare curabat.

De pellibus & coriis. Cap. CLXII.

Pellis ouilla recens excoriata, flagris cæsis circumdata, manifeste auxiliatur præ omnibus aliis auxiliis, ut in una die ac nocte ipsos curet. concoquit enim & disscutit suberuenta. Hyenæ pellem quidam domi positam adseruant, & usu expetente ipsam à rabioso cane commorsus circumdant. Nam proprietate quadam prohibet ne commorsus in aquæ timorem delabatur, sed & iam illapsis auxiliatur. Coria uetera maxime solarum usta, cinere ipsorum trito insperso, attritus calceamentorum non inflammatos sanant. Nam inflam-

matos exacerbant.

De uentriculo mergi. Cap. CLXIII.

Mergi uentrem torrefactum & sali modico amm^oxtum, crudis bonam concoctionem facere tradunt.

De uulpibus. Cap. CLXIII.

Quidã uulpes uiuas in oleo coquunt, eoq; articulus lares morbos sanãt. Solia. n. oleo calido repler, atq; sic arthriticos totos insidere faciunt, & diutius immorari iubent. Maxime aut discussorium fit hoc oleum, ut ad superficiem trahat in alto corporum contenta, isthicq; dolores facientia, aut ob substantiã crassitudinem, aut ob frigiditatem, aut uehementem acrimoniam, aut ob flatuosum spiritum egressum non habentem. Ex hoc enim non solum tumores in articulis ipsorum, sed etiã totum corpus repletionem affectum euacuari contingit, & propterea maxima utilitas inde consequitur. nimirum quum causã in articulis contentã discutiantur, & nihil amplius affectis partibus insuat, toto corpore a superfluitatibus liberato. At uero si quis improba diãta utatur, affectio redire solet, non tamen ita uehementer uelut antea. Nam & antea quum illãsum ab eo affectu esset corpus uitiosa diãta malum id induxit. Idem facit & hyãna tota oleo uelut uulpes cocta.

De araneorum telis. Cap. CLXV.

Araneorum telis quidam scriperunt ulcera in superficie ab inflammatione adseruare.

De ranis. Cap. CLXVI.

Ranã palustres coctã, & modico sale ac oleo modico conditã, magnam medelam afferunt a reptilibus uenenatis commorsis, si ius ipsam in potu sumatur. Aliud. Rana in oleo cocta, & oleo pro fomento admoto, diuturni tendinum dolores sedantur. Idem oleum articulare morbum mitigat, & duritias emolliat. Ranã ustã cinis membranã cerebri sauciãtã, aut uenã raptã inspersus, sanguinis eruptionem sistit.

De

De mustela. Cap. CLXVII.

Mustelã arefactam & potam, morbum sacrum cura fe aiunt. Si tota uiua uratur in olla, cinis eius strumas sanatur cum melle, aut terebinthina, aut butyro impositus.

De terrã intestinis. Cap. CLXVIII.

Terrã intestina trita & neruis dissectis imposita, eue rigio mirabiliter auxiliatur, omnem quoq; ferri aut lapidis, aut alterius rei plagam glutinant, præsertim in neruosis & ægre glutinum admittentibus partibus, aut naribus, aut auribus, & similibus. Oportet autem ea leuigare cum terra in qua reperiuntur, si nõ acrem aut salisam habeat qualitatem. Terrã intestina pota numero quinq; aut septem, cũ passo urinam cient, & omne genus lumbricorum eiicit eodem modo pota, aut quocunq; uelis. Verum latum lumbricum expellunt cũ aceto mulso pota. Sed & morbum regium ægre curabilem per urinas expurgant, similiter cum passo septem numero pota, aut etiam per se, & cum myrrha trogloditide magnitudine ciceris. Utere confidenter. At uero in rosaceo cocta, aurium dolores sanant, oleo calido infuso. Oportet autem terrã intestinorum drachmas vi. esse, & rosacei libram unam. Dentium quoq; dolores idem oleum sedat, propinquo dolenti denti auri calidum instillatum, Eadem super prunas suffita dentium dolores sedant, ægro per infundibulum sumum suscipientem ad dolentem dentem. Molares quoque quos tollere oportet, citra forcipem tollunt ista trita, circum dolentem dentem inspersa, prius tamen dentem exacte circumscarificare conuenit. Cinis eorundem in testa exustorum leuissime tritus, & ut collyrium aridum admotus, incipientibus suffusionibus magnifice opitulatur. Auxiliatur idem palpebris in pilos euixuriantibus, præuulsis antea superfluis pilis, deinde insperso cinere in loca ipsorum per specillum. Prohibet enim pilorum præ-

ter naturam regenerationem. Septem autem terræ intestina trita, ex uino mulso ad plures dies pota, calculos in uescica confringunt, et paulatim emingere faciunt. Rumpunt & internos abscessus, & ad excretionem deducunt septem aut nouem pota pro uiribus, trita in aque cyathis tribus. Si uero quis ipsa trita in melle reposita afferuet optimum auxilium ad percussos à scorpione habebit. Neruorum nodos quos ganglia uocamus, eadem per se trita in cataplasmate imposita dissolunt. Item mammarum abscessus per se cataplasmatibus uice imposita: suppurant enim attrahuntque, & rumpunt, & ad cicatricem perducunt. Profunt & erysipelatis uita trita cum aceto illita. Podagarum inflammationes soluunt trita cum melle, ad cerati crassitudinem, locis illita, & tertia die soluta, locis rosaceo antea subtilis. Sed & rosaceo cerato trita excepta, optime pedum dolores mitigant. Cæterum in capite non sinit leucas, uirilignes albas altius insidentes nasci, si fuerint consuetis medicamentis præadstricta, & pili postea ex ipsis tritis cum urina pueri illinantur. Oportet autem in testa prius exurere ipsa, & sic in urinam uti. Dato & hydropicis septem cum uino mulso. uerum exulcerata uescicæ aut rhenibus, septem item dato trita cum sapa diluta. Strumas porro paulatim minuunt, uia locis ad alligata tot numero in panniculum illigata, quod strume existunt. Sedant omnem capitis dolorem & hemi craniam trita temporibus illita. Subterranea autem sunt hæc terræ intestina, prodeuntia igitur & ad solem conspicua, tempestates ac pluuias significant.

De dracone marino. Cap. CLXIX.

Draconis marini squamas urito, & tenerrime tritum cinerem sublinito, & turbatos ac hebetes oculos sanabis, item eos quibus animalcula uelut culices præoculis uolitare uidentur.

De uiperâ.

Cap. CLXX.

Viperâ

Viperæ caro comesta palam calcat ac siccata. oportet autem capite & cauda amputatis ipsam excoriare & omnia interanea eximere, aquaque triplici carnem eluere. deinde in aqua uelut anguillam coquere, addito mar rubio, & anetho modico, paucoque oleo. atque ubi iam constata fuerit, moderato sale condire, & edenda, præbere, itemque ius absorbendum. Quod autem uiperæ carnes sic comestæ purgent per cutem totum corpus, ex his cognoscere licet, quæ quum adhuc iuuenis essem exoptertus sum. Homo quidam elephantiasis correptus abominabilis erat & graueolens. Itaque casa prope uisum cum extracta in ipsa degebat. Metebant autem in uicino messores quibus uinum in amphora apportabatur. Vbi ergo tempus bibendi adesset, messores uinum in craterem effundebant, atque sic mortua uipera simul excidebat. Itaque plenum humanitatis opus se facturos ratum, uinum egrotanti elephantiasis largiuntur: melius enim esse iudicabant ipsum mori, quam talem uiuere uitam. Verum is epoto uino mirabili modo sanatus est. Etenim uniuerso eius tumescens cuticula: uelut ostreorum testorium decedebat, & quantum eius reliqui fueret, satis molle apparebat, uelut in locustis ac cancribus uidere est, ubi testam aueruerunt. Quin & in aliis plurimis consimiliter accidisse, ueteres memoria prædiderunt. Et nos multos ex uiperis curatos uidimus, unde etiam theriacæ ipsas miscemus.

De herinaceo marino. Cap. CLXXI.

Herinaceus marinus comestus superiori uentriculo conducit, & cibos auersantibus, appetentiam excitat. Urinam laxat idem uescicam expurgans, unaque aluum leniter emollit.

De herinaceo terrestri. Cap. CLXXII.

Herinacei terrestris caro siccata & paulatim pota, elephantiasis auxiliatur, & uitiatum corporis habitum præditis, conuulsisque ac nephreticis, insuperque aqua

subtercutem laborantibus : habet enim uim discusso-
riam ac siccatoriam . Sed & iecur ipsius sole siccatum
ac potum, elephantiasis opitulatur . Cæterum utriusq;
herinacei terrestris ac marini ustorū cinis exteriorius
est ac disculforius, & carnem consumit. Quapropter &
ulcerum superexcrecentem carnem demolitur ac cō-
pescit, & sordida ulcera expurgat . Verum herinacei
terrestri usti cinis pice liquida exceptus alopecias sa-
nat . Eiusdem cinis potus cum uino mulso calculosos
rhenes sanat, & aquam intercutem . Bibitur cineris co-
chlearii dimidii mensura. Omnem urinę difficultatem
ex quacunque causa obortam, soluit herinaceus, si inte-
stina ac interanea ipsius suffiantur, ægro undiquaq; co-
operto: celerrime enim sic malum soluitur. Ad hanc rē
interanea inueterata esse oportet, & sicca asseruata: q̄
bus non præsentibus caro aut pellicula sufficiens est.
Multam urinam cient interanea sicca trita pota, quan-
tum tribus digitis apprehendi potest, ex uino. Eiusdē
caput ultimum, & cum adipe urfino illitum, non modo
alopecias persanat, sed et pilos ex cicatricibus p̄ducit.
Corium autem ustum itidem cum adipe, maxime urfi
no illitū, similiter alopecias sanat . Totus porrō terre-
stris herinaceus uiuus in oleo ad mollem ac lentum
ignem cōctus diutiuscule, oleum ex ipso coxendicum
dolores ueteres, illitu sanare facit. Fit ex ipso & psilo-
thrum pilis denudandis hoc modo. Herinaceum uinū
in ollam densissimum operculum habentem, & duo-
decim sextarios capientem mittito, & ad ipsum olei
sextarios sex tantū affundito, & ollæ osculum diligen-
ter gypso oblitino, ut nullatenus transpirare possit. de
inde ad dies xl. ad solē sub caniculę ęstibus exponito.
Postea apertam tudicula noua diligenter agitato, &
mox excolato per panniculum, utitor. Illinatur ex eo
locus in sole, & diu cōfretur donec exudent, postea
aqua dulci affusa prolue . Cauendum autem ne alios
locos

locos contingat, quos depilare nolis.

De Hippocampis marinis. Cap. C L X X I I I.

Hippocampi marini & affati comesti, & morsui im-
positi, a cane rabioso commorosos sanant. Verum cum
aceto mulso & melle ipsos conterere oportet.

De cantharidibus. Cap. C L X X I I I I.

Cantharidum magnificū experimentum habemus
ad scabros unguēs. Extrahunt enim ipsos commodis
medicamentis ammixtæ . Miscetur aut aliis erodentio-
bus cōpositionibus, & excoriatoriis leproforum. Qui
dam ex præceptoribus nostris in pharmacum urinam
cients parū de cātharidibus addebat, reiectis aliis ac pe-
dibus. Ad hos usus commodiores sunt, uelut ego ex-
pertus sum, q̄ in tritico reperiuntur, & ungulas trans-
uersales melini coloris in alis habēt. Magis aut adhuc
idoneæ sient, si uiuas ipsas in uas fictile mittas. Deinde
osculo uasis rarū linteolum obducas, deinde acetū in
olla feruefacias, & uas cantharidū inuersum supra ol-
lam detineas, ita ut uaporem ab aceto elatum, per lin-
teolum cantharides excipiant, donec emoriantur.

De cancris fluuiatilibus. Cap. C L X X V.

Cancros fluuiatiles crudos tritos & lacti mixtos in
potu præbe, & omnes reptilis morsum curabis, & præ-
sertim scorpiū plagæ medeberis, & eum qui potu les-
ore marino iam perit, statim restitues . Manifestum
autem est, quod internam eius carnem cum lacte tes-
tere oporteat . Similiter exhibiti auxiliantur etiam
phtisicis contabescensibus . Itemq; iure albo cōcti &
comesti, absorpto in super iusculo. Cæterum cinis cre-
mati cancri similiter ut alia uita siccata . Verum quadā
totius substantiæ proprietate, ad rabiosi canis morsum
efficax est, tum solus, tum multo amplius gentiana &
thuræ additis, ita ut sit thuris pars una, gentianæ quin-
que, cineris cancrorum partes decem . V si fumus au-
tem uistis aliquando quidem alio modo, ferē tamen
quos

quomodo præceptor noster utebatur. Painam habebatis ex ære rubro, in quam uiuos cancos missos urebat, linis uitis maxime subiectis, donec ad cinerem redigerentur, ut commode teri possent. Atq; sic habebat semper præparatum domi suæ pharmacum. Vrebat autem ipsos cancos mense Augusto sub caniculæ æstibus luna decima octaua. Ex eo uero quotidie à rabido cane commorsis dabat usque ad quadragesimum diem cochlearium fatis amplum in aquam inspergēs. Si autem non à principio, sed post aliquot dies a morsu commorsis curam suscipiebat, bina cochlearia quotidie dabat, ut quadraginta dierum exhibitio expletur. Vrebat uero & ad uulnus ipsum medicamento ex brutia pice, in quod recipiebat picis libram .i. acetū acerrimi sextarium. i. opopanax quadrantem. Porro cinere cancri fluuiatilis usti melle addito, plantas pedum à frigore ruptas, & digitorum rimas sanabis. Eodem etiam maligna & cancerosa ulcera curabis.

De carabo siue locusta. Cap. CLXXVI.

Locustæ testam uisam ac tritam cum meraco bibendam dato, & alui infernum fluxum compesces. Expurgat eadem & calculosos rhenes, multam arenosam urinam deducens.

De testibus castoris. Cap. CLXXVII.

Castoris testes castorium appellant, celebre & multum usus medicamentum, hic in uniuersum uim eius referemus, ad quam si quis respiciat, particulares usus si bipi exquirere poterit. Calcacit itaq; & siccat, estq; multum tenuium partium medicamentum, siue quis humido corpori adhibeat egente siccatione, siue frigidō indigo caliditate, siue his qui ex repletionē conuulsuntur, ubi ea quæ præter naturam in neruis continentur euacuare oportet, magnam quidem utilitatem ex se ostendit, & nulli parti ullum aliquod detrimentum affricat, præsertim si homo non uehementi aliqua febre

febre laboret. Eadem ratione & tremulis ob crassorum ac uiscosorum humorum multitudinem, commodissimum est potum. utile est & singului, ex humorum frigidorum ac uiscosorum copia osculo uentris, infarctata oborto. Si uero ex siccitate, aut immodice euacuatione, aut atriâ humorum mordacitate, singultus aut conuulsio oriatur, castorii usum uelut infestissimum fugere oportet. Sed & febrientibus non adeo calida febris, sed ut ita dixerim tepida, uelut in altiore sopore, ac lethargo fieri solet, ualde multis castorium exhibui mus cum pipere, utriusq; cochlearium ex aqua mulla, & nemo ex ipsis ulla parte læsus est. At uero in lethargicis ac alti soporis febribus, castorium rosaceo dilutū capiti imposuimus ac ceruici. Ad suppressos autem menses ob copiam ac crassitiē sanguinis, sanguine à talo moderate detracto, cochlearium castorii cum puluere aut calamintha exhibui, cognouiq; medicamentū ipsum purgationem menstruam ciere. Eicit & secundas detentas, et morantes, similiter cū aqua mulla potum. Inflatos uentres & torminosos propter crassum ac flatuosum spiritum conclusum, ex posca potum sanant. Datur & orthopnoicis recta ceruice spirantibus, cū aceto mullo auto posca. Suffitur & in carbonibus, hianter agro & uapore excipiente.

De canis fluuiatilis testibus. Cap. CLXXVIII.

Canis fluuiatilis testes ad eadem commodi ad quæ castoris testiculi existunt, sunt tamen debiliores, eiusdem canis pellis ad calceamentum redacta, pedum ac neruorum morbum egregie mitigat.

De canis terrestris catulo. Cap. CLXXIX.

Catulus canis terrestris probe saginatus iuxta agrum accliuatus, siue stomacho, siue alia interna parte, ægrotet, morbum eximit ac sanat, affectu in ipsum transeunte. Aiunt eundem mortuum diligenter sepeliri oportere.

De cygni pullo. Cap. CLXXX.

Cygni pullus tener in oleo coctus, neruis affectis præter omnem opinionem medetur.

De buccinorum testis ustis. Cap. CLXXXI.

Buccinorum testæ ustæ uim multum siccatoriam habent, unde commodis medicamentis ammixtæ in inflammationes induratas discutiunt. Consimilem uim habent purpurarum ac ostreorum testæ.

De galerita uolucres. Cap. CLXXXII.

Corydalus Græcis appellatur, & Latinis galerita, uolucres animal paruum, quod sæpe iuxta uias uidetur. id simplici iure coctum ac comestum colicis prodest. Oportet autem assidue & frequenter id edere, unâ cum iure. Nam utilitatem ex ipso sæpe expertus sum. Habet autem eminentiam quandam in capite uelut cristam, ex primis sponte naturæ productam.

De cochlea terrestri. Cap. CLXXXIII.

Cochlea terrestris duram carnem habet, & propterea comesta ægre concoquitur. Verum iusculum ipsius coctæ ex aqua & anetho, oleoq; ac garo, aluo secedit si poterit. Si uero prima & secunda aqua in qua coquitur diffusa, in tertia coxeris donec exacte staccescat, & in fluxione uentris exhibebis, uentrem sistet. At uero cochlearum humiditas sola per se citra carnem accepta, (uocat autem eam ipsam cochleæ mucum) & thuri ammixta, aut aloë, aut myrrhæ, aut aliquibus ex his, aut omnibus donec cerati crassitudinem habeat, pharmaco cum euadit glutinatorium, & submucosos aurium tumores probe siccatur. Glutinat item ac siccatur oculorum fluxiones fronti impositum. Quam itaq; multum eius mucum colligere uoles, carnem ipsam stilo perforato, non modicam enim humiditatem emittunt, præsertim si non ante multos dies captæ fuerint. Hæc autem humiditas palpebrarum pilos reglutinat. Ego autem aliquando in agro cuidam neruos sauciato unâ cum tendinis contusione,

siopæ, carnem cochlearum imposui cum farine polline quo ledinis adhæret, trita, & citra inflammationem uulnium glutinatū est. Erat autem homo duræ carnis. Quod si ad manum sint, præstat ammiscere in talibus myrrhâ aut thus aut resinam frictâ leuissimè trita. Cæterum caro ipsa in pila prius contusa, deinde trita & imposita, omnes partes superfluam humiditatem habentes siccatur, ut etiam hydropicis proficit. Sed & unâ cum testis suis trita cochleæ uentri uniuersos hydropicorum imponitur, & super articulorum tumores in arthriticis, & appositio quodam ipsarum difficulter auferri potest, uerum multum siccatur, & sanè finendæ sunt donec sua sponte decidant. Idem facere expedit & in tumoribus ægra solubilibus ex plaga, aut contusione factis in auribus. Nam omnes hos exsiccatur, etiam si uiscosum & crassum in alto continetur. Integram porro cochleam unâ cum testis uisq; gallica omphacitide ac pipere ammixtis, magnopere proficit dysenteris, in quibus ulcera nodum sunt, putredine nosa. Oportet autem esse pipere partem unam, gallæ duas, quatuor cineris cochlearum. Quæ omnia exacte leuigata ac mixta, reposita seruari, & usu expetente cochlearii pleni mensurâ obsoniis insperges, aut cum aqua calida aut uino bibendâ dabis. Citra ulla uim admixtionem ipse cinis cochlearum uisus siccandi uim habet, cui & quiddam caliditatis propter usuram inest.

De Mænulis. Cap. CLXXXIII.

Mænula falsæ caput ustum, excrecentes in ulceribus carnes, maxime in dentium gingiuis, reprimunt inspersum, & callos eximit, quos clausos uocant, & extuberantes sedis eminentias tabefacit ac consumit.

De torpedo. Cap. CLXXXV.

Torpedo uiua appositâ, diuturnum capitis dolorum depellit, & prolabantem sedem intro pellit. Mortua uero aut omnino non, aut modice hæc facit.

De asello marino. Cap. CLXXXVI.

Asello

Afellus marinus aqua coctus cum anetho, & modico sale cōditus, oleoq; pauco, omnē interaneorū morbū sanat, maxime alui ab acribus humoribus infestata.

De ostreorum testis. Cap. CLXXXVII.

Ostreorum testæ omnes leuissime tritæ & ad puluillum redactæ, ulceribus malignis conueniunt, & præsertim in ulceribus corrodentibus labiorum optimum pharmacum sunt, citra mordacitatem ad cicatricē perducetes: participes enim sunt facultatis adstrictoriæ, per quam duræ ac terrea existunt. Eam autem per usuram ammittunt. Eadem cum aceto aut posca aut uino mulso tritæ, putredinosi commode fiunt, pro habitu uidelicet ægroti, conueniente humore ammixto. Quod si uratur ostreorum testa, tenuiorum partium euadit quàm buccinorum testa. nam & minus durum est ipsarum corpus. Si uero lauetur hic cinis commodus fit ad humectiora ulcera explenda & ad cicatricē perducenda. Atq; ego sanè ostreorum testa hoc modo præparata semper utor, ad cauitates ac fluxiones diuturnas & ægre carnem recipientes, etiam si fistulosæ essent ac profundæ. Circumpono autem eam forinsecus cum adipe suillo uetere & in ipsum sinum quid indo ex his quæ talia carne replere solent. quale est pellucidus lapis, specularis appellatus. Quin & dentes ostreorum testa illustrat, uelut etiam buccinorum, & purpurarum, non solum ui exterforia, sed etiam substatia asperitudine. Quapropter non est necesse ad hanc rem ipsas ualde leuigare. eadem lotæ ac tenuissime tritæ humore flaccida ulcera exsiccant.

De purpurarum testis. Cap. CLXXXVIII.

Purpurarum testæ cum aceto potæ lîenes tumentes faciunt. Suffitæ uero uteri strangulatus curant, & secundas morantes detrahunt. Vistarum cinis ad eadem facit ad quæ buccinorum adhibetur.

De Squatina marina. Cap. CLXXXIX.

Squatinam

Squatinam marinam ustam crassioribus corporibus in balineo inspergito.

De Sepia.

Cap. CXC.

Sepia suffocata in aceto, si cum oleo acetum bibendum dederis, eum qui hippocampi marini uenenum sumpsit seruabis. Testa septæ exterforiam & siccatoriam uim habet, estq; tenuium partium. Quapropter usta utimur ad uiligines, maculas solares ac lentiginas, & scabiem. Sed & sale ammoniaco ammixto, oculorum unguis exerit. Eadem non usta, dentes illustrat, & afflicta oculorum cicatrices detert, & ulcera in ipsis siccant. Magnas quoq; palpebrarum aspretudines, sycoses, Græcis dictas, consumit.

De Scincio.

Cap. CXCI.

Scinci circa rhenes partes, ad tentiginem pudendorum ciendam bibuntur. Neq; aliud magis contrarium huic facultati destruedæ uidetur, quàm lactucæ semen ex aqua potum. Quidam etiam lenticulæ decoctum cum melle potum, tentiginem sedare tradunt.

De Tellinis.

Cap. CXCII.

Tellinarum salfarū ustarum cinis cū cedria adhibitus, superfluos palpebrarum pilos renasci prohibet.

De cicada.

Cap. CXCIII.

Cicadis siccis quidam utuntur in colicis affectionibus, cum pari numero granorum piperis, exhibentq; aut tres, aut quinque, aut septē, tum in interuallis, tum in exacerbationibus. Alii tostas in uesticæ dolore, ac calculosis, edendas præbent.

De hyæna.

Cap. CXCIII.

Hyæna uiua in oleo cocta, uelut de uulpe dictū est, oleum disculforium efficit, arthriticis utilissimā. Vfus fiat uelut de uulpe iudicauimus.

De hirundinibus.

Cap. CXCIV.

Hirundinum ustarum cinis cum melle illitus, angiam sanat, & omnino omnes affectiones quæ in fauce

A E T.

o cibis

cibus ac gurgulione cum tumoribus sunt. Quidam & ad acuendum uisum cinere utuntur, collyrîi sicci modo adhibentes.

De electione optimorum medicamentorum. Cap. CXCVI.

Agaricum præstat quod strias rectas habet.

Acaciam eligito suluam & odoratam.

Aloem elige puram, non lapidosam, ualde splendidam, densam, subasauam, friabilem, hepatis colore, facile liquefcentem, odoratam, amaritudinis intensæ. Nigra uero & ualde dura reprobatur.

Amomum elige recens & album aut subruffum, non coactum, sed solutum & diffusum, semine, plenum, simili racemulis, ualde graue & odoratum, non cariosum, acre & gustu mordax, colore simplex non uarium. Adulterant quidam id amomide simili existente. Semper autem fragmenta reprobanda sunt, electis ramis perfectis ab una radice.

Ammoniacum thymiana eligendum est non lignosum, granis thus referens, purum, densum, nihil sordium habens, castorei odorem præ se ferens, gustu amarum.

Aspalathus bonus est grauis, & post decorticationem subruher aut purpuram referens, densus, odoratus, saporis amari.

Absinthium melius est quod in Ponto & Cappadocia nascitur.

Bitumen optimum est purpurei coloris, splendidum, intenti ac grauis odoris. Nigrum autem uitiosum est. Nam pice ammixta adulteratur.

Bdellium præstat gustum amarum, colore glutinis, pingue in altum & facile molliri potens, non lignosum, non sordidum, iucundi odoris in suffitu, & ungui simili aromatico, onychi appellato.

Elleborum nigrum eligito probe coactum, tenuem habentem medullam, acrem gustu ac feruidum: talis est qui

est qui in Helicone prouenit ac Parnaso & Anticyra.

Elleborum album elige moderate extentum, & album fragilemque; ac carnosum, non acuminatum & iuncum, aut puluerulentam lanuginem remittentem dum frangitur, quicquid medullam tenuem habeat, gustu feruido non ualde neque aceruatim, saliuam attrahentem: qui enim talis non est suffocatorius existit. Primas obinet Cyrenaicus.

Euphorbium elige pellucidum & acre.

Viscum optimum est recens, coloris prasinis intersecus, foris subasauum, nihil asperum aut furfuraceum habens, colligitur ex quercu, maloque; ac pyro, & aliis arboribus.

Gluten piscium bonum est non glaucum, subcrassum, non scabrum, facile liquefscens.

Calamus aromaticus bonus est suluus, densis geniculis, & qui in multas scissuras & segmenta assidose frangitur, fistula telis aranearum repleta, subalbidus, in manducando uiscosus, adstringens, & subacris.

Cardamomum optimum est quod ex Armenia affertur. Elige quod ægre frangitur, plenum & consutum.

Cassiam elige suluam, boni coloris, corallium referentem, arctam ualde, longam crassam, fistulis plenam, gustu mordacem, & adstringentem cum quodam aromatico feruore, uinum redolentem, uerum purpurea & crassa ziger appellata, rosam odore referens, ad medicum usum maxime apta est.

Cera optima est subpinguis, odorata, pura, pontica. Glutinum quod aliqui xylocollam uocant, optimum est Rhodianum, estque; album & pellucidum. Nigrum uero deterius est.

Gummi elige uermiculatum, uitriforme, pellucidum, non lignosum: ab eo proximum est album, resinosum uero ac sordidum inutile est.

Costus optimus est Arabolicus , albus existens ac leuius, plurimū habens & iucundum odorem: secundum locum obtinet. Indicus densus existens ac leuis & niger uelut ferula . Tertius est Syriacus coloris buxei, odore nares percellens. Optimus est recens, albus plenus ex toto, densus, ficcus, teredinem non sentiens, gustu mordax ac feruidus. Quidam adulterant ipsum helenii radicem ammiscentes, facilis est cognitio . Nam helenium linguam non feruefacit, neq; odorem intantum & nares percellentem exhibet.

Crocus optimus corycius est, recens ac boni coloris, parum albedinis in capreolo habes, oblongus, integer, probe coactus, plenus nō friabilis, non pinguis, & tamen in attritu digitos facile tingens, nō cariosus, impetuosi odoris, & acris. Qui enim talis non est, aut uetustus est, aut maceratus . Quo uero facile teri possit, in sole ac fistili nouo siccare oportet.

Crocomagma sic preparatur: Croci drach. centum, rosarum siccatarum drach. quinquaginta: amyli drach. l. myrrhæ troglodyticæ, gummi utriusque drach. l. uino odorato terito & pastillos formato , eisq; in umbra siccatis, utitor.

Cyperii radix optima est quæ grauissima & densa ac plena, ægre friabilis, aspera odorata, cum quadam acrimonia .

Thus primas obtinet masculinum rotundum, non scabrum, album, & ubi incisum est intus pingue. Adulteratur resina pinus aut gummi, facilis est cognitio.

Thuris cortex præstat crassus ac pinguis, odoratus non scaber aut pelliculis refertus: adulteratur cortice strobili aut pini ammixto: deprehenditur id igne: alii enim cortices suffiti fumum edunt . Verum hic ardet odore iucundo uelut thus.

Malabathri folium bonū est recens, in nigrore subalbidum, non friabile, integrū odore nares percellens, & dum

& dum diluitur odoratum, nardum sapore non falsum ginem referens, quod uero in tenues partes contusum cariosum odorem repræsentat, uitiosum est.

Medulla optima est ceruina, deinde uitulina, post taurina. Bona est quæ ætate accedente ad autumnum colligitur: aliis enim temporibus cruenta uestigia in ipsa reperiuntur, curatur ad repositionem, recens molis aqua affusa, deinde per lineum excolatur, rursumq; lauatur, donec aqua pura fiat, postea in duplici uase liquatur, sordibus innatantibus penna ablatis, postquam autem congelata fuerit, in fistili nouo reponitur, derasa diligenter fece quæ post liquefactionem & excolationem subsidet.

Panacis radices meliores sunt siccæ & albæ: extensæ, & incorrosæ, gustu feruidæ, & aromaticæ . Succus panacis commodus est gustu amarissimus, forinsecus uiridis, intrinsecus albus, pinguis, cito solubilis, grauus odoris, & gustu calfaciens .

Myrrha primaria est Troglodytica, subuiridis & pellucida, odorata, acris: quæ uero colore picea est, inutilis existit .

Stacte myrrha bona est odorata, leuis, oleum admixtum non habens.

Syrax præfertur flauus & pinguis, resinofus, grumosus habens subalbidus, ualde odoratus, & dum mollitur humiditatem melleam remittens.

Tragacantha optima est pellucida & leuis, tenuissima & pura, subalbida .

Hyoscyamo utendum est eo qui albos flores producit .

Galbanū optimū est, thuriforme, grumosum, purū, nō lignosum, quod & ex semine quid ammixtū habet, odore graue, & neq; summe liquidū, neq; ualde siccū.

Gagates lapis præfertur qui facile acceditur, & odorem bituminosum repræsentat .

Melanteria optima est sulphurei coloris, leuis, equa-
lis, pura, & contactu aquæ cito nigrescens.

Pompholyx optima est Cypria, & quæ aceto sub-
acta æris odorem refert, colorem autem picis. Est au-
tem & cœnosi saporis, & carbonibus ignitis imposita
ardet, colorem aereum repræsentans.

Ex Oribasii libris ad Eustathium & Eunapium, de
simplicium pharmacorum facultatibus.

Quæ media sunt inter calfacientia ac frige-
ficientia. Cap. CXCVII.

Adiantum, asparagus myacanthinos, muscus qui &
Iplanchnon dicitur, glycyrrhizæ succus, oleum dulcis-
simum, cera, faba, lycium, lotus siue trifolium, citrii cor-
tex, filicis radix, nuclei nucis pineæ, lentiscus, lens, terra
Chia & Samia, cadmia, spuma argenti.

Quæ moderate calfaciunt. Cap. CXCVIII.

Viticis folia & semen, urticæ semen & folia, amy-
gdala dulcia, anagallides ambæ atractylis, glycyrrhizæ
radix, oleæ radix, & fructus maturus, fermētum, eryn-
gium, resinæ omnes, cicerbita sicca, iunci odorati, flos
palmæ fructus: cochlearū cinis, cynocrambe, batrachii
herba & radix, pulegiū, lauri folia, & magis bacce, mi-
nus autem radice cortex, dictamnium, pseudodictam-
num, saluia, erysimum, lanæ ustæ, bryoniæ radix, aristo-
lochizæ radix, asphodeli radix, daucus, chamædaphne,
dracunculi radix, oleum raphaninum, cicerum species
tres, uiscum, caucalis, ligusticum, ferulæ semen, sagape-
num, satyrion, apium, sion, sinon, styrax, hydropiper, hy-
pericum, sal, sanguis, fel, urina, salia, sulphur, uiperæ
tum carnes, adeps, salforum piscium, muria.

Quæ calfaciunt primo ordine. Cap. CXCIX.

Aloe, chamæmeion, agaricū, absinthium, ladanum,
lini semen, malabathri, folium spica nardi, nardus celti-
ca, uinum nouum, serum lactis, caseus, ficus siccæ.

Quæ calfaciunt secundo ordine. Cap. CC.

Amurca,

Amurca, anethum siccum, sed uiride minus, artemi-
sia, balsamū, elaphoboscum, calamus aromaticus, cro-
cus, thus, mastiche, chia, mel, uinum, pix, melissophyl-
lum, marrubium, propolis, cucumeris syluestris suc-
cus, scandix, scilla, cardui radix, myrrha, terebinthi cor-
tex foliaq; ac fructus, foenum græcum, chamæleontis
utriusq; radix, chamæpitys, ocynum.

Calfactoria tertii ordinis. Cap. CCI.

Abrotonum præsertim ustum, lolium, populi nigre
fiores & resina, acorus, amomū, amaracum, ammiū,
anethum ustum, anisum, iuniperus, asari radix, sabina
herba, ueratrum utrunq;, epithimum, menta, calamin-
tha, thymbra, harundinis uallatorizæ cortex ustus, ca-
roum, casta, cedrus utraque, cnici semen, conyzæ, cumi-
num, thuris suligo, fœniculum, melanthium, mei radi-
ces, moly siue ruta syluestris, aut besasa, rhododaphne,
uinum uerus, origanum omne, opopanax, petroselin-
um, ruta, smyrnium, hyssopus, galbanum, chamædrix,
thaphanus, sampsuchus.

Calfactoria quarti ordinis. Cap. CCII.

Adarce, ampeloprasen, euphorbium, oleum cedri
num, costus, cepa, lepidiū, sinapi, allium, struthii, radix,
tithymallorum succi, & omnia uistoria ui prædita.

Quæ frigefaciunt. Cap. CCIII.

Gramen moderate, auricula muris, citra adstrictio-
nem, pira in cataplasmate imposita moderate frige-
faciunt, balauistium, rubi folia & germina & fructus
uiridis ac flos ipse. Auena moderate, muscus mari-
nus, glaucum moderate, dorycnion ualde frigefacit,
harundinis sepiarizæ folia moderate, cicuta summè, li-
chen in petris nascens, papauer omne, mali fructus,
oleæ fructus, & folia, oleum myrteum, sesaminum, ba-
laninum, helxine siue perdicias moderate, panicum,
uiolæ folia & succus, mali perfici & citrii caro, fungi
multum frigefaciunt, item omphacii succus, amyllum

moderate, rosaceum mediocriter, sordes ex palæstra, cicerbita non sicca, tribulus uterq; , ramorum palmæ succus. Samia terra moderate, cimolia terra, naxiæ cotis detritum siue retrimentum, plumbago mediocriter, plumbum, cerussa, sandyx, caseus mollis recens coactus moderate perfrigerat.

Quæ frigefaciunt primo ordine. Cap. CCIII.

Acacia illota, atriplex citra adstrictionem, uinacea, milium, ordeum, platanus, rhamnus, feris.

Quæ frigefaciunt secundo ordine. Cap. CCV.

Acacia lota, plantago, blitum, galla, omphacitis, cucurbita, cucumis, pepo, solanum hortense, lens palustris, alga uiridis, circa prærupta maris littora collecta, psyllii semen.

Frigefactoria tertii ordinis. Cap. CCVI.

Semperuium utrunq;, portulaca, mandragoras, citri pars acida, polygonum, potamogeton, hyoscyamus qui & florem & semen album habet.

Frigefactoria quarti ordinis. Cap. CCVII.

Succus papaueris, cicuta.

Quæ siccant citra mordacitatem. Cap. CCVIII.

Viticæ semen & folia, amurca, anagallis utraq;, aena, plantago, oleum dulce insulsum lotum, fermentum attrahit ex alto ac discuit. Lupinus amarus, hippuris fortiter, isatis, salicis flos & folia cū quadam adstrictione. Quidam & succū ex ipsis faciunt, & pharmacū habent citra mordacitatē siccans ad multa cōmodū. Verum multo amplioris usus est pharmacū siccans & adstringens, nucis cortex ustus, simulq; tenuium partium existit, miliū, centauriū tenue fortiter siccant, cerasi, gummi, liliū, faba, forinsecus imposita, cupressi folia ac reliquæ partes, cyperi radix, nucis pinææ nuclei aqua macerari, nimphæa radix, sireū, siue sapa, quinq;folii radix, polypodiū, myrrha, sarcocolla, stœbe, tragacantha, terra omnis, cadmia, asie petreæ flos humore flaccidas car-

nes

nes consumit, pompholyx sepe usta, calx strenue, oui candidum ac tenue, eadem uis & uitellorum est.

Quæ simpliciter siccant. Cap. CCIX.

Viticis folia & semen, graminis radix moderate, adiantum semperuium utrunq;, amarantū fluxiones sistit, potum, bryoniæ radix, anagyri folia sicca, pira in cataplasmate imposita moderate, arifolochia, alparagus myacanthinus, asphodeli radix, & magis cinis, baustium ualde, ruborum fructus immaturus, quercus partes omnes, phagi similiter, bulbus in cataplasmate, eryngium, isatis, salicis corticis cinis uehementer, canabis semen, pæoniæ radix, lauri folia uehementer, & magis baccæ, oleum cyprinum, laurinum, panicum in cataplasmate impositum, nasturtium caucalis, pastinaca syluestris siue daucus, lixiuum, præsertim ex cinere siculneo, brassica, caules autem eiusdem cinerem fortiter siccantem faciunt, crethmum, liliū folia & radix, omphacium, platani cortex & pilulæ moderate, polypodium, amylium, sal nitrum, gypsum præcipueustum, cadmia omnis, omnia metallica & lapidea ac terrea, testa clibanorum, coagulum omne, stercus asinerum tamen & accipitrum inutile est propter multam acrimoniam, sordes, siue strigmēta, carnes uiperarum, capita mænularum salfarum, cornu cerui ac capræ, castorium, ossa usta fortiter, capilli usti, sepia testa, lanæ usta, cancerorum cinis, garum abunde, muria.

Quæ primo ordine siccant. Cap. CCX.

Chamemelū, iuniperi baccæ, caroum ordeū, polēta, crocus, thus, sceniculū, rhododaphne, uinū nouū, cucumeris & peponis semen, & radix sicca, scœnū græcum.

Quæ secundo ordine siccant. Cap. CCXI.

Iolium, amaracus, bitumen, anethum, balsamum, uinacea, gingidium, elaphoboscum, calamus aromaticus, thuris, cortex & folia arboris, itemq; semen, meū, mastiche, mel, spica nardi, nardus celtica, uinū eruum,

opopanax, pix, rhamnus, raphanus, scandix, cardui radix, myrrha, lentiscus, terebinthi fructus & folia, lētes, alga humida & uiridis, malabathri folium, galbanum.

Quæ tertio ordine siccant. Cap. CCXII.

Abrotonum præsertim ustum, acacia, acorus, aloë, ammiu, anethum ustum, anisi semen, iuniperus, asarum, absinthium, herba sabina, ueratrum, epithymum, thymbra, calamintha, harundinis sepiarię cortex uustus, caroum, casia, cedrus, conyza, thuris, fuligo, nigella, cistrii semen, uinū satis uetustum, acetū, organum, quinquefolii radix, petrofelinū, smirniū, ruta hortensis, marubium, rhus, sampsuchus, seriphium, hyssopus, chamædrys, chamæleonis utriusq; radix, chamæpitys.

Quę quarto ordine siccant. Cap. CCXIII.

Ampeloprason, oleum cedrinum, sinapi, ruta syluestris, allium.

Quæ media sunt inter siccantia & humefiantia. Cap. CCXIII.

Graminis radices in cataplasmate impositæ, oleum dulcissimum.

Quæ primo ordine humefcent. Cap. CCXV.

Auricula muris, buglossium, succus glycyrrhiçæ, lactuca moderate, uiolæ folia moderate, mali persicę fructus, fungi, rosaceum, satyrium, stratiotes fluuiatilis.

Quæ secundo ordine humefcent. Cap. CCXVI.

Portulaca, atriplex, blitum, cucurbita, mali armeniçæ fructus, cucumis, pepo, lens palustris.

Quæ aquosam frigiditatē habent. Cap. CCXVII.

Acacia, auricula muris, portulaca, plātago, atriplex, rubi folia, blitū, muscus marinus, glaucium, dorycnii, uiscum, salix, cucurbita, cotyledon, cicuta, picea arbor, malua fatiua, papauer, mala præcocia, fungi, platanus, polygonum, potamogeton, sideritis cucumis cibarius, holoischœnus, cicerbita, tribulus, lenticula palustris, psyllii semen, plumbum.

Quæ

Quæ tenuium partium sint. Cap. CCXVIII.

Abrotonum ustum, uites, scandix, populi nigrae flores & folia, urticae semen & folia, amomum, acorus, asari radix, bryoniae radix, chamæmelon, aparine, aristolochia, plantago, sicca, asphodeli radix, præsertim usta, balsamum, herba sabina, sinapi, rubi radix, glycyrrhizæ radix, oleum uetus, oleum cicinum, elaphoboscum, euphorbium, fermentum, salicis succus, calamintha, calamus aromaticus, harundinis sepiarię cortex uustus, casia, carpesion, millium, oleum cedrinum, pruni, gummi, mastiche, nigella, succus cyrenaicus, opobalsamum, ruta, pistacii fructus, propolis, teberinthus, rosaceum oleum, sagapenum, sampsuchus, seselis, cucumeris semen, ficus aridæ moderate, flos iunci odorati, cinis, calx, falis flos, hyssopus, sal, alcyonium mistelium, nitrum, auripigmentum ustum, gypsum ustum, sulphur, cadmia, pumex uustus, lixiuium, asia petre flos, melantheria, misy, æs ustum, chryfocolla, sandix, fucus, adeps leonis ac pardi, itemq; hyænæ ualde: castorium, sepiæ testa usta, lanæ usta.

Quæ crassarum partium sint. Cap. CCXIX.

Plantaginis radix, balauustum, uinacea, zingiber, cucumis, cepe, squamæ omnes, fori, alumen.

Corroborantia. Cap. CCXX.

Casia, galla omphacitis, stoechas, palmę fructus, absinthium, mastiche.

Concoctoria. Cap. CCXXI.

Amomum, uua passa, cera, ladanum, glutinū librarium, crocus, thus, pix, mastiche ægyptia, rosaceum oleum, myrrha, styrax, galbanum, alica, adeps suillus & uitulinus, butyrum, cespypus.

Suppuratoria. Cap. CCXXII.

Aquę temperatę effusæ fomentum, aqua & oleum, temperata, farina triticea, panis, alcia, adeps porcinius & uitulinus, butyrum, thus, pix, resina.

Mola

Mollientia. Cap. CCXXXIII.

Quæcunque calfaciunt non tamen uehementer, si mulq; non uehemèter siccant: sunt autem talia, seuum caprinum, adeps gallinaceus, & porcinus, seuum taurinum & hircinum, medulla ceruina, uitulina, ammoniacum, thymiana, styrax, galbanum, bdellium, oleum scyonium, oleum liliorum: oleum dulcissimū, chamæmelum, althææ radix, cucumeris syluestris radix, malua syluestris folia, mastiche, chia, & ægyptia, terebinthina, resina, colophonia, opopanax, fordes statuarum in gymnasiis, fordes palestrarum, butyrum, cœlypus.

Quæ indurant. Cap. CCXXXIII.

Semperuiuum, portulaca, psyllium, lens palustris, foetanū. Indurant autē corpora & partes aut ob siccitatem, aut ob plenitudinem: aut ob congelationem. Si quidem igitur ob siccitatem pars dura fiat, humescere omni modo ipsam oportet. Si uero ob plenitudinem, euacuare eam ipsam oportet. Si uero ob cōgelationē fuerit indurata, congelationem moderate calfacientibus dissoluere oportet. Nam cōgelatio ex frigore est; quæ autem uehementer calfaciunt, magis congelant.

Exterforia. Cap. CCXXXV.

Stercus caprinum ustum & non ustum, omnes testæ, testa intectorum, sepiæ testa, herinacei terrestris ac marini cinis, serum lactis, bryoniæ radix, mel, amygdala dulcisa elui apta, & ipsorum arbor, anagallis utraque, anemonæ omnes, plantaginis folia, maxime arida, aristolochia, aron, asparagus myacanthinus, staphis agrestis, asphodeli radix, atriplicis semen, abinthii succus, bulbus impositus, ueratrum utrunq; helixine, siue perdicias, falicis semen, calami sepiarii radix trita moderate, fabæ caro, lapsana in cataplasmate imposita, lichēn petrarum, leucocii partes omnes, platani radice cortex, marrubium, meum, propolis moderate, ulmi folia, & cortex ac radix, ptisanā, terebinthina amplius quàm

quàm mastiche, sagapenum moderate, cucumeres, peponis partes omnes, cucumeris syluestris radix, beta, tithymallus, phu, chamæpitis, alcyonia omnia, terra Chia & Samia moderate, smiris abunde, cornu cerui, & capræ ustum, & quæcunq; inueneris nitrosa & amara, ea omnia meatus expurgare possunt. Quæ uero tenuium partium sunt dulcisa extergent moderate ulcerum fordes, & totius cuticulæ, uelut sunt fabæ, eruum, ordeum, lupinus, & similia.

Quæ uasorum oscula aperiant. Cap. CCXXXVI.

Quæ oscula uasorum aperiant, calida sunt non ualde, & crassarum partium: quæ enim uehementer calfaciunt, urunt & crustam inducunt: anemonæ omnes, cepa, alliu, fel taurinū, irini, & amaracini olei siue unguenti fex.

Rarefacientia cutem. Cap. CCXXXVII.

Rarefactoria sunt quæ moderate & citra molestiam calfaciunt, nequaquam uero siccant. Chamæmelon, althæa, cucumeris syluestris radix, costus, libanotides, nitrum, abrotonum, oleum uetus.

Densantia cutem. Cap. CCXXXVIII.

Aqua frigida, semperuiuum, portulaca, tribulus uiridis, psyllium, lenticula palustris, mandragoræ mala, & summatim omnia quæ frigefaciunt non siccantia.

Corrodentia. Cap. CCXXXIX.

Auripigmentum, sandaracha, chrysocolla, cantharides, erucæ, pinus, cedria, ueratrum nigrum.

Reprimentia eminentias. Cap. CCXXX.

Elaterium, cucumeris syluestris radix, ochra mandragoras, asia petræ flos, ostreorum testæ, herinaceus uterq; ustus unā cum testis suis, hæmatites lapis, ficcus tritus & ad puluillum redactus faba, squama æris, chrysocolla.

Cicatricem inducentia. Cap. CCXXXI.

Quæcunque adstringunt & siccant, alumen, galla omphacitis æs, ustum, præsertim lotum, mali corium aridum,

aridum, recrementum, plumbi, spuma argenti, helcyfma, id est, argenti recrementum plumbum ustum, testa intestorum omnium testæ, uitrum, pumex præsertim ustus, & uino extinctus, specularis lapis ustus, cæssa, pompholyx, spodiū lotum, chryfocolla, stibium ustum, diphryges, sarcocolla, omnia prædicta si ulceribus insperferis, ipsa cicatrice includes. Verum cum mordacitate, cicatricem inducit atramētum futuriorum ustum, cadmia, squama æris ac ferri, præsertim stomomatis, erugo, calx usta & lota.

Exulcerantia in superficie. Cap. CCXXXII.

Rubi canini folia, betæ radix, allium, pulegium, hyssopum, organum, sepia testæ, asphodeli radix, semen lini, & falsa, & acria, & amara.

Vitoria. Cap. CCXXXIII.

Cantharis, diphryges, fex aceti usta, anemona puniceum florem habens, allium, cinis, præsertim ficulus nitrum assatum, ac ustum, alumen, buccinorum testæ usta, menularum capita, auripigmentum, staphis agrestis, granum cnidium, sinapi, pyrethrum, calx non extincta urit, extincta crustam inducit.

Attractoria. Cap. CCXXXIII.

Anemonæ omnes, anagallis utraque, distamnus, cicuta, tapfia, ciclaminos, narcissi radix, propolis fortiter, fermentum, stercus omne, sagapenum, succus cyrenaiscus, & medicus, sylphii succus & radix, sparti quo aucupes utuntur, & semen, & uirgarum succus generose, terebinthina magis quam alia resina, sulphur, stercus bubulum, præsertim si eruo boues pascantur, calaminthe in cataplasmate imposita, costus cõtritus cum oleo, fortiter autem attrahit uiscum.

Discussoria. Cap. CCXXXV.

Abrotonum, agaricū, adiantum, ægilops, urtica semen & folia, sambucus, ebulus, chamæmelon, anisi semen, aristolochiæ radix, asphodeli radix præsertim usta, atriplex,

atriplex, bulbus, herba sabina, muscus qui splanchnon & hypnon græcis appellatur, daucus, althæa, oleum dulce, oleum uetus, oleum raphaninum & cicinum, & thapsia, calami sepiarii cortex ustus abunde discutit, brasicæ folia, lili folia & radix, ladanum, mercurialis, malua syluestris, mel mali psicæ folia, & germina, rhododaphnæ, grosfi ficus, ficus syluestris, mastiche chia, opobalsamum, succus cyrenaiscus uehementissime, paliuri folia & radix, ruta, pix, marrubium, terebinthina, rosaceum oleum moderate, sordes à statuis, sordes palæstrarum, quæ patos græcis dicitur, sampsucum, cucumeris syluestris radix, myrrha, caricæ acriores amplius quam grosfi, beta citra calcationem, fortior est autem alba, galbanum, sal præsertim ustus, falis flos, nitrum, halcyonia omnia, terra samia, hyoscyamus, caseus tener ex acido lacte moderate, butyrum, coagulatum omne stercus, omne ualde celypus moderate, carnes uiperarum fortiter, adeps præsertim leoninus, ossa usta eorum rundem leonum, & omnium aliorum cinis.

Adstringentia. Cap. CCXXXVI.

Oleaster, piraster, lentiscus, apium, semperuiuum, papauer, cytilus, aloë, urtica, uinacea, pira, crocus, althæa, terebinthus glans, hyoscyamus, hederæ, nymphæa, palmaria, oui uitellus assatus, paliurus, hippuris, sanguis cõcretus, ligustrū, cenanthe, brasicabis cocta, coagulatum leporinum, spongia usta, rhamnus: sunt & multa alia adstringentia, quæ omnibus nota existunt.

Quæ semen generant ac prouocant in cibis ac medicamentis, & cibis medicamentariis.

Cap. CCXXXVII.

Ex edulis omnia quæ amplius nutriunt & infant: item medicamenta omnia statuosa & calida. Itaque bulbi & cicer, & nuces pinæ, fabæque ac ficus, edulia sunt multum semen generantia. Scincus autem, & satyrion, ac similia, medicamenta sunt. Edulia autem si mulg;

mulq; medicamēta sunt lini semen, eruca, & horminū.

Quæ semen inhibeat. Cap. CCXXXVIII.

Semen inhihent omnia quæ frigefaciunt edulia ac medicamenta, itemq; quæ crassefaciunt & condensant, uelut lactuca, cucurbita, blitum atriplex, cucurbita mora, melopepones. Quæ uero siccant, ne ab initio quidem generari semen permittunt, etiamsi calfacto- riam naturam habeant, uelut est ruta. Si uero calida non fuerint, multo magis siccant, & semen generari non sinunt, uelut nymphææ radix.

De alimentorum uiribus. Cap. CCXXXIX.

Sanitatis studiosum si quid aliud, alimentorum uis res nosse oportet: itaq; ea quæ attenuatoriam uim habent, angustos transitus obturatione liberant, & uiscosâ infarta expurgant, ac crassa secant. Verum qui in ipsorum usu perseverant, serosas & biliosas superfluitates congregant, & si quis adhuc amplius perseveret, atrabiliariū sanguinem reddet. Quare ab assiduo ipsorum usu abstinere oportet, præsertim eorum quæ temperamentum biliosum habent. Solis enim his qui pituitam & crudum humorem uiscosumq; ac crassum coaceruant, talia conueniunt. At uero crassefaciente ui prædita, multum alunt, & si in uentre ac iecore probe concoquantur, sanguinem boni succi generant, lienem autem & iecur obturant. Ex his uero quædam crassi tantum succi sunt, uelut lenticula: Quædam uero uiscosi, ut malua: quædam crassum simulq; uiscosum succum possident, uelut est caro testa intestorum. Securior itaq; est diæta & uictus attenuatorius ad sanitatis conseruationem, præ crassefaciente. uerū quum modice alat, firmitatem non addit corporibus neque robur, & oportet aliquando etiam multum nutriens tia moderate assumere, ubi firmitatem acquirere uoles. Cæterum citra periculum crassa diæta uti possunt, qui exercitiis dediti sunt, & qui dormiunt, quan-

tum

tum uolunt. Omnes autem qui ante ciborum acceptio- nem exerceri non possunt, alimenta crassi succi uicent: maximum enim ad sanitatis conseruationem malum, perpetuum ocium existit, quemadmodum contrà mo- deratus motus maximū bonum. Omnium porrò eduliorum optima sunt, quæ inter attenuantia ac crassefa- cientia medium locū obtinent, & sanguinem substan- tia ac compage moderatum generant. Itaque tale ali- mentum corporibus nostris conueniens est: nocium uero crassi succi, & propterea semper fugiendū. Quin & alimentorum uarietatem fugere oportet, præsertim si ex contrariis uiribus ac facultatibus constiterint, itaq; que enim assumpta probè concoquantur.

Attenuatoria alimenta. Cap. CCXL.

Allium, cepe, nasturtium, porrum, sinapi, pipet, smyr- nium, pyrethrum, origanum, calamintha, hyssopus, sis-ymbrium, pulegium, thymus, satureia uiridis accepta, sicca enim medicamentum est. Ab his proxima sunt eruca, sion, apium, petroselinum, ocymum, raphanus, brassica, beta, sceniculū, coriandrum, ruta, anethum, li- gusticum, cuminum, capparis & terebinthi fructus, car- ui semen, anisi, dauci, & omnium odoratorū & acrium ac palam calidorum semina, uerū fortiter attenuat ru- tæ semen, ac cannabis, ut medicamenta de cætero exis- tant. Ex cerealibus seminibus attenuanti diætæ solum ordeum conuenit, deinde panes clibano costū triticeī, & reliquis abstinendū, præterquam si quis per longius interuallum pisum, aut lentem gustare uelit: plurimum autem eduliorum usum pro attenuantis uictus ratione suppeditant pisces petrosi & mōtanæ uolucres paruę, in uniuersum enim omnia exercitata meliora sunt in- exercitatis, & sicciore uictu utentia, & purū ac tenuem ærem inspirantia, & ex piscibus qui mollem simulq; friabilem carnē habent reliquis præstant. Nam qui du- ram aut uiscosam habet, ab his penitus abstinendū est.

A E T.

p Habes

Habes autē notas carnis omnis animalis, friabilitatem ac molliciem, & quibus sanē utraq; affuerit, ad fatietatem edere licet: quibus altera tantū, edere quidē expedierit aliquādo, sed uitanda fatietas est. Neq; gallinas prohibeo si quis exercitio utatur, neq; columbas, neq; turtures, maximē si in agro degant, ac montanis locis. Oportet autē non recens mactatas, sed unam mininū diem seruatas à mactatione edere, non solum turtures & gallinas, sed etiam perdices, & omnia quę moderate duram carnem habet. Sed & falsi pisces abundē atque tenuant, & crassos ac uiscosos humores secant, eligendi sunt autē & ex his qui mollem carnē habent. Nam cetacei generis uitandi sunt. Præstat & plurima edulia aceto & aceto mulso præparata accipere, & sale prius condire quantū eius fieri potest. Neq; læsionē incurret, qui fructus pomorum alium molliētes acceperit. Verū tarde transeuntes deteriores sunt, & magis si duri fuerint. Quare ex his ne gustare quidē oportet, præter eos qui repositioni apti sunt, uelut pira & mala, & uuarū non pauca genera: molliores autē magis edere expedierit, qui uero, ualde austeri & acerbi sunt, ad hanc dietam inepti existunt. Omnium maximē autē aptæ sunt carice, & nuces, & pistacia, & amygdalæ submare. Cæterū oliuas neq; laudo, neq; uitupero. Verū ex dulcibus non solū eduliis, sed etiā potionibus, mel ferē solū exacte tenuem succum generat: Vina quoq; tenuia & alba crassos humores secant, & per urinas expurgant. Utilissimū uero ad extenuatē uictū est acetū nullum.

Craffi succi alimenta. Cap. CCXLI.

Panes furnacei, & siliginei, & non probē præparati, placentæ ex musto & similigine, itemq; liba, & omnis placenta nō fermentata ex tritico, & quęcunq; eius generis inde parantur. Sunt etiam similago, ac alica, falsi craffi succi, amyli uero moderate. Sunt & dolichi craffi succi, & lupini, & interna lentis caro, nam cortex

exterforiū quid possidet, itemq; fabæ frictæ, & pilces molles appellati, loligines, sepia, polypopodes, & cetacei generis, ex quo sunt & thūni, moderatiores autē ipsis sunt pelamides. Multū crassi-succi sunt ostrea, & & buccina, purpuræq; ac chamæ, patellæ, pestines, pinne, & omnia testa intacta, anguillę item ac cochleæ, bulbæ carnes, caprinæ, ceruinæ, leporinæ, suillū hepar, rhenes, testes moderate, lac coctū, casei omnes, uerū recentes & ex acido lacte minus, oxygala, plogala quod & pyriepton uocatur, oua ad perfectā concretionem cocta & magis adhuc assata, atque amplius etiamnum fricta in sartaginæ, palmæ, castanæ, bulbi, rapa, fungi, tubera, nuces pineæ, conii ac strobili appellati, ficus non probē maturæ, citri caro, cucumeres præsertim uberius ingesti, mala nondū matura, uina dulcia quę que sanguinem crassum generant, & his amplius sapia, & uinum nouum, uinaq; crassa ac nigra.

Media inter attenuatoria & crassefacientia. Cap. CCXLII.

Panes optimē præparati, carnes gallinarum, phasianorum, perdicū, columbarū, attagenarū, & paruarum auicularum omnium, optima edulia sunt. Insuper piscium petras ac littora & altū, pelagus incolentium, gobiorum, murenarum, buglossorum, & omnium confinisium, qui neq; uiscositatem, neq; graueolentiam in cibo repræsentant. Item ficus, pepones, & ex syluestribus oleribus feris, id quod commune pluribus generis existit, singulorum autem speciales appellationes sunt apud Atticos, uelut lactuca, condrole, gingidiū, & alia infinita syluestria olera quę feridis nomine ueniunt. Eius generis est & asparagus palustris, itemq; mycanthinus, & chamædaphnes, ac bryonia. Vinum item sulum simulq; dulce ac pellucidū, quale est aruisum, & lesbium, & dulce falernū, ac molites. Hęc enim botum & moderate crassum sanguinem generant.

Quæ uiscosum sanguinem generant. Cap. CCXLIII.
Triticum graue, densum, & in alto flauum, uiscosum
succum generat: leue autem & rarum & intrinsecus al-
bum, minus uiscosum humorem generat. Est & simila
go itemq; halica satis uiscosa. Item tēdines, præsertim
in musculorū extremitatibus, aponeuroses græcis ap-
pellati, & partes circa labra, & lingua, & suilla quoq; ca-
ro, & agnina, sesami itē, semen & palmulę pinguiorēs.

Quæ crudum humore generant. Cap. CCXLIIII.
Palmulę uirides uescētes crudis humoribus implēt,
& rapa, & testa intectorum caro, si diutius cocta salsum
humorem deposuerit, & pisces molles appellati, uelut
sepia, polypi, & alia huius generis: item ceraceum ge-
nus in mari, quapropter antea salsa hæc in usum cibi ue-
niunt. Talia sunt & intestina, & uētres, & uulua quadrup-
pedum, & acidum lac, lupini, uua in uentre retenta.

Quæ frigidū humorem generant. Cap. CCXLV.
Qui se cucumeribus ualde explent, frigidum hu-
morem coaceruant. Insuper & qui uentres ac intesti-
na & uuluas quadrupedum animalium ingerunt, &
lac acidum, & mala nondum matura.

Quæ atrabiliarū succū generant. Cap. CCXLVI.
Carnes bubulæ, caprinæ, & magis taurorum ac
hircorum, & adhuc amplius ouium ac leporum, ac
suum syluestrium, carnes item salæ quadrupedum ani-
malium. Ex marinis piscibus thunni, balænæ, & omnia
cetacei generis, cochleæ, brassicæ, arborum germina,
muria, & acida muria condita, uelut lentisci & terebin-
thi. Item cinaræ caro, & lens eduliū est maximē atram-
bilem gignens, & post hanc fursuracei panes, & qui ex
typha ac aliis uitiosis seminibus fiunt, & casei antiqui,
& uina crassa ac nigra.

Quæ biliosum humore generant. Cap. CCXLVII.
Siliquę, item cinarę succus amarā bilem gignit, præ-
stat itaq; ipsam feruefactam in cibo sumere. Mel quoq;

facile

facile in bilē transit. Omnes quoq; dulcis saporis suc-
ci, materiam fluxæ bili præbent, itemq; dulcia uina.

Quę superfuitatibus redundant. Cap. CCXLVIII.
Palumbes, anseres, pisces, acceptis petrosis, ui-
scera omnia, medulla, spinæ dorsī, cerebrum, auri-
culæ palustres & stagnorum, cicer, fabæ uirides, fa-
ba ægyptia, porcelli recens nati, ouilla caro, & om-
nium iuniorum animalium, & ociose uiuentium, pi-
sces fluuiatiles & palustres, & qui in limosa aqua des-
gunt; item omnia cetacei generis in mari.

Quæ superfuitatibus careant. Cap. CCXLIX.
Colla animalium, caudæ, alæ, syluestrium anithia-
lium caro, & eorum quæ siccis locis degunt.

Multum nutrientia. Cap. CCL.
Suum domesticorū carnes ex omnibus edulis opti-
mē alunt, cerebrū bubulum, testes, cor, medulla spinæ
lis, itemq; reliquæ, anserū alæ, & magis gallinarū, om-
nium uolucriū uentres, cochleæ præsertim ter coctæ.
Ex testa intestis quę duras carnes habent, uelut purpu-
ræ, buccina, & similia, gāmari, paguri, cancri, locustæ,
squillæ, & consimilia. Item molles appellati pisces, ue-
lut polypi, sepia, loligines, & consimiles: ex cartila-
gineis, torpedo & pastinaca moderate, squatina uero
magis: nulli & gobii minus. Lac crassius quidē ma-
gis, & liquidius minus. Ex panibus filigineus maximē
alit, deinde similigineus, tertio loco est cui fursures nō
decesserunt: triticum coctū, siligo, alica, fabæ carnis ha-
bitum non adstrictū & densum faciunt, sed laxiorē: ci-
cer magis nutrit, phaseli & ochri magis fœnogræcū,
dolichi quos lobos uocant græci non pisces minus nu-
triuunt, castanæ, lens, palmulæ dulces, uux passæ dul-
ces, ac pingues, rapa, bulbi, maximē alunt & præsertim
bis cocti. Mel despumatū & ad distributionem & ad
nutritionem aptum est, uinum omne nutrit quod cras-
sum est. Rubra itaque & crassa ac adstringentia, ma-
gis

gis alunt : minus uero his alba simulq; crassa & austera. Omnium minime alba & tenuia : omnia item crassa si succi si probè concoquantur, ualde alunt.

Quæ parum nutriunt. Cap. CCLI.

Extremè animalium partes, uulua, ueter, intestina, caudæ, aures, pinguedo, adeps, omne uolucrum genus minus alit, terrestrium generi coparatum, caro quoque animalium anno forū minus alit quam auferentium. Piscium eius sanguinem tenuiorè generat. Ex testa intestis que mollem carnem habent, uelut ostrea minus alunt, panes ordeacei, polëta ordeacea, panes furfuracei & fordidii omnes ac loti, amyliū, masa ex polenta ordeacea, auena, miliū, eoq; magis panicum, oryza, fabæ uirides, semen papaueris, mora, amygdala, pistacia, pruna, persica, armeniaca, præcocia, oliuæ maximè drupæ: nucæ auellanae, & magis adhuc regia, serica, corna, pruna syluestria, mora rubi, capparisi & magis sale cõdita, terbinthi summitates, brasicæ, betæ, raphanus, sinapi, asparagi omnes, pastinaca, daucus, carus, cepa, allium, porri crudum quidem nullū penitus alimentum præbet, bis uero aut ter coctum paucissimū, punicæ mala, pira, cucurbitæ, uuæ passæ austerae & nō pingues. Porri media quodammodo sint inter parū nutritia, phaseli, ochri, cicerculæ. ficus autē non similiter ut reliqui fructus parū nutriunt, uerū laxam carnem faciunt. Vug uero minus q̄ ficus laxam & humectam carnem alunt.

Quæ boni succi sunt. Cap. CCLII.

Optimi succi est optimū lac ferè inter omnia que in cibo accipimus : optimū autem lac est animalium bonæ habitudinis, statim ubi multū fuerit calidū adhuc potum. Oua tremētia & forbilia gallinarū ac phasianorum : uolucres & pisces ferè omnes boni succi sunt, exceptis his qui in paludibus ac stagnis & fluminibus limosis ac turbidis degūt. Verū odore & gustu cognobiles sunt: Nā foetidi & insuaues ac mucosi sunt propterea

pterea quod in uitiosa aqua degunt. Carnes autē quæ drupedū animalium si probè concoquantur, optimū sanguinem generant, maximè si bono succo prædita sint, uelut est suillum genus. at uero omnes circa labia partēs, aliæq; extremitates, & alæ uolucrum, intestinaq; & uulug ac caudæ, minus boni succi sunt q̄ carnes, glandula aut probè cõcoctæ, similiter ut caro boni succi sunt. Cor non est mali succi, pedes suilli meliores sunt q̄ rostrum & aures, syluestrium quoq; animalium carnes meliorem succum q̄ domesticorum habent : panis purus probè preparatus boni succi est, alica item, & prisana probè præparata, fabæ, castaneæ nō habent malum succū, ficus maturæ, & uua matura itemq; pensilis repræhēdi non meretur: carica statim quidē in corpus digestæ ac distributæ, boni succi sunt: uerū si in uentriculo morētur mali succi sunt, & pediculos generant: si uero cū nucibus edantur, bonū edulium existunt. Cæterū si quis ficus & caricas assidue in cibo sumat, nō parū lædetur. Lactuca ut olus sanguinè bonū gignit, & ab ea intubi. Vina odorata boni succi sunt, sed omnium optimi succi est falerum dulce & molites.

Quæ mali succi sunt. Cap. CCLIII.

Ab omnibus mali succi edulis abstinendum censeo, etiam si facillè cõcoquantur. Latetur enim diutiori tempore uitiosus humor in uenis ex ipsis cõgregatur, qui leuissima putrefactionis occasione arrepta, malignas febres gignit. Est autē maximè uitiosi succi caro ouilla ac caprina, pessima uero hircina, deinde arietina, postea taurina. In omnibus his præstant castratorū carnes. Seniorū autem animalium pessimæ sunt: Caro lepori na cãrsiorem quidem sanguinem generat, uerū meliorem ad succi bonitatem quam bubula & ouilla : nihilominus tamen & ipsa mali succi est, itemq; ceruina: rhenes & testes perfectorum animalium mali succi sunt, exceptis gallis. Item cerebrū & medulla spinalis exce-

ptis gallis:lien,oua in sartagine fricta,casei ueteres,bo
leti,amanitæ,foenogræci,lens,auena,cicer non est bo
ni succi:olyra uero tanto deterior est tritico,quanto
melior est quam tipha & auena:panicum,miliuni,& si
milia non sunt boni succi:dracones,callionymi,scorpii,
trachuri,mulli,orphi,glauci,zyganæ,congrigragri,
& quæcunq; alia cetacei generis in mari animalia om
nia mali succi sunt.Item omnes fructus subcaniculares
mali succi sunt,mala nondum matura,pira prius quam
cocoquantur,persica,mala punica,mespila,corna pru
na syluestria,siliquæ,& terebinthi fructus,cinara præfer
tim ubi dura fuerit,cucumeres,pepones,cucurbita his
quidem melior est,sed & ipsa in uentre corrupta satis
mali succi euadit:ficus & caricæ minus quam alii sub
caniculares fructus malum succum habent uerum his
qui in ipsarum esu perseverant,non ualde bonum san
guinem gignunt:unde & pediculorum copia ex ipsis
consequitur.Ex oleribus nullum boni succi est:in me
dio boni ac mali succi sunt lactuca,intubi,maluæ,blit
tum,atriplex.Radices plantarum olerum generis ma
li succi sunt quæcunq; acres,uelut ceparum,porrorum,
alliorum,raphanorum,& dauci.Medio loco sunt rapum
& cari appellati radices.Ocymum pessimi succi est:
rapum crudum,brassica,bulbi,non probe cocti.At uer
o allium & cepæ ac porrum bis cocta humoris mali
gnitatem deponunt.Cæterum extreme mali succi sunt
olera quæ syluestria appellant.Vina crassa simulq; foetida
& iniucunda ac austera mali succi sunt,quale est
bithynum quod in magnis doliis apportatur:nam quod
in paruis affertur,neq; boni succi neq; mali existit.

Quæ facilia concoctu sunt. Cap. CCLIII.

Panes bene preparati,pisces petrosi omnes,gobio,
torpedo pastinaca,si uolucrum generi comparantur:uo
lucrum caro terrestrium generi comparata concoctu facili
or est,praesertim perdicis,attagenæ,colubæ & phasia
norum

norum,alæ anserum,magisque gallinarum,& in summa
praestant alæ saginatorum & iuniorum,pessima autem
sunt gracilium & seniorum:iecur anserum sero lactis sagi
natorum,itemq; testes gallorum similiter nutritorum facili
sime concoquantur.Carnes suillæ concoctu idoneæ
sunt,in uigore ætatis consistētibus & laboratibus porco
rum uigorosorum,reliquis eorum qui adhuc crescunt.Vi
tuli meliores concoctu sunt quam boues perfecti,& hœdi
quam capræ.In uniuersum autem omnium adhuc augescen
tium caro facilius concoctu est quam decrescētium,&
animalium in siccis locis degentium facilius concoqui
tur quam aliorum.Nux regia magis concoquitur quam auellana,
bulbi bis cocti melius concoquantur,oua tremetia &
sorbilia,lactucæ,intubi,maluæ,cucurbita cocta,si non
corruptatur:uina dulciora facilius quam austera.Facilius
autem concoctu est quicquid unicuique iucundum est.

Quæ ægre concoquantur. Cap. CCLV.

Caro caprina,bubula,ceruina,pessime autem conco
quitur.hircina,deinde arietina,postea taurina:pessima
est & seniorum animalium caro:sues quæ fenes fibrosam
& siccam,& propterea ægre concoctilem carnem habent.
Ventriculus ægre concoquitur,ite intestina,uulua,
cor,iecur,aures,caudæ,thenes,cerebrum,medulla spi
nalis,& perfectorum animalium testes,anseris,exceptis
alis,palumborum & sturnorum ac merularum & paruorum
uolucrum caro durior est,atq; his magis turturis anti
qui,& anatis,ægrius tamen adhuc concoquitur & si
brofior his est pauonis & oridi cario:uentriculi quoque
uolucrum omnium ægre concoquantur,propter substan
tiæ duritiæ:falso enim quidam laudant uentrem stru
thocameli ac mergi.Cochleæ item & lac acidum,ca
seus uetus,recens autem & maxime ex acido lactis me
lior est,purpurarum caro ac buccinorum,aliorumq; testa
intestorum duram carnem habentium:gammarum,locustæ,
canceri,paguri,squillæ,& omnia huiusmodi:polypi,scor
pionum

pie, loligines, & omnia molli cute prædita, raia, leuïd
raia, squatina, dracones, cuculi, callionymi, scorpii, tra
churi, oua cocta, fricta, triticum coctum, polenta, tîpha,
aüena, fabæ, dolichi, phaseli, cicer cula, cicer, oryza, lupi
ni, panicum, milium, & quæcunq; huiusmodi, lens, se
samum, castaneæ, mala, pira nondum matura, ficus non
maturæ, uuæ acide & austeræ, palmulæ omnes, silique,
ocymû, rapum crudius bulbi crudiores, pastinaca, dau
cus, carus, & oës olerum radices, ipsaq; olera uniuersa,
excepta lactuca & intubis: uina crassa & noua egre cõ
coquantur, uerû multo magis cõcoctioni resistit aqua.

Quæ stomacho commodant eumq; ro
borant. Cap. CCLVI.

Palmulæ austeræ; mala cydonia, oliuæ muria condi
tæ, aptiores tamen sunt aceto compositæ uuæ passæ
austeræ: uua in uinaceis reposita: nux regia hac parte
auellana præstat: multoq; magis si cum caricis suma
tur: gingidiû scandici simile, est ualde stomacho com
modum, tum crudum, tum coctum comestum: longio
rem autem cocturam non sustinet: cinara, sinapi, rapha
nus, rapum, nasturtiû, asparagus palustris, chamædaph
nes, oxyacathæ, & bryonia, bulbos appetentiâ cibi ex
citât, itemq; capparîs sale condita, citrii pars externa
corroborat stomachû medicamenti loco sumpta. Vi
num austerum os uentris roborat itemq; uentrem ip
sum præsertim calida intemperie affectum.

Quæ stomacho incõmoda sunt. Cap. CCLVII.

Beta stomacho incõmoda est, adeo ut & morsum
inducat si uberius comedatur, ocymû, rapum crudius,
blitum, atriplex, si non cum aceto ac oleo & garo su
mantur, foenumgræcum stomachum subuertit, itemq;
sesamum. Lac frigidum habentibus uentrem acescit,
calidum habentibus in nidorem transit. Meritò itaque
nocium est febricitantibus, & si quis amplius cû mel
le sumat, uomitum ciet, pepon non probè concoctus;
chole

cholericos, idest, bilem supernè ac infernè eicientes fa
cere solet. Similiter & melopepon, omne cerebrû sto
macho incommodum est, & nauseosum, uelut etiam
osium medulla. Vinû nigrum & austerum facillè ac
cescit, & uomitum concitat. Item crassum & nouum.

Flatus expertia. Cap. CCLVIII.

Cuminum, ligusticum, uiticis semen, cannabis se
men, fabæ frictæ, bulbi diutius atque iterum costi & ex
oleo cum aceto comesti: mel quod in coctura om
nem spumam deposuit, flatus discindit panes ordea
cei. Media porro inter flatus expertia ac flatuosa, sunt
pisa, phaseli, ochri, cicer cula.

Flatuosa. Cap. CCLIX.

Cicer, lupini, panicum, milium, & huiusmodi, fa
bæ, lobi, siue dolichi, minus tamen fabis, maza ex po
lenta, succi omnes, præcipuè cyrenaicus, sulphii succus
ac radix, ficuum flatus modico tempore durat, pro
pterea quod facillè alio subeant: quæ uero exactè ma
turæ sunt, propemodum nihil offendunt, similiter ut
caricæ: palmulæ uirides flatuosa sunt, rapum crudius,
lac facillè in uentre inflatur, bulbi crudiores, mel non
perfectè coctum: uina dulcia flatum tarde transeuntem
generant, item dulcia simulq; austeræ: mustum itidem,
hoc est uinum nouum.

Quæ extergent, secant, obturatione li
berant. Cap. CCLX.

Ptisana extergit, itemq; foenogrecum, melopepon,
uuæ passæ dulces, fabæ, cicer, magisq; nigrum, cappa
ris satis tenuium partium est, & extergit, & expurgat
ac obturatione liberat, maximè ex aceto. muiso aut
ex oleo & aceto, præ reliquis omnibus cibus come
sta, betæ succus extergit, & magis ubi cum sinapi &
aceto comedatur: bulbi attenuatoriam uim habent &
obturationes aperientem, cepæ, allia & porri attenuat
& secant crassos ac uiscosos humores: serum quoque
lactis

lactis humorum crassiciem attenuat : ficus extergent, quapropter multa arenosa de rhenibus expurgant. Caricæ attenuant ac secant & rhenes expurgant : amygdalæ extergent & attenuant, purgantq; uiscera, & humorum per sputum reiectiones ex pectore ac pulmone expeditiores faciunt : pistatia robori ac sanitati iocinoris conducunt, & ad purgationem humorum id obturantium iuxta exitus ipsius : raphanus attenuantioriam uim habet. Mel tenuissimarum partium est, maxime quod ex calidis ac siccis plantis natum est : quapropter etiam aqua mulsæ ad sputorum eductionem commodat. Acetum mulsæ non penitus uiscosa ac crassa facile educit, & uiscera citra molestiam expurgat. Valde autem commodat his qui crassum humorem in pectore ac pulmone coaceruarunt. Vina tenuia ac uetera cum acrimonia ad idem conferunt. At uero aquosum, hoc est album & tenuissimum aptum est ad humorum ex pulmone eductionem : roborat enim & humores humesciores reddit ac moderate scindit. Vinum dulce in morbis acutis reficiendis uisibus accommodatum est, uelut in peripneumonia & pleuritide, concoctione morbi iam facta.

Quæ obturant. Cap. CCLXI.

Lac modicum seri habens, & multum de caseo, non satis tuti usus est, si quis in eius esu perseveret. Nam lædit rhenes, qui aliàs ad calculorum generationem aptitudinem habent, & iocinoris obturationes facit his qui eas pati aliàs solent. Caricæ hepatis ac splenis inflammato nociuæ, uelut etiam ficus : omnia quoque dulcia splenem ac iecur lædunt. Apta mulsæ incommoda est his quibus uiscera indurata, aut laxo tumore occupata, aut inflammata in tumorem eleuata sunt. Palmulæ pingues obturant, & præsertim crudæ, omnia item liborum genera, & ex similagine præparata, obturant & splenem augent, & calculos in renibus

nibus generant. Similiter & triticea farina cum lacte. Alica quoque inepta his qui iecur obturationi obnoxium habent, & rhenes calculo generando aptos. Vinum dulce obturat, & uiscera auget siue inflat.

Quæ tardi transitus sunt. Cap. CCLXII.

Omnia liborum ac placentarum genera ex similagine facta ; transitus tardi sunt, fabæ frictæ, panes puri, lens cortice detracto, cerebrum, medulla spinalis, iecur, cor, triticum coctum, oua assata, fricta, lupini, phaseli, pisa, fclamum, mala, pira nondum maturata, filiquæ, uina dulcia, & magis austerum & nigrum, citra dulcorem : item omne crassum ac nouum. A qua autem adhuc tardius transit.

Quæ facile corrumpuntur. Cap. CCLXIII.

Persica, armeniaca, præcocia, & omnes subcaniculares fructus, qui humidum temperamentum habent, in uentriculo corrumpi solent, ubi non probe & citò aluum subierint. Omnia porro mali succi, humida autem & lubrica, ac facile subire potentia, præ aliis edere oportet. Sic enim & ipsa citò subeunt, & alia deducunt. Si uero postremum accipiantur, etiam alia simul corrumpunt.

Quæ difficulter corrumpuntur. Cap. CCLXIII.

Chamulæ parua, purpuræ, buccina, & quæcunque testa intesta duram carnem habent, dantur corripentibus cibum præ humorem uitiatione, ita ut bis aut ter aqua optima coquantur, semper in aliam puram feruentem translata, ubi prior salsa reddita fuerit. Sed & gammari, ac paguri, cancriq; ac locustæ, & squillæ, & quæcunque eius generis, carnem habent ægre corruptilem, similiter ut testa intesta duræ carnis.

Quæ uentrem subducunt. Cap. CCLXV.

Lenticula, brassica : ex marinis testa intesta, & cochleæ compositam naturam habent ex contrariis facultatibus, Ipsum enim solidum uniuersumq; corpus, transitus

transitus tardus est, & uentrem fistit: uerū humiditas ad excretionem irritat. Si quis igitur lenticulam aut brassicam, aut aliud quid ex prædictis coquat, deinde decoctum ipsum oleo & garo ac pipere condat, & postea cui uelit bibendū præbeat, palam conspiciet ex ea portione uentrem subduci. Sed & herinaceorum marinorū ac conchularum omnium, itemq; gallorū ueterū iuscula uentrem subducunt. At uero si brassicam aliuū subducere uelimus, cacabo in quo cocta fuerit propè posito statim extractā, in oleum ac garū mitimus. Neq; enim ualde ipsam coquere oportet. Panes furfuracei uentrem subducunt: scœnigræci succus coctus cū melle acceptus, cōmodus est ad subducendum omnes uitiosos humores in intestinis cōtentos: sed modicū esse oportet mel quod ammiscetur, ne morsum stomacho infuset. Oliuæ falsæ subducunt præ reliquis cibis comestis. Tac quo liquidius est, eo magis subducit: crassum, minus. Seru uero lactis ualde emollit uentrē. Iniiciendum est ad ipsum mellis optimi tantū quantū satis est ad condiendum solū modo, ne stomachus subuertatur: iuxta eandem rationē & salem indere oportet, ne gustus offendatur. Animalium ualde iuuenum carnes facilius alio secedunt, similiter & cartilaginei piscium generis torpedo & pastinaca moderate secedūt: beta quoq; moderate subit, & recens caseus cum melle, atriplex, cucurbita, pepones, melopepones, ficus, carica, uuæ passæ dulces, præsertim humidæ, mora ante reliquum cibum sumpta, nux adhuc uiridis, ad excretionem cōmoda est: imò etiam sicca, aqua præmacerata, & pruna sicca similiter aqua, aut aqua mullā præmacerata edantur: etenim plus mellis habentia uentrem multū molliūt, etiam si quis sola ipsa comedat, sed multò amplius si aquam mullā insuper sorbeat, uentris subductioni conferent: cæterū à sumptione talium, uinum dulce bibere oportet, & pauco tempore interiecto prandere.

Porrò

Porrò mora, cerasa, præcocia, persica, & omnia humescita, & aquosa, & in totū quæcunq; nullam fortem qualitatem gustui aut olfactui offerunt, ea mediæ quoddammodo facultatis inter subducētia ac suppressiētia aliuū existunt. Mel solum non coctum si quis delingat, probè alium ducit: aqua mullā item parum, aut omnino nihil cocta alium subit: uinum dulce confert ad uentris excretionem. Mustum aluum emollit ac subducit.

Quæ uentrem suppressunt. Cap. CCLXVI.

Palmulæ austeræ, uuæ passæ austeræ, mora rubi, pruna syluestria, poma adstringendi uel prædita, pira, mala punica: similiter gammari, paguri, cancri, locustæ, squillæ, & quæcunque alia eiulscemodi molli testa intestorum, minus quidem quàm testa intesta uentrem suppressunt: uerum habent etiam hæc ipsa salum in se humorem, quem ubi in aquam deposuerint, uentrem sistunt uelut ostreorum & testa intestorum caro. Lentacula item & brassica bis coctæ uentrem sistunt: & ubi humectam aluum siccare uelimus, quum iam moderate cocta esse uideret brassica, prima aqua diffusa, aliam calidam statim affundimus, deinde rursus in illa ipsa coquimus, donec flaccida fiat. Oportet autem neque aërem, neque aquam frigidam attingere quod bis coquitur: non enim amplius exacte flaccescit, etiam si diutissimè postea coquatur. Cæterum lenticula decorticata fortem adstrictoriam uim perdit, & non similiter siccatur uentris humiditates. Si tamen ipsam bis coquas, prioremq; aquam diffundas, deinde parum salis aut gari addas, & aliquid ex sistentibus uentrem immittas, ita ut gustus non lædatur: iucundissimum si mulq; utilissimum pharmacum simulq; edulium efficiet. Polëta ex uino austero pota uentrem siccatur, oryza sistit, panicum item & milium, carnes leporinæ, uinum austerum, & nigrum citra dulcedinem, & album ac austerum, & fuluum ac austerum.

Quæ cal

Q uæ calfaciunt. Cap. CCLXVII.

Triticum coctum, & panes ex illis, titha, auena, foenogracum, palmulæ dulces, mala dulcia moderate, sesamum, uuæ dulces, quapropter & sitim inducunt, uuæ passæ dulces magis mediocriter, apiū, smyrnium, eruca, raphanus, rapum, sinapi, nasturtium, pyrethrum, pastinaca, caros, allium, cæpa, porrum, caseus uetus, uinum dulce, moderate calidum est, & propterea sitim inducit. Fuluum uero calidius est nigro: flauum calidissimum est extreme, deinde fuluum, deinde rufum, postea dulce, postremo album omnium minimè calfacit. Vinum uetustissimum multum calidum existit.

Q uæ frigefaciunt. Cap. CCLXVIII.

Ordeum iuxta omnes utendi modos, miliū, panicū, tubera, cucurbita cocta, pepones, melopepones, cucumeres, pruna, mora, uuæ austeræ & acidæ, uuæ passæ austere, mala adstringētia, & acidæ ac teneriora, & pira eiusmodi, & mala punica adstringētia, palmulæ frigidum succū habent, lactuca, intuba mediocrius, portulaca, papaueris semen, aqua, uinū aquosum nō manifestè calfacit: ideo etiā febrietibus citra periculū datur: uinū albū & austerū minimè ut uinū calfacit: uinū uero albū simulq; austerū, & crassum ac nouum sensibilibiter frigefacit: frigefacit autem & acetū: nam tenuiū partiū existit: quapropter neruos amplius q̄ alia frigefacientia lædit. Media porrò quodammodo inter calfacientia ac frigefacientia sunt, panes loti, amyllum, uuæ uinosæ.

Q uæ siccant. Cap. CCLXIX.

Lenticula, brassica, polëta, uiticis semen, eruū bis coctum & aqua sapius edulcatū, præstat autem albū, sed & assatum aut frictū siccus alimentū corpori præbet, item quod simpliciter garum & uinū habet, siccus est non habente: maxima autem est differentia & seminū, & olerum, & plantarum omnium plus aut minus siccantium, iuxta eorum quæ ipsis adiciuntur uires.

Quæ hu-

Q uæ humectant. Cap. CCLXX.

Pitissana, cucurbita cocta, pepones, melopepones cucurbitæ, nuces uirides, pruna, mora, sycomora, lactuca, intuba, malua uero & blitum ac atriplex aquosissima olera sunt: fabæ uirides humectant, & cicer: aqua calida humectat & calfacit, frigida humectat & frigefacit.

Quæ caput lædunt. Cap. CCLXXI.

Palmulæ omnes, eruca, foenu grecum, mora rubi. uinum quoque fuluum capitis dolorem inducit, & mëtem tentat magis quàm nigrum. Austerum etiā & odoratum caput tentat: aquosum uero neque capitis dolorem inducit, neque neruos lædit. Vinum autem modicum aquæ mixturam ferens, capitis dolorem ex humoribus in uentre ortum sedat. Iac non est commodū capiti, nisi quis ualde forte ipsum habeat, cremor uua rum quem fecem dicunt, dolorem capitis inducit. Item uua ipsa in uinaceis reposita.

A E T.

q I N

INDEXEORVM QVAINTER
tio Aetii Sermones continentur.

D E frictione præparatio.	Cap. 1	Bilem flauam purgatiua.	24
De exercitationibus.	Cap. 2	Scammonia.	25
De exercitationum speciebus.		Veratrum nigrum.	27
De frictionum speciebus.		Bile atram purgatiua.	28
De uociferatione.	5	Epithimum.	29
De gestatione.	6	Polypodium.	30
De equitatione.	7	Pulegium, tragoriganum,	
De re uenerea.	8	laucathemō, alysson.	31
De insolatione.	9	Armenium.	32
De uenæ sectione.	10	Centaurum minus.	33
De euacuationis mensura.	11	Pituitam ducentia.	34
Quales uenæ secandæ.	12	Colocynthis.	35
Quomodo uena secanda est.	13	Tithymalus.	36
De magnitudine sectionis.	14	Iñium.	37
De figura sectionis.	15	Elaterium.	38
Quod sit oportunum tempus.	16	Granum cnidium.	39
De repetita detractioe.		Agaricum.	40
De arteriarum sectione.		Cnici semen.	41
		Lathyris.	42
		Aristolochiæ clematidis	
		semen.	43
		Mercurialis.	44
		Cucumis syluestris.	45
		Styrax.	46
		Thymus.	47
Medicamentum sistēs sanguinem arteriarum.	19	Cyclaminus.	48
De cucurbitarum usu.	20	Scordium.	49
De scarificatione.	21	Chamæpitys.	50
De sanguifugis.	22	Bdellium.	51
De purgatione.	23	Aquam ducentia.	52
		Squama aris.	53

Euphor

INDEXE

Enphorbium.	54	tio.	75
Chamelæa.	55	Aceti multum purgatorii præparatio.	76
Sanguinem purgatiua.	56	Acetum multum purgas omnes uitiatos humores.	77
Methodos componendi purgatiua pharmaca.	57	Acetum multum quod colicis ac nephriticis per sedem infunditur.	78
Vini purgantis bilem præparatio.	58	Acetum multum amarum.	79
Vinum pituitam ducens.	59	Posca uentrem molliens.	80
Vinum melancholicis modum.	60	Alia posca ualde clara.	81
Vinum polypodites.	61	Gari purgatorii præparatio.	82
Vinum multum stercus exigens.	62	Mellis emollientis præparatio.	83
Vinum multum flauam bilem ducens.	63	Garum aquosum.	84
Vinum multum pituitam ducens.	64	Garum uinosum purgatorium.	85
Vinum multum atram bilem euacuans.	65	Garum acetosum purgatorium.	86
Coditum ad flauam bilem.	66	Iuscula emollientia.	87
Conditum pituitosis.	67	Lac purgatorium.	88
Conditum melancholicis.	68	Olium purgatorium.	89
Abinthati præparatio flatus & stercora euacuans.	69	Oxyporia purgatoria.	90
Abinthatum flauam bilem ducens.	70	Oxyporium ex palmulis.	91
Abinthatum ad pituitosum.	71	Purgatorium ex cotoneis malis.	92
Rosatium flauam bilem ducens.	72	Purgatorium ex citrio.	93
Rosatium pituitam, et serosum ac atræ bilis humorem euacuans.	73	Purgatorium ex foeniculo.	94
Mellis rosacei purgatorii præparatio.	74	Aliud ualde stomacho gratum.	95
Aceti purgatorii præparatio.	75	Purgatorium ex foeniculo quod parari solet ad atram bilem.	96

q a Pur

Purgatoriū atræ bilis.	97	Cura excessus purgatio-	
Aliud purgans atram ac		nis.	118
flauam bilem	98	De uomitu.	119
Pastillus flauam bilē pur-		Præparatio raphanorum	
gans.	99	cum ueratro albo.	120
Buccella purgatoria.	100	Quibus dandum sit uera-	
Aloedaria citra molestiã		trum.	121
purgantia.	101	Quid ueratrum facere pos-	
Pharmacum pituitam du-		sit.	122
cens.	102	Quod multi accepto ue-	
Purgatoriū atræ bilis.	103	ratro nihil quidem uo-	
Bilis & pituitæ, & atræ bi-		muerunt, nihil tamē mi-	
lis ac reliquorū humo-		nus quam purgati utilit-	
rum commune purga-		tatem perceperunt.	123
torium.	104	Qui sint apti ad ueratrum.	
Aloedaria emollientia ex			124
rosaceo melle.	105	Tempora uniuersalia ac	
Aloedariū ex Philagrío.		particularia ad sumen-	
	106	dū ueratrum apta.	125
Aloedarium Oribasi.	107	Veratri probati notæ.	126
Sal purgatorius.	108	Visus ratio ueratro pur-	
Purgatorium pituitam du-		gandorum.	127
cens.	109	Differentiæ exhibitionis	
Purgatorium aquam du-		ueratri.	128
cens.	110	De cremore ueratri.	129
De hieris.	111	Re ueratri decocto.	130
Purgatorium citra mole-		De ramētis ueratri, itē de	
stiam purgans.	112	cōtulo ac cribrato.	131
Hiera Galeni.	113	Quæ preparare oportet ex	
Hiera Archigenis.	114	hibitionis tempore	132
Hiera Rufi.	115	Quomodo post potū cu-	
Hiera Iusti.	116	randi sint.	133
Quo auxiliari oportet his		De purgationis excessu.	
q pharmacum biberunt			134
& non purgantur.	117	Epithemata purgatoria.	

135	Sudores excludentia.	157
Compositio olei siue un-	Quæ euacuant ac corrumpunt	
guenti purgatorii.	pediculos omnis	
De localibus euacuationi-	generis citra superficiē	
bus.	corporis.	158
Quæ oculos purgant & la-	De infusionibus sedis.	159
chrymas prouocāt.	De glandibus.	160
Quæ aures purgant.	De tomentis siue floccis.	
Quæ p nares purgāt.		161.
Quæ humiditatem ex ore	De aere.	162
trahunt.	De uentis.	163
Quæ lac generant ac mo-	De accessione ac significa-	
uent.	tione stellarum.	164
Pulmonem ac pectus pur-	De aquis.	165
gantia.	De balneis.	166
De suffitionibus.	De balneis naturalibus.	
Quæ tenuia intestina eu-		167
cuant.	De frigidæ lotione.	168
Quæ sima hepatis pur-	De infleſſu solii ex oleo.	
gant.		169
Quæ gibba hepatis pur-	De spongiæ usu.	170
gant.	De asperſionibus.	171
Splenem euacuantia.	De irrigationibus.	172
Rhenes purgantia.	De infleſſionibus.	173
Vesicam purgantia.	De humectationibus.	174
Quæ glandi induntur ad	De fomentis, perfusione	
urinas plectandas.	cataplasmatiss, ac cucur-	
Lapides in rhenibus ac ue-	bitis.	175
sica euacuantia.	De cataplasmate ex fer-	
Vterum euacuantia.	mento.	176
Quæ in potu sumpta men-	De cataplasmate ex pane.	
ses ducunt.		177
Quæ stercora euacuant.	De cataplasmate ex fursu-	
	ribus.	178
155	De cataplasmate ex ficu-	
Lumbricos educētia.	bus.	

I N D E X.

bus.	179	Quæ sint alia rubificantia.	
De dropacæ ac picatione.	183		
180		De iberide, siue cardami	
De sinapismo.	181	ne, quæ etiam lepidium	
Quod caprarum simi pilu		uocatur.	184
læ cū aceto impositæ,		De euocantibus ex alto	
priuatum coxendicum		auxiliis.	185
morbo conueniunt.	182		

AETII SERMO TERTIVS.

DE HIS QVÆ PER CLY

STEREM INFVNDVNTVR,

euacuatur, & exhibentur. Et de aere, uentis, locis, aquis, rubificationibus, sinapismis, ac similibus.

DE FRICTIONE PRÆPARATIUA. Cap. I.



ANTE exercitationē corpus calfacere oportet, frictionis tū per lintea, tum per oleum, usu, fricādumq; est corpus nudis manibus donec pbe calefacat, & molliatur ruborq; floridus efflorescat, & cōfista particula in molē eleuetur.

De exercitationibus. Cap. II.

Exercitatio est motus uehemens. Vehementiæ autē terminus est respirationis alteratio ad celeritatē ac dē sitatem. Exercitatio ipsa partes instrumentales præparat, ut non facile affectionibus impetantur, & ad actiones obundas robustiores reddit, & alimenti attractionem fortiozem, & nutritionem meliorem, propter exercitatum calorē facit. Sed & sensibiles itemq; obscuros meatus propter fortē spiritus motū expurgat. Quandoquidem

TERTIVS.

124

doquidem igitur distributioni alimenti opitulatur, oportet sanè neque humorum crudorum, neque ciborum inconcoctorum copiam, neque in uentre, neq; in intestinis contineri, periculū est enim ne ad omnes animi partes deducantur antequam probe concoquantur. Manifestum igitur est etiam ante cibos exercitari corpora oportere. Opportunitatis nota ex bonitate coloris urinarum sumitur. A quosa enim urina, humorem ex uentre in corpus, digestum ac distributum, incoctū esse significat. Fulua uero & biliosa iam dudum perfectam concoctionem notat. At uero moderate pallida, signum est concoctionis nuper factæ. Tunc itaque ad exercitia prodeundum est, uentris ac uesicæ excremento prius deposito.

De exercitationum speciebus. Cap. III.

Commune est omnibus exercitationibus, caloris innati corporibus augmentum. Cæterum singulatim robusta exercitatio, hoc est, uiolenta, musculos ac nervos ualidiores reddit. Tales sunt, fodere, onus maximum leuare, & aut in loco permanere, aut paululum progredi, & uelut deambulare. Eius generis est & per funem manibus apprehensum repere ac ascendere, & plurima alia eiusmodi. At uero ueloces exercitationes, citra contentionem & uiolentiam, cursus sunt, & summarum manuum luctæ ac exercitia, & parua pila. Cæterum robustis exercitationibus uelut uehementibus uti quis potest, si celeres motus addat. Insuper exercitiorū aliqua lumbos aut manus aut crura magis exercere, aliqua spinam, aut pectus, aut pulmonem solum, Exercendum est autem donec corpus in molem eleuetur, & floridum euadat, motusq; expediti ac æquales & ualidi existant. In hoc autem corpore etiam sudorem conspicias calidum uapore permixtum. Cessandum uero tunc, primum ubi quid ex prædictis fuerit alteratum, uelut, si corporis moles contrahi, uideatur

statim quiescendum est. Similiter etiam si coloris floriditas contabescat. Quia & si motuum vigor remitti uideatur, statim cessandum est, & si circa sudorem mutatio aliqua apparuerit iuxta multitudinem siue qualitatem. Si enim paucior aut frigidior prodeat, euestigio desinendum est, oleumq; affundendum indeq; corpus recurandū, moxq; frictione recuratoria, quæ post exertionem adhiberi solet, utendum quemadmodum pædotribæ in usu habent.

De frictionum speciebus. Cap. IIII.

Frictio dura corpora constringit, mollis soluit. Quare quæ supra modum exoluta sunt corpora, frictione dura, quæ contra adstricta, molli fricanda sunt. Si uero æqualiter habeant palam est quod neque molliter neque dure, sed quantum eius fieri potest, utroq; excessu uitato. Frictio multa gracilitatem inducit, pauca uice uersa, media mediocritatem.

De uociferatione. Cap. V.

Vociferatio exercitatio est pectoris & uocalium instrumentorum, insuperq; calor naturalis purgans atq; tenuans ac roborans, & corporis partes solidas & robustas reddens, ut non facile affectionibus impetatur. Utendum est uociferatione in anhelosis, & recta ceruicis spirantibus, tabidisq; ac doloribus diuturnis pectoris ac dorsi, & in pectoris abscessibus post rupturam, & ad raucā uocē ex plurima humiditate factā, & in febribus quartanis. Nā concretū humorē conuenientissime excutit, & stomachi humiditatē, quā priuatim quartana febris inducere solet, expellit. Conuenit etiam stomachicis præsertim assidue uomentibus, & acidum ructantibus. At uero capitis affectionibus incommodissima uociferatio existit. Cæterum qui uociferatione usus est, alio prius exonerata, & infernis partibus sensim confrictis, lotaq; facie placide persusa, & ubi mox à somno se moderate loquendo & deambulando

bulando præparauerit, ita tandem ad uociferationē progredi. In ipsa autem uociferatione concinnitas, & uocis bonitas, ac iucunditas, nihil contulerint ad sanitatem. Verum grauiorum uocū sonus utilis existit, quare in hoc se exercere oportet. Sic enim plurimus aer in respiratione attractus, pectus distendit, & aluum ac totius corporis meatus dilatat ac disparat. unde in uociferationibus, & concitatis lectionibus redūdantium humorum excretiones contingunt, & his quidem quicquid concitatus legunt, magis & per sudores, qui uero mitius uocem intendunt, per occultam transpirationem. Nam tota corporis moles in lectionibus ac uociferationibus intenditur. Contingit item propter attenuationem ex motu factam, multa sputa resoluta, mucūq; ac pituitam excerni. Porro his qui propter frigiditatem caliditate opus habent, quod nam commodius auxiliū afferri queat q̄ actio per respirationem? Oportet itaq; sæpe legere, & uniuersum corpus relaxare, sicutq; carne, ad corporis rarefactionem, asperam arteriam, & alios spiritus exitum commode distendere, & grauisissimas uoces concinne sonare. Utendum autem uocis actionibus neq; temere, neq; inconsiderate, sed neque prauis ac corruptis humoribus corpore repleto, neq; in magnis ac manifestis cruditatibus ad uocis exercitium progrediendum, ne amplior distributio corruptorum humorum aut uaporum in corpus fiat.

De gestatione. Cap. VI.

Reliquæ quidem exercitationes in motu corporis sitæ sunt, gestatio uero mixta est ex motu & dispositione quieti simili, quum plurimæ corporis partes quiescere uideantur, uniuersum uero gestationis tractu moueatur. Atq; hinc adeo utilissima simulq; lenissima exercitatio est gestatio, ut quæ neq; lassitudinem corporibus inducat, ipsaq; consimiliter uelut magna exercitia moueat. Omnis autem gestatio insitum carnalium

lorem uentilare & excitare potest, & materiae multitudine dispergere, habitumq; corroborare, & actiones stupidas suscitare. Differentiae gestationis multae sunt, uerum peculiare hec sunt. Prima quidem in lecto, eoque; aut pensili, aut fulcra mobilia iuxta angulares pedes habente. Altera in lectica, quae & ipsa duplex est, ita ut qui gestantur uel desideant uel decumbant. Tertia in curru. Quarta in nauigio. Ponenda etiam equitatio est inter gestationis partes. Itaque gestatione in lecto utendum in febricitantibus, aut diuturno morbo decumbentibus, in quo corpora consumpta se erigere non ita ualent. Item in his qui uires recolligere a febrili afflictione iam incipiunt, & in his qui ueritrum sumpserunt. Utendum & phreniticis. Nam spiritus perturbatione placide lenit, & ad somnum illicet. Utendum & in lethargicis, & appetentia ciborum deiecta. At uero in lectica siue ferulo decumbentes gestamus, febre lethargica aut semitertiana, aut quotidiana correptos. Item hydropicos, stupore attonito percussos, resolutos, nephriticos, podagricos. Desidentes autem in lectica gestamus, eos in quibus febris exacta remisit. Caeterum gestatio in curru conuulsorium quiddam habet, & diuturnos morbos commouet. Est autem & in hac alia uehementior, alia mitior. Mitiore itaque utendum in capitis affectionibus, & his quibus intestina fluxione laborant, uehementiore, in affectionibus pectoris ac stomachi, & in tumoribus laxis, hydropicisque ac stupore attonito percussis. Verum uertiginosus & dimidia capitis parte affectos, a uersos ab itinere retrorsum desiderare in curru oportet, eosque leniter mouere. Etenim multos nouimus hoc modo curatos, qui nullo alio auxilio indiguerunt. Sed tamen sedem aliquanto supiniorem ipsis esse oportet. Porro gestatio in nauigio si iuxta terram fiat, & in mari tranquillo, hydropicis conuenit, & elephantiasis laborantibus syderatis, tumidis. Et stomachum

quidem ab initio subuertit, paulo autem postea in adfuetudinem uenit. Verum gestatio per pelagus uehementissima est, & mutationes plurimas ac maximas facit. Nimirum quum anima mixtos affectus habeat, ex tristitia, & spe, timoreque; ac periculo, modo gaudentibus & laetis, modo in agone existentibus nauigantibus. Omnia autem haec composita sufficientem uim habent omnem ueterem morbum exigendi & e corpore excludendi. Quum & mixtura ex quiete ac motu corporis, si quid aliud, probe corpus nutrit.

De equitatione.

Cap. VII.

Equitationis usus modicus est in egrotis: neque enim multam utilitatem opus ipsum praebet. Nam si leniter impellatur equus, nihil aliud quam lassitudinem facit, maxime inguinum, iuxta crurum explicationem ac dependentiam. Si uero agitur equus, uniuersum corpus dolorose concutitur. Est tamen etiam hic modus aliquid utilitatis habet in ualētibus. Supra enim alia exercitia, & spiritum, & corpus, & maxime stomachum firmat, sensusque purgat & acutiores reddit. Verum pestori pessimum est hoc exercitium. Caeterum in omni gestatione omni que; exercitatione, curandum est maxime, ut in salubri loco fiant, & in aere puro, nec solitum de aliis exercitiis hoc accipiendum est, sed etiam de nauigatione.

De re uenerea. Ex Rufo.

Cap. VIII.

Naturale opus coitus est. nullum autem ex naturalibus operibus nocuum est. Verum iuxta immodicum & aspiduum usum, itemque; iuxta tempus non conueniens assumptus, noxius euadit. Multo autem magis nocuius fit aspiduus usus, hi qui neruos, aut pectus, aut rhenes, aut lumbos, coxendicesque; ac pedes, imbecilles habent. Cuius rei coniecturam hinc facere licet, quod omne hominis robur in coitus usu debilius

redditur. Robur autem, est infusus in nobis calor. Vnde de lane concoctiones coeuntibus non integræ contingunt, & pallidi fiunt, & neque exacte uident, neque ut oportet audiunt, neque alios sensus integros possident. Quin & obliuiosi tales & tremuli existunt, & articulis maxime coxendicum dolent, & alii ex ipsis rhenum, alii uerica morbos incurunt. Quibusdam etiam oris graueolentia, & dentium dolores, & gurgulionum inflammationes oboriuntur. Et uisi sunt iam uiri multi qui ex multa uenere sanguinem expuerunt, partim ob uiolentam spiritus compressionem ac intensionem, partim ob uenarum ac arteriarum quæ ex pulmone ad testiculos deferuntur communionem. Cæterum fœmina ex coitu sanguinem non spuit, cum propter reliquam corporis humiditatem, tum quod in mixtione minus laboris perfert. imo etiam propter consuetas infernas purgationes. quare si contingat etiam fœminam spuer sanguinem, magnam expurgationibus medelam acquirit. Itaque propter tam relatas causas medici boni iubent uenere abstinere, siue adsit quis ex prædictis morbis, siue timeatur, ob naturalem corporis debilitatem, atque hætenus quidem offensiones & consensus coitus, quantum uires nostræ tulerunt, paucis retulimus. Restat ut etiam utilitates recensamus, neque enim penitus inutiles & omnibus nociuæ res uenere existunt, si & usus, tempus, & modum, & sanam utentis constitutionem inspicere uelis. Utilitates ex coitu hæc sunt: Repletionem euacuare, & leuius reddere uersum corpus, idemque ad augmentum promouere, & uiribus efficere. Duris habitudinibus ex longioribus interuallis usus eius commodat, mollit enim organa, & meatus dilatat, & pituitam expurgat, & impeditam rationis uim explicat, & maximas iras remittit. Quapropter & atra bile percitis, subtristibusque & hominum consortia fugientibus, uelut magna quædam

dam medela, commodissimus existit, sed & iuxta alium modum furiosos, ad saniores mentes reducit, & quodam comitali morbo prehensos sanat, & capitis grauitatem ac dolorem ad uigorem ac integritatem permutat. Hippocrates summam morbis à pituita rem ueneream optimam esse pronunciauit. Multi quoque ex morbis alimentum non sentientes, ex usu ipsarum refecti sunt, alii bene spirantes ex ægre spirantibus euaserunt, alii cibos auerfantes, appetentiam edendi assueti sunt, quidam à frequentibus seminis per somnum effusionibus liberati sunt. Naturæ ad uenere appositæ sunt calidiores & humidiores nam eius usum plus quam alia ferre possunt, minime autem sicca & frigida. Est & uigentium natura ad eam accommodata, senum uero nequaquam. Ex temporibus uer aptum est, ineptus autumnus & ætas, sed neque hyems comoda est propter frigiditatem. Et sanè diata quoque calidior & humidior ad coitum idonea est, contra sicca & frigida faciens inutilis. Humidæ enim diatæ etiam impotentia ad coeundum commodant. Oportet igitur humidum & calidum esse uisum, cui accedere debet labor moderatus, & cibus boni succi. Vinum itaque sit colore fuluum, substantia tenue, panes puri furnacei recentes, carnes hædorum, agnorum, & porcorum. Ex uolucris bus gallinæ, at aginæ, perdicæ, anseres, anate. Ex piscibus polyppi, & molli carne præditi. Olerum horninum, irio, eruca, rapum bis coctum & flaccidum factum, hæc enim medicamento loco exhibentur. Leguminum fabæ, cicer, ochri, phaseli, pisa, dolichi. nam & flatu corpus implent, & luculenter alunt. Magnopere etiam optimam uiam laudo, quod ad hanc uisum rationem attinet, humestat enim & sanguine ac spiritu corpus replet. Cæterum qui uenere uti uolet, recentes repletiones uitabit, cruditates item ac ebrietates similiterque famem. Malum est enim repleto corpore coire, item

à gymnasiis & à balneis. Vitandæ lasitudines, & prægressi uomitus, & alui profluuia recentia. nam inueterata aliquando per uenerem resiccantur. Commodissimum coeundi tempus est à cibo non nimium ingestio. nam & ad robur conducit, & frigiditates euenire solitæ minus sūt. Et si quidem à prandio quis ad uenerem incitetur, quiescere oportet donec cibus desideat. Si uero à cœna, necesse est paululum antea dormire. Porro uehemētes impetus ad cupiditates ad uenerem nō probo, sed eis resistere suadeo, præsertim si cui morbus sit qui ex uenere facile offensionem perceperit.

De insolatione, & arenæ aggestione, ac aliis uaporatoriis fomentis. Ex Antylo. Cap. I X.

Quidam se ad sole[m] exponunt, partim non uncti, alii etiã uncti, et alii descidentēs, aut decubētes, alii stātes & deambulātes aut curretes. Ex decubentibus aliqui in strato, aliqui super corio, alii in arena, aut sale decubunt. Solaris itaque inusio citra unctiōnem, moderate adhibita, perspirationē occultā auget, & sudores elicit, aluum autem sistit, & carnem conseruat, pinguitudinē uero abolet, & tumores laxos cum aliis, tum maxime hydropicorū deprimit. Spiritum autē densiorem redōdit, & propterea anhelos & recta ceruice spirantes exacerbat. uerum capiti diuturna frigiditate laborāti comodat. nam & firmum & ægritudinibus minus obnoxium efficit. Oportet tamē in his aluum præuacquare. Inimica est enim insolatio capiti, euacuatione inferre non præmissa. At uero insolatio cum unctiōne, eadem similiter potest. Verum corpus magis siccatur, uelut unguine assatum, quapropter & superficiem magis denigrat. Cæterum per occultam transpirationem hæc minus discutit, nimirum ad cauterii similitudinem desans carnem. Qui uero desidentes aut stantes insolantur uehementius quàm deambulantes & magis quàm curretes inuruntur. Decumbentes autem in strato, non

magnopere iuantur, sed capite magis replentur. Qui super corio se soli exponunt, magnam utilitatem consequuntur, præsertim hydropici & ischiadici, nephritici, resoluti, elephantiasii laborātes, intumescētes circa ressectionem coeliaci, & qui circa uescam ueterem morbū habēt: itēq; syderati, fœminæ quoq; quæ ab utero stragulantur, et adhuc amplius q̄ alba uteri fluxione infestantur. Oportet autē magnū esse corium, & oleo peructū, & super tenuem arenā cribratam extentum, & ubi præcalfactum est coriū, tum demum ægrum super id decubere, capite cum crudo linteo uelato. Permanendum est autē diutius in eadem decubitus figura, & postquam corpus multum fuerit feruefactū, uertere iubendum ac deuoluendum, & postea rursus in alterum latus reuoluendum, ac quiescendum, atq; hoc ipsum sepius facere oportet. Idē modus etiã in arena adhibetur, loco assidue permutato. oportet autem ministrum adesse, qui calentissimā arenā colligat, & corpori defossi ac obruti superingerat. Si quidē igitur mare affuerit, utēdū est eius arena. Nam & leuior & magis resiccans huius arenæ fomentatio ac feruor est, q̄ eius quæ per corium contingit. Si uero fluuiialis arena fuerit, præstat corio uti. Nā & arena fluuiatilis, & aer humectior est ex euaporationibus. Qd̄ si salis copia adsit, multo præstabilius est tenui sale substrato hominem decumbere. Oportet autē altitudinē esse nō minorē tribus palmis paruis: si nō fuerit altus sal, caliditas ipsius facile dissipatur, utpote quæ ex alto emersum ac progressum non habeat.

De uenæ sectione. Ex Galeno. Cap. X.

A similibus corporis partibus primas actiones perfici, alibi demonstratum est, itemq; per instrumētales, secundas. Itaq; humores in corpore cōtenti considerandi sunt, quam tandem utilitatem aut cladem partibus afferāt, per quas corpus actiones suas facit. At uero plenitudo colligi dupliciter dicitur. Aut enim utriū

respe

hic
2a / Jere

respectu plenitudinem dicimus, aut respectu capacita-
 tis uasorum humores continentium. Quemadmo-
 dum enim is qui onus gestat, non statim ut grauat
 & laborat, iam etiam incidit & uincitur ab ipso onere.
 Iuxta eundem modum ubi uires à plenitudine graua-
 tur, possibile est ipsas diu resistere, & nondum hominem
 ægrotare. ubi uero quis diutius negligatur, uires con-
 cidunt. His itaque magnopere prodest uenæ sectio
 priusquam uires uincantur. Sed & plenitudine ac co-
 pia sanguinis in corpore non existente, uenæ sectio uti-
 lis fit, inflammatione incipiente ob pregressam plagam,
 aut ob particulam debilitatam, humoribus ex corpore
 aceruatim in ipsam congregatis. Aliquando enim san-
 guis aceruatim ad particulam quandam irruens, aut stupe-
 facit eam, ut actio ipsius corrumpatur, aut memorabilem cla-
 dem inducit, uelut in syderationibus contingere uide-
 mus, quandoque uero etiam ipsum uas perumpit, ue-
 lut in sanguinis sputo contingit. Conandum itaque est
 ut redundantem sanguinem euacuemus quam citissime,
 priusquam magnum aliquod malum circa aliquam cor-
 poris partem operetur. Quia uin & magni alicuius mor-
 bi timore uenam secamus. Atque ego sanè multos po-
 dagricos annis tribus aut quatuor infestatos ex inter-
 uallis, aut purgato redidate humore in principio uen-
 ris, aut sanguine detracto curauim. nam & podagricis &
 arthriticis, comitialibusque ac atrabiliaris morbis, ite-
 rum sanguine spuētibus, uertiginosis, & his que frequenter an-
 na arripitur, peripneumonias, pleuriticas, lippitudini-
 bus, uehementibus & in summa his que magnos morbos
 frequenter incidunt, uenæ sectionem omnibus auxiliis po-
 tiorem pronuncio. Consideranda porro ueniunt in omni
 uenæ sectione, plenitudinis quantitas ac qualitas, mor-
 bi magnitudo siue præfens sit, siue timeatur, ætas uigo-
 rosa, & præ his omnibus uirium robur aut debilitas,
 deinde naturalis habitus totius corporis, hora ac tem-
 pus anni,

pus anni, regio, præfens ambientis constitutio, prægres-
 sus uictus & diæta, copia ciborum & potus, & maxime
 an multum nutrientes cibos homo ingesserit, & an con-
 sueta exercitia reliquerit, & an consuetæ excretiones
 suppressæ sint. At uero aggrauante & infestante pleni-
 tudine, non omnino sanguis detrahendus est. Aliquan-
 do enim crudus quidam humor in corporibus coacer-
 uatus est, quapropter diligenti animaduersione opus
 est, quantopere uires ualide sint, & quantopere humor
 ipse perfrigeratus est, quod ipsum ex urinis & aliis si-
 gnis cognosces. Nam in eiusmodi affectionibus præ-
 exolute uires, in uenæ sectione extreme concidere solent,
 ut refocillari amplius non possint, quod ubi contingit, pericu-
 lum non paruum consequitur, præsertim incidente fe-
 bre, in constitutione æstiuâ, stomacho male affecto, aut
 corpore uniuerso molli & temperamenti humidi ex na-
 tura existente. Exoluuntur enim tales & celerissime in
 animi deliquium collabuntur, etiam si non magna fe-
 bris in ipsos irruat. Sed & si hyems fuerit, aut regio fri-
 gida, & natura hominis frigidior, minime uenæ incisio-
 nem admittimus: tales enim hoc modo dispositos mo-
 deratis frictionibus, & unctionibus moderate calfacien-
 tibus, & potionibus incisoria ui præditis sanamus.

De euacuationis mensura. Cap. XI.

Magnitudo morbi & uirium robur principales sco-
 pi sunt incidendæ uenæ, qui ubi aucti fuerint, maiorem
 euacuationem fieri oportere indicant, sicut contra ubi
 non fuerint aucti, euacuationis quantitatem immi-
 nuere oportet, in quantum uires imminutæ sunt itaque
 morbi magnitudo. Consequenter autem simul
 consideranda est hominis natura. Nam eos qui mo-
 derate graciles sunt & magnas uenas habent, multum-
 que sanguinis largius euacuabis. qui uero uenas an-
 gustiores habent, & corpore albi & carne teneri sunt,
 parce. Sanguinem enim modicum hi habent, & fa-

eile humores ipsi transpirant. Iuxta eadem ratione, neque pueris uenam secabis, usque ad quatuor & decem annorum aetatem; imo neque senibus, praesertim uiribus debilibus existentibus. Quod si uires fuerint fortes, & necessitas urgeat, etiam septuagenariis uenam secabis.

Quales uenae secandae. Cap. XII.

Reuulsioni gratia semper uenas in directum secabis in his, a quibus sanguis erumpit. Nimirum ut sanguine a dextris fluente, uenam dextrae manus seces: a sinistro uero sinistram. Quod si splen patiatur, uenam inter anulari & paruum digitum manus seca, aut in cubito internam. Sed & in pleuritidis uenam a directo affectu lateris seca. Grauiosissimos item oculorum dolores mirabiliter mitigat, uena a directo affectu oculi seca in cubito, quae humeralis appellatur. Nam interiores uenae secae, utilitatem praebent in partibus infra collum affectis. Externae uero faciei & capiti: Medicae utrisque. Si autem in uenae sectione error contingat, in media quidem uena nervus subiacens ducitur. In interna uero, arteria substrata. Et uitandum est ne hanc secemus citra magnam necessitatem. Nam minoris periculi est humerali secare. Et saepe facta in hac fissura magna, neque inflammationes sequuntur sunt, neque dolores. Quare haec confidenter secare licet. Internam uero cum multo metu. Vitandum item ut ne tetemus mediam. Quae admodum autem praedictae partes ex uenarum cubiti sectione opere sentiunt, ita inferioris his, hoc est coxae, & uteris ac uelicae, ex uenarum poplitis ac talorum sectione. Rhene autem utrinque opere ferunt, & ex cubiti & ex infernarum uenarum sectione. Scio autem coxendicis cum affectionem in una die sanatam, per euacuationem a cruribus, quae sane non propter frigiditatem, sed uasis coxae sanguine impletis facta erat. Oportet autem in omnibus inflammationibus incipientibus, reuulsorie facere uenae sectionem, uelut pede inflammato ex manu.

Verum

Verum in affectibus diuturnis, maxime quidem ex ipsis affectis partibus, sin minus, ex propinquis.

Quomodo uena secanda est. Ex Antylo. Cap. XIII.

Punctum quidem uenae incisionem facimus, ubi uasa fuerint obscura: Caesim uero ubi fuerint manifesta. ita ut firmemus manum in obscurioribus, & his qui ad istum flectere solent cubitum. Oportet autem non totum uas diducere. Nam dum labia ipsius euertuntur, fluxus non fit cum ei aculatione. Neque uero inferna uasis parte ad radii diuidere oportet, sed supernam ad brachii exortum tendentem. Superna enim in secula, speciosa sanguinis ei aculatio conringit. Et ad haec commoda est supernae partis uenae sectio, quoniam a uase quis aberrare non potest.

De magnitudine sectionis. Ex Antylo. Cap. XIII.

In his qui aceruata euacuatio opus habent, magna fissura facienda est, itemque in quibus crassitiam sanguinis contineri coniectabimus. In quibus uero reuelere & auertere uolumus lationem sanguinis, uelut in iectantibus sanguinem, aut quibus de naribus, aut alia quadam parte sanguis erumpit, parua uulnuscula incutimus. Non enim indigent euacuatione (quum euacuetur ab affectione) sed retractione ac reuulsione. Oportet igitur in his permittere ut sanguis fluat multo tempore per uenam. Paruis item fissuris utendum est in phreniticis, aut mente motis, aut alias delirantibus, quocumque conglutinatio uulnusculi fiat: contingit enim ut delirii saepe latenter uinculum manus soluant. & si quidem contigerit magnam esse fissuram, sequitur periculum ex sanguinis eruptione. In parua uero, et grumus uulnere osculo insidens, sanguinis eruptionem prohibere poterit. Insuper & paruis fissuris utendum est in paruis uasis, magnis uero in maioribus. Nam si in magnis uasis paruum uulnusculum fiat, necessario grumi collecti fluxum sanguinis impediunt.

De figura sectionis. Antyli. Cap. XV.

2 Sectio

Sectionis figuræ tres sunt: trāsuersa, recta, non pun-
gens sed findens uenam in directum, & inter has me-
dia, quæ appellatur obliqua. Trāsuersa igitur utendū
est in quibus detractionem omnino non repetere uo-
lumus: Curuato enim cubito oscula fissuræ componū-
tur. Et commoda est hæc figura, ubi magnam fissuram
facere uoluerimus. Obliqua uero figura utilis est in qui-
bus detraçtio repetenda est. Et eo quod à uase nō aber-
ramus dum sic secamus. Sed & sanguinis eiactio ex
obliqua fissura pulchrior aspectu est uidētibus, dum ue-
lut obtorquetur & obuoluitur sanguis in saltu. Oblon-
ga uero indirectum figura commoda est in his quibus
non solum eadem die sectionem reiteramus, sed etiam
post unam aut duos dies. Incuruato enim cubito dispa-
rantur oscula fissuræ. Commoda est item in directum
fissura his in quibus præuaticatio labiorum fissuræ fie-
ri solet. At in hac figura minus speciosa sanguinis eia-
culatio contingit.

raz asfi
Quod sit oportunum uenæ secandæ. tem-
pus. Galeni. Cap. XVI.

In omni diei ac noctis hora, necessitate urgente, ue-
nam secabis: ita ut scopum habeas in his qui februnt,
exacerbationis declinationē: In his uero q aut propter
lippitudinē, aut aliud quid eiusmodi absque febre, ue-
næ sectione indigent, magnitudinem doloris aut inflā-
mationis. Qua enim hora uideris dolorem mitigari
uenam secabis. At uero si nihil tale urgeat, melius est
mane uenam secare, non statim ubi à somno surrexer-
is, sed ubi uigilaueris ad horam unam. Sed & quosdā
prælauare præstat & præde ambulare. In quibus uero
præseruationis gratia uenam secamus, licet etiam ab
actu consuetarum operationum uenam incidere.

De repetita detractione. Galeni. Cap. XVII.

In quibus simpliciter euacuare uolumus, eadem
diē iterata detraçtio fiat. In quibus autem reuellere,
præ

præstat ut post duos dies fiat. Et in quibus quidem opus
est multa euacuatione, uires aut non sunt fortes, in his
euacuationē referuare oportet, & prima detractione
defectuosiore facta, rursus iterato detrahere, ausi uoles
tertiū. Quā uero feruentis sanguinis multitudo febrē
acutissimā incenderit, uelut in tynochis, siue cōnenti-
bus ibi aceruata euacuatione opus est. Et oportet tēta-
re ut euacuemus usq; ad animi deliquium, uiriū robo-
re ex pulsibus considerato. In aliquibus. n. noui sex li-
bras statim esse detraçtas. Fluente itaq; sanguine atten-
dere oportet semper pulsū tractui, ut ne citra an-
maduersionem, pro deliquio animi mortem inducas.

De arteriarum sectione Galeni. Cap. XVIII.

Arterias secant medici in temporibus quidem, ob
oculorum fluxiones, quum calidæ & flatuosæ fuerint.
Eas uero quæ sunt retro aures, in uertiginosæ, & his
maxime qui ex diuturnis morbis capitis calidis ac fla-
tuosis laborant. Iā uero & ob alias plurimas affectio-
nes circa caput consistentes diuturnas, quidam secant
arterias retro aures. Verum aliqui arteriarum sectio-
nes uerentur, propter sanguinis retinendi difficultatē,
& quod dum fissura in cicatricem abit, dilatatio uasis
ipsius arteriæ fit, quæ aneurysma Græcis dicitur, & in-
ter tumorum genera recensetur.

Medicamentum sistens sanguinem arteria-
rum. Cap. XIX.

Quum igitur sanguinis eruptio ex incisa arteria cō-
sequatur, oportet hanc hamulis attractam totam trās-
uersim dissecare. Deinde aloem & mannam thuris tes-
tere, & ouorum albumine subigere, & tenellis pilis tes-
porinis medicamentum excipere, & fissuræ imponere.
Dicitur autem de hoc amplius, in loco de sanguinis
eruptione, inter uulneraria medicamenta.

De cucurbitularum usu. Ex Antylo. Cap. XX.
Neque in morborum principiis, neque in corporis

bus repletis, cucurbitis utemur, sed quā euacuatū fuerit totū, & non amplius inflexerit parti cui cucurbitæ sunt adhibendæ & opus fuerit, mouere ac excutere & attrahere relicta in pte inutilē fluxionē. Cauēdū est autē ne cucurbitā prope mām̄as affigamus. Nā illabētes in cucurbitas mammæ & tumefcentes, non facile sinunt illas tolli. Tunc uero spōgiis ex calida expressis cucurbitas circumdare oportet: sic. n. remittere solēt. Si uero nō sic remiserint, cucurbitæ perforandæ sunt. Illud porō nosse expedit, quod non solum localis uenæ sectio detrimento est, antequā uniuersum corpus euacuatur, per affectas partes sanguinem detrahens, sed et cucurbita. Et uenæ quidem sectio minus est periculosa: pro ratione. n. allationis materię, etiā sanguinis excretionē facit. Cucurbita uero tum impetu affixionis uiolenter materiam attrahens, tum multum locum occupās, & tamen neq; uasis sensibilem fissuram faciens, attrahit quidem memorabilem materiam, non euacuat autem pro ratione attractæ. Et præcordiis quidem intempestiue affixa, præsertim in continentibus febribus, aut semitertianis, & maxime si etiam mens ægri fuerit turbata, & sensus sit obrufus, strangulatus, & mortem eadem die inducit. Capiti uero intempestiue admota, lethargos, & corporis ac mentis stuporem, & oculos prociū duos facit. Quibus aut contigerit ut hæc effugiant, hi omnino in diuturnum capitis affectum huic incidunt.

De scarificatione. Ex Galeno. Cap. XXI.

Venā secare sæpe in anno nō arbitror cōmodū esse: simul. n. cū sanguine multus uitalis spiritus excernitur. Quum autē hic frequentius cōsumatur, & tota corporis moles perfrigeratur, & omnia naturalia opera deteriora sunt. Probo igitur ut ab ignobilioribus partibus, uelut sunt crura, p scarificationem detractio fiat. Optimū autē est hoc auxiliū ad conseruationem sanitate, & ad eandem recuperandam, si fuerit præuaricata.

Proo

Prodest autem scarificatio et oculis diuturna fluxione affectis, & aliis capitis affectionibus, itemq; thoracis, & anginis. Oportet autem in unoquoq; membro factas sanguinis inspissationes, post uniuersalem corporis euacuationem, soluere per localem scarificationem.

De sanguisugis Galeni. Cap. XXI.

Sanguisugas captas una die seruare oportet, easq; pauco sanguine alere, usus autem tempore pars cui ad mouendæ sunt nitro præparetur, & aqua dulcissima exacte abluatur. Postea è fomento sanguis illinatur neque sic accipiuntur sanguisugæ ac mittantur in aquam paruam, & fuliginem ipsarum per spongiā deterfa sic admouebis, inhærentes. n. nō cessant trahere, donec saltem, aut nitru, aut cinerē ori ipsarū inspergamus. Post quā uero exciderint, fouendi sunt loci per spongiā. Et si sanguis erumpat, gallam ustam, aut linteum ustū, aut spongiam liquida pice imbutam ac ustam, insperge, & superne chartam aceto madidam impone.

De purgatione. Ex Antylo. Cap. XXIII.

Eos q; sana habent corpora purgare difficile est. Nā & uertiginosi ac uolulosi sunt ac torquentur, purgatioq; difficulter ipsis procedit. Et ad hæc cito exoluuntur tales dum purgantur. Quum igitur purgare uolueris, præattenuare oportet ac secare crassos ac uiscosos humores & meatus aperire, per quos humores trāsferuntur ac trahuntur à purgatoris medicamentis. Et se rosos quidē ac tenues humores in principium morborū euacuare oportet: In crassis uero ac uiscosis concoctio expectanda est, qualis est pituita, & bilis atra. Sed & in oibus diuturnis morbis semp cōcoctionem expectare conuenit. In acutis uero quā cōmotæ fuerint materię, et in principio pharmacū exhibe, & tñ cum multa cautione. Nā quā humores sunt in motu latroneq; ac fluxu, timor est ne quā ex uisceribus natura debile existēs materiā commotā excipiat, & præsertim thorax.

At in una aliqua parte firmatos humores, uelut in uiscerū inflammatione contingit, medicamentis aggredi non oportet, priusquā concoquantur, quicūq; enim inflammata in principis per medicamenta soluere conantur, inquit Hippocrates, à distento quidem & inflāmato non auferunt quicquā, nihil. n. remittit cruda afectionio. uerum sana & morbo resistentia consumunt: dū enim debile sit corpus, morbus dominatur, quum autē morbus dominatur, perniciēs adest. proinde materiæ remouendæ gratia utimur purgatoriis medicamentis in cephalæa, uertigine, hemicrania, comitiali, anhelatione, erectæ ceruicis spiratione, coxendice, arthritide, podagra, nephritide, & in affectionibus uescicæ ac uteri diuturnis. Similiter autem etiam ubi fluxus asfidue infestauerit aures, aut nates, aut oculos, aut os, aut stomachum, aut totam superficiē: & neque rescicetur ab aliis auxiliis, neq; aliter sisti poterit: solet enim purgatio per aluum fluxiones cohibere. Et in hoc ordine locari potest etiam humoris atræ bilis purgatio, quæ hemorrhoidarum suppressarum gratia assumitur post uenæ sectionem. At antiquæ affectionis emouendæ ac expurgandæ gratia, utimur purgatoriis resolutione, sideratione, alimentum non sentiētibus, sopore, sopore, grauitate perseverante in quacūq; corporis parte. Cæterum ob corporis temperamentum transmutādum, utimur purgatoriis in diuturnis febribus, nimirum quotidianis ac quartanis, infania, atra bile, mentis excessu, malu habitu, corporis, his qui alimentum non sentiunt propter uitiosum humorem. Insuperq; in elephantiasis, scabie, lepra, pustulis, morbo pediculari, & in ulceribus spontaneis ac grauibus, & affectionibus fluidis. At uero quo circumfusus & infestans humor educatur utimur purgatoriis, in aqua inter cutē, & regio morbo. Et hoc loco ponendæ sunt et uentris fluxiones, in quibus purgatoria assumimus: aliquando enim acris & inuti-

inutilis humor uentris tunicis insidens aut intestinorū, similiter uelut acres glandulæ aut infusiones per anū, irritat intestina, & simul ipsa stimulat, & promptitudinem efficit ad excretionem, simulq; per acridinem suā ex circumferentia corporis ac totius molis humorem attrahit. In his igitur cōsentaneum est purgatoriis uti, quo talis humor ex corpore expellatur, & uenter ac intestina pura fiant. In summa utendum est purgatoriis medicamentis, in his quibus uires ualidæ sunt, & uoluntas prompta est, & qui stomachum robustum habent, & multam inutilem materiam in corpore colligunt. At pingues & prægraciles ad purgationem inepti sunt. Insuper & qui multo sanguine abundant, & quæ asfidue anima linquantur, & ægre reuocantur, & qui cito uomunt ex omni occasione. Pueri item ac senes, & mulieres quibus menses ualide purgantur. Et quæ ualde purum habent corpus. Et qui certam habent uisus rationem. Et quibus aluus est natura adstricta. Et qui dysenteria & cœliaca affectione facile corripuntur. Omnes hi ad purgationem inepti sunt. Incipientes dum est autem à bilem purgantibus.

Bilem flauam purgantia. Aloe. Cap. XXIII.

Aloe totum quidem corpus non purgat, uerum fitam in stomacho & uentre ac intestinis bilem, citra molestiam educit, ac placide una cum subiectis excrementis. Datur itaque his quibus caput affigitur, propter asfiduas sientes ad ipsum de stomacho euaporationes. Excindit enim inutilium uaporum allationem. Danda est & lippiētibus, propter eandem causam, & his qui ob bilis augmentum sitiunt, quibus lingua & os facile rescicatur: & qui circa stomachum ardorem, aut nauseam, aut molestiam aliquam euerforiam percipiunt. Præbetur & his qui præter rationem pallidiores facti sunt, & in quibus superfluitates eductione indigent, & clyster adhiberi non potest ob aliquam cau-

causam. Dantur aut aloe 3. ii. cum aqua mulla. Cōmōda est et si quis ipsam quotidie sumat, aut à cœna, aut mane ante cibū potius. Tritā itaq; aloen corticis citrii succo excipe, aut si is desit, succo brassicæ utere. Habes aut aut hinc formatæ pilulæ ciceris magnitudinem. Et dato tria aut quinq; quotidie ei q opus habet. Potes & cū terebinthina ipsam efformare, & cum melle cocto. Oportet aut in deglutiedo, aut postea absorbere aquā mullam. Purgatoria equidem medicamenta oēm causam ex corpore extrahunt, instar cucurbitæ, principalibus partibus inhærentia, ipsaq; per uentrē euacuantia.

Scammonia. Cap. XXV.

Scammonia flauam bilem maxime educit. Inducit autem stomachi dolorem, & graue olet, ac iniucunda est, & ualde siticulosa. Quum enim omnia purgatoria stomachum infestēt, aloë excepta, scammonia plus omnibus illi molesta est. Vitanda igitur est his qui de bilem stomachum habent, & febricitatibus: quū enim leuissima sit, facile abripitur in corpus, & omnem in ipso immunditiam commouet, prohibetur aut à febrili calore, ut ne superfluitates ad excretionem ducat. Dāda igitur est his qui bonum stomachum habent, & nō februnt, atq; non facile uomunt, & non facile animo linquuntur. Dantur ex ea scrupuli duo plus minus, pro uirium ratione. Ammiscetur ipsi sal, & thymi coma, aut pulegium. In his uero qui ferre possunt, præstat aloen miscere. Datur & per se cum melle, aut pistifanæ succo, si clanculum exhibere uolumus.

Peplium. Cap. XXVI.

Peplii semen, aliquando uero & ramulos simul, in umbra siccata, tusa ac cribrata dato, scrupulorum quatuor pondere, in aqua mulla, adstillato modico aceto. Nam post flauam bilem, etiam nigram & pituitam ducit. Et flatus dissipat, quemadmodum etiam Hippocrates alicubi dicit. Maxime igitur conuenit flatuosis

flatuosis affectionibus, q sanè atrā bilē laceffunt & auspicantur. Conuenit et splenis inflammationibus diuurnis, uteri itē ac coli, & laxis abdominis tumoribus. Veratrum. Cap. XXVII.

Veratrū nigrum atram & flauam bilē ex toto corpore trahens, inferne expurgat, non tñ cū ulla difficultate. Quapropter et febrientibus per circuitū & diu, ipsum exhibemus. Datur & furiosis, & hemicranicis, ac diuturno capitis dolore affictis. Maxime uero idoneū est uisceribus, & uterō, & uescicæ, si purgatorio medicamento opus habent. Maxima uero ipsius uis est, priuatum educere si quid corruptoriū sanguini fuerit ammixtum. Vnde et in diuturno regio morbo commodū est, & ad asperitates cutis, uelut sunt lepræ, impetiginæ, & similia. Est & elephantiasī utile. Dantur ex eo ℥.iii. plus minus, ita ut tenuia circa radices lignula paululū in aqua madefiant, deinde auferatur cortex, & sic cetur in umbra, tundaturq; ac cribretur. Datur cū passo aut aceto mulso. Cōdimeti porrō gratia addere oportet ipsi, petroselini & dauci parum. Si uero efficacius purgare uolueris, misce & de scammonia parum.

Bilem atram purgantia. Cap. XXVIII.

Atram bilem ducentibus utendū est præcipue in melancholicis atra bile uexatis, stomachicis, his quæ facile irritantur, iracundis, homines auersantibus, secessum querentibus, & his qui in refectione uirium, purgatione opus habent, & in habitibus ob aridis & parū musculosis, & præsertim in autumnō feruente.

Epithymum. Cap. XXIX.

Epithymum atram bilem inferne purgat. Dantur ex ipso contuso ac cribrato perfectis scrupuli.ii. cum passo & aceto mulso ac modico sale. Confert affectionibus flatuosis & hypochondriacis præcordiorū, & quibus iecur grauatur, & difficulter spirantibus. Si militer autem uelut epithymum purgat flos in stœbe enascens,

enascens, & flos qui in thymbra nascitur, atq; epithym
bron appellatur. uerum uterq; uiribus debilior est.

Polypodium. Cap. XXX.

Polypodium bilem maxime nigram ducit & pituita
tam. Dantur radices purgatae ꝑ. vi. affusa aqua mulsa
diluta. Potest & super balsamentum deradi, ac comedi
antè prandium. Purgat etiam mediocriter ac citra mo
lestiam, radix cocta in iure gallinaceo, & in pitifana.

Pulegium, Tragoriganum, Leucanthemum,
Alysson. Cap. XXXI.

Pulegium ducit atram bilem acetabuli mēsurā pot
tum in aqua mulsa. Similiter & tragoriganum, & par
thenium, quod & leucanthemum uocatur. Dantur sin
gulorum scrupuli sex. Sed & alysson similiter purgatis
uum est. Danturq; etiam ipsius scrupuli sex. Præstat au
tem hæc dare cum aceto, & modico sale, ex aqua, ita
ut arida trita potui inspergantur.

Armenium. Cap. XXXII.

Armenium quo pictores utuntur purgat atram bil
lem, & quicquid crassi ac uiscosi sanguini ammixtum
est. Datur melancholicis, & elephantiasi laborantibus
ac consimilibus, & in rhenum affectionibus, & anhele
sis. Dantur ex eo scrupuli plus minus quatuor.

Centaurium minus. Cap. XXXIII.

Centaurium minus crassissimā bilem purgat & mu
cum. Quare conuenienter datur splenicis & coxendii
cum morbo affectis. Bibitur eius decoctum ubi coctū
fuerit in aqua. Sint autem centaurii scrup. vi. aquæ men
sura hæminæ. coquatur ad medietatem.

Pituitam ducentia. Cap. XXXIII.

Pituitam ducentii usus est in habitibus frigidioris
bus, ætatibus item ac morbis frigidioribus. uelut sunt
resoluti, siderati, & qui laxis tumoribus tument. Et in
his qui multa & crassa emūgunt, & qui ex coxendii
morbo à pituita inestantur, & in aqua inter cutem.

Colof

Colocynthis. Cap. XXXV.

Colocynthis purgat pituitam & bilem & muco
sa. Vnde neruorum neruorumq; corporum purga
tiua est. Datur igitur conuenienter in omnibus capit
affectionibus, & in erecta ceruice spirantibus ac simili
bus. Et in coxendicium morbo, & arthriticis. Et ad diu
turnas renum ac uesicæ affectiones. Est & aliis morbis
commoda, qui ægre excuti possunt, & induratum affe
ctionem habent. Dantur ex medulla eius scrup. ii. in a
quæ mulsa cyathis duobus. In debilioribus scrupulus
i. Eligenda est alba & tenera medulla. Nam aridior &
nigra mala est. Tundatur autem & teratur diligenter,
& cribretur sarpè. Et usus tempore leuigetur ualde be
ne in mortario cū aqua mulsa. Solet enim tale quiddā
pati. Nam tusa priusquam madesit, tenuissima appa
ret. ubi uero in aquam mulsam iniecta fuerit ac mace
rata, intumescit adeo ut uix cribratā esse credas. Itaq;
tumidæ ipsius partes aliquādo inhaerent uentri aut sto
macho, & præsertim in uolucris intestinorum, propter
molliciem, & quum acres sint natura ac mordaces, ad
hærentes ulcerant intestina, & affectiones neruorū per
consensum inferunt, torminaq; ac contractiones. Qua
re multa animaduersione opus est, ut leuissimā ipsam
faciamus cum aqua mulsa. Quod si mitius purgare uo
lueris, sumito colocynthidem iustæ magnitudinis, eaq;
aperito superne, & semen totū eximito. Deinde quic
quid tomenti speciem præ se fert in ipsa, rursus citra se
men in ipsam indito, & repletam ipsam sapa aut uino
dulci ueteri, per diem ac noctem materari finito. Dein
de excolatum per pannum uinum calefactum bibendū
dato. Purgat optime & morbum regium, & eos qui
pustulas liuidas circa cutem habent.

Tithymalus. Cap. XXXVI.

Tithymalus pituitam & bilē ducit. Dantur ipsius ra
muli uirides accepti, & in testaceo quopiam uale parū
fricti,

fricti, deinde triti. Miscentur autem ex ipsis scrupuli quatuor aut tres cum polenta in aqua, & bibuntur. Nā aridiores ramuli impotentiores sunt. At uero tithymali characitæ radicem accipe & siccato in umbra. Deinde usus tempore corticem detrahitō, tūdito, ac cribrato, & quatuor scrupulorum pōdus in uinū dulce uetus mittito, & per diem ac noctē macerari finito, & excolatum, per pannum uinum calefactum bibēdum dato, purgat maxime, ut aliqui in omnibus ipso utantur uelut quopiam arcano. Bene & citra molestiam purgat etiam succus tithymali circa aquas in humidis locis ac syluis nascentis, exceptus sale, aut pane arido trito, ita ut ex hoc nucis auellanæ magnitudo detur cū frigida aqua. At succus tithymali à quibusdam datur, aut cū caricis, aut cum polenta, guttæ quatuor aut quinque. Verum ualde exulcerat linguam, & partes circumcirca sitas, & potus multum calorem in uentre facit.

Istum. Cap. XXXVII.

Isi corticem siccato, tūdito, ac cribrato: & ex eo ꝑ. v. aut. vi. dato, macerans uelut dictum est in passo & excolās, ac passum ipsum exhibēs. Purgat autē magis pituitam. Quā diu uero uolueris ferri uentrē, ne abluēs anū aqua, sed linteo deterge. Quū autē satis purgatū te putaueris, laua anū aqua frigida, & manum ac pedū extremitates aquæ impone, & sisetur fluxus.

Elaterium. Cap. XXXVIII.

Elaterium purgat pituitam & bilem. Dato obolos tres cum lacte recens multo heminæ unius mensura. At obolus habet siliquas tres.

Granum cnidium. Cap. XXXIX.

Granum cnidium purgat magis aquosa ac ferosa. Purgat etiam pituitam & bilem moderate. Est autem feruens & acutissimum. Dantur ex eo grana triginta. Si uero mitius purgare uoles, dato grana uiginti, aut quindecim. Dato autem internam granorum partē tris tam

tam cum polēta, & uino immisam bibere iubeto, a potu uero parum olei rosacei aut melini absorbere oportet, ne fauces exurantur. Præstat autem terere & efforcare catapotia cum costo melle.

Agaricum. Cap. XL.

Agaricum purgat pituitam & bilem, sed non acute. Dantur drachmæ duæ cum aqua mulla aut aceto mullō. Est autem stomacho incommodum, eo quod leue sit, & in ipso supernatet.

Cnici semen. Cap. XLI.

Cnici semen purgat pituitam, non tamen fortiter. Huius seminis drach. v. tritas mitte in ius gallinæ aut pitisanæ, & excolatum bibendum præbe. Quidā internam cnici partem drachmæ pōdere accipiunt, & terūt cum amygdalis & aniso, & cum melle cocto catapotia formant ac exhibent arquo affectis. Et conueniens quidem, sed leuius est hoc.

Lathyris. Cap. XLII.

Lathyris pituitam magis ducit. Danda sunt eius grana. xv. maiora, aut uiginti de minoribus. Et qui quidem effica cius purgari debent, his, præcipiendum est ut manducent. Qui uero non ualida neque multa euacuatione opus habent, integra deuorent, maxime si uitiosum stomachum habet is qui accipit.

Aristolochiæ clematidis semen. Cap. XLIII.

Aristolochiæ clematidis semen siccum tritum duarum drachmarum pondere bibitur, & purgat pituitam ac bilem. Est autem stomacho gratum.

Mercurialis. Cap. XLIII.

Si mercurialis tenera folia cocta comederis, ab uno de sterco expellunt. Si uero coctum uino mixtum biberis, moderate sterco educit.

Cucumis syluestris. Cap. XLV.

Cucumeris syluestris radicis cortex, duorum obolorum, hoc est, siliquarum sex pondere, potus cum aqua mulla,

mulsa, ducit pituitam multam citra molestiam, ita ut neque stomachum lædat.

Syrax. Cap. XLVI.

Syrax pinguis flauus datur drachmarum duarum pondere, cum æquo pondere terebinthinæ in pilulas coactus. Ducit pituitam multam citra molestiam.

Thymus. Cap. XLVII.

Thymi cacumina tusa dato cū posca, & modico sale, ad drachmarum quatuor aut trium pōdus, purgat enim citra molestiam & abunde pituitam ac bilē.

Cyclaminus. Cap. XLVIII.

Cyclamini radices leuis simæ tritæ drachmę tres aut quatuor pro uiribus cum aqua mulsa potæ, purgant pituitam & bilem. Maxime uero per sudorem purgant. Quare qui bibit reclinari debet, & corpus in tegumentis ponere & sudorem exclusionem iuuare.

Scordium. Cap. XLIX.

Scordium tenuissime tritum, duarum drachmarum pondere ex aqua mulsa potum, ducit pituitam.

Chamæpitis. Cap. L.

Chamæpityos drachmæ duæ tritæ, & cum ficibus aut cocto, melle in catapotia coactæ & exhibitæ multam pituitam ducunt.

Bdellium. Cap. LI.

Bdellium arabicum pellucidum & flauum ʒ. ii. ponere tritum potum cum aqua mulsa, purgat pituitam.

Aquam ducentia. Cap. LII.

Aquam ducentibus utendum, & in hydropicis qui ex ascite inter cute aqua laborant, & in fœminis quæ diuturno albo fluxu uexantur, & ad fluida ulcera.

Squama æris. Cap. LIII.

Squama æris aquam purgant. Datur drachma una & dimidia cum aqua mulsa. Non solum autem aquam ducit, sed etiam pituitam. Ducunt porro aquam etiam aliqua ex relatis, uelut granum cnidium, & cnicus. At

cucumeris

cucumeris syluestris radix conuenientissima est hydro picis, minimeq; molestiam affert.

Euphorbium. Cap. LIIII.

Euphorbium ducit quidem pituitam, magis uero quam. Est autem acutissimum inter ea quæ ego noui & feruentissimū. Vnde & colicis datur, & his qui frigidiore uētre habēt. Reliquos fortiter turbat, & ualidam sitim inducit. Miscebis cum ipso aliqua odorata semina dās ex eo obolos tres cū aqua mulsa. Præstat autem cū melle cocto in catapotia ipsum efformare.

Chamelæa. Cap. LV.

Chamelæa cocta in aqua mulsa & pota, aquosa magis ducit. Purgat autem etiam pituitam & bilem. Immittantur ex ea drachmæ quinque in duas heminas, aquæ, & fiat coctura ad dimidias. In fine cocturæ mellis moderata portio addatur, & modica facta coctura, coletur ac bibendum præbeatur. Aliqui cocturæ tritæ chamelææ drachmas duas cum duplo cocturæ absinthii committunt, & cum melle formata catapotia præbent.

Sanguinem purgantia. Cap. LVI.

Sanguinem purgat, porri capitati succus, mercurialis uiola alba, malua syluestris, saluia.

Methodus componendi purgantia phar-

maca. Cap. LVII.

Quæ quidē per se purgare possunt simplicia phar maca, talia sunt uelut iam expressimus ac præscriptimus. Non fuerit autem difficile etiam mixturas ipsorum facere, his qui ex iam prædictis singulorum uires didicerunt. Si quis enim ex relatis duo miscere uelit, dimidium pondus de dosi singulorum accipere oportet. Si uero tria, tertiam iusti ponderis partem: Si uero plura, iuxta eandem proportionem. Facimus aut ipsorum mixturas, ubi non fuerit unus humor qui infestat, uelut pituita, aut bilis, aut aqua, sed omnia si

A E T,

f mul.

Mul. Et si quidē putauerimus æqualiter redundare, hu-
mores, æqualiter ipsa miscemus in compositione. Vbi
uero unus plus aliis redūdarit, amplius ammiscemus
de his quæ talē humorē euacuare possunt. Primū igitur
uolo ea mollientia pharmaca alium subducentia
subiungere, quæ in cibo sumūtur. In cibo enim medica-
mentum optimum est, inquit Hippocrates: quo etiam
sanis naturaliter adstrictam alium habentibus, hæc spe-
culatio utilis fiat. Fortassis autē & his qui se ex morbo
recolligunt. Insuperq; his qui ex diuturno morbo æ-
groant, hæc pharmaca auxiliaria sient si unum aut ali-
terū simplex pharmacū iucundis eduliis fuerit ammi-
xtum, aut ad uērem molliendū, aut si etiā redundantē
humorem paulatim & latenter euacuare uolumus. In-
cipiamus igitur à potionibus propomata appellatis.

Vini purgantis bilem præparatio. Ex
Theone. Cap. LVIII.

Cassia unc. i. scammonia unc. i. Vini sextar. vi. Hæc
tenuissime trita linteolo illigentur, & hoc exacte con-
strictum in uinum suspendatur, ac sinatur ad dies quin-
que. Deinde ex hoc uino dato ante cibum potionem
perfectam, cum aqua calida. Creditur bilē purgare.

Vinum pituitam ducens. Cap. LIX.

Lathyridum purgatorum unc. i. spicæ nardi drach.
iii. Vini sextar. v. præpara uelut prædictum est, & utere.
Creditur pituitam leuare.

Vinum melancholicis commodum. Cap. LX.

Polypodii unc. i. tusam, cribratam, & linteo illigatā
in uini sextarios. v. suspendito. & ad dies septem finito
macerari. Et dato potionem uelut dictum est.

Aliud uinum polypodites. Cap. LXI.

Vini dulcissimi sextar. vi. mastiches sextantem. epii
thymi drach. iiii. radicum polypodii non ueterum de-
rasarum lib. ii. radices polypodii purgatas tunde in
crasiores partes, & coque cum passo, immisso etiam

epii

epithymo ac mastiche. Quum autem ad tertias red-
ctum fuerit, aufer ab igne & frigeseri sine, & ad excola-
tum spicæ nardi contusæ ac cribrate scrupulos iiii. in-
sperge, præstat autem hanc in mortario counire, dein-
de fistilibus paruis picatis excipere, & osculo ualorum
oblito adseruare. Dabis autem in prandio potionem
magnam inter medios cibos, aqua calida temperatam.
Est hoc iucundissimum & efficax. Præparatur hoc in
Babilone phœnices, laudaturq; ac quoquo uersus nau-
uibus aduehitur.

Vinum mullum stercus exigens. Cap. LXII.

Vini sextarios. v. mellis sextar. i. mastiches quadran-
tem. Mastichen tritam & linteo illigatam in uino mul-
so suspende, & ad dies septem macerari sine. Et dato
ante cibum potionem unam calida aqua temperatam.
Optime hoc stercus educit, & stomacho commodum
est. Euacuat etiam pituitam.

Vinum mullum flauam bilem ducens. Cap. LXIII.

Scammonia drac. i. spicæ nardi drach. i. tusa cribra-
ta & linteo illigata, in uini sextariis. v. macerato, & mel-
lis sexta. i. & utitor.

Vinum mullum pituitam ducens. Cap. LXIII.

Cnici feminis purgati drach. iiii. & uini sextar. v. &
mellis sextar. i. accipito. Et enicum in crassas partes cō-
tusū ac linteo illigatū macerato, utitorq; uelut dictū ē.

Vinum mullum atram bilem euacuans. Cap. LXV.

Polypodii drach. iiii. Vini sextar. v. mellis sextar. i. tū-
de, cribra, macera, & utere.

Conditum ad flauam bilem. Cap. LXVI.

Piperis drach. iiii. scammonia unc. i. feminis apii 3. i.
uini sextar. v. mellis sex. i. terito species per se primum,
deinde etiam cum melle. Et postea uinum adde, & si-
ne ad dies quinque, & utere.

Conditum pituitosis. Cap. LXVII.

Lathyridum unc. i. piperis unc. i. feminis anisi, apii,
f 2 lingu

ſingulorum unc.i. Vini ſextar.v. mellis ſextar.i. præpara-
ta uelut dictum eſt, & utere.

Conditum melancholicis. Cap. LXVIII.

Polipodii ꝑ.iii. piperis ꝑ.iii. ſeminiſ apii drach. i. Vini
ſextar.v. mellis ſextar.i. præpara uelut dictum eſt & utere.

Absinthati præparatio ſtutus & ſtercora.
euacuans. Cap. LXIX.

Liguſtici drachma.i. ſ. cumini drach. i. ſpicæ nardi
ſcrup.ii. ſloris iūci odorati ſcrup.vi. maſtiches ſcrup.vi.
Vini ſextar.v. mellis ſextar.i. tuſa ac cribrata terito cū
melle, & uini ammiſce, excipe & utere poſt dies quin-
que ante prandium.

Absinthatum ſlauam bilem Ducens. Cap. LXX.

Coſti drach.i. maſtiches drach.iiii. roſarum ſiccarū
drach.ii. ſpicæ nardi drach.ii. ſloris iūci odorati drach.
i. aloes unc.i. ſcammonia unc.i. mellis ſextar.i. uini ſex-
tar.v. præpara & utere uelut dictum eſt.

Absinthatum ad pituitoſos. Cap. LXXI.

Maſtiches drac.iiii. coſti drac.iiii. folii indi drac. i.
ſpicæ nardi drach. i. ſloris iunci odorati drach. i. caſiæ
drach. i. polypodii unc. i. mellis ſextar. i. lathyridū pur-
gatorum unc. i. Vini ſextar. v. præpara, & utere uelut di-
ctum eſt.

Roſatum ſlauam bilem ducens. Cap. LXXII.

Roſarum exunguium recentium lib. i. uini ueteris
ſexta. vi. mellis ſextar. i. Roſæ ad diem unam præſic-
cata mittuntur in uinum, & macerantur per dies no-
uem. Deinde uinum excolatur & adiiicitur melli prius
trito cum ſcammonia unc. i. oportet autem tundere ac
cribrare ſcammoniam, atque ſic leuigare cum melle.
Poſtea uero recodatur in uafa, quæ exacte cooperta ſu-
ſpends in pureum aquæ frigida, & ſines per dies ſep-
tem aut nouem. Deinde extrahe & alios triginta dies
ſine, & ſic propomate utere.

Roſatum pituitam & ſeroſum ac atra bilis

lis humorem euacuans. Cap. LXXIII.

Si præcedens deſcriptio acceperit grani cniidii unc.
i. abſq; ſcammonia, euacuat ſeroſum humorem & pi-
tuitam. Si lathyrida ſolum, pituitam euacuat. Si epithy-
mum ſolum, atra bilis humorem expurgat.

Mellis roſacei purgatorii præparatio.

Cap. LXXIIII.

Mellis lib. i. ſucci roſarum lib. i. maſtiches ꝑ.iiii. pipe-
ris ꝑ. ii. zingiberis ꝑ. ii. ſcammonia ꝑ. viii. coquito mel-
cum roſarum ſucco ad compagem mellis liquidioris.
Deinde inſperge ſcammoniam & maſtichen leuiſſime
trita, & parum coque, & ablata ab igne cum reliquis in
mortario unito & ſeponito, & dato cochlearium. Eu-
acuat ſlauam bilem. Quidam uero ſimpliciore præ-
paratione facere uolentes, præmacerat modica aqua
ſcammoniam, deinde ſeruſfaciant, & detracto ſuper-
ſtante ipſius concremento excolant, & leuigatam ad
mel roſaceum adiiiciunt, & ſimul coquunt, uelut dictum
eſt. Si uero lathyridum unc. i. acceperit prædicta præpa-
ratio mellis roſacei, abſq; ſcammonia, purgat pituitam.
Si uero polypodii acceperit unc. i. atra bilis humore
euacuat. Verum efficacior fit, ſi pro polypodio epithy-
mum acceperit.

Aceti purgatorii præparatio. Cap. LXXV.

ſcammonia unc. i. aceti ſextar. v. terito ſimul, & ſini-
to ad dies quinque, & dato ad intinſus cum cibo co-
chlearium. i. aut. ii. purgat ſlauam bilem. Si uero pro
ſcammonia, inieceris lathyridum unc. i. purgat pitui-
tam. Si uero epithymi unc. i. inieceris, euacuat atra
bilis humorem.

Aceti multū purgatorii præparatio. Cap. LXXVI.

Mellis deſpumati ſextar. i. aceti acerrimi ſextar. i.
coquito ſimul uſq; ad mellis compagem, deinde adii-
ce epipetri triti ac cribrati unc. i. utere ad intinſus: aut
cum aqua dato bibere cochlearia. ii. circa horam ter-
tiam

tiam ieiunis. Euacuat bilem, si uero non affuerit epipetrum, scammonia in iice unc. i. Aliud acetum multum. Mellis despumati sextar. i. acetum sextar. i. coquito simul ad copagē. Deinde iniice cnicum internam partem purgatam & tritam pondere ʒ. i. & sine ad dies quinque & utere ut uoles. purgat pituitam. Aliud. Mellis & acetum singulorum sextar. i. coquito, & thymi leuissime triti ʒ. i. ad dedito, & finito per diem, ac utitor: euacuat atram bilis humorem. Omnia uero quae praedictis acetum multum praeparationibus iniiciuntur, linteolo illigata macerentur.

Acetum multum purgans omnes uitiatos humores. Cap. LXXVII.

Comae hyssopi sesquiunciam, origani, unc. i. pulegii sesquiunciam, marrubii unc. i. epithymi, feminis cnicum, cacuminum thymi, agarici, singulorum unc. i. polypodii sextantem, scammonia unc. i. scrup. vi. acetum sequitur sextarium, aquae sextar. i. mellis lib. ii. sapae sexcuncem. Herbas praemaceratas aceto & aqua ad tertias decoquito & excolato, & mel addito, ac rursus coquito ad bonam compagem. Et scammoniam, epithimum, agaricum, trita ac tenuissimo cribro excreta, in mortario ammisceto. Et ubi moderate purgare uolueris ʒ. xv. exhibeto. medio uere modo scrup. xx. At uero fortibus perfectam dosim exhibere potes, ʒ. i. Quidam et alypiadis unc. i. addunt. Aliud status euacuas. Acetum sextar. i. mellis sextar. i. baccarum iuniperi drach. iii. pipiperis unc. i. zingiberis unc. i. petroselini drach. iii. seminis apii, ammii, ligustici, anisi, epithymi, singulorum ʒ. iii. cumini drach. ii. feminis anethi drach. ii. polypodii unciam. i. praepara & utere uelut praedictum est. Conuenit colicis.

Acetum multum quod colicis ac nephriticis per se dem infunditur. Cap. LXXVIII.

Centaurii unc. i. alypiadis recentis sextantem, rutae uiridis sextantem, marrubii, agarici, castae, iridis, hyssopi,

pi, pulegii, singulorum drachm. iiii. scillae unc. i. acetum sextar. iiii. mellis sextar. i. omnia aceto macerata ad tertias coquito & colato, & adiecto melle ad mellis liquidioris compagem coquito. Deinde scammonia tenuissime tritae ʒ. i. spicae nardi ʒ. i. purgatorii medicamenti ex foeniculo unc. i. inspergito, & unitis utitor hoc modo. ubi praeuacuaris colicum per clysterem stercorea educentem, accipe acetum multum cochlearium, & dissolue cum succo prisanae, & infunde. Vtere similiter & in nephriticis pituitosioribus. Euacuat pituitam citra molestiam & sanat.

Acetum multum amarum. Cap. LXXIX.

Foeniculi uiridis unam cum radicibus fasciculum. i. apii cum radicibus, rutae uiridis singulorum fasciculum unum. acetum sextar. ii. & dimidium, hoc est libras. v. mellis sesquilibram. Coquito herbas cum aceto ad tertias & excolato, & mel ad acetum indito, & coquito donec mellis liquidioris compagem habuerit. Deinde aloes primariae unc. i. in mortario terito ac crebrato, & ad ipsam paulatim acetum multum addito, unito, excipito ac utitor: exhibetur ex eo cochlearium unum, ita ut ab ipso absorbeat aqua calida. Caput egregie purget. Est autem & stomacho gratum. Acetum multum uentrem emolliens, Prosomilitae. Pulegii, origani, thymbrae syluestris, polypodii, singulorum unc. i. radicem apii drach. iiii. radicem anethi scrup. vi. agarici, epithymi, scammonia, singulorum unc. i. mellis sextar. i. acetum sextar. i. macerato species & coquito uelut acetum multum. Vbi uero deuenierit ad bonam compagem, tollito ab igne, & adiace scammoniam, epithimum, & agaricum. Et dato quadrantem cum aqua calida.

Posca aluum emolliens. Cap. LXXX.

Cymini quadrantem, hyssopi sesquiunciam, ammii sesquiunciam, pulegii sesquiunciam, petroselini drachm. iiii. cacuminum thymi drachm. iiii. zingiberis

unc.i. seminis cnici unc.i. piperis ʒ.iii. epithymi ʒ.iiii. salis cappadocii dodrātem. Tundito & cribrato, & aridum seruato. Vfus tempore dato cochlearium.i.ex posca.

Alia posca ualde clasa. Cap. LXXXI.

Cumini quadrantem, pulegii sesquiunciam, fœniculi sextantem, seminis apii sextantem, anisi sextantē ʒ. viii. scammoniaē trientem, epithymi quadrantem salis communis besslem aut libram.i. Tundito, cribrato, & dato cochlea.i.ex posca, purgat imperuerse.

Gari purgatorii præparatio. Cap. LXXXII.

Scammoniaē ʒ.iiii. piperis grana.L. gari nigri quadrantem, misce, utero ad intestus, aut quomodo uolueris, purgat bilem. Aliud. Cnici grana.xx. piperis grana.L. gari quadrantem. Internam cnici partem tritam unito ac utitor, purgat pituitam. Si uero pro cnico adieceris lathyridas, efficacius facies. Si uero polypodii ʒ.iiii. inieceris, atræ bilis humorem euacuat. Efficacius autem euadit, si pro polypodio, epithymi ʒ.iiii. aut. iiii. inieceris.

Mellis emollientis præparatio. Cap. LXXXIII.

Fœniculi uiridis manipulū. i. aquæ sextar. iii. coquitur ad tertias, colato, & adiecto mellis lib. i. & coquito ad compagem mellis, & dato ex eo cochlearia. iiii. purgat bilē flauā. Si uero pro fœniculo, seminis cnici interiorem partem adieceris unciaē. i. pondere, purgat pituitam. Si uero polypodium aut epithymum eodem pondere simul coques, purgat atræ bilis humorem.

Garum aquosum. Cap. LXXXIIII.

Gari ʒ. i. piperis grana. L. seminis apii obolū. i. hoc est siliquas. iiii. mellis cochlea. i. aquæ quadrantē, scammoniaē ʒ. i. s. aut. ii. Reliquis costis & ab igne ablatis ammisceto scammoniaē, & dato ante cibum. Si uero pro scammonia, seminis cnici granorum uiginti internam partem adieceris, purgat pituitam. Si uero polypodii drach.

drach. iiii. adieceris, purgat atræ bilis humorem.

Garum uinosum purgatorium. Cap. LXXXV.
Gari conchulas. ii. uini conchulam. i. piperis grana. xx. ligustici scrup. i. scammoniaē scrup. i. mellis parum, utere. Purgat bilem. Si uero cnici granorum. xx. internam partem inieceris pro scammonia, purgat pituitam. Si polypodii ʒ. iii. atram bilem.

Garum acetosum purgatorium. Cap. LXXXVI.

Seminis apii ʒ. i. piperis grana. L. cucumini obol. i. succi cyrenaiici siue laseris tantundem, scammoniaē scrup. i. gari unc. i. aceti quadrantem, utere purgat bilem. Si uero scammonia, cnici granorum uiginti internam partem adieceris, purgat pituitam. Si uero polypodii ʒ. iii. atræ bilis humorem euacuat.

Iuscula emollientia. Cap. LXXXVII.

Aquæ sextar. i. olei conchulam. i. gari parum, salis paucillum, anethi modicum, omnia donec succulenta siant coquito. Deinde granorum cnici. xx. internam partem indito: & dato. Euacuat pituitam. Si uero polypodii ʒ. iii. contusas ac cribratas insperferis iusculo perditis aut phasiani, purgat atræ bilis humorem. At uero scammoniam non probo in iuscula coniectam, eo quod experimento compererim inidoneam esse.

Lac purgatorium. Cap. LXXXVIII.

Lactis asinini aut caprini heminam. i. scammoniaē scrup. ii. misceto ac exhibeto, purgat bilē. Si uero cnici granorum. xx. internam partem inieceris, euacuat pituitam. At uero polypodium aut epithymum non probo aut lacti miscantur, eo quod tingant lac, & non possunt hoc latere accipierent. Plerique enim ob timiditatem purgari non uolunt.

Oliua purgatoria. Cap. LXXXIX.

Piperis ʒ. i. epithymi ʒ. ii. silphii ʒ. i. mente uiridis ʒ. i. comæ pulegii ʒ. i. cymini ʒ. i. rutæ ʒ. i. scammoniaē ʒ. i. palmularum pinguium sextantem, mellis sextar. i. ace

ti sextarii dimidium, oliuas muria conditas. cxx. numero. omnia prædicta per se tenuissime terito, & deinde cū aceto mulso. Postea oliuas singulas ter lancinatas iniucito, & finito ad paucos dies ac utitor. dato in cibo oliuas tres, & iufculi cochlearium. i. aut. ii. pro uiribus.

Oxyporiæ purgatoria. Cap. XC.

Si ad concoctorum medicamentum quod ex malis cotoneis parari solet, cochlearii unius mensura ac ceptum, ammiscueris scammoniaæ scrup. ii. flauam bilē citra molestiam euacuabis. Si uero lathyridum grana xx. addideris, purgat pituitam. Si polypodii aut epithymi ꝓ. iii. addideris, purgat atram bilem. Similiter autē si quoq; diospolitico concoctorio pharmaco uteris, idem efficies, & maxime in quibus pituita in thorace residet. Si uero ad concoctorium ex calamintha pharmacum ammiscueris medicamenta purgantia, euacua bis omnem circa cutem corporis uitiosum humorem, lepras, impetigines, & similia.

Oxyporium ex palmulis. Cap. XCI.

Zingiberis, piperis, cumini, petroselini, singulorum unc. i. scammoniaæ in fermento assata ac tenuissimæ trita unc. ii. s. palmularum pinguium carnis trientem, foliorum rutæ unc. i. mellis lib. i. aceti sextar. i. Coquito mel & acetum & palmulas, donec reliqua fiat tertia aceti pars. Deinde rutam cum palmulis terito, & arida leuissime trita inspergito ac unito, & paulatim acetum mulsum coctū addito, unito, ac utitor, uelut admirando, & multa experientia cognito pharmaco. Perfecta dosis sunt cochlea. ii. ad adstrictam aluum, dum adhuc in uigore est medicamentū. Si uero nō ualde fuerit aluus adstricta, ꝓ mensura illius adstrictionis exhibitū est pharmacū, aliquando cochleariū. i. s. aliquando do. i. solū. Subducit egregie flauam bilē. Quapropter & in morbo regio utiliter exhibetur, & tertianariis, ubi concoctio bona in urinis apparuerit, purgat etiam pituitam

tuitā moderate. Vtere cōfidenter in omni tēpore uelut imperuerlo ac minime curioso. Ego uero ēt his q̄ absque rigore febricitant dedi, postq̄ apparuit concoctio in urinis, & cōfestim sanati sunt. In q̄bus autē atrā bilem purgare uolueris, adde ad p̄dictā dosim, epithymi ꝓ. i. aut pro uiribus. Si uero pituita multam insidet, adici agarici aut isii scrui. purgat. n. moderate pituitam.

Purgatorium ex cotoneis malis. Cap. XCII.

Malorum cotoneorum maturorum, magnorū, odoratorum, fermento oblatorum & assatorum, carnis purgatæ trientem, mellis despumati quincuncem, piperis ꝓ. ii. scammoniaæ ꝓ. vi. singula per se terito & unito, ac exhibeto cochlear. i.

Purgatorium ex citrio. Orisafii. Cap. XCIII.

Purgat hoc caput, facit ad stomachicos, coeliacos, & q̄ nō possunt forte purgatorii ferre ꝓ imbecillitate. Vnde ēt pueris citra noxiam datur. Est. n. stomacho cōmodū. Citrii corticis ac carnis lib. i. aquæ sextar. i. s. mellis sextarii dimidiū piperis ꝓ. i. scammoniaæ ꝓ. i. Citrii in tenues partes secato, & cū aqua ad tertias coquito, deinde colato, & mel ad decoctum adiecto ac coquito ad bonā compagem, & reliquias concoctorum citriorum terito, ipsiq; arida tenuissime trita inspergito, & ubi simul triueris, coctam aquam illam mulsam adiecto, & unitis utitor, cochlear. i. exhibens.

Purgatorii ex fœniculo ualde bonū. Ca. XCIII.

Epithymi, zingiberis, piperis, scammoniaæ, singulorum unc. i. fœniculi uiridis, rutæ uiridis, apii radicum uiridium, singulorum quadrantē, aquæ sextar. iii. mellis libras. iii. decocto ad tertias redacto adiace mel, & coque ad bonam compagem. Deinde insperge arida, & exhibe cochlear. i. magnum.

Aliud ualde stomacho gratum. Cap. XCV.

Fœniculi, cumini, pulegii, apii, singulorum manis palum, aquæ sextar. iii. coquito ad tertia, & colato, & tan

& tantundem mellis addito, & coquito ad mellis compagem, & inspergito in mortario scammonia leuissime trita ꝑ. i. piperis ꝑ. i. mastiches trita ꝑ. iiii. unito datog; cochleare. i. Conuenit flatuosis.

Purgatorium ex feniculo quod parari solet ad atram bilem. Cap. XCVI.

Scammonia sextantem, zingiberis, piperis singulorum ꝑ. i. petroselini ꝑ. xii. corticis ueratri nigri ꝑ. vi. epithymi unc. i. mellis libras. iiii. succi feniculi lib. iiii. Coquito succum cum melle ad mellis compagem, & affundito paulatim & arida tusa ac cribrata in mortario, & unitis unitor. Datur ex eo cochlea. i.

Purgatorium atræ bilis. Oribasii. Cap. XCVII.

Aquæ sextar. iiii. mellis dodrante in epithymi unc. i. Epithymum tufum ac cribratum inspergito, ubi illa sita mul ad tertias deco xeris. Dato bibendum pro uiribus. Mihi uero uidetur quarta pars exhibenda esse, his autem qui bono habitu præditi sunt, dimidium.

Aliud purgans atræ ac flauâ bilē. Cap. XCVIII.

Scammonia, epithymi, singulorum sesquiunciam, petroselini, zingiberis, mentæ, singulorum ꝑ. ii. excipe melle, & exhibe nucis ponticæ magnitudine.

Pastillus flauam bilem purgans. Cap. XCIX.

Piperis, mastiches, nucū pinearū, passularū enucleatarū, singulorū grana. x. cucumini grana. xv. scammonia ꝑ. ii. plus minus, mellis parū, trita simul dato: uelut pastillum. Huius dosis una est, purgat citra molestiam.

Buccella purgatoria. Cap. C.

Fermenti ex similagine libras. ii. scammonia unc. i. seminis feniculi, cumini, folii malabatri, singulorum sitiquas. iiii. piperis grana. xxxiii. salis communis parum, olei & gari cochlea. ii. arida contundito ac cribrato, & cum fermento mollito, & facias panes paruos duplam latitudinem miliaris habentes. Torreto in clibano, & exhibeto perfectam dosim sextantem ex hoc

hoc pane edendam, quocunq; quis uoluerit modo, saltem ut ieiunus utatur. Est enim maxime alienū ab omni molestia purgat bilem.

Alloedaria citra molestiam purgantia. Cap. CI.

Aloes quadrantem, agarici unc. ii. s. scammonia ꝑ. i. bdellii drach. iiii. gummi uermiculati sextantem excipere succo brassicæ, in his uero qui humore flaccidum stomachum habent, succo carnis citrii, & forma pilulas ciceris magni magnitudine. & dato perfectis septem ieiunis. Si uero uoles, etiam ante cœnam, & post cœnam. Si autem mollire uolueris, tria dabis ex his catapotia. Aliud sine molestia purgans. Scammonia sextantem, bdellii unc. i. aloes drach. iiii. gummi drach. iiii. & cum succo brassicæ fac catapotia ciceris magnitudine & exhibe post cœnam, si mollire uolueris, tria: Si uero purgare, septem ut plurimum, aut quinque.

Pharmacum pituitam ducens. Oribasii. Cap. CII.

Baccarum lauri recentium sextantem, euphorbii ꝑ. i. mellis quod satis est, ut eclegmatis formam habeat. Datur cochlearii dimidium. Redundantibus humoribus plus datum plus profuit. Vtere uelut optimo. Aliud pituitam euacuans. Seminis anisi piperis castia, medulæ colocinthidis singulorum drach. iiii. grani cnidii, seminis cnici, singulorum drach. iiii. mellis quod satis est, ut eclegma fiat. dato perfectis cochlea. i. s. Aliud. Anisi, apii, ammii, piperis, grani cnidii, seminis cnici, lathyridum, singulorum drach. iiii. castia drach. ii. mellis despumati quod satis est. Perfecta dosis sunt cochlea. ii.

Purgatorium atræ bilis. Philagrii. Cap. CIII.

Zingiberis drach. i. seminis apii drach. ii. succi cyrenaisii, piperis, ligustici, singulorum drach. i. epithymi drach. iiii. excipe melle ut eclegma fiat, & exhibe cochlea. ii. Aliud. Epithymi agarici, aloes, singulorum drach. iiii. corticis ueratri nigri drach. i. hyssopi, iridis, absinthii

thil succi singulorum drach.iiii. bdelli, gummi, utriusque
que drac.i. Si uero non affuerit absinthii succus, adlice
comæ tantundem, & excipe melle, & dato pro uiris
bus. Euacuat atræ bilis humorem itemq; pituita.

Bilis & pituita, & atræ bilis, ac reliquorum hum. com
mune purgatorium. Cap. CIIII.

Lathyridū, medullę colocynthidis, foliorum chame
læa siccorum, scamoniæ, epithymi, poly podii, anisi, sin
gula drach. x. cacuminū thymi, piperis, mastiches, car
pobalsami, castæ, feminis apii, chamæpythios sicca, sin
gulorū drac. v. absinthii succi aut comæ drac. v. mellis
qd̄ satis est ad eclegma. Dato cochle. i. aut plus pro ui
ribus. Vtere autē hoc nō in omnibus, sed in q̄bus cōie
ctaueris oēs humores æqualiter in corpore redūdare.

Aloedaria emollientia ex rosaceo melle.

Philagrii. Cap. CV.

Aloes sexuncem, costi, spicæ nardi, carpobalsami,
floris iunci odorati, singulorum unc. i. castæ unc. i. aga
rici drach. iiii. croci drach. iiii. s. comæ centaurii scrup
pul. iiii. mellis sextantem, succi rosarum trientem, epis
thymi unciam. i. rhei scrupul. viii. asari scrupul. iiii. ligni
balsami scrup. vi. mastiches scrup. viii. excipe melle ro
saceo, & da pro uiribus. Aliud ex rosaceo melle molli
ens uentrem sine omni molestia. Vtere uero ipso ad
articulorum, & maxime coxendicum dolores, itemq;
lumborum. Aperit etiā iecoris obstructions. Iñi scru.
viii. agarici drach. iiii. aloes sextantem. spicę nardi scru.
viii. floris iunci odorati scrup. viii. croci scrup. iiii. castæ
scrup. xvi. costi scrup. viii. carpobalsami scrup. viii. mel
lis rosacei quadrantem & scrup. viii. terito & formato
catapotia cum melle rosaceo, & quinque exhibeto,
post cœnam quotidie si uoles, aut alternis diebus, aut
prout uisum fuerit. Exterget, enim stomachum & arti
culos, præcipue uero purgat pituitam. Est autem cons
ueto more prandendum ac cœnandum. Aliud bilem

& pi

& pituitam ducens. Absinthii comæ tusæ ac cribratæ,
aloes tenuissime tritæ, utriusque unc. i. excipe succo tis
thymali, maxime myrsinitæ, & efformato catapotia
phaleli magnitudine, & dato. iiii. tantum.

Aloedarium, ex philagrio. Cap. CVI.

Purgat hoc bilem & pituitam. Colocynthidis mes
dulle, aloes, scamonię, singulorū ʒ. v. succi aut comę ab
sinthii ʒ. v. excipe succo brassicæ, & fac catapotia. Cice
ris magnitudine, & exhibe pfectis xxi. Aliud. & ipsum
multo experimento cognitū. Euacuat autē tres humo
res. Aloes, epithymi, scamoniæ, singul. ʒ. ii. colocyn
thidis, agarici utriusque drach. i. excipe succo brassicę.
Et dato catapotia xv. Aliud quod in Tyro præparatur.
Scamoniæ sextantem, aloes drach. i. mastiches, bdell
ii, piperis, absinthii, singulorū ʒ. i. excipe succo medii
citrii ac corticis, & fac catapotia. Et dato septem aut no
uem. Si uero uoles probe purgare, habeant catapotia
exhibenda pondere scrup. iiii. s. & amplius.

Aloedarium Oribasii. Cap. CVII.

Conuenit hoc maxime lippientibus. Euacuat autem
magis bilem flauam & atram. Scamoniæ unc. i. cor
ticis ueratri nigri unc. i. salis ammoniaci drach. i. radi
cis panacis drach. iiii. piperis, pulegii, utriusque drach.
i. efformato cum aqua pilulas fabis græcis similes. Et
dato ex eis septem mediam dosim, ita ut habeant. ses
ptem drachmam unam & obolos duos. Aliud. Oriba
sii. Aloes sextantem, spicæ nardi, asari, mastiches, croci,
xylobalamsi, sing. drach. vi. castæ drach. xii. epithymi ʒ.
xii. formato catapotia erui magnitudine, cum decocto
pulegii. Et dato. xxi. Hoc quartanarios sanat. Possunt
etiam cū melle cocto efformari.

Sal purgatorium. Cap. CVIII.

Salis ammoniaci sexuncem, silphii drach. ii. semi
nis apii drach. ii. zingiberis drach. i. piperis drach. iiii.
folii indici, spicæ nardi, pulegii. singul. drac. i. scamono
nia,

niæ ꝑ. i. Datur cochlearium unum. Euacuat bilem . A
 liud. Salis ammoniaci sexuncem, feminis apii drac. i.
 zingiberis drach. ii. piperis drach. iii. spicæ nardi drac.
 i. pullegii scrup. iii. s. folii scrup. i. lathyridum unc. i. dato
 cochlearium. Euacuat pituitam. Aliud. Salis ammoniaci
 sexcūcem, zingiberis drach. iii. piperis drac. ii. anisi, se
 minis apii, utriusq; drach. ii. folii scrup. i. epithymi unc.
 i. dato cochlearium. Euacuat atq; bilis humorem. Sal
 subducens & euacuans circumstam in uentre ac intesti
 nis pituitam, & reliquos humores. Purgat moderate
 etiam bilem. Conuenientiss. est arthriticis, uertiginosis,
 hoc usus est quidam stomachicus, & frequenter ex co
 mitiali morbo cadere solitus & ingentes gratias egit.
 A morbis uero preseruat familiariter ipso utentes. Pe
 troselini drach. iii. mastiches scrup. iii. zingiberis dra
 ch. iii. piperis, euphorbii, utriusque scrup. vi. salis am
 moniaci drach. xv. scammonia drach. vi. Datur cochlea
 riū dimidium in prandio, cū carnibus uolucris aut gal
 linæ, aut piscis, ad intinctus. Sit autem pōdus scrup. iii.
 s. Si uero efficacius purgare uoles dato ieiuno mane
 cum succo pitianæ, aut cum aqua mulsa, scrup. vi. for
 tioribus etiam. vii. dare potes. Debilioribus uero scrup.
 iii. aut. iii. s. Aliud purgatorium purgans citra periculū
 non euertens stomachum. Datur in omni tempore, &
 omni ætate, & pueris. Eductit stercus & omnem mate
 riam corruptam à capite usque ad unguēs. Remo
 uet furfures & reliquas circa caput nascentes pustu
 las. Facit ad uertiginem, lippientes. Medetur omnibus
 circa cutem pustulis. Sanat tertianam, quartanam, quo
 tidianam, in interuallis exacerbationum datum, ubi
 concoctio bona in urinis apparuerit. Bilem autem præ
 cipue euacuat. Habet hoc modo Zingiberis, petro
 selini epithymi, sulphii, ammii, feminis apii, cumini, li
 gustici, piperis, singulorum drach. iii. scammonia qua
 drantem, & uncia dimidium, salis ammoniaci tosti
 septuncem.

septuncem. Torreto salem ac tundito cum reliquis.
 Scammonia uero tritam cribratam unito in mortario,
 & dato scrup. ix. cum succo pitianæ aut aqua mul
 sa meraciore. Aliud confimile, acutius experimen
 to constans, imperuerfum, euacuat magis bilem. Am
 mii scrup. vi. feminis apii ꝑ. iii. piperis, petroselini,
 epithymi, cumini, singulorum scrup. iii. s. scammonia
 unc. i. salis communis quincuncem, salis ammoniaci
 trientem, datur cochlearium cum pitiana. Aliud ex
 perimento constans ualde bonum. Epithymi scrup.
 xviii. cacuminum thymi scrup. viii. salis ammoniaci
 scrup. viii. piperis scrup. ii. cumini Æthiopici, anisi,
 utriusque scrup. ii. mastiches scrup. xii. contusa trita
 aduersato. Vnus autem tempore scammonia scrup. ii.
 sumito ac terito cum modico melle, & adiecto aridi
 triti adseruati medicamenti scrup. ii. tantum, & unito
 ac dato cum pitianæ succo aut aqua mulsa.

Purgatorium pituitam ducens. Dioge
 nis. Cap. CIX.

Euphorbii, piperis, salis ammoniaci, singulorū unc.
 i. terito & redigito in puluillum, & dato in ouo sorbi
 li cochlearii dimidium: hoc purgat pituitam solū. Do
 sis perfecta sunt scrup. iii. s. Aliud flauam bilem pur
 gans. Scammonia unc. i. costi, spicæ nardi, utriusque
 scrup. iii. s. radice rubiæ leuissime trita scrup. ii. per
 fecta dosis sunt scrup. iii. Media. ii. minima. i. Aliud
 atram bilem euacuans. Scammonia in malo assata
 drach. v. costi, spicæ nardi, utriusque scrup. iii. s. caryo
 phylli scrup. i. s. radice rubiæ scrup. ii. epithymi scrup.
 ii. perfecta dosis scrup. vi. media. iii. s. minima. iii.

Purgatorium aquam ducens. Oribasii. Cap. CX.

Ducit hoc item pituitam, piperis, feminis rutæ, sco
 bis siue ramentorum eboris, euphorbi, æquales par
 tes. Dantur scrup. iii. cum aqua mulsa aut condita, fa
 cit & ad colicos & hydropicos. Aliud aquam ducens.

Petroselini, anisi, cacuminum thymi, sing. drach. iiii. fo-
liorum chamelææ siccorū 3. x. mellis quod satis est ut
eclegma fiat. Dato perfectam dosim cochlear. iiii. s. Si
uero efficacius facere uoles, ammisce prædictis squas
mæ aris drach. vi. Et dato perfecta dosim cochlear. iiii.

De Hieris.

Cap. CXI.

Hiera Logadii. Medullæ colocynthidis sextantem
& unciz dimidium, scillæ assatæ, agarici, ammoniaci,
thymiamatis, thymi, scammoniz, sing. drach. xx. corti-
cis ueratri nigri, hyperici, utriusque drach. x. epithymi,
bdellii, polypodii sicci, aloes, chamædryos, marrubii,
castæ, singulorum unc. i. myrrhæ troglodyticæ, pipe-
ris albi, longi, nigri, cinnamomi, croci, opopanacis, sa-
gapeni, castorii, petroselini, aristolochiæ longæ, singu-
drach. iiii. excipe melle. Dosis perfecta sunt drach. iiii.
media. iiii. minima. ii. adice ad dosim dum exhibitu-
rus es salis tenuissime triti cochlearii dimidium.

Purgatoriū citra molestiam purgans. Cap. CXII.

Facit ad ischiadicos, & qui per circuitum diuturne
uexantur. Medullæ colocynthidis unc. i. nitri sextan-
tem: terito probe, & dato robustis drach. i. cum aquæ
mulsæ potione magna ieiunis. Debilibus uero siliquas
nouem. Vtere confidenter. Aliud eximiū. Ad principia
insanæ, melancholicis, paralyticis, ischiadicis, uerti-
ginosis, comitiali morbo laborantibus, alopeciis, capi-
tis doloribus. Veratri nigri, scamoniz, utriusq; drach.
viii. salis ammoniaci drach. iiii. gummi drach. i. effor-
mato catapotia ciceris magnitudine cum succo brasæ
cæ, & dato perfectis scrup. v. Media dosis sunt scrup.
iiii. Minima. iiii. his qui ualde debiles sunt. Est hæc des-
criptio Oribasii, caput. lxxvii. desunt autem huic spe-
cies tres. Purgatoriū medicamentū. Profomilitæ, epi-
thymi, quadrantem, isii unc. i. agarici drach. iiii. euphor-
bii drach. vi. spicæ nardi, folii, costi, piperis, sing. 3. xxx.
caryophylli scrup. v. Dantur ex hoc scrup. vi. cum aqua
mulsæ.

mulsæ. Si uero bilem flauum repperis cū aliis duobus
humoribus redundantē, adde ad hanc dosim usus tē-
pore etiam scamoniam, quantum satis esse iudicaueris
pro uiribus. Habet autē hæc dosis, isii siliquas quinq;
epithymi 3. i. s. agarici siliqua. ii. s. euphorbii siliqua. iiii.

Hiera Galeni.

Cap. CXIII.

Medullæ colocynthidis sextantem & unciz dimi-
dium, chamædryos, agarici, scillæ assatæ, ammoniaci,
thymiamatis, scammoniz, corticis ueratri nigri, stœ-
chadis, hyperici, singulorum sextantem, epithymi, eu-
phorbii, utriusque 3. viii. polypodii sicci, bdellii, aloes,
marrubii, castæ, singulorum sextantem: myrrhæ tro-
glodyticæ, sagapeni, croci, aristolochiæ longæ, pipe-
ris albi, longi, cōmunis, cinamomi, opopanacis, casto-
rii, petroselini, singulorum drach. iiii. Mellis quod fas-
tis est. Dato perfecta dosim drach. iiii. Mediam. iiii.
Minimam. ii. cum aqua mulsæ & salis tenuissime triti
cochlea. dimidio. Maxima porrò est huius utilitas, pur-
gat. n. ex profundo uarios humores excellenter, ita ut
neq; exolutionem, neq; tribulationē, neq; debilitatem,
neq; in appetentiam, neq; aliam angustiam ægro acci-
pienti exhibeat. Sed potius facile sperantes & hilares
& robustos efficit, ut mirabilis sit ipsius excellentia. Sa-
nat itaq; hemicradicas affectiones, uertigines, comitia-
lem morbū, insaniam, melancholiam, lethargū & simi-
lia, hebetudinē uisus, grauitatem auditus, uocē interce-
ptā, anhelosos, stomachicos, affectiones antiquas, sple-
nicos, nephriticos, colicos, ischiadicos, arthriticos, po-
dagricos. Ducit menses. Cōuenit tremulis, & resolutis,
impetiginem ferā, & omnes circa cutem corporis na-
scentes pustulas: & elephantiasim, & febres diurnas
per circuitū repetētes sanat, & omnia maligna ulcera.

Hiera Archigenis, ex epistola ad Marsum de
atra bile.

Cap. CXIII.

Medullæ colocynthidis sextantem & unc. dimidiū,

chamæ-

chamedryos, agarici, marrubii, stœchadis, sing. drach. x. opopanacis unc. i. sagapeni unc. i. petroselinii, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, sing. drach. v. cinamomi, spicæ nardi, myrrhæ troglodyticæ, polii, croci, sing. drach. iiii. excipe melle despumato, ut habeat strigmentitiam crassitudinem, & repone in uitreo uase: perfecta dosis sunt drach. iiii. (In alio exemplari adduntur scrup. iiii.) cū a qua mulla adiecto salis cochleario paruo. Quum enim fordibus inquinatus & male affectus fuerit eger, strenuam constitutionem inducit, non solū ob multitudinem eorum quæ per aluum subducuntur, sed etiam quod priuatim bilem atram imminuit. Pleuritidi itaq; primū præparata est, & flatuosis affectionibus conuenientissima est, & facilem spirationem facit, & impedimenti nutrimenti aduersatur, & colorem cutis depurgat, sanguinem quidem defecans, male uero ardētē spiritū lucidius accendens. Sed non est propositū nobis encomium dicere eius, quæ non frustra hiera, idest, sacra appellata: longū enim sermonē, res ea requirat. Ad melancholicas autē affectiones, non est aliud pharmacum quod huic cōparari mereatur. Et noui multos per assiduū eius usum nullo alio opus habuisse: etiam si nullā omnino bilem excreuissent: non enim qui nigrum excernūt bilem soli melancholici uocantur, sed qui etiā iam habent in solidis mēbris talis constitutio nis structuram. Sed & panniculorū siue membranarū cerebri malos habitus ualde bene exterit: unde morbum comitialē & insanias inde oriētes mirabiliter remouere uidetur. Ego reperi hanc descriptionē in medicamentario libro de Rhoma mihi allato ualde laudatam ad insanos, melancholicos ischiadicos paralyticos, uertiginosos, comitiales morbum, alopecias. Non habebat autem opopanaca, neq; piper, neq; pulegiū.

Hiera anthiochi. Camedryos, agarici, medullæ colocynthidis, stœchadis, singulorū drach. x. opopanacis

sagapeni, petroselinii, aristolochiæ, piperis albi, singulorū drach. v. cinamomi, spicæ nardi, myrrhæ troglodytidis, croci, folii, singulorū drach. iiii. Mellis quod fatius est. Facit ad melancholias, insanias, morbum comitiale, & omnes feculentum sanguinem habentes.

Hiera Rufi, ad melancholias. Cap. CXV.

Medullæ colocynthidis sextantem & uncia dimidium, chamæpithyos drach. x. chamædryos drach. x. castæ drach. v. agarici, marrubii, utriusq; drach. x. opopanacis unc. i. sagapeni, petroselinii, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, sing. drach. v. cinamomi, spicæ nardi, croci, myrrhæ troglodytidis, polii, sing. drach. iiii. Excipe melle, & exhibe drach. iiii. perfectam dosim cū aqua mulla, & sale. Habet aliquid ad intelligentiam utile, eo quod à capite plurima ducit. Vnde uertiginosis, & capitis grauitati, & glaucomatis fieri minantibus, comitiali morbo, paralyticis affectionibus, hoc pharmacum priuatim adhibere soleo, & si opus fuerit memoriam reuocare. At melancholico non parua nec uulgaris utilitas ex ipso contingit. Quare sæpe per ipsum purgandus est. Etenim alia medicamenta aliter alibi preparantur, & ad alios quosdam morbos magis apta sunt. Si uero quis ad atram bilem uti uoluerit, hoc utile existit. Vtatur autem singulis diebus ex hac antidota sæpe magnitudine, non purgationis gratia: magno pere enim confert ad concoctiones, & status discutit. Videtur porrò mihi conducibile esse, ut ob strenuas purgationes malux seminis drach. ii. bibantur.

Hiera Iusti, faciens ad eadem uelut relaxatæ. Cap. CXVI.

Epithymi trientem & uncia dimidium, marrubii, stœchadis, chamædryos, corticis ueratri nigri, scammonia, agarici, piperis albi, communis, longi, scillæ assatæ, singulorum sextantem, medullæ colocynthidis, euphorbii, aloes, croci, gentianæ, seminis petroselinii,

ammoniaci thymiamatis, sagapeni, sing. ʒ. i. opopanax
 cis, polii, cinamomi, casia, myrrha troglodytica, spicae
 nardi, floris iunci odorati, pulegii, sing. ʒ. iii. aristolo-
 chiae longae, & rotundae, utriusq; ʒ. ii. mellis despumato
 ti quod satis est. Perfecta dosis ʒ. iii. s. cum aqua mulla
 fa & salis tenuissime triti cochleario uno.

Quomodo auxiliari oportet his qui pharmaciū bis
 berunt, & non purgantur. Cap. CXVII.

Si uero quis potio pharmaco non purgetur, aquam
 mullam meraciorem assidue absorbedam dato, & ni-
 tri parum in aqua liquefacti. Optimum autem cognos-
 ui multo experimēto maltichen, ut dentur eius ʒ. xii.
 leuissime tritae cum aqua tepidiore. Optimum est &
 glandem ano indere, ex sale, nitro, ac melle. Et malum
 aliquando manducatum effecit quod debuit: corro-
 boratum enim, os uentri, superfluitates inferne protu-
 dit. Ob quot causas non exercuit uenter purgatorio
 dato: Ob quinque causas. Aut propter naturae aegri
 proprietatem, aut ob dati pharmaci paucitatem, aut
 propter stercus durum impactum in quibusdam inte-
 stinis, aut quod natura impetum per urinas fecit, aut
 propter errorem, pars quidem purgantis, ad hoc ut
 nihil laedat corpus, alimentum fit animalis: pars uero
 in pharmacum uenenosum euertitur. At uero Hippo-
 crates de purgationis excessu sic dicit: Quum purga-
 tionis excessus hominē arripuerit: statim in balneum
 ipsum inducito, uinumq; bibendum & ante balneum
 & post dato, fuluum colore, & album substantia. Et
 mea experientia comperit hoc praestantissimum om-
 nium, quare ne contempseris.

Cura excessus purgationis. Oribasii. Cap. CXVIII.

In his qui nimium purgantur, potum contrahere
 oportet, & somnum procurare, dandum est autem ui-
 num austerum paulatim, cum aqua fontana. Bonū est
 & crassiolem polentam torrere ac potui inspergere.

Aut

Aut parum de calice papaueris, & gallae parum. Facit
 etiam probe lentis decorticatae farina cum aceto & beta
 nigra cocta, rhoe adiecto aut parum de calice papau-
 ris. Conducunt & pira sicca expressa, & mala cotonea.
 Si uero adhuc perseverat lationis impetus, utendū est
 efficacioribus ad coeliacos descriptis. In his uero qui
 facile uomunt, aquam tepidam multam bibendam da-
 to, & uomere iubeto, digito aut penina immissa. Atq;
 hoc facies bis & ter consequenter. Deinde oleum me-
 linum & uinū calefacito, & in hoc linteum tinctū uen-
 tri admoueto: & post modicum interstitiū antidoti the-
 riaces sabae magnitudinem cum uino bibendum dato.

De uomitu. Rufi.

Cap. CXIX.

Quandoquidem in uiolentis uomitibus saepe absur-
 da quaedam sequi solent, operae pretium fuerit prius
 modos referre, quō quis facile uomat. Nam pituitam
 mouet uomitus, & caput leuat: & eum qui auidius ci-
 bum ingessit, aut plus uini hausit, ledi prohibet. Auxi-
 liatur autē purgatio per uomitus nimio corporis mo-
 li. Opitulatur item excellenter gracilibus. Omnes autē
 fluidas affectiones uomitus sanare solet, uelut ulcerat-
 tionem rhenum, uescicā, & ani, & aliarum partium, ele-
 phantiasim, caneros, malos corporis habitus, articulo-
 rum affectiones. Cōuenit & hydropicis, maxime aqua
 inter cutē laboratibus, regio item morbo, & comitiali
 in his quibus à stomacho initium affectionis accepit.
 Nam his qui in capite affecti sunt comitiali morbo, in-
 cōgruus est uomitus. Cōducit item tremulis, resolutis
 siderationib; spirationibus erecta ceruice, melanchol-
 iis, impetiginosis. Cōtrarii uero sunt uomitus sangui-
 nis reiectioni, stragulatibus uteri, naturis nauseabundis
 animi deliquiis, his qui à suffocatione assidue uexantur,
 & qui ex qualibet occasione caput dolēt, & qui suffusio-
 nē suspectā habēt, & in summa omnibus oculatorū affe-
 ctionibus. Sint autē uomitoria nō acerba, & arida, sed

partim dulciora, partim acriora. Videtur autem inter hæc raphanus probari, & eruca, & falsamētum uetus: origanum uiride, cepe, & porrū. Coadiuuat uomitus etiam pitfana adiecto modico melle, & pingues carnes. Attamen nō oportet prædicta aut huiusmodi deſcoquere, & succos ipſorū solos accipere. Verū totam molem deuorare. Neq; uero circa manducationē diu immorari oportet, si quis uomere uelit: sint tamē omnia ex coctura emollita. Manifestū est autem ex uinis quoq; dulciora esse eligenda: hæc enim magis in uentre supernatant. Et calidæ potu utendum est. Oportet & amygdalas melle tinctas edere, & placentas gustare, & cucumeris semen maceratum cum melle offerre. Sed & cucumeris satiuī ac peponis radix trita cū melle uomitū mouet, & Celtice radix trita septem drachmarum pondere in aqua mulſa ac pota fortiter sursum purgat, ut aliquando etiam excessus purgationis consequatur. Qui uero fortioribus uti uolunt, narcisi bulbū in aqua coquunt, & cū decocto quidē temperant uinum. Ipsum autem bulbū edunt coctum, cū oleo & modico sale. Mouet etiam uomitū unguentum irinū, & plus adhuc cyprinū, si quis illitis ex his digitis irinet. Citra molestiam mouet uomitū etiam hyſſopi decoctum, & thymi, & enici semen tritū cum sesamo, ac cū aqua mulſa plurima potū. Et nasturtii semen. Similiter oleum sesaminū, raphaninū, narcisinū. Daphnoidis folia uiridia tria comesta. Optimū est & hoc, raphani decoctū & caricarum cremorem simul misceto, tepescato, & bibendū dato. Pleraq; igitur & curiosiora uomitoria reprobanda sunt. Dandi uero sunt raphani ieiunis qui inediā tulerunt, & à cœna prius uomuerūt. Sin autē raphani ualde acres, & fecentur in tenues lasminas, materētur autē hæc frustula à uespera in aceto & melle. Edat autē uomiturus ex his magnā copiam, & assidue superingerat acetum mulſum. Deinde ad horas

horas duas lente obambulet, & plurima aqua tepida hausta uomat, per digiti aut pennæ irritamentum.

Præparatio raphanorum cum ueratro albo. Cap. CXX.

Præparantur etiam alio modo raphani ad diuturnas affectiones, & fortiore exagitatione indigentes. Veratri enim albi & optimi festucarum drach. vi. in raphanos figuntur, ita ut raphani prius harundine compungantur, & deinde festucæ ueratri in foramina immittantur. Hæ festucæ ubi totam noctem in raphanis manserint, sequenti die eximuntur, ut ipſarum in raphanis relicta. Postea uero raphanos conscindere oportet & in aceto mulſo macerare, & similiter edēdos exhibere. Diligenter autem considerandum est, ne quid ex cortice ueratri in raphanis permaneat.

Quibus dandū sit ueratrum, & quibus non.

Ex Antylo ac Posidonio.

Cap. CXXI.

Ipsū ueratrum dandū est his qui diuturno ac forti morbo laborant, & qui in aliis auxiliis spem non habent. Dandū est hypopitricis, elephantiasis, malo habitu præditis, resolutis multo tempore, comitialibus, & melancholicis, arthriticisq; ac podagricis. At enumerare in quibus affectionibus probetur ueratrum non facile est propter multitudinē. Præstat itaq; dicere qui motu à ueratro legantur. Incommodū est itaq; ueratrum, sanguinis reiectioni, spirationi erecta ceruice strangulationem minanti, & in suffusione imminētē, capitisq; affectibus qui ex interuallis uolentos dolores inducunt, cū rubore faciei & uasorū distentione: & in uteri strangulationibus, & his qui assidue animo linquuntur.

Quid ueratrum facere possit. Cap. CXXII.

Veratrum potest corpora transmutare ac permutare, temperaturam ipſorum recentiore ac robustiore efficiens.

Quod multi accepto ueratro nihil quidem uomues-
runt, nihil tamen minus quam purgati utilitas
tem perceperunt. Cap. CXXIII.

Multi accepto ueratro ipsoq; cōcocto, omnino quī-
dem non sunt purgati, utilitatem uero non minorem
perceperunt quā hī qui purgati fuerant.

Qui sint magis apti ad ueratrum. Cap. CXXIII.

Viri aptiores sunt ad ueratrū mulieribus, & ex ipsi-
uiris hī qui fortiorem habitum possidēt. At mulieros-
si, & habitu ualde pingues, aut graciles, aut thoracem
non carnosum habētes & longam ac angustam ceruicē
habentes inepti sunt. Pueri quoq; ac senes inepti
sunt: & qui ualde frigidam temperaturā habent, & qui
sana corpora habent, & multo sanguinē abundant, in-
epti sunt. Item difficulter uomentes & pusillanimes.

Tempora uniuersalia ac particularia ad sumen-
dum ueratrum apta. Cap. CXXV.

Tempus uernum aptissimum est ad sumendum ue-
ratrum. Deinde autumnus. Æstas incongrua est, & hī-
mirum hyems quoq; nisi ualde magna urgeat necessi-
tas. Et tunc hyeme quidem qui ualde calidū tempera-
mentū habent aptiores sunt: Æstate uero senes. Consti-
tutio idonea est serena & calida & insolata. At in mor-
bis in quibus interualla sunt, dandum est in interuallis.
In aliis, quādoq; contigerit. In quartanis uero &
intestinis fluxione uexatis, in ipsis accessionibus.

Veratri probati notæ. Cap. CXXVI.

Optimum est ueratrum quod ab una radice plures
festucas siue surculos, habet, eosq; paruos & extentos,
& non rugulos, & non in acutum desinētes, neq; cau-
dam muris referentes. Intus uero ualde albos, foris
autem pallidiores, profundam medullā habētes, fria-
biles, qui non flectentur, ob mollitiem, sed franguntur
transuersum instar caulis, & qui in fractura fumosum
quid continent ac remittunt, atq; hoc purum. Nam si

pulue-

puluerulentum id fuerit, uetustatem ueratri indicat.
Bonum porro ueratrum mansum primū dulcedinis
indicationem de se præbet, deinde modicæ acrimo-
niæ: postea feruorem fortem inducit in ore, & saliuam
multam ducit, & stomachum euertit. Oportet autem
uere colligere ueratrum radice adhuc prægnante.

Vitæ ratio ueratro purgandorū. Cap. CXXVII.

Vitæ ratio accuratissima constituenda est his qui
ueratro purgandi sunt. Attenuatis enim corporibus
non citra periculum exhibetur. Diebus tribus antea
abstineant à carnibus aut reliquis crassi succi edulibus ac
potibus. Assuefaciant autem seiplos ad uomitū, & ter-
aut quater prius uomant à cœna, & aluus subducatur.
Oportet autem declarata antea domesticis anxietate
certamina futura, sic ad hoc auxilium procedere.

Differentiæ exhibitionis ueratri. Cap. CXXVIII.

Datur diuersimode ueratrū: Alii enim decoctū uera-
tri dant, alii cremorē, alii ipsam eius substantiā. Et alii
forpice in rameta cōspectū exhibent. Alii tusum & cri-
bratū. In ramenta igitur cōsectū cito incipit purgare;
post horas in totū duas, bilem & pituitā educens citra
multā lancinationē. Et ipsam simul uomitu reiectū, in
quatuor aut quinque horis purgationē sedat. At in pul-
uillum redactū ualde tarde operatur, ut post quatuor
aut quinque horas sæpe incipiat. Verū omnes species hi-
lis & pituitę educit, & ad periculū contractionis & ni-
miæ purgationis deducit. Ad longū etiam tēpus pro-
ducit purgationē, sed utilitatem multiplicem exhibet.

De cremore ueratri. Cap. CXXIX.

Cremor in quo maceratū est ueratrū datur senibus
& pueris, & his quibus habitus defluxit, & qui morbi
facile solubilem habēt. Datur & his qui elephantiasim
futuram timēt. Oportet autem 3. v. ramentorū, in aque
pluuiialis hemina dimidia macerare ad triduū, deinde
colare & calcacere, atq; exhibere totum cremorem.

De ue-

De ueratri decocto. Cap. CXXX.

Decoctum ueratri dandum est tum prædictis, & quæ illis adhuc sunt robustiores, in sanientibusq; ac atra bile percitis. Præparatur hoc modo. Veratri libram. i. concisam in aquæ pluuiialis sextar. ii. macerato ad triiduum. Deinde ad prunas mitiores coquito ad tertias. Postea colato & adiecito ad decoctum, mellis despumati primarii lib. ii. & coquito usque ad mellis compagem: & cochlearium magnum delingendum dato. Licet etiam aqua calida miscere, & dare cum sorbitione quadam: hoc neque conuulsiones, neque contractiones, neque nimiam purgationem facit. Exercitium autem est uolenti ad ipsum ueratrum transire, ut etiam confidenter ramenta eius confecta accipiat.

De ramentis ueratri, item de contuso ac cribrato. Cap. CXXXI.

Ceterum his qui maiori molinine ac exagitatione opus habent, fortioribusq; ac confidentioribus, & facile uomentibus ramenta concisa danda sunt. At uero his qui adhuc audentiores sunt, aut etiam consuetudinem habent, contusum & tenuissimo cribro excertum dabis. Ramenta uero sic exhibe. Accipe festucas, conscinde forpice ad polentæ aut furfurum magnitudinem: deinde puluillum linteo exerge, & detractis omnibus tenuibus particulis, ut ne strangulet, dato tamen midioribus quidem cum psisanæ aut alicæ succo, ubi parum decoxeris: fortioribus uero cum aqua calida, aut aqua mulsæ, ita ut cogas ipsos insuper sorbere aquam mulsam puram, aut aquam, ut ne relinquatur quid in faucibus aut stomacho. Dosis præfictissima fortibus, de ramentis concisis, sunt drach. ii. s. de puluere crassiore, drachma una & oboli. ii. de puluillâ drach. i. & oboli. ii. Contundimus autem crassiorē eius farinam in mortario, & per angustissimum cribrum excernimus, & tenuissimum auferētes, id quod crassius est exhibemus cum

cum succo alicæ aut mazæ ex polenta factæ. Tenuem uero puluillum tundimus, & exacte cribramus. Et postea cum cocto melle solidissimo in catapotia coactum ac efformatum exhibemus.

Quæ præparare oportet exhibitionis tempore. Cap. CXXXII.

Præparantur porrò ipsis ad opem ferendam lancinationibus, animi deliquis, & conuulsionibus hæc. Aqua calida & frigida, & decoctum hyssopi, mel, ruta, pulegium, acetum, mala, panis calidus, uinum, pullus gallinaceus coctus, oleum commune & sicyonium, sal, galbanum, castorium, cremor ueratri, oleum cyprinū, aut irinum, aut narcissinum, pennæ, sternutatorii, cucurbitulæ diuersæ, lectica siue ferculum, lectus stratum molle habens, clyster.

Quomodo post potum curandi sint.

Cap. CXXXIII.

Si quidem facile purgentur postquam biberunt medicamentum, dabimus ipsis aquam frigidam absorbendam aut colluendam. Deinde odoramentū quoddam corroborans. Et iubebimus ipsos sedere aut recubare, & in quiete manere ad horas duas, ut ne citius quam oportet pharmacum reuomatur. Postea iubebimus ipsos moueri. Prima perceptio caloris circa stomachum & fauces contingit: Deinde saliuam multa in os colligitur: Postea partē alimenti & pharmaci cum pituita uomunt, deinde pituitam & bilem cum pharmaco: Mox puram bilem. Sæpe uero etiam uenter infernè subdicitur, quando sanè etiam tolerabilior purgatio contingit. Singultiuunt leuiter, & facies rubicunda est. Si uero facilè procedit purgatio, & facies bonum colorem habebit, & singultus cessabit. His uero qui circa mediam purgationem singultiuunt, aquam mulsam dabimus, aut decoctū rutæ, & aquam tepidam in potu. Deinde purgatos lauabimus, & alimen-

mentum stomacho gratum exhibebimus. Perseuerante uero purgatione, oportet dare aquam mulsam calidam absorbendam in qua decocta est ruta, aut aquam cum oleo. Penna quoque cyprino aut irino oleo, aut aliquo simili rincta iritentur: & lecto pensili reclinati commoueantur. Si uero ualde uexentur à strangulatione, cremoris ueratri cyathos tres offeremus. Nam ex qualitate adiuuat purgationem. Quod si neque sic strangulationis periculum leniatur, acerrima infusione per clysterem euacuabimus. Dabimus ipsis etiam galbani obolos iii. deuorandos, non ut uomitum concitemus, sed ut strangulationem sedemus. Aut sternutatorium forte admouebimus, assidue per lectum pensilem agitates, & pennarum immisione irritantes. Vbi uero incipiunt purgari mitigandus est singultus, uelut antea dictum est. Si uero uolētus fuerit singultus, sternutatorio utemur, & cucurbitis per totam spinam. & maxime circa magna scapularum uerticula, detrahētes ipsas ad spinam, perseuerantes enim cucurbitæ sæpe corrigunt stomachum contractum & uelut contortū à singultu. Ligabimus etiam extremas partes, & fouebimus immixtas in aquam calidam. At uero succedētes in quibusdam contractiones, crurum maxime & manuum: (solent enim plerisque hæc accidere) leniemus fortiter illinēdo, fouēdoq; ac calfaciendo, & fricando extrema & musculos in furis. Sit autē oleum scyonium, aut quoddam ex mollientibus & lasitisuādinem ac dolorem eximentibus, acopis appellatis. Sed & castorium unguento ammiscēbimus, & in potu exhibebimus. Maxime, uero prodest contractis balneum si affuerit. Sin minus, in scapham aut in scollium immitemus, ita ut oleo multo dulci totum corpus, maxime uero contractas partes illinamus. Sit autem aqua probe temperata, ut in ipsa diutius manere possit. Porro ubi cessauit conuulsio ac purgatio, statim

tim nutrire oportet, panē exhibendo uino diluto masculi defectu, aut in omphacomeliti, his qui ualde sunt euacuati. Si uero caloris sensus circa stomachum post cibum contigerit, ipsum omphacomeli aqua calida temperatum bibendū dabimus. Aliquando uero etiam cū frigida mixtū secunda die dabis. Cibi uero postea boni succi omnes sint, & uinum tenue ac ualde uetus.

De purgationis excessu. Cap. CXXXIII.

Nimias purgationes sistemus aquæ calidæ potu, & extremarum partium ligatura, & frictione uehementi & cucurbitis ad præcordia & dorsum affixis. At absinthii potus egregie supprimit uomitum. Si uero adhuc perseuerarit, utemur somniferis dolorem sedantibus. Nam talia rescicandi uipredita purgationes sistunt. Et somnus excretiones sistendi uim habet. Succedit tamen somnus sua sponte probe purgatis per ueratrum, multus & profundus, si non periculum imminet. Quibus sanè in tantum concedere oportet, quantum somno tenentur. Si uero sudores immodici consequantur, sedabimus ipsos corporis uentilatione, & spongiæ ex frigida aqua aut posca expressæ deterfione. Vtemur etiam puluillorum adstringentiū & meatus obducensium insperfione, & reliqua cura in cardiacis referēda.

Epithemata purgatoria. Cap. XXXV.

Medullæ colocynthidis, seminis erucae, rutæ syluestris, elaterii, grani cnidii, lathyridum purgatarū, galbani, ceræ, nitri, rubri, singulorum drac. quatuor, opoponacis drachm. ii. terebinthinæ drachm. vi. tunditur hoc pharmacum adiecto paulatim felle taurino, quantum satis est. Et si quidem super umbilicum positum fuerit usque ad pubem, inferiorem aluum mouet. Si uero super uentrem, superiorem purgat per uomitum. Aliud. Nitri rubri, semini securidacæ, medullæ colocynthidis, fellis taurini, staphidis syluestris, stercoris columbini, radicis cucumeris syluestris, scillæ, mercurialis, sanguis

singulorum æquales portiones, tundito, cribrato, & felle excipito ac melle sufficienti, & ubi ad malagma tis formam redegeris utitor. Aliud quod pollicetur sanguinis per nares educationem, si fronti imponatur. Vbi uero sistere uolueris, inquit, sanguinem, ablato ipsò locum diligenter deterges per spongiam ex posca aut frigida aqua expressam. Si uero immo uentri impositum fuerit quadrangulari nouem digitorum figura, ciet menses & foetus corrumpit. Imponitur & rheumibus in exacerbationibus. Compositio hæc est. Cera, galbani, euphorbii, radicis lanarię herbæ, sing. unc. i. talorum ceruinorum ustorum drach. iiii. succi absinthii drach. iiii. terebinthinæ liquidæ, drach. iiii. Sicca trita cribrata, rursus terito cum felle uitulino, ad strigmentitiam crassitiam, & liquida ac eliquata affundito, & unito ac utitor, inquit, uelut admirando. Aliud emplastrum purgatoriũ quo utor, Chezananze appellatum. Hoc impositũ umbilico, mouet inferiorem uentrem: thoraci uero & stomacho impositũ uomitũ ciet, donec splenium cui illitũ est tollatur. Menses autẽ minarũ ducit, & foetus corrumpit imò uetri & lumbis impositũ. Compositio hæc est. Grani cnidii drach. iiii. lapidis alsi drach. x. ueratri albi drach. iiii. adipis capri ni drach. v. elaterii drach. iiii. succi tithymali drach. iiii. amurcæ drach. xii. fellis taurini drach. ii. spumæ niri drach. v. farinæ lupinorũ amarorum sextantem, comæ absinthii drach. ii. Reliqua tundito ac cribrato, deinde fel tritũ adiicito, mox amurcam, & postea adipẽ liquefactũ affundito, & unitis utitor. Aliud umbilicarium, Et hoc uomitum ciet uentri impositum. Et menses ducit non ob uasorum cõclusionem suppressos, foetusq; corrumpit, imò uentri ac lumbis impositum. Absinthii, succi radicis cyclamini, artemisiæ, elaterii, singulorum drach. vi. medullæ colocynthidis drach. x. radicis cucumeris syluestris, farinæ lupinorum, chelidoniũ,

feminis

feminis uiolæ albæ, singulorum drach. vi. opopanax drach. ii. ceræ drach. c. terebinthinæ drachm. l. cyprini drach. l. aut quantum satis est. Impositum autem ubi aluum commouit, mox ipsum tollere oportet. Aliud facit & ad colicos. Niri scrup. ix. terebinthinæ scrup. vi. elaterii scrup. iiii. staphidis syluestris scrup. i. s. castorii, feminis rosamarinii, fampsuchi, baccarum lauri, grani cnidii, lupinorum siccorum, medullæ colocynthidis, singulorũ sesquiunciam, scammonia 3. i. fellis taurini unc. i. ceræ sextantem, adipis anserini quadrantem. Aliud. Cucumeris syluestris succum, & cyclamini succi, paribus portionibus cum melle misceto, & hæc exacte unito in sole aut calido cinere, & utitor illinens ab umbilico usque ad pubem. Aliud. Elaterii drach. iiii. colocynthidis drach. i. scammonia, squamæ æris, radicis cucumeris syluestris, sing. drach. i. lathyridum drach. i. aut pro ipsis succi tithymalli tantundem. Tundito, cribrato, ac terito cum oleo plurimum salis habentes, & hæc ipsum lanæ magnũ facito, ipsumq; pharmaco imbutũ imponito ubi uolueris umbilico inquit, aut uentri, aut imò uetri, & lûbis. Aliud. Mespilorũ exemptis nucleis scrup. xviii. scammonia scrup. xii. atrameti futorii scrup. xvi. sagapeni scrup. xxxii. lathyridum scrup. xii. colocynthidis feminis scrup. xii. Trita excipe oleo & utere.

Compositio olei siue ungenti purgatorii. Cap. CXXXVI.

Felis taurini sextantem, elaterii unc. i. grani cnidii uiridis trientem, lupinorum uiridium succi sextantem, euphorbii unc. i. medullæ colocynthidis unc. i. adipis uulpini recentis sextantem, adipis uiperæ sesquiunciã, stercoris muris drach. iiii. succi pæoniae drach. iiii. castorii drach. iiii. olei cyprini sexcuncem olei ueteris lib. i. arida tundito ac cribrato per tenuissimum cribellũ. Adipes autem præmollito in mortario, præsentim uulpinum, fibris enim refertum est, deinde ad lentas

A E T.

u p r u s

prunas liquefacito cum oleo, & ipsis reliqua omnia in
 spergito, & parum ad prunas coquito ac seponito in
 stanneo uase, diligenter operto ut ne transpiret, & des-
 ponito in domo superiore non humecta ad dies xxx.
 Et postea utere in omnibus & ad omnem affectionem:
 Citra molestiam enim purgat. Sanat autem cum reli-
 quis etiam mentis percussione. Mēsurā quæ in usum
 assumitur ut plurimum est cochleariorum duorum, in
 quibusdam etiam unum solum. Iuncto enim umbilico
 perfectam feci euacuationem. Si uero immodice fera-
 tur uenter, & uoles suppressere, spongiam uino tepi-
 do imbutam ac expressam adhibe & sistetur. Aliud epi-
 thema. Hoc umbilico imponitur, & splenem purgat.
 Veratri nigri quadrātem, ueratri albi trientem, ammo-
 niaci thymiamathis, nitri, utriusque trientem, scammo-
 niæ sextantē, pipēris gran. xxx. contusa cribrata excipe
 terebinthina ut malagmatis formam induant. Et ubi
 præfricaueris locum ac fomento præparaueris, forma-
 to quadrangulārī quinque digitorum figura splenium
 & imponito. At peccini impositum, scetus corrumpit.
 Epithema sanguinem ducens, ut hæmorrhoidas irri-
 tet, & mensis muliebres. Elaterii, myrrhæ, galbani, fari-
 hæ ordeacæ sing. drach. quatuor, foliorum rutæ uiri-
 dis drach. ii. fellis taurini quod satis est. Singula seor-
 sim tenuissime terito, deinde unito, & fellis quod satis
 est affundito. Vfus uero tempore locum sub umbilico
 & partes circumcirca fitas illinito. Aliquando etiam
 lumbos. Ducit menses & hæmorrhoidas.

De localibus euacuationibus. Cap. C X X X V I I.

Et de his quidem quæ superfluitates quæ in toto
 corpore sunt purgare possunt, sufficiunt relata. Tēpus
 est autem trāseūdi ad locales euacuationes. Vex illud
 meminisse te uolo p totā tractationē, ut primū totum
 corpus purges, & à supfluitatibus liberes p prædicta
 purgatoria medicamenta. Et postea p localia euacues.

Si

Si enim ante totius corporis euacuationem aut purga-
 tionem, per localia auxilia uolueris partium affectio-
 nes curare, in magna mala immiseris ægrotum. Am-
 pliorem enim materiam ad debiles locos attrahes.

Quæ oculos purgant & lachrymas pro-
 uocant. Cap. C X X X V I I I.

Lachrymas prouocantibus utemur ad oculos diu-
 ressecatos, & palpebras scabras ac putreginosas. Exter-
 gentibus uero & repurgantibus ad hebetem uisum
 & suffusionis principiū. Prouocant autem lachrymas
 & extergent omnia hæc: mel, oleum uetus, ricininum,
 amygdalinum, ex nucibus regis, e scæno græco, lenti-
 scinum, laurinum, anethinum, fustinum, nardinum, ope-
 balsamū. Ex succis autem oculos purgant, succus uuæ
 acerbæ, lactuæ syluestris, lycium, radice acori succus.
 Item chamædryos, centaurii, chelidonii, ocymi, cepa-
 rum, rutæ hortensis ac syluestris, quæ etiam besasa ap-
 pellatur, itē mali punici succus, sceniculi, utriusque anā-
 gallidis, marrubii, trifolii, ueratri albi, & anemones. Ex
 liquoribus uero spissis, myrrha, sagapenū, opopanax,
 cyrenaicus, & Medicus, ammoniacum thymiama, gal-
 banum, thus: ex animantibus, testudinis terrestris san-
 guis, hepatis caprini cruor, itē q; siluri. Sed & siluri fel,
 & hyænæ, capræ, gallinæ, perdicis, uulturis, ursi, scari, cal-
 lyonymi, & coracini. Ex adipibus, uiperæ adeps, galli-
 narum, piscium fluuiatiliū, castoris testes. Ex cineribus,
 hirūdinū, pulli exusti, lacertæ ustræ, cornu cerui ustrū. Ex
 metallicis, lapis hæmatites, & scisfilis, es ustrū, attramen-
 tū futoriū, chalcitis, misy, alumē omne, squama æris, ru-
 brica, lapis phrygius, iaspis, magnes, moroxus q & leu-
 cographis appellatur, lapis galactites. Ex plantis, cor-
 tex thuris, ericæ fructus, & quæ eiusdem generis sunt.

Quæ aures purgant. Cap. C X X X I X.

Mel, uinum mullum, uinū dulce, oleū nucū regiarū
 amygdalinum per se, & cum anserino adipe, irinum

eum aceto, myrrha, tum alumine, acetoq; ac aqua: spu
ma nitri cum melle & aceto, alumen cum aceto, fenes
cta serpentis cum aceto, fel bubulum, suillum, & omne
fel piscium, betæ succus, foliorum capparis succus, cor
ticis raphani succus, mercurialis succus, bdellium, gal
banum, castorium, casia, ueratrū album & nigrum, her
ba lanaria, capparis folia cum oleo cocta acetum mul
sum, nitrum cum aqua calida infusum. Cæterū ex præ
dictis quædam ad pruritus, quædam ad ulcera, quædā
ad ea quæ in meatum inciderunt, aliqua ad sordis duri
tiem, item ad sonitus, & grauem auditum ac surditates
commoda sunt. Capitis itē doloribus, antiquis, & mor
bo comitali hæc profunt.

Quæ per nares purgant. Cap. CXL.

Per nares purgat caput, radicis betæ succus, elateriū
anagallidis cæruleū florē habētis succus, oleum irinū,
amygdalinum, cyclamini radicis succus, & ipsa arida
trita insufflata, piper nitrū, atramētū sutoriū, mel, thlas
pi, ueratrū albū, euphorbiū, herba lanaria, castoriū, cala
mintha, melāthiū, iris, marrubiū, anemone. Hæc uero
manibus admouentur, propter diurnas capitis affe
ctiones, & ad morbum comitalem, & oculos arqato
morbo infestatos. Item ad obtusum auditum ac uisum
& ad nariū obstructions antiquas, & in læso olfactu,
& ad eos qui caninam conuulsionem passi sunt.

Quæ humiditatem ex ore trahunt. Cap. CXLI.

Lentiscus & ipsius folia, & quod ab ipsa resinaceum
desiuit, mastiche appellatum, cum staphide syluestri, pi
per, granum cnidium, sinapi cum aceto mulso, & ac ni
tro gargarisatum multam pituitam euacuat: rumicis
radix cum aceto cocta, pyrethrum, capparis cortex, tæ
da, mel, oryganum, thymus, pulegium, hyssopum,
rhus cum melle, alumen, chalcitis, misy, myricæ fru
ctus, terebinthina cum melle, omphacii succus cum sil
phio, cyrenaicus succus, casia, & omnia quæ ori illis

ni solent. Cæterum quæ ualde efficacia sunt, in diūtur
nis affectionibus assumenda sunt, ore prius ex oleo
collato, ut ne acrimonia impediatur usum. Adhibenda
uero sunt hæc omnibus diurnis capitis affectionibus,
& hebetudini uisus, & graui auditui citra dolo
rem. Ad linguæ item ac gustus resolutiones, ad paro
tidias, anginas, pustulas capitis aut faciei, ad caninam
conuulsionem. At uero recurationis gratia, adhibēda
est postea aqua calida, sapa, aqua mulsa, lac micarum,
panis cremor, aqua pitifana succus.

Quæ lac generant ac mouent. Cap. CXLI.

Generat ac mouent lac in potu accepta, pitifana cū
foeniculo cocta præsertim uiridi: sin minus, cū semine.
Sed & ipsum foeniculum p se comestū, & anethū, sesa
mum, anisum, semen lini, cuminum, milii, farina cocta,
tritici decoctum, eruca uiridis, cucumeris semen: foris
autem illita uberibus prouocant & mouent lac, intesti
na terræ, nigella, fel tauri, ordeii macerati succus, portu
lacæ succus, adeps anserinus, cera, sulphur, recrementū
ferri. Hæc adhibentur in his quibus lac deficit.

Pulmonem ac pectus purgantia. Cap. CXLI.

Semen urticæ, dauci, apii, thymus, semen raphani,
in potu ac cibo accepta, item sinapi, sesamum, nastu
rium, erysimum, cardamomum, cucumeris semen, ni
gella, piper, ruta, polium, marrubium, baccæ lauri, ca
sia, aron, dracūculus, bulbus, cepe, allium, costus, amo
mum, spica nardi, sulphur, styrax, galbanum, terebin
thina, myrrha, opopanax, scilla, origanum, pulegium,
hyssopum, abrotonum, bryoniæ, radix, amygdalæ
amaræ, caricæ, uuæ passæ, nuces pineæ, maxime recen
tes, mel, sapa, uinum dulce, castorium, farina erui, pi
cearum nucleii, ammoniacum, bdellium, thus, silphiū,
& succus æris, aristolochia, baccæ iuniperi, stœchas,
porrum capitatum, cum pitifana coctum in cibo acce
ptum, ouum recens absorptum, butyrum per se, & cū

melle, glycyrrhizæ succus & ipsa radix. His utendum est ad anhelosas & erecta ceruice spirantes, & ad ueterem tussim. Pleraque uero ex ipsis etiam phthisicis & suppuratum pectus habentibus conueniunt, propter educationem eorum quæ in thorace collecta sunt, & ad ulcerum repurgationem.

De suffitionibus. Cap. CXLIIII.

Suffitus non commodi sunt omnibus affectionibus circa thoracem consistentibus: neque enim in sanguinis sputo idonei sunt, quum per acrimoniam eorum quæ suffiuntur uasa rursus aperiantur: neque his qui siccū morbum circa thoracem habent, uerum solis anhelosis & erecta ceruice spirantibus, & quibus thorax ob copiam frigidorum humorum infestatur. Utendū autem est suffitionibus toto corpore euacuato. Colocandus est homo, & ubi uestibus contactus fuerit, iubendus est crura disparare, & deorsum nuere, ut facies prope genua exsistat, atque ita os aperire, quo suffimento inter crura posito, fumū ore suscipiat. Præstat tamen per infundibulum fumum suscipere. Sunt autem suffimenta hæc. Castorium suffitum humidam & frigidam affectionem pulmonis ac cerebri sanat. Similiter aristolochia, bitumen, sandaracha, ladanum, lolium, palæ antiquæ, funiculus uetus, marina aqua maceratus, terebinthina, chamæleuce, calaminthe, styrax, mastiche, thus, erysimū, leporis sterus ac pili, dorcadis sterus, cucumeris syluestris radix, centaurium, foeniculi semē. At nos habemus suffumigium per experientiam cognitum, quatuor specierum, nimirum styracis, terebinthinæ, sandarachæ, mastiches, æqualibus portionibus commixtis. Hoc fidem reperit quod anhelosas, & suppuratas, & pleuriticæ affectiones sanet, itemque tussim, quemadmodum & quæ prædicta sunt.

Quæ tenuia intestina euacuant. Cap. CXLV.
Tenuia intestina purgat, fructus tithymalli, & semen ipsius

ipsius quantum guttæ quinque caricis. aut palmulis exceptæ, atriplicis semen, brassicæ succus, cicerum decoctum, thymbrae & polypodii decoctum, pulegii decoctum, uiticis folia, thymi decoctum, chamæpitys, butyrum recens assidue delinctum, chanae ualde coctæ ac comestæ, iusculo insuper absorpto, oleum omphacium potatum, rosaceum item ac ricinum. Agaricum cum aqua mulla, sed hoc cum molestia purgat: est. n. stomacho incommodum, eo quod leue sit, & stomacho innatet, aloe cum aqua frigida, aut aqua mulla, aut lactosa siue lactei teporis pota itemque; costo melle excepta ac deuorata, citra molestiam purgat, styrax terebinthina exceptus ac deuoratus, absinthium & abrotinum similiter. At uero tenuium intestinorum purgatio recentes obturationes, & crudorum humorum generationes, & lumbricos rotundos curat. His uero purgatis, etiam uesciæ bilem suscipientis meatus, qui ieiuno intestino inseritur, propriam actionem minime impediens perficit. Quin & inflationes & tormina uertiginosa ac uoluulosa horum purgatio perfanat.

Quæ sima hepatis purgant. Cap. CXLVI.

Polypodium, mercurialis cocta comesta, lathyrides cum aceto mulso, chamæleæ cum absinthio & aqua mulla pota, brassicæ succus, cyclamini radix, lactis segetis heiotropii, scorpiuri appellati succus, galli ueteris iusculum. Hæc auxiliantur diuturnis inflammationibus circa sima hepatis. Nam incipientibus profunt mitiora.

Quæ gibba hepatis purgant. Cap. CXLVII.

Anomi decoctum, flos iunci odorati, acori, radix, gentiana cum aqua, agaricum cum uino mulso. Est autem stomacho incommodum, radice lauri cortex cum uino rheon Ponticum, glycyrrhizæ, succus amygdalæ amaræ præsertim, absinthii, coma, anisum, foeniculi semen, spica nardi, radice quinquefolii succus, uiticis semen, dauci semen, petroselinum, centaurium, deco-

stum, pæoniæ fructus, sesamum torrefactum, lauri, palmularum ossa usta, symphyton, polygonum, erigeron, smyrnium, hipposelinum, anagallis ceruleum habens florem, fumaria siue chelidonia quæ in sepibus nascitur, securidacæ semen, cornu cerui ustum, mentæ succus & decoctum, calamintha, costus, fœnumgræcum modice frictum, baccanum, opobalsamū, radicis myrti syluestris cortex, ordeï cremor, lupini, phu, asarū, meon, pix. Hęc sanant diurnos circa gibba hepatis morbos, siue cum tumore aliquo sint, siue sola intemperatura adfit cum dolore, siue obturatio.

Splenem euacuantia. Cap. CXLVIII.

Veratrum nigrum, epithimum, polypodium, scopopendrium, pæoniæ radix, chamædrys decoctum item chamæpytos, centaurei præsertim minoris, pulegii decoctum, capparis cortex, colocynthidis cremor potus, mercurialis comesta, & decoctum ipsius potū, lathyrides cum aceto mulso potæ, chameleşa, aqua marina calida pota, ericæ fructus cum petroselino, uiticis semen. Hęc omnia splenem purgantia, etiā hepar ab obturatione liberant, & malos habitus, & hepaticas ac spleniticas, morbiq; regii & aquæ inter cutem affectiōnes generari prohibent.

Rhenes purgantia. Cap. CXLIX.

Omnia incisoria uī prædita, plantaginis radix & folia & semen, arida trita pota, asparagus myacanthinus pæoniæ radix, cicerym nigrorum decoctam, amygdalæ præsertim amaræ, eryngii radicis decoctum, damasonium, adiantum, apii semen, fœniculi, dauci, petroselinii, ammii, anisi, ligustici, asari decoctum, meon, phu, flos iunci odorati, seseli, acori radix, gramen, uitis lachryma & cortex, sanguis hirci aridus. Auxiliantur autem hęc pota post remissum inflammationum uigorē: dissoluunt enim duros tumores qui fieri parāt, & lapides generari prohibent.

Vesicæ

Vesicam purgantia. Cap. CL.

Vrinas à uesica ducit, acori decoctum potū, itemq; asari, oleum amaracinum, amygdalæ amaræ cum palaso potæ, radicis althææ decoctum, adianti decoctū hermatites lapis tritus cum uino potus, gallinarum stercus siccum, anchusæ decoctū, abrotoni, anisi semen, sanguis hirci aridus, atriplicis semen, artemisiæ decoctum aristolochiæ decoctum, sabinæ leuisime tritæ drach. una cum aqua mulsa, in nō febrientibus cum uino, balsami semen, glandis decoctū, bdellium, apii semē, bryoniæ radix, glycyrrhiæ succus, pulegium, pæoniæ fructus, dictamnium, dracunculus, abietis decoctum, rubiæ decoctum, serpillum, eryngii radix, heliotropium, senecio, menta, saluia, foliorum oleæ decoctum. Hęc non sinunt lapidum generationem in uesica fieri. Et crassities ac feculentas subsidentias. Insuperq; scabiosas & ulcerosas affectiōnes sanare solent.

Quæ glandi indantur ad prolestandas urinas. Cap. CLI.

Postquam uero repleta fuerit uesica urina, & conserui trahi non poterit, neque urinam exprimere, in glandē hęc indere solemus, nitrum aqua dilutum, muriā, fel, cyclaminum.

Lapides in rhenibus ac uesica euacuantia. Cap. CLII.

Hęc lapides frangunt, cardamomum cum cortice radicis lauri potum, cyperus, oleum amygdalinum, palasii semen, bdellium, fœniculi radix, libanotis, myrti syluestris folia, ceraforum fructus, prunorum succus, amygdalæ amaræ, rumicis radicis decoctum, seminis althææ decoctum, tribuli uiridis decoctum, adianti decoctū, uitis lachryma, apri uesica sicca, lithospermō, tectoris lithos, betonica, saxifraga, lapides in spongiis, electri.

Vterum euacuantia. Cap. CLIII.

Sanguinem ab utero ducunt iniecta & apposta

u s hęc.

hæc. Casia cum myrrha, calami aromatici decoctum, oleum amaracinum, uiola alba, thymi ac thymbræ decoctum, centaurii radix, & ipsum centaurium, opopanax, uiticis semen, amygdalæ amaræ, nucum regiarum, nuclei usti cum uino apposti, decoctum absinthii, itemq; succus, sampsuchus, fefeli, galbanum, lilii radix, chamepitys, artemisiæ decoctum, dictamnium, conyza foemina, rubiæ radix, urticæ semen cum myrrha, elæterium, ueratrum nigrum, lupinorum decoctum, raphani cortex, herba lanaria, adeps cerui recens, adeps anseris, resina terebinthina, fel taurinum cum mastiche, muscus qui & splanchnum & hypnon dicitur, cyperrus, unguentum irinum, succus cyclaminii, anchusa, gnaphalium, cuminum, silymbrium, helenium, saluia, heliotropium, mercurialis, granum cnidium, uua exemptis granis, foenum graecum, sesamum, nucleus baccaurum lauri, amygdali amaræ radix, cochleæ paruæ, lanæ succidæ, œlypum, lactucæ syluestris succus, porri, cepearum succus, calaminthæ folia. Tot quidem sunt quæ in pessos, hoc est, talorum formas excipiuntur, iniiciunturq; ac apponuntur. Vitandus tamen est asiduum usus eorum quæ inter ipsa sunt acriora. Solent enim ulcerationes inducere.

Quæ in potu sumpta menses ducunt. Cap. CLIIII.

At uero in potu accepta sanguinem ab utero ducunt pleraque quidem ex prædictis, & omnia quoque urinam cientia. Sed & erysimum & asarum cum aqua mulla, calamus aromaticus, alumen, castorium, cicerum decoctum cum pipere & ruta, radicis alphodeli decoctum in uino elixatæ, item pulegii in uino costii, radicis eryngii decoctum, abrotini semen, origani, thymi, thymbræ, rutæ decoctum, foeniculi decoctum, crethmon, cuminum, sinapi, marrubii semen, & succus, & decoctum, smyrnium, sion, oreoselinon, dauci semen, thlaspi, nigella, uiolæ albæ semen, carpobalsamum

samum, pæonia semen, bacca lauri, myrrha, cardamum, cyclaminus, sagapenum, galbanum, semen scœniculi, spica nardi, mercurialis, costus, styrax, centaurii magni radix, sabina, iris, aristolochia, bryoniarum flos & succus, radicis rumicis decoctum, artemisia, dictamnium. Singula ex his costæ cum uino, aut trita & pota, sanquinem ducere creduntur. Conueniunt autem hæc his in quibus purgationes impediuntur, uel guttatum purgantur, aut oclusio uteri adest. Auxiliantur autem & declinationibus, & recurribus sursum uersus & stranguinationibus uteri.

Quæ stercora euacuant. Cap. CLV.

Stercora euacuant styrax deuoratus, mastiche cum aqua frigida trita pota, scrupulorum xii. pōdere, aloes drach. i. terebinthinae cochlearium, sinapi, allium cum oleo & garo seruefactum, ficus cum nitro, enci seminis medulla. Omnia uero prædicta ad tenuia intestina commoda, etiam magna intestina purgant.

Lumbricos educentia. Cap. CLVI.

Lumbricos rotundos & latos & ascaridas expurgat ea quæ de tenuibus relata sunt, in potu accepta proprie uero expellit ipsos, auriculæ muris succus cum melle potus, aut cum zytho, utriusq; cyathi mensura. Senecio in cibo decoctus, santonicum cum fico comestum, abrotini decoctum, intestina terræ trita costæ cum passo pota.

Sudores excludentia. Cap. CLVII.

In potu accepta sudores excludunt, cuminum, bacca lauri, anisum, uitex, serpillum, calamintha, polium, raphani cortex, comestus, costus, silymbrium, dictamnium, artemisiæ, cardamomum, libanotis, mel, lac bubulum, casia, iunci odorati decoctum, succus cyrenaicus, cicris magnitudine deuoratus in infrigidioribus morbis, chamædryes, castorium cum aqua mulla, centaurii magni radix, radicis capparidis cortex, ligusticum, petroselinum, nigella. Hæc aliquando cum uino, aliquando

do cum uino multo bibuntur, & sudores mouere creduntur. Sed & pituita comesta sudores citra molestiam cient. At uero forinsecus illita sudores mouent, nitrum cum oleo, unguentum irinum, anethinum, chamæmelinum, laurinum, raphaninum, scionium, myrobalaninum, althæa, costus, balsamum, aristolochia, casia, calamus aromaticus, libanotis, singula cum oleo cocta. Suffita uero sudores mouent, castorium cum pulegio, semen balsami, bdellium, uiticis semen. utendum est his ad morbum regium, et ad eos qui ob frigiditatem, aut cutis adstrictionem, non sudant.

Quæ euacuant & corrumpunt pediculos omnis generis circa corporis superficiem. Cap. CLVIII.

Sandaracha, aristolochia, staphis sylvæstris, sulphur uiuum, cinamomum, calamus aromaticus, casia, pyrethrum, cinis quercinus, cucumeris sylvæstris radix.

De infusionibus sedis. Cap. CLIX.

Plurima mala quæ in perniciem animalis generantur, propinat uentris suppressio. Sequitur enim ad ipsam uentris adstrictionem, capitis grauitas & uertigo, euersio stomachi, lacinatio uomitoria, nauseæ; ac prostratus appetitus, oris siccitas & amaritudo, ructus iniucundi, ac uirosi spiritus graueolens, somni suspensio, ac iniucundi, inflationes, tormina, uoluuuli. Generat item plenitudinis, & articulares, podagricosq; ac coxædicos morbos, omniaq; auget, & maligniora ac diuturniora mala efficit. Aliquando uero etiam perniciofa ac lethalia. Contingit autem infusionum per sedem usus est in aliis affectionibus, quæ ex parte mentione faciunt. Ex infusionibus igitur quæ iniiciuntur aliæ simplices sunt & teneræ aliæ acres, aliæ uero alium usum ac uim habent. Ex simplicibus igitur, aqua calida ipsa per seipsam facit, eliciendorum stercoreum gratia, in continuis febribus, malignisq; ac æstuosis, & in his qui ex longa imbecillitate uires recolligunt, in quibus

diffi-

difficiles secessus fiunt. Calidiorè autem immittimus, inflat enim tepida. Verum aqua & oleo utimur in detentione duriorum stercoreum, & in his qui ulcerosum ac mordacem sensum circa intestina habent. Vitare tamè aquam & oleum oportet, ubi capitis grauitas fuerit, aut stomachus subuertitur, aut prostratus appetitus obtinuerit. Rosaceum autè pro oleo cum aqua insectum, aptum est in æstuosis febribus, & feruoribus excellentibus circa media, & maxime circa colum. Caput autem complet, & minus lubricum est quàm aqua & oleum. Immittè dum est autem rosaceum quarta aquæ parte. At uero cum ouo & pituitæ succo iniicimus rosaceum in æstuosissimis febribus, aut ubi mordacitas circa intestina ad est. Chamæmelinum uero oleum, & oui luteum ac candidum, cum pituitæ succo infundimus ad noctem, in ardentibus febribus iubentes ipsum continere per totam noctem. Nam & somnum iucundum inducit, & causas febris sequenti die secum educit. Butyrum uero cum aqua insectum morsus & tormina mitigat. Modicum autem esse oportet in his butyrum. Facit & ad eos in quibus propter inflammationem intestini recti detinentur stercorea, & in sordidis ulcerationibus circa intestinum. At foenigræci decoctum ex aqua citra pinguedinem infundatur in febribus ex pituita accensis, & in mollibus ac mulierosis corporibus, & in intestinorum morfu. Caput autem abunde complet. Quapropter non utendum est eo, nisi caput à læsione fuerit alienum. Maluæ autem decoctum cõuenit in torminibus ac moribus, & præsertim si durum subest stercus. Seminis lini uero decoctum in corporibus ac morbis siccis cõuenit. Vtile est & moribus & nauseabundis, & ualde sitientibus. Caput autem complet quidem, non similiter autem uelut foenumgræcum. Pituitæ uero succus stercorea dura dissoluere potest, & intestina extergere, & morsus mitigare. Alicæ succus morsus

qui

quidem mitigat, maxime uero conuenit cardiacis, & qui ex animi deliquio exoluuntur. Nam ad hoc quod nutrit, etiam uires reficit infusus. Insuperq; lubricitatē subiectis stercoribus exhibet. Furfurum succus febris siccis, & doloribus colicis, & intestinorum ulcerationibus commodus est. Exterget enim absq; morsu. Portulacæ succus febris accomodatissimus est, in moribus ac feruoribus, tum aliis, tum in quibus propter durorum ac acrium stercorum excretionem. anus aut intestinum rectum læsum, ignis sacri affectionem incurrit. Verum in his miscere ad succum oportet & ouum, & rosaceum. Sed & per se succus portulacæ cōmodus est, ubi sacri ignis ardor in profundo circa intestina consistit. Lac iniicitur, ulceratione & inflammatione circa intestina consistente. itemq; in rhenibus & uefica atque utero. Serum lactis infusum, egregie stercus educit, & omnes supfluitates in intestinis repertas expellit. Exterget etiam fordiora intestinorum ulcera: Verum citra coagulum paretur. Oleum per se immisum calidum, commodum est inflammationis intestinorum. Idoneum est etiam in extreme senibus, in quibus stercus induratur. Aqua mulsca conuenit infusa in maitioribus febris, & in mulierosis corporibus, & in decrepitis, quibus intestinum rectum aut cōlum perfrigescitum est. Rutæ decoctum, item anethi, & cumini cum oleo, dissoluit flatu. quapropter colicis immittitur. Oportet autem in his esse duas partes decocti, & unā olei. Fœnigræci succus butyro & terebinthina ammixtis, ita ut sit de utrisque quarta pars succi, maxime mitigat tormina, siue concussiones circa intestina. Nā & diu intus manet citra mordacitatē, & superfluitates educit citra turbationem. Vtilissimus est etiā ad uteri morsus. At ptisanæ succo miscetur butyrum & melis ualde parum, & fit commodus in detentis stercoribus propter intestinorum ulcerationem, & in for-

didis

didis intestinorum ulceribus. Rutaceum oleum cū butyro & terebinthina, utiliter infunditur in colicis doloribus. Aliquando uero picis liquidæ drachm. iiii. aut bituminis drachm. iiii. cum rutaceo oleo terentes infundimus, & sedat dolores, & pituitam euacuat citra molestiam. Aliquando uero lanas sordidas in uino dulci coquimus, & excolamus, atque hoc ipsum oleo rutaceo ammixtum infundimus & coli dolores sedat, ita ut sint uini mensuræ tres, olei uero duæ. Si uero neruorum ex quibus testes pendent, aut uescicæ dolor affuerit, etiam petroselinum leuissime tritum rutaceo oleo inspergatur. In doloribus uero abscessuum, aut doloribus ulcerosis in intestinis, butyrum cum manna thuris immittimus. aut medullam cerui, aut uitulū cum oleo. Vbi uero frigidi fuerint morbi, & dolores lenti, galbanum cum butyro iniicimus, ut sit galbani drach. una, butyri sexcunx. Aut styracis obolis tres cum butyro. Caterum acris infusus utimur in ischiadicis, lethargicis, erecta ceruice spirantibus, & frigidis morbis, & ad eos qui lethale pharmacum acceperunt, & in his quæ propter frigiditatem, aut concretionem in grumos, occidunt. Proinde in frigefactis toto corpore, syderatis, ischiadicisq; ac nephriticis, castorii obol. quatuor, tritos cum oleo immittimus addito modico sale. Verum pro sale nitrum addimus, quum bis aut ter promptitudinem ad excernendum. facere uolumus. Sal etenim acruatim quidem mordet, non perseverat autem diu ipse morsus. At nitrum caput male afficit ac replet, & stomachum euertit, quale, nihil salū adest. Efficacia autem sunt ad paulo ante relatos, garum à siluro, marina aqua, muria, decoctum centaureæ, colocyinthidis, aristolochiæ, cucumeris syluestris, radices, agarici, thymi, chamæpityos, seminis rosmarini. Hæc enim & sanguinem ducunt, & hoc ipso affectiones leuant.

De

Glandibus subdititiis utimur, aliquando ob ægrorum imbecillitatem, qui infusus uti non possunt. Aliquando propterea quod stercorea sint apud intestinum rectum, & infuso non habeant opus, præsertim in febribus uehementibus ac ardentibus, & materiam sursum repentem habentibus, in quibus nocuus est infusionis usus. Nam in his absque omni molestia educuntur superfluitates insitæ, per glandes subditas. Commodæ sunt etiã omnibus frigidis capitis affectionibus, altiore somno pressis ac deliris. Contingit etiam ipsorum usus sæpe in quibus non excernitur id quod per clysterem immissum est. Præparantur autem diuersimode glandulæ ipsæ. Nam & ex melle cocto, & sale tosto, & nitro præparantur. Et ex cumino & ruta nitroq; ac melle cocto, in quibus inflatio magis infestat. Sed & thymus tritus cocto melle excipitur. Et cyclaminus trita cum melle. Et absinthium, aut abrotonum, aut lupinorum farina cum melle. Hæc autem glandula ad lumbricos commoda est. Aut hyssopum & tragoriganum & epithimum cum melle. Hæc in stomachi subuersione utilis est. Aut granum nidium cum resina sicca siue melle cocto. Aut pyrethrum cum resina sicca. Aut sinapi cum sicca resina. Aut centaurium cum pice & cera. Hæc commoda sunt in partium resolutione. Aut bitumen, radicis panacis parum, hyssopum, galbanum, & resina sicca. Utilis est hæc glans ad resolutos toto corpore, propterea facultatem excernendi debilem habentes. Facit & in resolutione intestini recti. Facit ad ascaridas. Postest autem pro melle resina sicca in usum assumi, aut pix, aut ficus pinguisima trita, aut uua passa exemptis granis, aut sapo. Optima uero glandula sit ex foliis mercurialis uiridibus tritis ac efformatis, & siccatis. In infantibus autem etiam grumus salis inditur, cepaq; ac porrum capitatum.

De tomentis

Sæpe etiam opus est aliquid subdere, in his qui scissuras aut condylomata in ano habent: dilaniantur aut hæc à glandium duricie. Vnde cogimur tomentis pro illis uti. Materia uero horum sunt omnia ante relata, quæ trita cum melle, & tomento siue flocco excepta ano induntur.

Bonus est aer in omni tempore qui exacte purus est. Talis autem fuerit is qui non ex stagnorum aut palustrum locorum euaporatione turbatur, neque ex barathro quopiam uenosam auram concipit. Velut uerbi gratia. Si ex quibusdam cloacis magnam ciuitatem expurgantibus conturbatur, malus est. At uero & qui nebulosus est, non est bonus. Quemadmodum etiam qui in regione caua undiq; altis montibus includitur, malus est & æstuosus ac strangulatorius. Qui uero in montibus altisq; regionibus est, & nullam auram suscipit, salubrior est, commodus erecta ceruice spirantibus & tabidis, & omnibus thoracis ac capitis affectionibus. At qui in humilibus regionibus purus est, commodus est animo deliquentibus ac senibus. Marinus uero hydropticus & fluidis affectionibus, & præsertim frigidioribus utilis est, & neruis per consensum affectis, & prostratæ appetentiæ. Qui uero in petrosis locis est, hyeme quidem grauis est, frigidus enim est: ætate uero æstuosus est. Malus est etiam qui ex metallis exhalat. Qui uero ex argillosis, stomachum exoluit. At ex locis terræ fuluæ, magis priore siccatur. Optimus autem est ex terra nigra. Sed & circa anni tempora, mutationes aeris sunt. Et uerno quidem tempore humidus & calidus est aer: ætate uero siccus & calidus. Autumno frigidus & siccus, hyeme frigidus & humidus. Rursus autem in singulis temporibus tres differentiæ sunt prima, media, & ultima. Media itaque sincerissimum temporis tem-

A E T,

x

peraz

per amētūm habent. Prima uero & ultima à uicino tē pore imminuuntur. Sed & luna secundū mensem quatuor differentias in aere operatur. Primus igitur septenarius à nouilunio usque ad septimā diem, similis est ueri, humidus & calidus existens. Secundus uero septenarius usque ad plenilunium, ætati similis est. Tertius sextenarius decrescente luna, autumnō. Quartus & ultimus, hyemi. Sed & singulis diebus differentia aeris fiunt. Matutinum enim tempus humidum est & calidū, uelut uer: Quapropter etiam corpora tum sanorum, tum ægrotorum remittuntur, ut etiam febrientibus hoc tempus facillime toleretur. At medium diei ætati assimilatur. Crepusculū autumnō, uespera hyemi. Quintus & nonus prima pars ueri assimilatur, media ætati, & reliqua consequenter.

De uentis, Adamantii Sophistæ. Cap. CLXIII.

Quandoquidem uero ex terræ exhalationibus uentū generatur, etiā de his paucis tractandum est. Vētos quidem parturit terra. parit autem fuliginosas exhalationes. Nam caliditas humiditati inuoluta, sicciore exhalationes, & uelut fuliginosas faciēs, uentos generat. Sic etiam autem exhalationem nunc accipe ad cōparationem aliorum, uelut si uinum siccius dicamus. Vniuersales uenti duodecim sunt numero. Oriētales tres, eurus, subsolanus, cæcias. Occidentales tres, aphricus, fauonius, thrafcias. Vnus autem meridionalis appellatus auster, & unus septētrionalis boreas: ut sint relati octo. alii uero quatuor inter relatos medii sunt & ab angulis mūdi excitantur. Inter oriētē & meridiē. Euro auster. Inter meridiē, & occidētē, Aphricus auster. Inter orientē & septentrionē. Aquilo. Inter septentrionem, & occidentē, Argestes siue circius: ut sint omnes uniuersales. xii. Alii uero quæ uernaculi sunt singulis regionibus, spiritus existunt. At uero alia exhalationes ex terra fientes, humidiores his sunt quæ uentos generant. Si quidem igitur

igitur modica & tenuis fuerit exhalatio, uapor nubilosus generatur. Si uero amplior & crassior, caliginosus. Si uero adhuc crassior, tenebrosus. Plurima uero ac crassissima humiditate exhalate, uapor diffunditur in ambientē rososus. Ex his quatuor exhalationibus cōcretis rores & imbres fiunt ac deferuntur: congelatis uero pruinæ, & niues, & grandines, pro frigoris qualitate ac quantitate. Nulla uero harum uentum genere solet, quum segnes sint & impetu careant. Et humida quidem exhalatio quæ uapor appellatur, rores & imbres facit. Sicciore autem facit uentos, & est sicca humidæ contraria. Quomodo uero sæpe simul: imber & uentus fit: dicimus, quia ex alio atque alio loco afferuntur. Quoniam uero ex diuersis latitudine locis contraria exhalationes fiunt, tunc & pluit & flatus fit. Cur autē aliquando post pluiam uenti fiunt, aliquando post uentos pluuia sequitur: dicimus: Quoniam caliditas in terra non habet in illo tempore humorē quem accēdat, & propterea manet ociosa. ubi uero arripit pluuiale humiditatem, efflorescit: & per materiam incensionem fuliginem excitās uentos efficit, qui iam sanē cōsumpta pluuia nube, manent in serenitate spirantes, aut impellunt id quod ipsos genuit. Pluuia itaque hoc modo uentos generat. Ventus autem pluias hoc modo generat. Ostendimus quod cōmunis est caliditas utriusque exhalationibus. Verum humiditas quantitate diuersa est. Quum igitur multa fuerit caliditas, larga uero humiditas, tunc appropinquan- tem humiditatem in superficie exurit, & fuliginem simul ac uapores facit. Transpirans autem caliditas ex multa humiditate paulatim imminuitur, & non amplius humiditatem exurit, sed diffundit, & uapores pro fuligine facit. Atque sic succedit imber post. Et sæpe ad multos dies obtinet pluuia calido exoluta, & non amplius materiam exurere potēte. Cur autē multi & assidui boreales ac anniuersarii uenti in ætate fiunt: Quoniam

sol sub boreali polo plurimam reperiens humiditatem, partim in niue, partim in aquis congelatis, & hæc paulatim eliquans, diuidit quidem in fluuiorum ac stagnorum generationem, effundit autem & fontes in terra. Et propterea multas exhalationes efficit, quas in flammam exurens, unã cum caliditate multo tempore in terra occultratis, fuliginosas ipsas reddit, & quæ exurit ad uenti diuturni fluxum paulatim redigit. In comuni igitur omnis uetus longiorem aeris fruitionem exhibet corporibus, uiolento motu aerem inducens. Porro locales uenti similes sunt locis ex quibus spirant, à salubribus locis, salubres, à morbois, morbois. Quare ex relatis de aere, etiam de his coniectare oportet. Quo uero in summa dicamus, omnes locales uenti uniuersalibus morbosiores sunt. Nam corpora inæqualiter afficiunt, neque totum aerem commouentes, neque per totum diem spirantes. Maxime enim locales uenti circa matutinum solum tempus spirant, quos nauæ Apogeos, uelut à terra eleuatos appellat. At ex uniuersalibus uentis hi qui à meridie spirant Austri appellati, calidum temperamentum habentes semper, sermè etiam humidi sunt. Transmutantur autem ad tempora anni, & sunt calidi ac sicci. Et propterea uarios morbos generant. Boreales uero frigido sunt temperamento, & ideo omnium uentorum saluberrimi, & præsertim in calidioribus ac carnosissimis corporibus. At uenti orientales uehementissimi sunt, & morbos à siccitate contingentes efficiunt. Occidentales autem humidi sunt ac lenes, & corporibus nostris magis familiares.

De accessione ac significatione stellarum. Cap. CLXIIII.

Quandoquidem etiam stellæ in cœlo orientes iuxta tempora à Deo ipsi ordinata, & similiter occidentes, aera mutant, ut contingat ex hoc etiam uentos alias

alias aliter spirare. Necessarium duxi hic tempora indicare, in quibus earum quæ palam aerem alterant, ortus & occasus fiunt. Nam sanorum corpora, & multo magis ægrotorum iuxta aeris statum alterantur. Mense Martio qui Dyfros græcis est, equus mane oritur decima nona die. Mense martio die xxiii. æquinoctium uernum est, & maxima aeris turbatio. Mense aprilii hoc est Xantico, prima die intempesta nocte pleiades apparent. Mensis april. xix. pleiades uesperii occultantur. Mensis april. xxi. pleiades cum solis ortu oriuntur, & est maxima circa aerem turbatio. Mensis aprilis. xxvii. orion uesperii occultatur. Mense artemisio, hoc est Maio, prima die hyadas simul cum solis ortu oriuntur. Mensis Maii quarta, lyra uesperii oritur, & aer multum alteratur. Mensis Maii sexta, Capra mane oritur, & ualde alteratur aer. Mensis Maii septima, pleiades mane apparent, & aer sedari incipit. Mensis Maii xix. hyades mane apparent, & aer ualde alteratur, pridie autem nudius tertius eius diei. Mensis Maii xxiiii. capra uesperii occultatur, & nudius tertius eius diei aer mouetur. Mensis Iunii secunda, aquila uesperii oritur. Eiusdem sextæ arcturus occidit. Nona delphin uesperii oritur. Vigesima quinta orion mane oriri incipit. Sunt autem solstitia æstiuæ, & aer tribus diebus antea ualde alteratur. Mensis Iulii tertia orion totus oritur. Decima quarta procyon, siue canicula mane oritur. Decimanona canis oritur, & contingit maxima aeris turbatio, aliquando etiã nudius tertius eius diei. Vigesima quinta aquila mane occidit. Mensis Augusti decima quinta lyra mane occidit decimanona delphin mane occidit. Et est mutatio ætatis ad frigiditatem. Vigesima octaua uindemiator mane oritur, & malus nauis occidit. Et est finis dierum post exortum canis. Mensis Septembris septima capra uesperii oritur. Decima septima arcturus oritur, & alterat sequenti die aerem. Decimanona spica mane oritur.

Alteratur aer duobus diebus antea. Vigesima quinta æquinoctium fit autumnale, & est maxima aeris turbatio tribus antea diebus. Quare cauendum est ne uenâ secemus, neq; purgemus, neq; aliâs corpus uehementi motu moueamus, à decima quinta septembris usq; ad uigesimam quartam eiusdè mensis. Mensis octob. sexta corona mane oritur, & est uehemens aeris turbatio. Septima hædi uesperis oriuntur. Decima septima hyades uespere oriuntur, & magna fit aeris turbatio. Vigesima tertia una cum solis ortu pleiades occidunt. Et contingit pridie maxima aeris turbatio. Mensis nouembris sexta pleiades mane occidunt & incipit aer sedari. Undecima lyra mane oritur. Vigesima prima hyades mane occidunt, & sequenti die turbatio fit circa aerem. Vigesima septima orion oritur, & corona occidit. Mèsis decembris prima, canis mane occidit. Obseruatum est autem à multis, quod si tempestuosa fuerit hæc dies, perseverat pleriq; turbatio aeris ad dies xxxvii. Si uero serena fuerit per tot dies serenitatem fore significat. Decima hædi mane occidunt. Undecima capra mane occidit, & perturbatio aeris fit postrius die. Vigesima tertia solstitium est hybernum. Mensis Ianuarii quarta delphin oritur. Quinta Aquila uespere occidit, & fit turbatio uehemens post duos dies. Vigesima quinta illustis stella in leone occidit. Mensis Februarii sexta fauonius spirat. Vigesima secunda malus nauis uesperis occidit, & est turbatio aeris magna. Vigesima quinta Arcturus uesperis oritur. Vigesima sexta hirundines uolant & apparent.

De Aquis ex Ruso. Cap. CLXV.

Aquarum potabilium quinque sunt uniuersales differentie, pluuia, fontana, puteana, fluuiialis, stagnina. Ex his apparet aqua pluuia leuissima & facillime mutabilis, & in aliis affectionibus potu optima; si statim excipiat ac coletur. Verum febribus & his qui bilem superne

superne ac inferne redunt, & regio morbo incommoda est. Mutatur enim facile & in bilem transit. Idonea uero est oculariis medicamentis, ad fluxus aut ulcera destituta. At his quæ uisum acutiorem reddunt inepta est. Itemq; ad metallicorum pharmacorum loturam. Adstrigunt. n. amplius q; fontana. Quare neq; extergat, neq; coquoat, neq; madefaciat, & excretionem impedit. Diuturnior autem acerbior fit, & difficilius transit, & ægrius discernitur, tardius item concoquitur ac digeritur. Generat autem destillationes præsertim si frigida bibatur. Fontanæ uero aquæ quarum fontes ad septentrionem erumpunt ex petris stillantes solem auersum habent, incoctiles ac tardi transitus, sunt, & tarde calefiunt, ac frige faciunt. Quarum uero fontes ad orientes erumpunt, & per meatum quandam aut terram puram excolantur, calefiuntq; ac frige fiunt citissime, hæc optimæ sunt, nisi ex cloacis quibusdã uitium ipsis accedat. At puteana frigida est, terrea, difficulter excernitur, egre digeritur, & propterea ætuso stomacho aut uentri commodior est q; fontana. Fluuiales autem aquæ & stagninæ oes malæ sunt. Nili aqua excepta, hæc enim omnibus uirginitatibus exornata est. Nam & in potu iucunda est, & moderato tempore in aluo moratur, sitimq; extinguit, & si quis frigidam bibat, minime molestat, & ad concoctionem ac digestionem utilis est. Unde concinnum, & robustum, & bene coloratum corpus facit. At aliorum fluuiorum aqua ægre concoquitur, siccatur, & siticulosa est, & præsertim si uitiosas aliquas regiones pertranseat. Meliores autem sunt fluuii, qui per fontes perpetuos fluunt, & aliis fluuiis non miscentur. Stagnina uero aqua, propter coenofam circumferentiam, limosa & grauis est: & propter stationem ac immobilitatem, uelut mortua & putrefacta. Quare nunq; alia præsentem aquam exhibenda est hæc debilius. Porro iuxta terram quoque ac regiones, plurimæ aquarum differentie fiunt.

Verum ut in summa dicam, quæ gustui cōgrua est, cui inhabitatorum experientia testimonium præbet, optima censenda est. Nam quæ cito calefcit ac frigescit, & facile carnes ac alia omnia coquit, ea etiam cibos in uentre concoquit. Quæ uerò aquæ adstrictio nem, aut falsedinē, aut nitrositatem, aut crassitiem, aut aliud quid in gustu detegunt, malæ sunt. Itē quæ gra uolent, & quæ concretionem superstantem habēt, & subsidentiam foetidam ac solidam, & quæ instar lapillorum æreis uasis adhærent, & quæ hirudines nutriūt, aut talia quædā praua animalia: & itantes, & palustres, & quæ sunt in metallis auri, & argenti aut aluminis, aut sulphuris, aut similibus. Et quibus radices insitæ sunt, in cōmodæ sunt. Et quibus uicinæ sunt calidæ aquæ sive spontaneæ erumpentes, oēs tales malæ sunt. Optimū igitur fuerit talem aquam præcoquere in fictilibus uasis, & frigefacere, & rursus calfactam bibere. Cæterum in peregrinationibus aut exercitu, fossæ consequenter faciendæ sunt, ab altissimis locis ad decliues, & per has ducenda est aqua, ita ut in totas fossas terra dulcis ac pinguis mittatur, ex aqua fictilia fiunt. Semper. n. in fossis relinquitur aquæ malitia. In summa omnis aqua tarde transit, ægre concoquitur, & flatuosa est, & præsertim frigida destillationem facit. Si uero ab acceptis in cibo oleribus quis aquam bibat, maius est periculū, ne homo tenuia capitis ulculcula, & scabiē, & lepras, pustulas, impetigines, surfures, putrida ulcera, herpes, satyriales, aut ex his aliqua incurrat, & ad hoc urinas mordaces talesq; etiam egestiones habeat, & præsertim si nitrosa fuerit aqua. Incommoda est etiam thoraci, arteriæ ulceratæ, nitrosa aqua, rhenibus item ac uesicæ & omnibus ulceribus. Emendant autem nitrosam aquam, cibi hebetantes ac uinum. Crassam uero, secantes & attenuantes, uelut sunt allia, & similia. Aluminosam, uinum tenuissimum, omnia urinā cientes,

tia,

tiæ, & omnia excretionem impellentia. Videtur porrō aqua conuenire capitis doloribus, hebeti uisui, comitiali morbo, articulari morbo, tremulis, resolutis, per se, & cum melle pota. Commodior est autem his quæ ab utero strangulantur, & qui bilem generant nigram sive flauam, à quibus os uentris roditur & robusto uentri, ac intestino ieiuno, & iuuenibus exudantibus carnosiss, & omnibus pinguis, & nimium purgatis, & ex uulnere sanguinem fundentibus, aut ex naribus, aut alio loco. Commodat & æstuosæ feбри tempestiue data. Conuenit etiam his qui assidue in somnis semen effundunt, & qui aliās feminis profluuiō laborant, in potu accepta: quanquā proficit et in ipsa natate, ex eaq; profundū conuenit mulieribus è fluxu, aut pica laborantibus. Conuenit singultientibus, & oris graueolentiam habentibus frigida pota. Tepida uero conuenit morbo comitiali, capitis doloribus lippientibus, gingiuis dentiū corrosis, dentibus perforatis, gingiuarū abscessu sui, & gingiuis cruentis, faucibus ulceratis, tonsillarum morbis, fluxioni capitis, atræ bilis feruori, bili superne ac inferne erumpenti in principio, & uomētibus in feбри biliōsa. Conuenit et tepida aqua quum frigida impedimentum fuerit, & his qui ulcera habent circa septum transuersum & sanguinem spuentibus, & rupturis in succingēte costas mēbrana. At uero calida aqua conuenit, ubi oportet excretionem præparare, & ubi quid attenuare, & ubi diffundere, aut liquefacere, aut mollire, aut eluare, aut concoquere, aut discutere uolumus. In uniuersum igitur calida pota hæc potest. Particularem uero, mucum ducit, & sreatum adiuuat, & dolorem omnem mitigat, & præsertim in præcordiis ac intestinis ructū mouet, & flatum prouocat, urinam ac secessum ducit. Bona est et ad concoctionem, ac digestionem, & nutritionem, atque augmentum. Menstrues ducit, neruis & conuulsionibus idonea est. Pleuriō

x s tidi

tidī item ac peripneumonīæ & anginæ . An uero nutriat, aut non nutriat, & an sit alimenti uehiculum, non est propositum hic quærere . Quod uero dicere necessarium est, hoc est, quod sine aqua alimentum concoqui non potest : Sicut neq; citra aquam quicquam commode coqui potest . Cæterum aqua lixiuii potulenticis prodest . Et si quis panē cum tali aqua præparatum ipsis præbeat, multum prodest .

De Balneis. Ex Galeno. Cap. CLXVI.

Balnea quædam sunt dulcia, quædam qualitatis exortia, quædam qualitatem aliquam habent . Et quæ aliã quãdã qualitatem habent, partim ex nostro studio uim habent, partim naturalem uim per se possident . Primum igitur de dulcibus dicendum est , quãdoquidem horum usus frequētiore existit . Dulcium itaq; aquarum uis humida & calida est, siquidē fuerint temperatæ . Si uero tepidæ fuerint, humida & frigida . Si uero calidiores æquo factæ fuerint, calida quidē ipsarum uis est, nõ autem similiter humida . In horrescere enim cogunt corpora, & meatus ipsorum densari, ut neq; extrinseca humiditate fruantur, neq; ex internis superfuitatibus quod euacuetur . At enim à temperatis incipiendum est . Temperatæ itaq; semper humectant per seipsas ac calefaciunt . Contingit autem ipsas aliquando aut discutere humiditates ex corporis quibusdam partibus, aut molire, aut concoquere, aut corroborare uirtutem, aut dissoluere . Ad hæc tamen etiam quantitas ipsarum nõ parum confert . Commoda uero sunt talia balnea, dulcia, inquam & temperata, in febribus siccis & humoris exortibus & præsertim in immodice sitientibus , & in forti insolatione, & in pustulis scabiosis . Oportet autem & aerem balnei humidum efficere pauimento & parietibus atque conspersis . At uero calida ex nostra industria parantur balnea, quum frigiditatem infestantem sedere uolumus, aut lassitudinis affectum, aut conuulsionem,

tionem, aut dolorem mitigare . Fiunt autem calida, calfactoriis quibusdam aquæ immixtis, uelut pulegio, origano, hyssopo, thymo, thymbra, saluia, foliis lauri, pyrethro, chamæpity, panacis radice, rosmarini semine, & similibus . Balneis autem discussoriis utimur, aut habitum corporis graciliorem reddere uolentes , uelut in pinguibus, & ex affectione tumefactis, aut toto corpore, aut aliqua parte, uelut abdomine, testibus, pedibus, uelut in hydropicis contingit . Utimur etiam in fluidis ulceribus, propter subiectam in toto corpore multitudinem, aut uariis ulceri subiectis . Fiunt autem discussoria balnea, iniectis aquæ talibus quibusdam, quæ talia sunt, sal, nitrum, aqua marina calefacta, & mel aquæ ammixtum, aut staphis sylvæstris cocta cum aqua ex cinere ficulneo aut uris percolata . Item bacca iuniperi cum eadem aqua cocta, & sulphur eadem aqua elutum, adarce & alumen cum eadem coctum . At uero molibus, & lenibus balneis utimur, in inflammatione ac duritiæ quadam partium . Talia autem sunt malua in aqua cocta, tum hortensium, tum sylvæstri, & semine lini, & scœnigræci, & meliloti . In fluidis autem inflammationibus, plantago aut polygonum aquæ incoquitur, aut malicorium, aut rubi folia . In conuulsionibus autem inflammationem minantibus, utimur his quæ iam relata sunt in inflammationibus absque fluxionibus . Maxime uero prodest his aqua & oleum, in quibus malua scœnumgræcum ac semen lini sunt incocta . Si uero duritia est citra inflammationem, prædictis discussoriis utimur .

De balneis naturalibus. Archigenis. Cap. CLXVII.

Ex balneis naturalibus quædam sunt nitrosa, quædam salia, quædam aluminosa, aliqua bituminosa, aliqua sulphurulenta, aliqua ferri, aliqua æris qualitatem habent . Quædam uero ex his composita sunt . Horum autem omnium uis est, siccare . Aliqua uero

vero unā cum hoc quod siccant, etiā strenue calfaciūt. Quādam unā cum siccando etiam adstringunt, uelut Aluminosa, ex parte uero etiam salſa, & quæ aris qualitatem habent. Omnia autem sunt comoda humidis & frigidis præter naturam corporibus, & talibus morbis diuturnis. Quapropter conueniunt morbo articulari, podagre, resolutionibus, nephritidi, anhelosis, fracturis calli inductione egentibus, ulceribus fluidis, inflammationibus diuturnis, & iam induratis. Et nitrosa quidē ac salſa capiti cōueniunt, & thoraci fluxionibus uexato, & stomacho humido, & hydropticis, & tumori bus omnibus. Aluminosa uero, sanguinis reiectioni, stomacho uolenti, & his qui immodice ab hæmorrhoidibus euacuantur, & foeminis quæ inordinate purgatur, aut nimium purgantur, & quæ citra manifestam cām frequēter abortiunt. Proſunt & his qui immodice exudant, & tarde concoquunt, et tumoribus furarū. Cōmodant etiam uaricibus. At sulphurentia & neruos molliunt, & tenasmi dolores mitigant. Verum stomachum exoluunt ac subuertunt. Purgant autem cutem & propterea conferunt utilitatem albæ ac nigræ, lepræ, scabiei, impetigini, & ulceribus antiquis, articulorum fluxionibus, spleni indurato, hepaticis; ac utero, resolutis, coxendicū morbo, & pruritu. Bituminosa uero caput replent, & sensuū instrumenta lædunt. Perseueranter autē calfaciunt, & cum tempore molliunt, & præsertim partes circa uterum & uescicam collō. Quæ uero aris qualitatem habent, ori & tonsillis, & uua atque oculis excellenter cōmodant. Ferri uero qualitate prædita stomacho & spleni conuenientissima sunt. Porro quæ mixtam qualitatem habent, iuxta dominium mixtorum operantur. Oportet autem ingressus ad naturalia calida balnea citra turbationem facere, quo uis ipsorum remisso corpori allabens immergatur. Nam qui per turbati ingrediuntur, eorum corpus horrescens densatur

satur, & non suscipit ab aqua qualitatem. Cæterum bituminosis & sulphurentis aquis salientibus, caput supponere non oportet, facile enim inde læditur.

De frigida lotionē. Ex Galeno. Cap. C L X V I I I .

Frigida balnea conueniunt inculcate sanis. Corroborant enim totum corpus, & cutem duram ac densam efficiunt. Optimum est autem hoc præsidium contra læsionem ab externis. Nō autem dico conferre frigidam lotionem his qui uulgarī uictu temere utuntur, sed solum his qui exacte uiuunt, & laboribus ac cibis cōuenientibus utuntur. Sint autem neque ex uenere, neque alias lassati, neque crudi, neque prius uomuisse debent, neque uentre male affecti esse, neque uigilasse. Alio qui periculosus fuerit eius usus. Oportet autem insuetos ad frigidam lotionem paulatim aduēfacere: Et primum quidem in ætate ipsius usum auspiciari, & primū non in sinceram frigidam ingredi, sed quæ superficiem habet exolutam. Deinde ubi paulatim per totam huiusmodi aduēuit quis, ita ad frigidam accedere. Sit autē dies in aqua auspiciatur, à uentis tranquilla, & quam maxime pro illo tempore calida & in meridie initium faciat. Qui uero frigida usus est, sit ætate circa quintū & uicesimum annum, sit animi alacris & ualde uirilīs. Et primū fricet corpus linteis diutius frictione duriorē: Deinde per oleum fricetur consuetum, postea exerceatur, atque ita in frigidam descendat, non lente, sed cōfertim insiliens quo in uno tempore omnibus corporis partibus aqua circumfundatur. Nam quæ paulatim appropinquat, horrorem inducit: Sit autem aqua uelut dictū est, neque tepida, neque pure frigida. Postquam autē egressus fuerit ex aqua, à pluribus per oleum fricetur, donec cutis incalescat. Et postea cibos plures quam solet ingerat: Nam plures appetunt, à frigida lotionē & melius concoquunt, & minus sitiunt: Quare etiam paucior potus ipsis dandus est.

De infessu in folium ex oleo. Galeni. Cap. CLXIX.

Infessus in folium ex oleo, conueniunt diuturnis cũ frigore febribus, & lassatis, & dolentibus neruos ostibus incumbentes, & conuulsis, & urinæ suppressæ. Oportet autem quintam olei partem ad ignem calfacere: Reliquum uero in folium immittere. Satis autem caldū fit, quod in parua solia balnearū immittitur. Quinta uero pars ad reliquum calfacta adiiciatur, atque sic æger inducatur.

De spongiæ usu. Archigenis. Cap. CLXX.

Spongiæ usum assumimus in aliis quidem partibus, aut ad fordes incumbentes detergendas, aut ad saniem, aut sanguinem, aut pus, aut ipsa medicamenta, aut ut corpora à mordacitate aut pruritu uexata mitis gemus. Verum in facie, ut spiritum renouemus ac resuscitemus, uelut in his qui animo linquantur aquam adhibemus æstate quidem frigidam, hyeme uero lactosam siue lactei teporis. In ægrotis autem caute hoc faciendum est, non in principio, neque in augmento exacerbationis, sed in uigore ac declinatione. In principis enim impetuum refocillamus per odorationem. Vult autem Archigenes in febris ardentis excessu iuxta ipsum uigorem, ut non solum facie spongiam adhibeamus, sed etiam pectori.

De asperisionibus. Cap. CLXXI.

Sed & asperisiones faciei assumimus in ægrotis, ob prædictas causas. Et æstate quidem in ardentissimis febribus frigidam adhibemus, hyeme uero calidiorem. Verum in simplicioribus febribus, & in stomachi subuersione, etiam poscam aspergimus. Cauendum autem ne diutius immoremur, & præsertim in his qui caput quod facile læditur habent. Nam delationis in soporem grauiorem ac periculosæ frigiditatis initium præbet. Utimur etiam asperisionibus in oculis fluxione infestatis, ocymi decoctum uelut efficacissimum adhibentes, &

tes, & ramulorum pinastrorum contusorum decoctum. Subiiciatur autem mento spongia sicca, ut ne defluat aqua ad pectus.

De irrigationibus. Cap. CLXXII.

Irrigationibus utimur ubi ob aliquam circumstantiam balneum adhibere prohibemur. Et in uigiliis in febribus, & ad delirantes ipsis utimur, uelut est decoctum chamemeli, aliquando etiam calicum papaueris. Quin & decoctis in oleo calicibus papaueris, caput irrigamus, & statim iucundus somnus sequitur. Archigenes autem præceptorem suum Agathinum ex uigiliis delirantem, confestim à delirio ac uigiliis liberauit, capite eius multo calido oleo irrigato. At in conuulsionibus caninis oleo sicyonio calido, aut aliquo consimili caput perfundendum est. Item in his quibus nerui fortiter sunt afflicti. Si uero frigiditas & tremor ad afflictionem neruorum consequatur etiam castorium ad sicyonium ammiscendum est. Podagricos uero marrubio in aqua aut uino cocto irrigamus.

De infestationibus. Cap. CLXXIII.

Infestationes assumimus in partibus inflammatis, aut ob balnei penuriam, aut propter uirium debilitatē, aut ob aliud quoddam impedimentum. In inflammatis igitur rhenibus, utimur decocto scœnigræci, maluæ hortensis ac syluestris, feminis lini. In calculosis uero, iisdem propter inflammationem, & artemisiæ decocto, ac rosamarinis, & petroselinis, ac spicæ nardi. Iisdem etiam utendum est in uescica, adiecta etiam ruta. Ad uterum uero, artemisiæ decocto, saluicæ, ac lauri, & similia. Ad colum autem, sinonis & panacis decocto, & lauri ac similia. Ad sedem, meliloti, calicum papaueris & rosarum decocto. Ad fluxiones autem uteri & hæmorrhoidas ani, plantaginis decoctum conuenit, & polygonii, malicorii, rosarum, ruborum, ac similia. Ad uulnera uero conuulsionem denum

denuntiantia, aqua & oleum . Omnes igitur illinendi sunt, & inducendi usque ad inum umbilicum . Oportet autem & partes quæ non madescunt, prius inungere, & præsertim caput, & tegere ut ne repleatur.

De humectationibus. Cap. CLXXXIII.

Humectatio differt ab irrigatione, eo quod perseuerantem ex adhibito auxilio habet utilitatem : Nam aut lanam aut linteum humectantes imponimus partibus affectis post perfusionem siue humectationem . Habent igitur minorem vim quam cataplasmata . Vtimum autem ipsis ad caput, quod non probe ad cataplasmata dispositum est, & ad eos qui ob debilitatem ferre non possunt cataplasmatum grauitatem, & ad præcordia in flammata, circa morborum principia quum intempèstius sit tunc cataplasmatum usus . Vtimum etiam ad fracturas ac contusiones necessitate expetente, quando emplastica pharmaca assumere non possumus.

De fomentis, perfusione, cataplasmatibus, ac cucurbitis.

Ex Galeno. Cap. CLXXV.

Fomenta cutem rarefacere solent, & facile transpirabilem efficere, & sanguinem in inflammationibus at tenuare ac discutere, toto nimirum corpore tunc superfluitatibus carente . Nam superfluitas quæ redundat in quibusdam per omnem cutem, plus ad calidam partem trahetur quam discutietur . Quapropter ante fomenta totum corpus euacuare oportet . Humida itaque fomenta inflammationibus conueniunt à biliosioribus humoribus factis . Sicca uero his quæ à tenui & aquoso sanguine productæ sunt . Et leuius quidem fomenta mordacibus humoribus conueniunt : Mordacia uero & attenuantia, crassis ac uiscosis . At uero calfacere præcordia cataplasmatibus aut irrigationibus, non semper tutum est . Sed in illis solum ægrotis, in quibus nulla superfluitas in toto corpore oberat, Aliis omnibus extremum malum est . Contingit

tingit autem in plenitudinis morbis, ut diuites magis quam pauperes male curentur . Pleurique enim ipsorum præ deliciis non sustinent uenæ sectionem, & quidem quum magis quam pauperes plenitudinis affectionibus corripiantur, ut qui etiã magis impleantur & ociosius uiuant . At qui curant ipsos medici, eo quod relictum est maximum auxilium, arbitrantur se aliorum usu expleturos esse quantum deest . Et sanè ipsi etiam egri putantes quietum uisum, negligentiam esse, & quodcumque tandem facere, curationem esse, cogunt medicos quod tidie aliquid præcordiis adhibere, consentientibus sanè etiam medicis in hoc ipsum, ut semper aliquid facere uideantur . Hinc enim sperant se plus lucrifacturos esse . Atque sic ipsi efficiunt inflammationes per ea quæ faciunt, semper aliquid præcordiis adhibentes . Proinde contingit in illo tempore inflammationes incipere in diuitibus, in quo iam in pauperibus morbus est prope solutionem . Vena enim secta in principio præsertim continentis febris, & pauperes, & serui diuitem plerique in quinta die iudicati sunt, aliqui uero in septima . At uero diuites, plenitudinem & superfluitates plures quam serui & pauperes habentes, & uenæ sectione auxiliũ transgressi, & postea quotidie per calidum oleum forti, & laxatoris cataplasmatibus intesti, in inflammationem quandam constatam habent, aut circa hepate, aut uentrè, aut alia uiscera, aliqui in quarta die, aliqui in quinta, aut omnino in sexta . Vidisti autem etiam tu qui eodem tempore dum fomentum adhiberetur diffusius spirauit, omni superfluitate ad præcordia attracta à caliditate . Hic itaque mortuus est, & alii innumeri quotidie moriuntur, quum cataplasmata instar cucurbitæ attrahant : ad uiscera superfluitates ex toto corpore . Quidam uero etiã ipsa cucurbita usi sunt in præcordiis, hoc unum etiã illi cogitantes, ut uiderentur aliquid semper facere circa ægrotum . In principiis igitur dum adhuc

feruntur fluxiones ad affectū locum, melius est repellere ac reprimere, non attrahere ad ipsum. Comoda autem sunt in principiis adstringentia cum oleo adhibita: quæ simul & firmitatem addunt partibus affectis: ut ne facile affluentes superfluitates suscipiant, & simul iam in ipsis contentarū tenuitate intus reprimunt. Post quā uero latius quieuerit per repulforia auxilia, & densitas ex adstrictione inducta partibus affectis, cōtinet superfluitates euacuētur: præsertim uero ubi ad hepar aut uentrem impetum fecerint superfluitates moderate adstringentibus uti conuenit in principio. Valde enim principales sunt hæ partes. Immo ubi etiam tēpus iam fuerit discutendi firmatas, tunc quoq; partes hæ adstrictione opus habent. Quare decocto in oleo absinthio irrigabimus. In quibus autē fortiore adstrictione opus est, omphacinum sit oleum, in quo decoquitur absinthium. In penuria uero absinthii, melinum aut mastichinum aut lēiscinum ad hoc sufficet. Si uero minor fuerit febris, etiam nardinum unguentū addatur. Si uero declinatio febris non ualde mitis fuerit, à nardo cauere oportet, uti uero melino. Quo nō præsentē, rosaceum ad nardinum miscendum est. Similiter etiam cataplasmata compositam uim habeāt, ex laxatoria, ac tenui, & ex amara ac adstringēte. Quod si colum fuerit affectum, aut alia intestina tenui, aut musculi præcordiorū, aut pellicula aluum & intestina amplectens, nequaquam miscenda sunt adstringentia: quem admodum neq; si uesica, aut uterus, quum uelut distū est, neq; influxerit quid amplius, neq; superfluitas fuerit in toto corpore. At uero rhenes & thorax in medio relatorū sunt: Neq; enim multa adstrictione in his opus est, neq; tamen exoluere conducit. Splene uero inflammato, in principiis adstringentia miscenda sunt. Euacuato uero corpore, etiam discutientia. Quin &

si cu/

si cucurbitis opus fuerit, præuacuato toto corpore utemur ipsis, non in principio affectionum.

De cataplasmate ex fermento. Ex *Lys*
co. Cap. CLXXVI.

Hoc cataplasma diffundere ac eliquare compacta ualde potest, & aculeos infixos extrahere, & tumores induratos mollire. Oportet autem fermentum dissoluere in oleo sufficienti, atque sic imponere. Quod si uehementius efficere uolueris, nitrum modicum admisce: Si uero etiam aceto dissolueris fermentum, & rursus coctum per cocturam spissaueris, conuenientissimum erit ad induratos tumores in splene ac hepate. Si uero thymum & pulegium, aut absinthium, aut abrotonum fermento miscueris, optimum efficies pharmacum.

De cataplasmate ex pane. Cap. CLXXVII.

Cataplasma ex pane efficacissimū est ad omnes inflammationes. Multis autem modis paratur. Nam & frigida aqua madefactis, & tritis, & adiecto modico rosaceo, & coriandri succo, commodum fit cataplasma inflammationibus ignis, sacri. Aut pro aqua, ex aceto paratur, atque sic magis conducit igni sacro. Verum si pro eo oleo, butyrum addatur, commodum fit cataplasma ad inflammationes ægre concoctiles. Paratur etiam sic. Panis multa aqua dissoluitur, ut succi spissitudinem habeat, & huic miscetur oleum aut butyrum. Deinde coquitur ad compagem. Hoc præstantissimum omnium est ad uulnerum inflammationes, & ut citius suppurentur. Hoc utimur ubi neruus aut neruosum quid intus contusum fuerit. Ego uero etiam picis liquidæ parum ammisceo, & utile cataplasma expertus sum. Hoc & podagricis inflammationibus idoneum est.

Alia præparatio panis cum melle. Pridiani panis medullam manibus conterimus, & ubi uelut similago

dispersa fuerit, mel in olla calefacimus, & sic tritum panem inspergimus, ac coquimus ad moderatam cōpagem, deinde oleum moderatum adiicimus, & unis to imponimus. Hoc cataplasma cōmodum est inflammatiōibus præcordiorum. Præstat autem parū aque mellis ammiscere. Sic enim in costura diffunditur. Farinæ quoq; triticæ cataplasma eadem ferme facere potest, & eodem modo præparatur.

De cataplasmate ex fursuribus. Cap. CLXXVIII.

Furfures in mortario tundimus ac cribramus ut tenuissimi fiant, & utimur ipsis ad tumorem induratum in omni corporis loco consistentē, & præsertim in hepate aut splene. Oportet autem ipsos præparare cum aceto mulso. Aut ammoniacum thymiam cum aceto mulso terimus, & fursures ammiscemus & cataplasma imponimus, atq; adhibemus lenticulata uasa uaporatoria aqua calida plena, ut ne frigeat cataplasma. Aliquando uero ad testes inflammatos utilissimū est hoc cataplasma. Verum ad hos sine aceto paretur, cū aqua mulsa uidelicet. Cōmodum est hoc cataplasma etiam furunculis, & aliis duris tumoribus ac tuberculis. Verum ad uenenum iaculantes bestias, fursures aceto imbuti commodius cataplasma efficiunt.

De cataplasmate ex ficibus. Cap. CLXXIX.

Ficus pingues exactissime contunduntur, ut nihil inalteratū in ipsis appareat. Deinde unguenti irini parum additur, & cataplasma imponitur. Facit autem ad duritias neruorum, & ad articulos contractos, aut plus iusto laxatos: & ad duros tumores, præsertim hepatis ac splenis. Vbi uero ad relatum cataplasma nitri trahit: Si uero ad ficus ita paratas ammiscueris pulegium aut origanū, aut thymum, aut absinthii comam tenuissime cribratam, hydropicis cōfert. Sed & sic coquantur ficus probe, & deinde cum decocto terantur

& or

& ordeacea aut triticea farina ammiscetur, & rursus coctura fiat ad cōpagem, cōmodum sit cataplasma abs fursibus qui nō facile maturi fiunt. Si uero uoles pinguitudinem adiicere, aut butyrum ammiscere, aut rutę folia trita, dolores intestinorū à flatu factos se dabis. Miscetur autem similiter & cuminum & oleum.

De dropace ac picatione. Archigenis.

Cap.

CLXXX.

Dropax à quibusdam etiam Picatio appellatur, diu turns autē maxime morbis conuenit. Omnino autem & ante sinapismum assumitur, ut corpus ad sinapi præparetur, & post sinapismum, ut reliquæ affectionis excindatur. Simplicissimus itaq; dropax est qui picatio uocatur. Pix arida cū ualde modico oleo liquatur: deinde calida adhuc cuti illinitur, & prærasis locis agglutinatur, & priusquā perfecte frigescat auellitur. Et rursus calefacto, emplasmate ad ignē agglutinatur, & similiter priusquam frigeat auellitur atq; hoc sæpe repetitur. Utilissimus est asidue uomentibus & crudis ac non concoquentibus, & coeliacis affectionibus, & reliquis partibus alimentum non sentientibus. At uero ad hunc communem dropacem, calfaciendi gratia adiicitur piper, pyrethrum semen rosmarini, bitumen. Si uero siccare opus fuerit, sulphur uiuū, sal, cinis sarmentorū. Sin lancinare, limnestis, quæ & adarce uocatur, adiicitur, aut euphorbiū. Singula autem hæc trita liquefactis insperguntur. Est autem dropax qui à multis in usum assumitur & Callas appellatur, hic: Colophonæ thus redolentis, & resinæ sordidæ lignosæ quæ in doliis affertur, resinæ à nauibus derasæ, quam græci aliqui apochyma uocant, picis sicca, sing. lib. i. s. picis liquidæ brutiæ lib. ii. cere lib. .iiii. nitri lib. i. bituminis, galbani, adarces, piperis, ueratri albi, piperis, singulorum trientem, sulphuris uiui quadrantem, castorii, ammoniaci, thymiamatis, staphidis syluestris singulorū

y 3 rum

rum sextantem: olei sicyonii lib. i. opobalsami sexcun-
cem. Alius dropax optimus & probatus. Picis, ce-
ræ, colophonæ, singulorū lib. i. nitri sexcuncem, bitu-
minis quadrantem, sulphuris uiui sesquiunciam, pipe-
ris, euphorbii, adaraces, singulorum unciam. i. Cantha-
ridum drach. iiii. olei cyprini trientem. Vtere. Opor-
tet autem uelut prædictum est, dropacem calidum il-
linere, crassitudinem habentem pro ratione uirium
ægrî, prærasis pilis in locis quibus adhibetur. Eos ue-
re qui robusti dropace utuntur, etiam lauare conuenit
incumbente dropace, & si fieri potest, etiam exerceri.
At dropax confertim auulsus, remissum spiritum fir-
mare potest, & ad superficiem reuocare, & proprio-
rum operum commonefacere.

De sinapismo. Archigenis. Cap. CLXXXI.

Cataplasmata ex sinapi, sinapismum uocare omnes
solent. Est autem efficacissimum auxilium. Verum in
acutis morbis non ualde probatur, paucis exceptis.
Nam in solis segnioribus ac pigrioribus, & in acutis
affectionibus immersis, sinapi utimur. At in diuturnis
ferme omnibus, postquam reliqua auxilia nihil pro-
fuerunt, sinapismus efficacissimus reperitur. Quando
quidem igitur in omnibus ferè diuturnis conuenit,
præstat ut dicamus in quibus non utendum est ipso.
Itaque in ulceratione pulmonis sinapismus non assu-
mitur, neque in alia in profundo exulceratione. Effes-
rantur enim ulcera & exacerbantur, ob acrimoniam.
Sed neque in exulcerata cutis superficie, neque in car-
tilaginosi partibus, uelut sunt aures, aut nasus sum-
mus. Exuruntur enim ab ipso, & nigrescunt partes
quæ ualde sunt ex carnes. At reliquæ partes corporis
itemq; affectiones, hoc auxilio gaudent, præcipue ue-
ro caput, in diuturnis capitis totius itemq; alterius
partis doloribus, & in uertiginibus, comitialiq; mor-
bo ac infania. Sed & thoraci commodus est in ere-
ctæ

ctæ cervicis spiratione, anhelationibus, tussis diutur-
na. In destillatione uero caput unà cum thorace si-
napismo integendum est. Stomachus autem & inte-
stina in omnibus diuturnis affectionibus, & maxime
prostrato appetitu, & in rhenum affectionibus ac lum-
borum, & in spinæ colicisq; ac uesciæ resolutionibus.
Quin & omnes resolutæ ac frige factæ partes hoc au-
xilium gaudet. Commodum est & arthriticis & ischia-
dicis ac podagricis. Inditur & in intestinum rectum
glands ex sinapi, ubi illud fuerit resolutum, & post mor-
sum ablata glande infunditur aqua mulsa. Modus au-
tem præparandi hic est.

Sinapismi præparatio.

Caricæ pingues in aqua tepida pridie macerare
oportet, sequenti autem die fortiter expressas probe
conterere, deinde acre sinapi acceptum per se terere,
& inter terendum paulatim de caricarum cremore as-
fundere, quo facilius teri possit, non tamen aquosum
fiat. Deinde utrunque per se in massas redige, & inter
se immisce prout usus postulat. Si quidem fortiter si-
napisare uoles, duas sinapi partes ad unam carica-
rum. Si uero mediocriter utriusque parem portio-
nem. Sin mitius, tertiam partem sinapis, & duas ca-
ricarum. Cæterum in corporibus molli sensu prædi-
tis, & in quibus circa superficiem est affectio, panem
pro caricis ad sinapi ammiscere oportet. Sed & hoc
noscendum est: Si in aceto maceretur sinapi ineffica-
tius redditur: Acetum enim sinapis uim discutit. At
ubi tenue factum est cataplasma, in omnibus prædi-
ctis infarciatur in linteum, & locis adhibeatur. Tem-
poris porrò longitudinem in omnibus discernere im-
possibile est. Quare frequenter leuandū est cataplasma,
& caro cōsideranda an exacte rubefacta est. Et hoc ma-
xime facere oportet in partibus hebetiore sensu præ-
ditis. In quibus uero celeriter operari ipsum uolumus.

locus spōgiis ex calida expressis fouendus est incum-
bente adhuc cataplasmate, hoc est, super lintheum spon-
giæ adhibendæ sunt. Post sufficientem usum, in bals-
neum ducendus est æger, & in calidum folium ponen-
dus, & pars iterum perfundenda citra inunctionem.
Post balneum uero rosaceo illinimus locum. At in ue-
hementi dolore aut etiã ulceratione, hapso lanæ aqua
& rosaceo imbuto integendum est, & imponenda est
malua costã trita cū pane. Post sedatū dolorem uten-
dum est cerato rosaceo cū cerusa: In quibus uero bals-
neum adhiberi nō potest, in his per reliquum corpus
spongiarū ex calida aqua expressarum somento uten-
dum est. Verum in capitis & præsertim frigidis affe-
ctionibus, olei calidi perfusione locus mitigandus est.

Quod caprarum fimi pilulæ cum aceto im-
positæ priuatim coxendicum morbo con-
ueniunt. Cap. CLXXXII.

Caprarum fimi pilulæ in aceto, trite, sinapismi usum
exhibent. Priuatim uero ischiadicis, hoc est coxendi-
cum affectione laborantibus conuenit hoc cataplas-
ma, ut quod longe efficacius sinapismo in ipsis com-
pertum est.

Quæ sint alia rubificantia. Cap. CLXXXIII.

Rubificat nasturtii semē, & calefacit uelut sinapi. Si-
militer helenii radix, & syluestrium columbarum fi-
mus, quo ualde frequenter utor. Sed & cum nasturtii
semine contuso ac cribrato, pro sinapi illo utor, in
ischiaide, hemicrania, uertigine, capitis dolore an-
tiquo, in doloribus diuturnis laterum, humerorum,
tendinum, lumborum. Et ad hæc in nephriticis ac col-
icis affectionibus, & arthriticis ac podagricis, quum
nondum pori ac durities callosæ fuerint coactæ. Quin
& scilla contusa in mortario, consimilem sinapi uim
habet in cataplasmate imposita. Verum ad modicum
tempus imponatur, nam diutius immorans, locū exul-
cerat.

cerat. Utendum est ipsa priuatim ad erecta ceruice, spū-
rantes thoraci imposita. Item in resolutione, quando
non solum motus, sed & sensus tactus deficit. Post
hæc autem mitigandæ sunt partes, uelut in sinapismo
prædictum est. Priuatim uero scillæ morsus mitigat
perfusio olei, præsertim rosacei.

De Iberide siue Cardamine, quæ & I. epidium
uocatur. Cap. CLXXXIII.

Ex his uero quæ ualde utiliter rubificant, est & iberi-
dis, quæ etiam cardamine uocatur: de qua Galenus in
tractatione de ischiade plurima scripsit. Sed & Archi-
genes ipsa usus est in splenicis ac coxendicibus. Verū
in epistola ad Aristonem Archigenes sic scribit de ip-
sa: Vellem autem te uti etiam radice eius herbæ quæ
nunc hic Iberis appellatur. Habet autē folia uelut nas-
turtium: uere floridiora, caulem longitudine cubitali
ampliolem aut minorem. Et nascitur quidem in incul-
tis locis: Ætate uero lacteum florem producit tuncq;
efficacissima est. Radices nasturtium odore referunt.
Radices igitur accipe prædicto tempore, ipsasq; dili-
genter tunde, ægre enim cōteri possunt: & adipis suil-
li inueterati tantum adici quo emplastri formæ catas-
plasma fiat, quod non minus horis quatuor impositū
habe: Deinde in calidū balneum citra inunctionem in-
gressus, post modicam corporis exudationem, in so-
lio mordaciore morare. Egressus autem uino & oleo
multo perfusus ac deterfus, coxedicem lanis puris in-
tege. Atq; hic quidem est sinapismi modus. Verū uti-
litates spe maiores habet, eo quod medicatorē uim
possidet, & cum minore mordacitate curet.

De euocantibus ex alto auxiliis. Gale-
ni. Cap. CLXXXV.

In omnibus diuturnis affectionibus, quū nihil pro-
fecerint ulla auxilia, euocantem ex alto curationem,
metasyncriticam à Methodicis appellatam, hoc est,

I N D E X.

quæ meatuum miscellæ corporis statum præter naturam habentē transmutat, facere pleriq̃ solent. Ego uero ubi intēperies quædā, humida & frigida in affectis partibus est, aut obtusus, aut stupidus sensus, adhibeo ipsīs pharmaca ex sinapi, aut thapsia, & similibus confecta. At siccis & calidis affectionibus ea non adhibeo.

AETII TERTII SERMONIS, FINIS.

I N D E X E O R V M Q V Æ
in quarto Aëtii Sermone continentur.

DE sanitate tuenda.	De aphtha ulcere oris ar̃
Caput primus.	dente.
Quomodo infans recens natus sanus cognoscitur.	Ad deوراتas spinas aut festucas eximendas.
De infantis educatione.	Ad assiduas sternutationes infantium, & ad grauedines.
De nutricis electione.	Ad tusses puerorum.
Probatio lactis.	Ad alui infantium profusum.
Victus nutricis.	Ad aluum supressam.
Ad stertentes infantes.	De pustulis puerorum.
Ad uocem infantium in terceptam.	Ad capitis ulcera, & achoros tenuia capitis ulculorū.
De dentitione.	Ad ulcus Melicerida à mellei humoris similitudine dictū, quod & dulce appellatur, & Syriae Sanalia.
Ad inflammationes oculorum.	Ad sedem infantium pro-
Ad albugines puerorū.	Ad ulcus Melicerida à mellei humoris similitudine dictū, quod & dulce appellatur, & Syriae Sanalia.
Ad inflammationes ac humiditates aurium.	
De inflammatione Siriasi græcis appellata.	
Vt exudet puer i febre.	

I N D E X.

cidentem.	De lassitudine tēsiua spontanea.
Ad foemorum intertriginēs.	De lassitudine inflammatiua spontanea.
Ad procidētes puerorum umbilicos.	Quaali curatione ad frigiditates utendum est.
Ad hospidos pueros.	Cutis densata curatio.
Quando ablactandi sunt infantes.	Quomodo curandus sit æstuosus ardor.
Victus ratio post ablactionem puerorū, & aliarum ætatum.	De matutina frictione.
Victus senum ratio.	De uespertina frictione.
Victus ratio eorum qui in ocio degunt.	De cruditate.
De carniū subuersione.	De crapula.
Quomodo graciles renutrire oportet.	De æqualibus intemperaturis.
Quomodo quis partes attenuatas sanarit.	Optimi temperamenti distinctio.
De lassitudinibus à gymnasticis, aut ex itinere obortis.	Tēpera. calidi notæ.
De lassitudine ulcerosa.	Temperamenti frigidi notæ.
	Siccioris temperamēti notæ.
	Humidioris temperamenti signa.
De lassitudine tēsiua.	Calidi & humiditēperamenti notæ.
De lassitudine inflammatiua, & ad ossa pertingēte.	Calidi & sicci temperamēti notæ.
De lassitudine ob siccitatē ac fragilitatem.	Frigidi & humiditēperamenti notæ.
De lassitis ex uenere.	Frigidi ac sicci tēperamenti notæ.
De lassitudinibus spontaneis.	De capitis dinotione.
De lassitudine ulcerosa spontanea.	Cerebri tēperati notæ.
	Cerebri calidioris notæ.

I N D E X.

Frigidioris cerebri notæ.	65	Hepatis calidioris notæ.	85
Siccioris cerebri signa.	66	Frigidioris hepatis notæ.	86
Humidioris cerebri notæ.	67	Siccioris hepatis signa.	87
Calidioris & humidioris cerebri signa.	68	Humidioris hepatis signa.	88
Calidi ac sicci cerebri notæ.	69	Calidi ac sicci hepatis signa.	89
Frigidi ac sicci cerebri signa.	70	Calidi ac humidi hepatis notæ.	90
Frigidi ac humidi cerebri notæ.	71	Frigidi & humidi hepatis notæ.	91
Ventris siccioris signa.	72	Frigidi ac sicci hepatis notæ.	92
Ventris calidioris notæ.	73	Tæstium temperamenti signa.	93
Humidioris uentris notæ.	74	Calidorum temperamenti correctio.	94
Frigidioris uentris notæ.	75	Frigidi intemperamenti medela.	95
Pulmonis notæ.	76	Humidi intemperamenti correctio.	96
Cordis calidioris notæ.	77	Sicci intemperamenti medela.	97
Frigidioris cordis notæ.	78	Calidi ac sicci intemperamenti curatio.	98
Siccioris cordis notæ.	79	Humidi ac calidi intemperamenti per medela.	99
Humidioris cordis signa.	80	Humidi ac frigidi intemperamenti sanatio.	100
Calidi ac sicci cordis signa.	81	Frigidi ac humidi intemperamenti curatio, frigiditate prædominante.	101
Calidi & humidi cordis notæ.	82		
Frigidi & humidi cordis notæ.	83		
Frigidi ac sicci cordis notæ.	84		

AETII SERMO QVARTVS.

DE SANITATE TVENDA.
GALENI PRÆFATIO.
CAPVT PRIMVS.



VVM una sit ars quæ circa humanum corpus uerfatur, duæ sunt ipsius primæ ac maximæ partes, prior quæ sanitatem tuetur, altera quæ morbos curat. Quandoquidem uero & dignitate & tempore prior est fanitas morbo, oportet sanè etiam nos prius considerare quomodo quis hanc custodiat. Deinceps uero etiam quomodo quis quàm optime morbos curet. Dicitur autem fanitas dupliciter: Altera exacta, & optima, & perfecta, & summa: Altera deficiens quidem ab hac non tamen in tantum ut animal ægrotet. Et huius graduum non parua est in corporibus differentia circa magis ac minus. Prius autem recensere conuenit, quomodo quis optima ac inculpabilis naturæ sanitatem conferuet, & adhuc ante hoc mentionem facere, quanam sit optima corporis structura. Est autem si quis iuxta ipsam essentiam rei exponet, temperatissima, & quæ formationem partium, ac actionibus ipsarum exacte conuenientem habet. Et ad hæc numerum omnem, & magnitudines, & compositionem omnium ipsarum inter se actionibus commodam exhibet. Si uero quis iuxta notas de signare uolet, corpus exacte bene carnosum tale est, quod mediū est inter gracile & multa carne obesum: & neq; hirsutum est, neq; pilis nudum, neq; moderato mollius, neq; durius, neq; album aut nigrum, aut uenis occultis aut amplis, aut animosum, aut deiciti animi, aut somnolentum, aut uigilans, aut hebeti mente præditum

dicum aut uafum, aut ueneri deditū, aut uice uerfa . Si uero etiā omnibus partibus fuerit exacte inter omnes, excessus mediū, erit profecto etiam pulcherrimū aſpectu tale corpus, ut quod fit moderatū, & ad omnes labores idoneum. Habebit autē & alia omnia ſigna temperamenti boni per ſingulas partes. De quibus pro uerbis pauca indicabimus circa finem huius ſermonis. Multa enim corpora tēperata quidem ſunt, ſi ita conſtingat, capitibus, uerū intemperata peſtoribus, aut uentre, aut genitalibus. In quorundā uero artubus eſt intēperies, & plerifq; in uno uiſcere, aut alia quadā parte. Sed & de his in prauis corporū ſtructuris poſtea diceſtur in hoc ſermone. Ceterū de optima ſtructure iam dicamus, cuius ſingulæ partes uniuerſam habent inculpaſilem eſſentiā. Dicitur autē primum quō quis ab initio ſuſceptū eiufmodi hominē, per omne uitam ſanū conſeruarit, niſi ſi quid extrinſecus uiolentum ipſi accidat.

Quomodo infans recens natus ſanus conoſnoscitur. Cap. II.

Indicabitur autem ſanus infans ſtatim ex natiuitate primum quidem ex eo quod genitrix per totum geſtationis in utero tempus ſana uixit . Deinde ex eo quod ubi natus eſt & in terram poſitus infans, ipſe eiulatum edit cum conueniente firmitate. Et ex eo quod omnibus partibus ac ſenſibus integer eſt, & naturales meatus omnes expeditos habet, uelut ſunt aures, nares, fauces, urinæ meatus, podex . Et quod uniuſcuiuſque membri naturales motus non ſegnes, neque exolutos habet, & iuncturarum flexuras ac extensiones, magnitudinesq; ac figuras, & ſenſum exactum.

De infantis educatione. Cap. III.

Proinde recens natus infans, hic nimirum per omnem ſtructuram inculpaſibilis, primū ita tractetur, ut ipſi umbilicus quatuor à uentre digitis acuto ſcalpro reſectetur : Reprōbamus. n. aliam materiam harundinū ac uitorum,

uitorū, ut ne quid atteratur. Deinde contentus in ipſo ſanguis grumofus exprimatur, & ſpōgia detergeatur, ac lana carpta obturetur. Poſtea moderato ſale per ſe tenuiſſimo conſpergimus. Aliquando uero etiam in delicatioribus torum corpus ſucco priſanæ aut ſœnis græci depugnare oportet: & aqua tepida uiſcoſitatem corpori obſitam abluere, & ſordes naribus inſitas digitis exprimere, & os atq; aurium meatus purgare, palpebras diducere, & oculos detergere, ac oleum ipſis inſtillare . Digitis item diſparare ipſum anum. Confeſſim itaq; excernit per ſedē id quod græcis meconium uocari ſolet. Porro ſupra umbilicū hapſus lanæ madefactus imponatur, ad umbilici figurā formatus. At cū minimum ipſi inſpergere reprobamus, propter acrimoniam, etiam ſi quidā id uſurpare ſoleant. Deinde duplētatus umbilicus, & lanæ inuolutus, leniter in medio cōponatur. Et poſtea infans pro more ſalcis inuoluatur. Exhibendū eſt autem ipſi mel præ omni alimēto, quod optime eſt deſpumatum ut delingat, reprobato butyro uelut ſtomacho incōmodo. Deinde inſtillanda eſt aqua muſta tepida . Poſtea uero mater, ubi prius craſſum exuperibus emulxit, & ipſa aqua calida fouit, lac præbeat infanti. Præſtat. n. non accipere matris lac uſq; ad quartam diem. Lauare uero oportet puerū bis in die, horarū aliquot interſtitio poſt cibū. Poſtquā uero exciderit umbilicus poſt tertiā aut quartam diē, cochleæ teſtā uſtam tritā loco inſperge, aut talū ſuillum uſtum, aut plumbum uſtum cum uino illine, & oblige.

De nutricis electione. Cap. IIII.

Præ omnibus his eligenda eſt nutrix, neque iunior uiginti annis, neque ſenior quadraginta, quæ bis aut ter peperit, non morbida, boni habitus, iuſtæ magnitudinis, ampli pectoris, ubera habens moderata, non rugoſa, papillas neq; magnas, neq; paruas, neq; anguſtiores, neq; ualde latas, aut cauernoſas . Magna enim ubera

ubera plus quam opus est lactis præparant, & hoc ma-
nens in ipsis corrumpitur, & infan- em lædic, simulq;
etiam matrem grauat. Parua uero parum lactis exhi-
bent. Et magnæ quidem papillæ offendunt gingiuas
& impediunt linguam ne iuuat deglutitionem. Præter
uero ægre apprehendi possunt, & propterea affligunt
maxillas. Sed & ei aculatum lac per angustos meatus
sublimentē os pelliculam ferit, & aptham græce ap-
pellatum ulcus igneæ caliditatis generat. At latiores
& cauernosæ papillæ acruatim remittentes lac, suffo-
cationis causa fiunt. Præterea conuenit esse nutricem
castam, sobriam, mansuetam, mundam, hilarem, &
non tristem. Ego inquit Galenus, quam puer aliquan-
do ploraret per totam diem & indignaretur, ubi uis-
dissem stratum ipsius & uestimenta sordida, & ipsum
puerum sordidum, iussi & ipsum, & stratum ipsius la-
uari, & uestimenta mutare, quo facto ab eiulato & in-
dignatione cessauit & obdormiuit.

Probatio lactis.

Cap. V.

Probandū est lac gustu, uisu, & olfactu. Nam & gustu
stantibus & olfacientibus iucundum, & uidentibus ali-
bum ac æquale, & inter liquiditatem ac spissitudinem
medium habens, ipsum esse oportet. At uitiosum lac,
aut crassum est & caseosum, aut liquidum & serosum,
aut liuidum, aut strias floridas habens, aut spumofum,
aut graueolens, aut fœtidum, aut cito acescens, aut gu-
stanti amaritudinis, aut muricæ, aut alterius cuiusdā pe-
regrine qualitatis significationem exhibens. Hæ igitur
sunt notæ uitiosi itemq; boni lactis, ex quibus coniectu-
ram facies mulierem morbosam esse, & ad aliā transi-
bis. Cæterum opulentis plures nutrices esse oportet.

Victus nutricis.

Cap. VI.

Exercere oportet nutricem moderatis exercitiis,
& maxime supernis partibus. Cibos autem exhibere
boni succi & qui facile digeruntur, & tempore conue-
nienti, &

nienti, & mensura congrua. Atq; ita etiam potus. Ab-
stineat à porro, cepis, allio, salsamētis, & omnibus fœ-
tidis & graueolentibus. Et à plerisq; bellariis, præfer-
tim nucleis pineis. Sunt enim oleosi, & propterea bi-
lem faciunt, & uentriculo innatāt: itemq; uenerem sti-
mulant. Itaq; penitus ab his nutricem abstinere oportet.
Irritatū enim in coitu lunares purgationes, & pro-
pterea lac corrumpitur, & uitiosum ac paucissimū fit.
Quædam uero etiam concipiunt, quo nihil nocentius
fieri infanti qui ex ipsa alitur possit. Vbi autem immi-
nuitur lac, aut corrumpitur, aut etiā omnino extingui-
tur, aut spissatur, aut attenuatur, præstat quidē alterius
nutricis lac præbere. Sin id nō permittat res aliqua in-
stans, uictu nutrix curanda est, ut ne in morbū incidat
infans. Extincto itaq; lacte considerandum est an to-
tum corpus, aut una pars ægrotet, & ledentē affectio-
nem corrigere oportet. Si uero ob penuriam extinctū
est lac, alimentum augere, & melioris succi cibos da-
re, & plures auferre, aliuq; si plus iusto fertur adtrin-
gere, & exercitiis supernarum partium uti, & uberum
frictione, & fomentis per spongas, ceratis item liqui-
dioribus ad ubere ex oleo irino aut gleucino. Lini ue-
ro semen delingere cum melle aut passo. Aut sesamū
crudum cum palmula passa, quam pæton græci uo-
cant, æquis portionibus edendam præbe, & bibat zy-
thum, & eadem die ubera lacte replebuntur. Putabit
autem mulier simul ut acceperit potū, omnia sua mē-
bra resoluta esse, donec lac in uberibus factum fuerit.
Aut lumbricos piscatorum, qui in limo fluminis repe-
riuntur, & intestina terræ appellātur, quinq; aut septem
terito, & palmulas passas addito, & simul terito, ac da-
to in zytho bibendos prælotæ mulieri ieiunæ ad dies
decem: & de multitudine ac bonitate lactis mirabe-
ris. Præstat autem etiam præcedens pharmacum si-
militer cum zytho conterere, & bibendum præbere.

Vinum uero exhibendum est dulcius . Et fœniculum aut anethum uiride cum pifana coctum , forbendum dato . Si uero tenue fuerit lac , balnea reprobanda sunt uelut quæ humores aquosos reddant . In cibo utendū est alica , ouis sorbilibus , pane similagineo , pedibus ac extremitatibus porcinis , uolucris tenerioribus , carnis hœdinis , & uino dulci . Sin crassius fuerit lac mulieris , attenuante alimento utendum est , ac minus nutritio , & balneis frequentibus . Crassius enim lac abscessus & furunculos circa infantis corpus generat , & uenter ipsius cohibetur . Sed neque urinæ pro ratione prodeunt , & uomitus pituitosi infestant : & ægre mobilis ac difficulter spirans puer euadit , & appetitum perdit , ac decolor fit , & sordes oculorū habebit crassas , & mucos similiter , & flatus multi ab eo prodeunt . Si uero acrius fiat lac , excretiones per uentrem plures fiunt cū mordacitate , & appetitus deficit , & pustus læ acerrimæ in corpore fiunt , & præsertim circa superas partes , immo etiam infernas , & infans paulatim gracilescit . Quare omni modo temperandum est corpus nutriticis , balneis duleibus , & boni fucci alimento . Si uero lac quod multum fertur imminuere uoles , cibos minus alentes & paucissimos dato : ubera uero lenticula cocta integito , aut cominum cum aceto illinito . Aut lapidem album simplicem , quo ad ædificia utimur , similiter cum aceto . Aut hyoscyamum cū aceto . Aut linteum aceto imbutum imposito , & assidue humectato , perfundito autem aqua marina , aut muria calida , aut myrti decocto .

Ad fertentes infantes . Cap. VII.

Quandoquidem pleræque nutrices ineptis uelut distum est , utentes cibis , uitiosum lac suum efficiunt , & ex hoc diuersis morbis infantes , qui etiam optimam structuram adepti sunt , obiciunt . Aliquando uero etiam ex forinsecus corporis accidentibus morbi accedunt :
necessari

necessarium est etiam de diuersis affectionibus pueros infestantibus , pro uiribus breui tractare . Si quidem igitur infans crassiore alimento nutritus , pituitam in uentre colliget , & propterea sterat , lini semen cum melle delingendum dandum est , aut cumini parum cū melle . Et aqua mulsa instillanda est ori assidue calida . Si uero hæc præssura perseueret , oleo medium digitum tingito , & tonsillas illinito , & depresso linguæ radice ad uomitum irritato : ubi enim uomuerit , ab omnibus uexationibus confestim liberatur .

Ad uocem infantium interceptam . Cap. VIII.

Ad interceptam in infantibus uocem , ob quancunque causam præcedentem : Contingit autem hoc maxime suppressa aluo : brassicæ succum cum modico sale bibendum dato aut instillato . Statim enim soluit aluum , & uocē restituit . Sed & glans ano indenda est .

De dentitione . Cap. IX.

Circa septimum mensem incipiunt infantes proferre dentes , & dum punguntur ac stimulantur uelut ab aculeo , dente gingiuas disparante , inflammationes succedunt ipsarum gingiuarum ac maxillarum & tendinum : ad quas etiam febres omnino consequuntur . Accedit & pruritus auditoriorum meatuum . Et aures humectantur . Aliqui uero etiam lippitudinibus capiuntur , & sanguis ex oculorum angulis fluit . Pleurisque uero etiam exturbatur uenter , propter stomachi inflammationem , & uentris exolutionem . Itaque lenire ac pinguefacere oportet tendinē & maxillas , mollium lanarum ac mundarum circumiectu , circa collum & ipsius neruum , per oleum dulce ac calidum . Instillare quoque auditoriis meatibus oleum calidum . Perseuerante uero inflammatione , etiam ceratum rosaceum liquidū locis imponere . In cibo offerendū est puero cerebellum , maxime quidem leporis , coctum aut assatum : Sin minus ouiculæ : Naturaliter enim opitularur .

Sed & melle moderate cocto illinendæ sunt gingiua. Efficit enim minime molestum dentium exortum. Nihil uero duri dandum est ipsis ad mandendum, ut ne gingiua callosiores reddita impedimento sint dentium exortui. Balneo autem utendum est febribus remittentibus. Neq; studio habendum est ut uenter adstringatur, ut ne materia sursum repens, supernas partes, praesertim oculos laedat, & febres uehementiores efficiat. Sed & nutrix cogenda est ut aquam bibat, & cibos leuissimos ac sorbiles accipiat. Aiunt autem naturaliter auxiliari dentientibus pueris, colocynthidis syluestris radicem, in aureo aut argenteo canali gestatam. Itemq; rubi radicem. Sed & uiperæ, praesertim masculæ, dentem, in argento pro amuleto appende. At circa stomachum gestet semper uiridem Iaspidem de collo suspensum, ita ut stomachum contingat.

Ad inflammationes oculorum. Cap. X.

Lycium Indicum praesertim, sin minus, Pataricum cum lacte diluito, & supernas palpebras cum superciliiis illinito. Aliquando etiam ipsis oculis instillato, multo lacte dilutum. Mirabiliter etiam facit Nili ex rosif collyrium illitum. Ipsos uero oculos ocymi decocto abluito.

Ad albugines puerorum. Cap. XI.

Ad albugines puerorum ab eiulatu factas, solani nigri succum illine.

Ad inflammationes & humiditates aurium. Cap. XII.

Ad inflammationes, & dolores aurium, oui candidum cum lacte muliebri instilla. Aut intestina terræ cum rosaceo cocta. Ad humiditates uero aurium, alumen uino dilue, & lanam puram ac mollem in ipso imbue; & in sole assicca. Et rursus imbue ac sicca: & ubi ter hoc feceris, lanam siccam asserua. Vsu uero expetente, de ipsa accipe & in aurem inde. Ad ulcera uero in auribus

auribus, pastillo Musæ utere, diluto cum sapa ac modico aceto. Si uero caro superexcreuerit, primum reprimere per pastillum Bithynum dilutum cum uino. Deinde de utere Musæ pastillo, uelut dictum est.

De inflammatione, Siriasi graecis appellata. Cap. XIII.

Ex affectionibus quæ cum febre accidunt, est & siriasis in infantibus appellata, quæ est inflammatio partium cerebri & membranarum, adeo ut sincipitis & oculorum cauitas consequatur, cum febre ardente, & pallore, & corporis siccitate, ac prostrato appetitu. Siriasis autem appellata est à sincipitis cauitate. Siros enim apud graecos dicitur fossa ac corpus cauum, in quo semina seruantur. Quare omnia uelut ad inflammationes facere oportet, ita ut leniamus & mediocriter frigefaciamus caput, coriandri succo cum rosaceo humectantes. Sed & totum corpus ex hoc illinatur. Aut cucurbitæ ramenta sincipiti impone. Aut uitis fossia, aut portulacæ cum rosaceo tusam, sincipiti illine. Aut heliotropii scorpiuri succo sinciput illine. Aut oui luteum cum rosaceo concutito, & sincipiti illinito, & assidue permutato.

Vt exudet puer in febre. Cap. XIII.

Arundinis uiridis medullam terito, & ex ea sinciput ac pedes illinito, ipsumq; puerum uestimentis contegito.

De aphtha ulcere oris ardente. Cap. XV.

De aphthis ulceribus, & inflammationibus tonsillarum, dicitur absolutissime in sermone de affectionibus quæ perfectis accidunt circa has partes, in octauo nimirum.

Ad deuoratas spinas aut festucas eximendas. Cap. XVI.

Alumen quo ad coria utuntur cum oleo terito, & gulæ illinito, radicem linguæ digito ualde comprimens, & facile ipsas sursum effert.

Ad assiduas sternutationes infantium & grauedines. Cap. XVII.

Ocymum siccum tusum ac cribratum naribus ad moue, ut per respirationem attrahatur, aut insuffla. Idem etiam ad grauedinem facit.

Ad tussim puerorum. Cap. XVIII.

Nucleorum nucum pinearum modice tostorum drach.iiii. seminis cucumeris parum tosti drach.i. tragacanthi drach.iii.mellis despumati dodrantem. Præpara & præbe diligendum. Tragacanthum autem in uino ueteri dulcissimo macerato. Aliud. Hippocraticum. Vitellum oui assatum, & sesami duplum & salis granum unum moderatum terito sufficienter & cum melle delingendum dato. Aliud. Nucleos pineos tostos xxx.amygdalas decorticatas.xxx. seminis lini tosti,succi glycyrrhize,utriusque sextantem.Mellis quod satis est, dato delingendum. Probe etiam facit cuminum cum melle. Item ammium.

Ad alui infantium profuuium. Cap. XIX.

Si aluus infantis fluxione laboret, balneum & gestationem reprobamus. Utimur autem humectatione stomachi ex uino & oleo melino. Si uero fluxio extendatur, œnanthen leuissime tritam, & acaciam, ac mastichen, æquis portionibus singulis tritis, oui luteo quantum satis est excipe, & ex emollito stomachum illine: & dorium, & hapsum lanæ purpureæ impone ac deliga. Facit enim citra molestiam. Præ omnibus uero nutricem alimentis boni succi uti oportet & poribus adstringentibus. Si uero aluus infantis faringinalia excernat, mentam tritam cum uino nigro, aluo impone ac obliga.

Ad aluum suppressam. Cap. XX.

Si uero suppressatur aluus, glande irritanda est, aut ex sola aqua mulsa insulum immittendum est. Et mel alimentis ammiscendum. Cæterum florem arteo misce

misce cum oleo tere, & circa umbilicum affrica, & fluet aluus. At de lumbricis dicitur in uniuersalibus auxiliis in nono sermone.

De pustulis puerorum. Cap. XXI.

Tam antea dictum est quod infantes uitioso alimento utentes, uarios incidunt morbos, ut cū aliis & pustulæ, & papulæ instar bullarum efferuentes, & humida ulcera in cute fiant, quæ bubastica uocant, & alia cõsimilia. Itaque muriam, & urinam, & alia quæ aliqui adhibent, reprobamus, ob acrimoniam. Lauamus autem ipsos rosarum decocto aut lentis. Et si ampliori adstrictione opus habemus, myrti aut malicorii. Magis uero ulceratis, cataplasma ex plantagine imponimus, aut ex seride siue intubo cū pane: Aut ex flore polentæ cum portulaca, aut semperuio, aut ueneris umbilico, aut hyoscyamo. Aut rosas uirides, aut siccas costas cū meliloto & palmulis adhibemus. Aut spumam argenti, melilotum, alumen, cū aceto terito, & myrteum oleum siue rosaceū adicito, atq; illinito. Aliud ad bubastica ulcera. Recrementum plumbi & amyllum, æquis portionibus cum solani succo terito, & adiecto rosaceo illinito. Aliud pulcherrimum. Cadmiam tritam cū aqua illinito, aut cimoliam cum uino. Aliud. Spumam argenti, ceruse, utriusque trientem, malicorii sicci leuissime triti sextantem, succi stratiotæ fluuiialis quod satis est, utere. Quod si nõ adsit stratiotes, lentis palustris succum accipe, & utere, aut herbe uiridis quæ in aquis inuenitur, & stratiotæ similis est, succum ammiscere, probe etiã facit serapiadis tritesticularis succus. Aliud. Rescrementum ferri terito cū uino ac illinito. Valde enim bonum est hoc. Probe facit & emplastrum ex ladano, & emplastrum ex hordeo, oui candido, & rosaceo aut myrteo oleo diluta. Aliud, ad infantium pustulas ac papulas feruidas post rupturam. Cadmiæ ʒ. xxx. eris ʒ. lxxx. acaciæ, croci, utriusque unciam unam, tragacanthi

thi sextantem. Tragacanthum aqua macerato ac terito, & cum ipso reliqua excipito, ac pastillos formato. Et usus tempore cum succo senecionis, aut intubi, aut folani, diluito, & addito rosaceo, illinito. Ego inquit, succo senecionis aut intubi excipio tragacanthum ac reliqua, & pastillos effingo.

Ad capitis ulcera, & achores tenuia capitis ulcuscula. Cap. XXII.

Pharmacum ex cuius usus ego nomen assequutus sum. Spumæ argenti, cerusæ, utriusq; bessem, seminis ericæ, thuris, utriusq; ꝑ.iii. uino & oleo raphanino terito ac utitor. Aliud. Acaciæ fuluæ ꝑ. i. ladani trientem, myrrhæ sextantem, opii ꝑ. i. A qua palustri excipe & forma pastillos, & utere assidue. Aliud. Cochleas albas unâ cum testa exustas insperge. Aliud. Aloem leuissime tritam, cum plantagine arida trita insperge. Aliud. Balauustum aridum tritum insperge. Aut cum aqua tritum impone & illine. Aliud. Herbam quam in Alexandria Liparonem uocant, aliqui uero cnestrû appellant, urito, & cinerem cum uino tritum illinito. Vtere etiam, reliquis cû discriminationibus referendis in sexto sermone, de uniuersalibus auxiliis ad acoras.

Ad ulcus Melicèrida à mellei humoris similitudine dictum, quod & Dulce appellatur, & Syriace Sanalia. Cap. XXIII.

Spumæ argenti, baccarum lauri, æquales portiones terito cum aceto & oleo, & illinito. Sæpenumero eius experimentum fecimus.

Ad sedem infantum proidentem. Cap. XXIII.

Spongidae herba podicem assidue deterge. Acaciam cum sapa & uino nigro tritam podici illine Cochleam ustam tritam quum egreditur prælotæ sedî insperge, & sanabis, ostreorum testas crudas tulas ac tenuissimo cribro excretas insperge. Myrrhicacas uirides cû uino tritas impone. Vtere autem per-

fusione

fusione aqua ferorum, in qua ferrum tingunt. Ego uero semper utor muria tepida, & ualde probefacit. Si militer autem & aqua marina. Vtere etiam dicendis in uniuersalibus auxiliis, quæ suo loco referentur.

Ad foemorum intertrigines. Cap. XXV.

Myrrû siccam tritam insperge, aut cyperum cû rosis. Ad proidentem puerorû umbilicos. Cap. XXVI.

Procidunt pueris umbilici, dum aut in eiulatu diu & multum distenduntur, aut ex plaga, aut ex casu. Talibus igitur ammium cum muria tritum umbilico illine, & rasuram lintei impone, ac ad triduum obliga. Et rursus eo soluto, idem facito. Aut lupinos amaros & unguam asini ustam, & laterem ustum, simul terito ac imposito, & obligato. Si uero efficacioribus opus fuerit, his quæ ad herniam inguinum referuntur utere. Critonis ad pueros exumbilicales, ob quancunq; causam, Resinæ pinus ꝑ. xvi. aluminis scissi dextantem, mellis dextantes duos: Alumen tritum cum melle ad prunas coquito, & ubi bonam compagem habuerit resinam addito, assidueq; moueto, & ubi dissoluta fuerit, laminam de hoc pharmaco accipito, & umbilico imposito, ac quotidie alterato. Verum supra laminâ plantaginis folia aut hederæ imposito. Aliud. Aluminis scissi uncias. xv. fecis uini austeri dextantem, gallarum drach. ii. uino dilue ut spissitudinē habeant, & umbilicum illine, & forinsecus spongiam impone, posca imbutam ac expressam.

Ad hispidos pueros. Cap. XXVII.

Crafsioribus & pluribus fuliginosis superfusitatisibus sub cute collectis, ex quibus pili generantur, hispidiores infantes fiunt. Itaque caricas urito ac terito, & cum hoc cinere pilis obfitos locos cōfricato. Ex alio exemplari. Resinam coquito in aqua, & puerum lauato, ac leuiter detergito, ac cum caricarum ustarum cinere & fabarum cremore cōfricato. Aliud smegma

corroborans ipsos. Farinæ fabarum, cimolique, spumæ nitri, candidi ouorum, & testarum, æquales portiones pro smeumate adhibe.

Quando ablaſtandi ſunt infantes. Cap. XXVIII.

Donec firmetur infans lacte nutriatur. Poſtquã uero ſolidus factus fuerit, micis panis ex uino mulſo aut uino dulci, aut lacte. Deinde etiam oua ſorbilia ſumat. Nam quæ mandere oportet, ſaliua in iſtis replentur. Potus dandus eſt uinũ dilutum. Vbi uero iam intrepide frumentaceum alimentũ infans ſumit, quod plerumque circa uigeſimũ menſem cõtingit: Tunc latèter & paulatim ab ubere deſueſcat. Si uero ablaſtatus morbum incidit, rurſus ad lac trãſferatur. Et ubi ceſſauit morbus, refocilletur corpusculum, atque ſic ablaſtetur.

Viſtus ratio poſt ablaſtationem puerorum, & alia rumætatum. Cap. XXIX.

Ablaſtati infantes in remiſſione ac hilaritate exercitiõrum uerſentur, denturque iſtis cibi leues ac boni ſucci. Verũ à multo uino abſtinere oportet eum qui bonum corporis tẽperamentũ habet. Nam in humidis ac calidis corporibus, uinũ replet caput uaporibus. Neque uero à frigida aqua potu penitus arcere iubeo tales pueros. Sed inter cibos plerumque, & in calidioribus horis, optima aqua uti permitto. A ſeptimo anno ad literas ueniant, & mitibus ac humanis magis tradantur. At à decimo quarto anno uſque ad uigeſimum primũ conueſcit exercitatio in diſciplinis philoſophicæ doctrinæ. Prohibẽdi ſunt à ueneris uſu. Contrahendũ eſt & uberiũ uinũ, & plura exercitia iam ſunt aſſumẽda. His uero qui iam in uigore ætatis degunt, uiſtus ratio remiſſa cõuenit, tum animi, tum corporis. Et corporis exercitia qualiacumque fuerint, pro ratione hiſ detrahenda ſunt, & alimenta ſentim cõtrahenda, quũ habitus ipſorum frigiditatis principiũ ſumat. Maximam autẽ optime cõſtructi corporis notam eſſe ſtatuo ipſius naturæ prompti

promptitudinem, quicquid tandem fuerit agendũ, ipſa ſuſcipſus menſurã excogitante in optimis cõſtitutionibus. Nam & dum exercentur ac fricantur, aut quiduis aliud agunt, tunc primũ pigreſcunt, quum ſufficienter fuerint exercitati. Et ſanè etiam à cibis ac potibus tunc abſtinent, quũ ſufficienter fuerint impleti, neque plus iuſto appetentes, neque minus ingerentes. Quare nullus timor eſt de optimæ cõſtitutionis homine, ne uel nimium labore fatigetur, aut cibis nimium expleatur. Ipſum enim ſanũ corpus omnia ſibiipſi excogitat, naturæ motibus impulſum, præſertim ſi animus ipſis à puero probe fuerit inſtitutus. Plerique nam improbis moribus educati, dum licentiores, aut negligentiores uidentur, bonas naturas corripunt. Quemadmodum alioque uice uerſa uitioſo corpore à natura producti, moderato uictu & tẽpeſtiuis exercitiis, multa naturæ uitia ac delicta correxerunt. At de exercitiõrum menſura, & utendi modo, dictum eſt in præcedenti ſermone.

Viſtus ſenũ ratio. Cap. XXX.

Naturalis ſenectas eſt ſicca & frigida corporũ temperatura, ex longæuitate proueniens: quum enim corporum eſſentia unã cum inſita caliditate paulatim deſiſuat, & inſtrumenta iam ulterius quã cõueniens erat ſicca ſiant, tum actiõnes deteriores redduntur, tum animũ ipſum ex carne & ſeiſpo gracilius euadit. Poſtquã uero adhuc amplius fuerint reſiccata, nõ ſolum ex carne, ſed etiam rugoſum efficitur, & membrorum impoſtens, & in motibus ambiguũ. Qui itaque affectionem exercitiis nouit, quod uidelicet ſiccitas eſt cum frigiditate, is bonus fuerit ſenũ Medicus. Cognofcet enim quod horum correſſio per humectantia ac calfacientia contingit. Taliã autem ſunt, aquarum dulcium balnea calida, & uini boni potus, & cibi qui humectant ſi mulque calfaciunt. Et friſtiones per oleũ mane moderate ſientes. Deinde deambulationes, & geſtationes citra

deaffationem, uirium senis coniectatione facta: non enim parua est etiam in ipsis senibus differentia. Dandus autē est cibus modicus quidem, uerū sæpe. Nam si paululum iustam mensuram senes excesserint nō parum læduntur. Securius itaq; est debilibus senibus parum cibi offerre, uerum ter in die. Circa tertiam quī dem horam panem probe paratum recentem cū optimo melle despumato. Circa septimam uero prescriptis, & conuenientibus senibus exercitiis exercitatis, ac lotis, prandium exhibendū est, & primū quidem danda quæ uentrē molliunt, uelut sunt olera ex beta ac malua. Deinde pisces petrosos, ac pelagios prebere cōuenit: postea uero paululū in lecto quiescere, deinde moderato motu uti. Ad uesperam autem cōnantes, à piscium esu abstineant. Accipiant autem cibos boni succi & ægre corruptiles, uelut est gallina uo lucris aliqua ex simplici iure. Vinum uero senibus utilissimum est. Sit autē ex calidioribus natura. Quale est quod substantia quidem tenue est, colore autem fuluum aut flavum. Atq; unū quidem hoc maximū bonum senibus ex uino accedit, quod calfiunt omnes ipsorum partes. Deinde quod serū sanguinis per urinas purgatur. Quę cuncq; uero uina pallida sunt aut flaua, & simul crassa, ea sanguinē generant, & corpus nutriunt. Quapropter etiam ipsa aliquando cōmoda fuerint senibus, quo uidelicet tempore neq; serosum humorem in uenis habent, & ampliore nutrimento indigent. Vt plurimum enim in uino urinā ciente senes opus habent, eo quod quosa superfluitas in ipsis redundat. At uero à nigris & acerbis ac crassis & similibus uinis abstinere ipsos oportet. Diutius enim in uentre manent, & propterea incommoda sunt. Dulci uero si senex uti uelit, post balneum sumat dulce simulq; pallidum colore. Non prohibeo etiam uinorum ex melle paratorum usum, & præsertim his senibus qui suspecti sunt de calculi in renibus

renibus generatione, aut uino podagra, aut articularis morbus infestat. Et tunc in uinum iniciendū est petroselinum solum. Sufficit enim hoc arthriticis. Ad calculos uero betonica ammiscetur, quæ & cestrum appellatur & saxifraga. Abstinere autem oportet senes ab eduliis & potibus, uiscosum & crassum humorē gignētibus. Qualia sunt alica, caseus, oua cocta, cochlear, bulbi, fungi, lenticula, & ostreorum caro, & reliqua supra relata in alimentorū crassi succi mentione sermone secundo. Si uero ex necessitate aliquando contigerit aliquo ex talibus uti statim exhibendū est pharmacum ex calamintha, aut ex tribus piperis generibus. Si uero non sit ad manum quid ex his, piper tundendum est & exacte cribrandū, & tum cum obsoniis edendum, tum potui inspergendū. Et alium tunc gustare conducit. Postquam autē soluta est obturatio, & aluus subducta, etiam theriacam antidotum & mithridaticam, aut aliam quandā ex his quæ ex aromatibus cōstant exhibere conuenit. A talium uero usu, transire statim ad humectatē ac calfaciendē uictus rationem supra relatā. Dandæ sunt ipsis etiam maturæ & dulcissimæ uirides ficus, ante alium cibū. Sed & in hyeme carica, nisi accidens aliquod circa dextram præsertim præcordiorum partem adsit. Quandoquidem uero serosæ ac pituitosæ superfluitates in senum corporibus, uelut dictū est, colliguntur, urinam quotidie propellere, oportet, non per medicatas res, sed apii decocto cum melle, & uinis urinam cientibus uti. Venter quoq; per oleum bonū subducendus est, præsertim absorptum ante cibos. Manifestū est autem quod & oleracea omnia præ aliis cibis edere oportet, ex oleo & garo. Emolliunt autem uentrem & pruna sicca, præsertim quæ ab Hispania afferuntur. Damascena uero in aqua mulla meraciore præmacerentur, aut in ipsa decoquantur. Sed & oliuæ muria conditæ, si fieri, potest albæ, præsumendæ sunt.

Ventre uero amplius suppressos, etiā mercurialis co-
cta detur & cnicus cum pitifana: sed & resina terebinthi
na. De hac uero accipiendum est aliquando ad nucis
regiæ magnitudinem, aliquando ad duarū aut trium.
Non enim solū citra molestiam mollire solet, sed etiā
uiscera extergere, & pulmonem & rhenes. At perfecta
dosis eius est uncia una. Idoneum est ipsis & hoc. Car-
ricas pingues accipe, & corium forinsecus ipsis obstitū
detrahe, deinde in mortario tunde, & cnici medullam
ipsis adice, decima plus minus caricarū parte. Deinde
ambo tusa misce, ex hoc duarū aut trium caricarū ma-
gnitudinem præbe. At uero ex relatis pharmacis nul-
lum unquam largius accipiendū est. Quidā enim gau-
dent quod cōfestim uehementer sunt purgati. Verum
quanto magis fuerint euacuatī, tanto amplius uenter
sistitur per sequētes dies. Supressa autem aluo ipforū,
infundere oportet oleum solum calidum. Nam & du-
ra stercola hinc educuntur, & lubricitas quædam fit in
transitu, & ipsum senum corpus mollescit, instar arida-
rum pellium induratum.

Victus ratio eorū qui in ocio degunt. Cap. XXXI.

Qui uitā in ocio degit cōsiderare debet, an in prio-
re uitā exerceri consueuit, aut citra exercitationē lau-
ri. Nam quidam hunc morē moderate ferūt, ut aliqui
ex ipsis non assidue ægrotent, ubi corpore facile tran-
spirante præditi fuerint. Atque talem sanè corporis na-
turam, ad aliam cōsuetudinē transferre minime oportet
quemadmodū neq; illā aliam, eorū qui per multū
temporis interuallum ægrotant. Si uero assidue quis
ægrotet, consideranda est in ipso causa, an ob plenitū-
dinem, aut propter humorū uitiationem ægrotet. Et si
quidē è morbis ex plenitudine ægrotare uideatur, sco-
pus tibi erit propositus, ut omnino salubrē ipsius dia-
tam conferues, quo semper moderatos habeat humo-
res. Si uero propter uitiatos humores ægrotare solet,
optimos

optimos facere humores. Quidē igitur plenitudinem
coaceruant, quum ea quæ per corpus transpirant pau-
ciora fuerint his quæ accipiuntur. In his itaq; seruāda
est symmetria ac proportio eduliorū ac potuum ad ea
quæ euacuantur. Symmetria autem est ut utriusq; con-
sideremus nos quantitatem, tum eorum quæ ingeruntur,
tum eorū quæ euacuantur. Nam qui in priore uita
statim priusquā exerceat, in balneum ingressi sunt,
in his nunc frictione moderata utendū est, & breui mo-
tu. Qui uero exercitabantur ante balneum, his consulo
ut nunc paululum augeant consuetudinem. Detrahe-
re uero oportet etiam aliquid de cibis, & quātitate ac
qualitate moderatos exhibere. Qualitatem autem dis-
co, uelut in carnibus porcinis, celerrime enim plenitū-
dinem & copiam boni humoris congregant. Itaq; ad-
olera ducendi sunt, & ad pisces similiter ac uolucres,
qui non multum nutriunt. At uero in his qui uitiosos
humores colligunt, nō unus est scopus, quoniam neq;
una est uitiosi humoris species. Quidā enim frigidio-
rem ac pituitosorem uitiosum humorem cōgregant,
Aliqui uero calidiorem & biliosorem. Sicut alii atra-
biliarium. Fugendi itaq; sunt singuli cibi ac potus, qui
prompte generare solent humore quē in ipsis congre-
gatur. Dictum est autem de ipsis abunde, in boni succi
& mali succi eduliorum mentione, in secundo ser-
mone huius operis. In quo sanè de attenuantibus edu-
ctis dictum est, quæ cōmoda sunt, his qui crudum ap-
pellatum humorem coaceruant, qui semper quidem
crassus est, non tamen semper uiscosus. Porrò in om-
nibus his cōmune auxilium est, moderata uentris sub-
ductio, & maxime quibus uenter est natura durior.
Cōmune auxilium est etiam ueneris usus moderatus.

De carniū subuersione. Cap. XXXII.

Quum ad immodicam carniū multitudinem de-
uenerit corpus, liquare ipsum ac subuertere oportet.

Ostentum est autem quo calidius & siccus tempera-
mentū, gracile corpus efficit. Huiusmodi igitur facien-
dum est carnosorum hominum temperamentū, si mo-
deratum fieri debet. Didicisti autē iam quod uelocia
exercitia atq; acuta, & diætā attenuans, itemq; eiusmo-
di medicamēta: sed & animā curę totū temperamē-
tū calidius ac siccus reddūt, & ipsum corpus tenuius.
Attenuās itaq; diætā manifesta est, pharmaca uero ue-
hementiora sunt, rutæ semen, & præsertim syluestris cū
cacuminibus, aristolochia rotunda, centaurea tenuis,
gentiana, & polii, & quæcunq; fortiter urinam cient,
uelut petroselinum. Singula. n. hæc & per se, & inter se
uniuersa mixta, attenuare & euacuare humores pos-
sunt. Sed & sal ex uiperis uis multum attenuat. Quin
& ipsa theriaca antidotus attenuat & discurit. Illinatur
autem oleo, in quo cocta est cucumeris syluestris ra-
dix, & althæa, & gentiana, & panacis radix, & aristolo-
chia rotunda, poliumq; ac centaurea. Cibi uero nō sta-
tim à balneis dandi sunt, sed permittēdum est ut prius
quiescant, aut quid consuetarum actionum obeant, &
rursus ad secundum balneum ducantur. Præstat autē,
& balnei aquam discussoriam esse; si naturalem habere
possent. Sin minus, flos salis maris aq; ammiscea-
tur. Deinde uero edulia magna quidē mole, pauci uero
nutrimenti danda sunt, ut impleatur quidem, mo-
dicum uero alimētum ex ipsis in corpus distribuatur.
Talia uero sunt olera, & panes sordidiores, & similia
quæ iam in secundo sermone relata sunt. Vino autē
tem utendum est albo colore, & tenui substantia. Neq;
que uero ante cibos potus permittendus est, neque co-
piosus potus indulgendus. Sed & semel in die cibum
capere melius est, & pro exercitiorum ratione pau-
ciores cibos exhibere. Quin & frictio sicca ex mappis
crassioribus, sufficiens est ad attenuandum. Sed & ni-
tro ac asperiore sale frictionem facere conuenit. Mul-
tum

tum itaque nitrum in balneis attenuat. Modicum
uero, irritamentum est ad carnositatem uberiorem, &
ad meliorem nutritionem. Prodest etiam insolatio
carnosis. Probe attenuat etiam potum hoc pharma-
cum petroselini trientem, pipēris sextantem, anisi, asa-
ri, utriusque unciam unam. Hoc & lotium ciet, &
aluum promouet.

Quomodo graciles renutrire oportet.

Cap. XXXIII.

Gracilitas corporibus accedit, quibusdam ex totius
corporis intēperatura frigidiore ac sicciorē, quibusdā
uero digerendi facultate, aut nutriendi, aut utriusq; im-
becillioribus natura existentibus. Omnes autē sic ha-
bentes iuuant dulcia boni succi, & exercitia tarda ac
moderata, & frictio consimilis. Et in summa, omnia
cōtraria relatis ad carnosos. Cōmodum est etiam ipsis
picari per dies tres aut quatuor. Nam & digestioni
confert, & nutritioni. Et multos uidere est crasse factos
ex hoc picationis auxilio, & præsertim eos quibus fa-
cultas digerendi debilis est. Nutriendi uero facultas
non debilis quidem est, sed ob idoneæ materiæ penuriam
nutrire non potest. Si uero ieiuni laentur, ante
balneum corpus lintēis confricare oportet, donec ru-
bescat. Deinde frictione nō ualde dura uti, ut ne cōstrin-
gentes, cutem densam ac duram efficiamus. Oportet
autem decoloribus & alimentum nō sentientibus irra-
cundiam inducere, & commotiones animales.

Quomodo quis partes attenuatas sanare
possit.

Cap. XXXIII.

Ex his qui in quibusdam partibus graciles fiunt, ple-
riq; aut ob diurnam ipsarum quietem, aut ob deliga-
tionis fracturæ modum, ad hanc affectionē deueniunt.
Oportet igitur uires quidem in membro corroborare,
largum uero sanguinem attrahere, tum per modes-
tatarum frictionū usum post cibū, tum per commodos

parti motus, & per moderatas aque calide affusiones. Hæc autem post cibum facere oportet, donec pars rubicunda facta eleuetur, & tunc statim à perfusione cessandum est. Oportet etiam picatorum medicamento uti, de quo dictum est in præcedenti sermone: ubi uero frigiditatis sensus circa attenuatam partem fuerit, lintheis ipsa perfricanda est, & quodam pharmaco calefaciente. Sed & thapsia illinenda est, aliquando cum melle, aliquando cum cerato.

De lassitudinibus à gymnasiis, aut ex itinere obortis. Cap. XXXV.

Lassitudinum primæ ac simplices tres sunt differentiarum. Quæ ulcerosa appellatur, & quæ tensiua, & quæ inflammatoria. Et ad has insuper ea quæ ob multam musculorum siccitatem generatur, quam lassitudinem uocant abusiue, quum non sit lassitudo, sed siccitas.

De lassitudine ulcerosa. Cap. XXXVI.

Ulcerosa itaque lassitudo in superfluitatibus tenuibus simulque acribus ac mordacibus generatur: Non enim in his plenitudinis copia est quæ affligit, sed humorum acrimonia, qui exercitorum tempore, aut aliorum uehementium motuum, ex duplici causa generantur. Aut crassioribus superfluitatibus diffusis quidem ac attenuatis, non autem omnibus excretis. Aut colliquata aliqua pinguedine, uel carne tenera, in uehementibus motibus, necesse est enim à talibus tenuibus humoribus & acribus pungi ac uelut fauciari cutem & carnes, ut & horrox aliquando fiat, & rigor, quum fortiter fuerint acres & multi. Tumor autem non est oculis expositus in partibus, dolentibus. Accidit hæc lassitudo præcipue corporibus uitiosis humoribus ac superfluitatibus repletis. Consequitur & ad recentes cruditates quum aut immodestius se exercuerint aliqui, aut in sole diutius uersati fuerint. Sed & citra cruditatem boni succi corpore constat, propter immodici exercitii excessum. Denique

sa autem & horrida apparet hæc cutis, & dolent uelut qui ulcus habent, alii cute tantum, alii etiam carnibus sub ipsa. Sanatio porro contingit ex eo quod contrarium est affectioni. Oportet enim superfluitates discutere, & sedabitur affectio. Discutientur autem frictione multa & molli cum oleo dulcissimo nulla adfrictione prædito. Quale est dulcissimum sabinum. Maxime enim aduersatur his omphacinum. In prima igitur die largo oleo cum multa frictione utendum est, quo omnino nullus percipiatur futuræ lassitudinis sensus. In secunda uero, quo ea quæ facta iam est soluatur. Soluit autem ipsam exercitium moderatum, & frictio multa pluribus ministris simul contrectantibus, quo pars ipsa non frigeat, & superfluitates celerrime discutantur. Hæc autem lassitudo plerumque extendi solet usque ad quartam diem. Itaque quarta die lauentur & consueto cibo nutriantur. Prioribus tamē diebus pauciores sint ac humidiores cibi, & nihil uiscosi habentes. Sit autem & balneum non moderato calidius. Laxare enim & discutere uolumus ipsum corpus.

De lassitudine tensiua. Cap. XXXVII.

Lassitudo tensiua nullam memorabilem superfluitatem in corporibus suis habet. Verum in musculis ac neruis affectio est ob uehementes distentiones facta, quas per exercitia fecerunt. Cōtingit enim in his rectas in musculis fibras laborare ac tendi, ut proximæ sint diuulsioni. Fit autem hæc lassitudo uiris maxime boni succi, qui non acuta & uelocia exercitia faciunt, sed magis robusta. Et efficit sanè lassatos ualde pigros & ad motum ægros. Non tamen horridi fiunt, uelut qui ulcerosam lassitudinem inciderunt. At uero corpus in his nihil minus quàm in ulcerosa lassitudine & in musculorum squalore, contractum uidetur. Et calidiores quàm pro natura cōtingentibus esse uidentur. Sanatio autem in his est tenarum partium laxatio. Frictio igitur his conueniens est modica

simulq; mollis , per oleum dulcissimū tepidum siens
& ocium ac quietes , & balnea maxime temperata mo-
derato nō calidiora & mora in calida aqua diutius fa-
cta. Quare etiam si bis talem laueris, magnopere pro-
fueris . Hi etiam post balneum unctione opus habent
antequam induantur . Et si quidem postea sudauerint,
deterfos rursus inungere conuenit . Quin & sequenti
die ubi surrexerunt de strato , post defricas superflui-
tates, & subductam aluum, unctione opus habent , ita
ut neq; extreme frigidus oleo neq; dura frictione con-
fricentur . Cibus dandus est his modicus quantitate,
uerum boni succi, & nihil uiscosum habens.

De lasitudine inflāmatiua , & ad ossa per-
tingente. Cap. XXXVIII.

Tertia lasitudo est, in qua uelut contusas ac inflam-
matas sentiunt partes, hæc tunc accidere solet quum
ob uehementissimos motus calfacti musculi, attrahe-
rint quid de circumfusis ipsis superfluitatibus . Et sola
hæc eleuat musculos præter naturam, ut inflammatio-
ni similis sit affectio. Et propterea ex contactu dolent,
& calidiores apparent . Dolent autem magis quum
moueri uolunt . Si uero circa tendines aut neruos in-
profundo eadem affectione fieri contingit, ossium
lasitudinem affectione eam appellant, ob sensus pro-
funditatem. Hæc lasitudo accidit ut plurimum homi-
nibus ad exercitia non aduersis . Sanatio scopos tres
habet quemadmodū omnia inflāmata : superflui euacua-
tionem, distentæ partis remissionem, & inflamma-
tæ refrigerationem : oleum itaq; multum dulce tepi-
dum , & fricationes molliores , & intemperatissimis
aquis mora diutissima, tales lasitudines sanant . Si uero
etiam paulo tepidior fuerit aqua , magis his pro-
dest . Ita uero & quietes multa & assidua inunctiones.
Cibi dandi sunt his boni succi , uerum pauciores , &
nihil omnino uiscosi habentes.

De lasitudo

De lasitudine ob siccitatem, ac gracilitatem.
tem. Cap. XXXIX.

Alia præterea est quarta affectio, similis quidem lasi-
tutudini, sed non est lasitudo, eo quod neque ulcero-
sam, neque tensuam, neque inflammatiuam affectio-
nem habet, immo neque horrorem aliquem, neque
dolorem, neque ad motus pigritiam similem lasitudo-
dinibus infert: uerum solam gracilitatem cum siccita-
te. Contingit igitur in boni succi & exercitatione uten-
tibus corporibus, quum immodestius exercitata non
probe recurata fuerint. Discutiuntur enim sic superflui-
tates, & laxantur distenta corpora . Et nihil reliquum
fit in corpore præter siccitatem, quam ex immodica
euacuatione habet. Quare etiam correctio huius affec-
tionis in appositione ac repletione euacuatū consistit.
Non potest autem hæc fieri, dum cutis rarefacta est.
Proinde cutem contrahere oportet, ac densare, & ad-
stringere . Contrahit autem & adstringit, tum frigida
aqua, tum feruens . At à frigida periculum est ne ho-
mo lædatur, qui iam rarus simul ac uacuus ob exerci-
tiorum copiam factus est . A feruente uero nulla læsio
sed secunda densitas cuti accedit, ita ut etiam relictus in
ipsa calor reuocetur ex feruentis aquæ solio . Unde
feruentius calidæ solium parandum est . Exiliant au-
tem ex ipso statim in frigidum, quo in ipsis maneat firmi-
tatis in cute unā cum caliditate . Nam & in sequenti
tempore minus discutiuntur, & alimentum facile in
carnes & in cutem suscipiunt : quo bono nullum ma-
ius ipsis excogitare possis. Vitanda est autem longior
in frigidæ solio mora. Exoluit enim frigidæ lotio, ca-
lidæ lotionis utilitatem . Prima itaque die lotus uelut
dictum est, cibum accipiat boni succi & humidiorum.
Secunda uero recuretur, modicæ simul ac mollis &
lentæ frictionis usu, & solio calido . Atque hoc faciat
consequenter per multos dies.

aa 3

De lassati

Debilis uirium sequitur ad immodicum ueneris usum, præsertim in corporibus natura debilibus. Resistit autē ipsis & cutis, ex uehementi motu. Et plurima sit per transpirationem discussio ac exhalatio, & propterea siccitas. Aliquando uero etiam frigiditas consequitur, tum propter raritatem, tum propter caloris transpirationem ac sudores. Correctio igitur horū est per constringentia spissantiaq; ac corroborantia cutem. De quorū numero est & moderatū exercitium, & feruentius calidæ aquæ solii: quies item ac somnus multus. Edulia uero sint multitudine quidē pauciora, qualitate uero humidiora, & moderate calidiora: quo & cōcoctio bona fiat, & siccitas ex lassitudine corrigatur.

De lassitudinibus spontaneis. Cap. XLI.

Quum de lassitudinibus ex gymnasticis, aut ex itinere obortis dixerimus, nunc de his quæ sine uehementi motu sponte fiunt docebimus: tales. n. morbosæ sunt uelut etiam Hippocrati uidentur. Lassitudines enim inquit, spontaneæ denunciant morbos. Sunt autem & harum tres differentiæ, ulcerosa, tensua, inflammatiua.

De lassitudine ulcerosa spontanea. Cap. XLII.

Spontanea igitur ulcerosa lassitudo, ob uitiosos humores clæstine coalitis fit, qui acres & tenues ac calidi sunt, ut corrodant & stimulent ac pungant corpuscula sensu prædita. Et quandiu quidem ipsi in uenis ammixti sunt sanguini, latet ipsorū uis à sanguinis bonitate superata. Vbi uero in carnes & cutem transsumpti fuerint, & per mansionem confirmati, tunc ulcerosam affectionem ac sensum inducunt. Et tunc maxime in talibus augentur, quum moueri uolunt. Considerandum est autem in his, utrum in cute & carne sola uitiosi humores contineantur, aut etiam cum sanguine intra uenarum uasa. Horum autem signa habes ex urinis, & morsu circa cutem, & sudoribus. Quando enim unā

unā cum hoc quod etiam in urinis apparent uitiosi humores, sensus quoq; ipsorū mordax circa cutem contingit, & sudores alieni, tum colore, tum sapore apparent: manifestum est quod & in uenis cū sanguine uitiosi humores continentur, & quod in cute sunt ac carne. Siquidem igitur modicus sensus uitiosorū humorum contingat, ieiunium hominem per totū diem seruabimus, quiescere ac dormire iussum. Deinde uespere multū & pinguius illito, atq; temperatissima calidoloto, paucissimū boni succi ac forbilem cibum dabis. Neq; uero uinū prohibebimus, concoquit enim uinū semicrudos humores, si quicquam aliud hoc facit, & sudores ac urinas prolicet, & ad somnum conducit. Siquidem igitur a prædictis quieuerit hoc symptoma, paulatim ad cōsuetam reducere hominem oportet. Si uero sequenti nocte ac postera die adhuc permanserit, aut auctum fuerit, uidendum est de auxilio fortiore. Nam tales ubi uires robustæ sunt, alterū ex duobus facere oportet, ut aut uenā secent, aut purgatione utantur, ita tamen ut decernas utro auxilio magis opus habent, uelut consequenter dicam. Sin uero debiles fuerint uires, minime secanda est uena. Purgandum uero moderate, aut omnino non. Si quidem enim cum multitudine sanguinis robustæ fuerint uires, uena secanda est, aut conuetæ excretiones suppressæ mouendæ: uelut sunt hæmorrhoides in sede, & in mulieribus lunares purgationes. At ubi soli uitiosi congregati sunt humores, citra sanguinis multitudinē, ad conuenienter redundanti humorū purgationem ueniendū est. Affligit autē quandoq; bilis amaræ humor, aut atræ, quandoque pituita falsa aut acida aut serosi humores. Siquidem igitur ociosiore uitam habuerit homo, & cibus crassus succi usus fuerit, & præsertim in hyeme, pituitosus humor colligitur. Verum in pluribus laboribus & cibus acrioribus, & in ætate amara bilis coaceruatur,

In autumno uero, & eduliis eiusmodi, ac laboribus diuturnis, atra bilis. Horum uero notas fumere oportet, & ex colore, & ex hominis motibus, & ex urinis ac sudoribus, & ex siti ac ciborum appetentia. Proinde sanguine predominantem reliquis humoribus, unã cum uisibus robustis, uenam secabis. Si uero uitiosi humores predominantur, & uires robustæ sunt, purgatione conuenienti utemur. At post uenæ sectionem aut purgationem, nutrire oportet hominem eduliis boni succi quæ exterforium quid habent, uelut est pitana, & quæ nulla uiscositate prædita sunt, neque crassi succi sunt, neque multum nutriunt. Utendum est, & balneis temperatissimis, & unctione ac frictione moderata. Sed & reliqua diæta ac cura sic facienda est uelut relatum est in lassitudine ex gymnasiis generata. Si uero bonus sanguis paucus fuerit, crudi uero humores omnino multi, uires autem debiles: Neque uena secanda est, neque purgatione, neque exercitio utendum: Immo neque omnino motu utendum est, neque lauandum: Nam uenæ sectio bonum sanguinem euacuat, uitiosum autem, qui sanè in magnis uenis circa hepar & mesenterium congregatur, ad totum corpus trahit. At purgatio in his tormina ac morsus efficit & animi delirio quia intenta, ad hoc quod nihil memorabile euacuat. Crudi enim humores omnes pigri sunt ac ægre mobiles, ob crassitudinem ac frigiditatem. Itaque obturant omnes arctas uias, per quas oportet id quod in purgationibus euacuatur ad uentrem accedere ac inferri. Et ob hanc causam neque ipsi euacuantur, & alios impediant. Ob eandem uero causam neque exerceri, neque omnino moueri, neque lauari hos conuenit. Omnes enim tales motus humores in totum corpus ducunt, & angustos transitus obturant. Seruandi igitur sunt in omni quiete, & danda edulia potusque ac pharmaca attenuantia ac secantia, & crassitudinem humorum consuetudine,

cientia, citra manifestam calfactionem. Nam humores quomodocunque fortiter calfacti, undique per corpus meant. Utantur igitur in uisitu aceto mulso præsertim, aliquando & pitana: Aliquando uero danda est & aqua mulsa. Possunt enim ferre tenuem diætam, si qui alii idem possunt, propter subiectam crudorum humorum multitudinem: Quandoquidem uero præcordia omnibus talibus eleuata sunt ac inflata & facile sanè inflantur quicquid tandem ingesserint: Præstiterit ipsis dare cum cibo modicum pipæris, præsertim longi. Melius fuerit & disposito uti medicamento. Commodissimum est autem ipsis acetum mulsum, ex solo optimo melle & aceto præparatum: ut sint mellis quidem desumptæ partes duæ, aceti uero pars una, plus, minus. Præstat enim ex accipientium sensu modum iudicare, non nostris commoditatibus. Nam quod maturæ iucundum est, hoc commodum est. Quod uero iniucundissimum est, id maxime aduersarium est. Prodest talibus etiam apomeli, & præsertim aridum factum. At ubi iam attenuati aliquantulum fuerint humores, etiam uinum dandum est moderatum, album ac tenue. Sed & in apomelite ac aceto mulso coquendum est aliquando hyssopum & pulgium. Eduliis uero utendum attenuantibus, citra uehementem calfactionem qualis est capparidis ex aceto mulso, aut ex aceto & oleo. Postquam uero omnia perfecte bona tibi apparuerint, tunc ad familiarem usum paulatim reducere conare, ita ut moderatis exercitiis utantur, & balneis, & unctionibus. Idoneum est autem ipsis unguentum lassitudinem eximens ex abiete paratum, itemque: quod ex populo nigra fit, quorum præparandi modum inter Acopa uocata referemus. Congruum est ipsis & oleum chamæmelinum, & anethinum: Item sampfuchinum tempore hyberno. Sampfuchinum uero oleum sic præparatur. Coquitur sampfuchus in duplici uase cum oleo. Similiter coquitur & rosmarinus

nus herba. Si uero hæc non habeas, radicem cucumeris syluestris, aut athæga, aut bryoniæ, aut betæ albæ accipe, & cum oleo coque. multum enim discutiant.

De lassitudine tensiua spontanea.

Cap. XLIII.

Tensiua spontanea lassitudo, si sine exercitiis, aut alio quodam motu excitata fuerit, multitudinem nimis humorum indicat, qui nimia copia solidas animantis partes distendunt, & præsertim musculorum fibras. Ulcerosus sensus non est in hac lassitudine. Sed neque tumor alicuius partis sub tactu aut uisum cadens. Uerum solū grauitatem & distentionem percipiunt. Manifestum est autem quod sanguine redundante, optimum auxiliū est uenæ sectio in cubito. Possunt & uenæ in talis secari. At uero post totius corporis euacuationem, ad distenturam partium laxationem procedendum est, per unctiones ac frictiones molles, ociumque ac quietem. Et utendum est balneis temperatis, & cibis citra mordacitatem exteriorum quiddam habentibus, qualis est ptisana, & apomeli, & consimilia. Et ut in summa dicam, post uenæ sectionem eadem cura uti oportet, quæ relata est antea ad tensiuam lassitudinem ex gymnasiolorum exercitiis obortam.

De lassitudine inflammatiua spontanea.

Cap. XLIII.

Inflammatiua lassitudo quum sponte citra aliquem motum oborta fuerit, tum propter doloris magnitudinem, tum propterea quod cum manifesta inflammationum partium caliditate consistit, coeleuans musculos in tumorem, neque paucarum horarum, ne duntaxat duorum aut trium moram ac dilationem tolerat: Sed statim febrem uehementissimam inducit, nisi quis sanguinem detrahendo præueniat. Calidissimus est enim talium sanguis, & plurima opus habent ipsius euacuatione, omnes ferme ab hoc malo apprehensi, & plerique

& plerique ipsorum etiam post uenæ sectionem februnt. Quare neque cunctari, neque parum detrahere conuenit. Sed & cito euacuare, & usque ad animi deliquium durere, si nihil aliud amplius impenderit. Præstat autem & detractionem repetere in eodem die, ita ut in priorre euacuatione homo non animo linquatur. In posteriore neque ferendum est animi deliquium. At quibus hoc modo affectis uena secta non fuerit, aut sponte aliunde sanguis eruperit, hi bona fortuna habent ut seruentur, & neque seruantur. Siquidem igitur in capite & collo dolores magis hæserint, humeralem appellatam uenam secare oportet. Si uero thoracem & dorsum & lumbos doleant, internam uenam secabis. Sin æqualiter totum corpus, mediam. Siquidem igitur à uenæ sectione febris permanserit, curatiōnem facere oportet, quàm in febrium tractatione referemus. Si uero sine febre maneant, in prima quidem die à uenæ sectione, ptisanæ succus aut alicuius solum dandus est. Similiter autem & secunda. Si autem & in tertia die sine febre manet, etiam lauato & largo oleo iungito. Etiam si autem laueris, moderatum tamen uictum exhibebis, ex lactuca, aut si ea non adsit, cucurbita: & alicam uelut ptisanam costum. Sed & beta & malua, & atriplice utendum est, si non adsit lactuca. Ex piscibus dandi sunt petrosi, & asellus ex albo iure probe coctus. Utatur aquæ potu. Aquæ potum dico, non frigidæ aquæ potionem, sed calidæ. Post tertiam si tolerabilis manet æger, inspergere oportet in potum, uini parum albi ac tenuis, & de cætero pro ratione reficere, per boni succi & neuatiquam calefacientis diætæ usum.

Quali curatione ad frigiditates utendum est.

Ex Herodoto. Cap. XLV.

Duplex est frigiditatis curandæ modus. Nam & futuram frigiditatem præcauere oportet, & corrigere iam

iam factam. Quo igitur non capiatur frigiditate is qui in frigido aere uerlaturus est: neq; famem tulisse, neq; prauomuisse oportet neq; cruditatem pertulisse, aut fatigatum esse, aut crapula impletum esse. Frigiditas enim consequens ad ciborum cruditatem, morborum causa est. His uero qui famem pertulerunt, frigiditas ad ipsos neruos penetrat, qui nudi quodam modo sunt, & propria materia priuati. Quapropter qui in frigido aere uerlabitur, totum corpus nardino aut gleucino oleo præiungere debet. Plantas autem pedum, cera to ex laurino parato illinere. Aut ipsas lauri baccas ce rato excipe, ac utere. Verū ex ueteribus quidam suc cum cyrenaicum milii magnitudine, in talibus necessitatibus deuorandum dederunt, cera oblitum. At uero ad conuersionem in frigido aere, desiderare non oportet, sed ambulare prius in tepidiore loco. Et postea ad balneum ingredi, & in calida aqua diutius morari. Non præsentem uero balneo, ad ignem corpus illinendum est, ac confricandum diligentius tum per seipsum, tum per alios. Deinde accipiendus est cibus calidus potentia & actu. Vinum uero neque ualde acerbum, neque nimis uetus dandum est. Tale enim neruofas partes offendit, iam à frigore uexatas, & præsertim uesticam ac rhenes. Si uero sequenti die frigiditas perseueret, curatio per balneum aut inunctionem conuenit. Et diæta consimilis, & acopa ex oleo gleucino & amaracino ac similibus præparata.

Cutis densatæ curatio. Galeni. Cap. XLVI.

Densatur aliquando cutis, tum per uehemens frigus, tum per balnea aluminosarum aquarum, aut alio quid huiusmodi. Fieri potest autem ut & post balneum, & post sudores, aut alio quodam modo rarefacta ac frige facta cutis densetur. Cognoscitur affectio calore albidior quam pro natura, & cutis ariditate ac densitate, & quod sic affecti in exercitiis ægre calefiant.

Neq;

Neq; enim sudant, neq; bonum colorem habent. Si uero etiam à plurimis exercitiis coacti sudauerint modicum ac frigidum sudorem excludunt. Sanatio horum est calfactio & cutis rarefactio. Utendum igitur est exercitiis, & balneis calidioribus, præstat autem in prima balnei domo super leui lapide sedentem perfundere. Vngantur etiam oleo quopiam laxatorio, uelut est quod dulcissimum est, uerum duorum aut trium annorum. Vtantur & lauacro natationi apto, calido temperato diutius. In frigido uero ne immorentur. Neq; uero aqua sit ualde frigida. Vbi uero induere se uolunt, inungantur aliquo moderate calfaciente, quale est anethinum aut cicinum. Ex ungentis uero gleucinum, aut susinum, aut irinum, aut amaracinum. Cibis porro utantur moderatis, nihil uiscosi habentibus.

Quomodo curandus sit æstiuosus ardor.

Herodoti. Cap. XLVII.

Quemadmodum frigiditas famelicos magis lædit, sic ardor repletos. Quare qui in æstiuo sole uersari uolet, repletionem & acrimiam esum uitet, uinositatem item ac cruditatem: præhumeftet autem corpus balneis potabilibus aquarum, & cibis humectantibus: prospiciendum est & in mora ipsa sub sole, ut caput tegatur, leuiore aliquo uestimento, aut foliis uitis, aut myrti, aut polygoni. Si uero sitis uehemens oriatur, non acruatim ingerendus est frigidæ potus. Plurimis enim hinc præterfusio aquæ intercutem contingit. Aliis uero ad ardentem pulmonem aquæ frigiditas illapsa, tusses grauedines excitat, aliquibus etiam tabem. Præstat igitur prius faciem frigida proluere manusq; ac pedes, deinde colluto ore paulatim ex interuallis absorbere. Postquam autem discessit à sole, temperata calida se lauet, & in frigida natet. Si uero non adsit balneum, aqua & oleo, aut aqua & rosaceo totum corpus humectetur, & mollibus manibus præfricetur, &

tunc

tune in frigidam infiliat, præsertim si assuetus fuerit. Si uero nihil tale adest, aqua perfundatur. Postea potus quidem sit aqua. Edulia uero, lactuca, intyba, cucumis, cucurbita. Vinum quoque dilutius solito sit. Obsonium pisces delicati, domestica gallina ex iure albo. A coitu uero abstineat. At ubi caput uehementer calescitum est, aut stomachus adhuc exardet, ut alba & glutinosa sit salua, ut uix spuito reici possit, & reliquum corpus pigrum apparuerit, ac uelut exolutum: caput rosaceo irrigandum est, aut rosarum succo cum oleo omphacino, aut polygoni succo, aut pampinorum uitis, aut intubi, aut alicuius similis succo. Totum uero corpus humectandum est aqua & oleo, aut aqua & rosaceo. Super stomachum autem molle linteolum imponendum uino & oleo imbutum. Aut ceratum rosaceum, aut melinum quod absinthium habet aut portulacam. Optimum est autem & absinthii cremorem bibere, ad detergendas biliosas & acres in uentre congregatas superfluitates. Conducit & rosaceum absorbendum dare ad cyathi unius mensuram.

De matutina frictione Galeni. Cap. XLVIII.

Matutinam frictionem assumimus post superfluitatum excretionem, excellenter quidem mollem in plus iusto resiccatis, & in his qui in uehementi frigore uersari uolent, & quibus propositum est frigida lauari, & qui lassitudinis sensum habent, & in quibus cutis densitatem corrigere uolumus cum largo oleo. At uero densitatem ex frigore obortam sanamus, primum quidem siccarum & asperarum frictionem usu, deinde frictionibus ex oleo calido. Ad raritatem uero cutis obortam ex balneis, aut frictionibus, aut ob ueneris usum paucis quidem siccis frictionibus utimur, paucis uero etiam post ipsas, ex oleo frictionibus, & eo quoque adstringentibus. Cæterum humiditates ex multo potu obortas solæ siccæ frictiones curant, per
factæ,

factæ, citra pinguitudinem, aut cum aliquo ex discussoria ui præditis.

De uespertina frictione. Cap. XLIX.

Vespertina frictio lassatis, aut resiccatis, aut alimentum non sentientibus commoda est. Prandium in his parcius fiat, & amplius tempus intercedat usque ad cenam, & plerumque in quiete. Deinde etiam paululum deambulent. Melius enim est si subductis cibis etiam uentrem exonerauerint. His ita factis, citra periculum frictio assumitur. Frictio fiat cum oleo dulci, uentre penitus non contacto. Periculum est enim, & ipsos cibos prius concoqui, & semicoctum aliquem humorem digeri, & caput perturbari, & stomachum subuerti. Quare nardino unguento uenter perfundendus est absque defrictione.

De cruditate.

Cap. L.

Quot modis cruditas fiat, & quomodo uarie resistere oportet oborientibus ex hac corpori detrimentis, in loco de alui affectionibus postea declarabitur. Nunc uero necessarium est dicere quomodo ad urgentia accipienda instare oportet. Ructu itaque accedente at irritante, & grauitate circa præcordia existente, & ex hæc molestia quadam in totum corpus se diffundente, non cumstandum est ad uomitum deuenire, sed aqua plurima tepida hausta cogendus est, ut cibi penitus excernantur. Vbi enim permanserint, & torminum, & dolorum, & grauitatis capitis, & destillationis, aliquando uero etiam febris, causa fiunt. Si uero quis natura difficulter uomat, aut ob aliam quandam causam uomere impediat, tur, elaborandum est omni modo ut cibus subducatur, & ex præcordiis secedat. Ad hæc erectior decubitus paratur. Adiuuat, nisi quicquam aliud, concoctione. Et si uigilans quis fuerit, propter nimiam expletionem somnum assequi non potens, is immotus permaneat, & eadem decubitus figuram conseruet. Nam assidue conuersiones
flatus

flatus pariunt. Flatus autem materiam sursum uergeré faciunt. Si uero perseuerarit hoc accidēs etiam phar maci cōcoctorii ex malis cydoniis, præparati, cochleæ rii mensura danda est. Si uero quis aduetus sit ad frigidæ potum, & multam sitim percipit non incongruū fuerit sinceræ frigidæ heminam exhaurire. Celerrime enim corroboratū os uentris quæ in aluo sunt expellit. At uentrem nardino ungento illinere oportet, & partes circa præcordia fouere, & extremarū partium frictione uti. Exonerata aluo ad deambulationē procedendum est, tarde progrediendo, ne uapores ex cruditate ad caput allati cōcutiantur. Postea uero ad consueta uitæ munia pergendū est. Deinde succedat balneum, & inunctio ex oleo dulci. Vitilis est & absinthii potus. Cibo uero utendum est facile concoctili ac moderato, & cui addita sunt quæ aluo commodant, uelut sunt erinacei & cancri. Deinde olera, beta, malua. Modice utendum est uino, uerum calidiore. A relictis uero abstineat, uelut sunt acrium esus, & bellaria, ac placentæ ex melle, & fructus dulces. Talia enim omnia ægre concoqui ac digeri possunt. Hinc autem somnus imperturbatus succedat.

De crapula. Philumeni. Cap. I. I.

Sed & cruditates ex uino obortas, quas crapulas uocant, ferè eodē modo tractare oportet, ita ut cogamus ipsos uomere, à tepida aqua, aut sola immisione digitorum, aut pennarum, & in lecto quiescere iubeamus, & turbationem somno sedemus. Et si quis sanè ad frigidæ potum aduetus sit, & stomachi ac uentris uexationem siue morsum perceptet, dandi sunt ipsi cyathi duo aut tres sinceræ puræ frigidæ, aquæ ex interualis. Sedata uero turbatione, cibos exhibebimus boni succi, & magis frigefaciētes. Potus autem sit modicus uinum album & tenue dilutius temperatum. Optimus uero in his est uini absinthitæ potus à balneo.

De aqua

De æqualibus intemperaturis Galeni. Cap. L. II.

Quum tractauerimus quomodo quis à prima ætate usq; ad senectutem conseruet hominē optime constructum: Transibimus nūc ad eos qui statim ab initio morbosam corporū constrictionem adepti sunt. Duplices autem sunt secundū genus uitiosæ corporū structuræ: Quædam enim æqualiter habent temperatas uniuersas corporis primas partes, quæ similes appellantur. Quædam uero inæqualiter. Dico autem æqualiter, quū ad aliquam intemperaturam immutata fuerint omnes simul corporis partes frigidiores quàm conuenit, aut calidiores, aut sicciore, aut humidiores factæ. Et per coniugationē, quædam calidiores & sicciore: quædam humidiores & frigidiores, quædam calidiores & humidiores, quædam frigidiores & sicciore. Et sanè iuxta instrumentaliū partium compositionem, aliquæ æqualiter, aliquæ inæqualiter compositæ sunt. Vidi enim iam quosdam habere uentrem quidem frigidum, caput autem calidum: alios uero caput frigidum, uentrem uero calidū. Vidi autem & uentrem per accidens assidue bile uexatū, qui non esset natura calidus: Quem admodū etiam alium frigefentem, qui nō esset frigidus. Sic & caput, & hepar, & splen, & omnes aliarū partes, fruuntur aliquando alterius intemperaturæ, quum ipsæ ex natura nihil lesæ sint in propriū tēperamentū, neq; contrario modo dispositæ. Proinde de primis optimum temperamentum adeptis à me dicitur, quo hoc exemplū habeas quod temperatum est. Deinde de his qui æqualem intemperaturam habent. Demonstratum est à me sæpe, impossibile esse unam aliquam intemperaturā diutius perseuerare. Ipsa enim sibi ipsi necessario aliam quandam asciscit. Illud porrò nosse expedit, quod quæcunque corpora morbosam structuram in prima natiuitate habuerunt, eo omnino non perueniunt ad senectutem. Si uero etiam perue-

A E T.

b b nerint,

nerint, unum quendam morbum diuturnum habent. Proposuius autē in hac tractatione de uitiosam stru-cturam habētibus agere, cōsiderantes quomodo quis ipsa conseruet ut plurimum sana. Prius uero referēda sunt temperamentorum notā: postea consequentes etiam intemperaturarum correctiones.

Optimi temperamenti dinotio .

Cap. L I I I .

Optime temperatus est homo quū corpore appareret exacte in medius inter omnia extreme disposita corpora, in gracilitate ac crassitudine, mollicie ac duricie, caliditate ac humiditate, siccitate ac frigiditate . Et, ut in summa dicam, si animales ac naturales actiones inculpabiles habuerit . Medio item modo se habuerit inter hirsuta corpora ac glabra, & inter nigra colore ac alba . Habuerit autem capillos, dum quidem puer est fuluiores, in uigore uero ætatis flauiores.

Temperamenti calidi notā.

Cap. L I I I I .

Calidius quā conuenit temperamentū totius corporis, nunc dico illud quod proportionem secundum humiditatem ac siccitatem inculpabilem habet . Qui igitur ab initio talem corporis naturam adepti sunt, saniores aliis apparent, & articulata uoce loquuntur, & canunt, & citius gradiuntur. Augebitur autem ipsis caliditas pro annorū proportione . Iuxta uigorem autem ætatis palam calidiores apparent. Quare morbis & accidentibus à flaua bile facile capiuntur. Nam multa caliditas paulatim consumens humiditatem, siccius temperamentum efficit . Hi colore rubicundi sunt, & nigros capillos habent, progressu uero tēporis etiam moderate densos. Habentq; uenas amplas, sunt enim & graciles. Nam pingues & uenas amplas habentes, non natura pingues sunt, sed acquisitum temperamentum habent.

Tempe

Temperamenti frigidi notā .

Cap. L V .

Frigidum ad contactū est his corpus, depile, & pingue. Color autem unā cū capillis, fuluior his est. Si uero multa est frigiditas, liuidi sunt & plumbei coloris, & angustas uenas habent. Si uero quis angustas habet uenas, & gracilis est, is necessario acquisitū temperamentum habet, & non ex natura gracilis est.

Siccioris temperamenti notā.

Cap. L V I .

Ægre mobile, & siccum, & squallidū in his sit corpus facillime ab omnibus siccantibus . Nam & natura excarnes sunt ac graciles . At cum hoc quod hi graciles sunt & excarnes, amplius etiam durū & asperū apparet tangentibus horū corpus. Gracilitas autem non solum ad naturales consequitur tēperaturas, sed etiam ad acquisitas ex longa conuetudine succedit.

Humidioris temperamenti signa.

Cap. L V I I .

Humidius temperamentum in reliquis consimile est temperato . Verum mollius & carnosius . Nam mollicies ab humida temperatura separari nō potest. Quomodo sanē & crassities non solum ad naturalem, sequitur temperaturam, sed etiā ad eam quæ ex longa consuetudine facta est, succedit . Proprium autem est humiditatis etiam grauari corpus ab omnibus humectantibus.

Calidi & humidi temperamenti notā.

Cap. L V I I I .

Mollius & carnosius est hoc, optimo tēperamento. Vbi uero plurimum fuerit auctum, putredinis facile capitur morbis. Si uero paulo humidius: Multo uero, calidius fuerit, tales molliores sunt moderatis, & carnosiores, & non paulo calidiores. Nigri autem sunt ipsis capilli, & caro non pinguis . Si uero paulo calis

dius, multo autem humidius fuerit, mollis his & multa est caro, & color mixtus ex rubro ac albo, & ad contactum paulo sunt calidiores. Quo uero in summa dicam, in coniugatis temperaturis semper prædominantis qualitatibus præualent.

Calidi & siccī temperamentī notæ.

Cap. LIX.

Calidum & siccum temperamentum hispidius ac calidius est, & gracile. Capitis autem pilos boni habitus & nigros ac multos habet in iuuentute. Temporis uero progressu etiam caluities sequitur. At uenæ ipsius amplæ sunt, & arteriæ magnæ ac uehementissimæ pulsantes. Et sanæ & firmum, & articulatam, & musculosum, & minime pingue totum corpus. Et cutem ipsam duriorem ac nigriorem.

Frigidi & humidi temperamentī notæ.

Cap. LX.

Thorax his angustus est, & pilis nudus, quemadmodum etiam totum corpus. Cutis autem tenera & alba. Capillis subfultis, præsertim in iuuentute, & senescentibus, non caluescunt. Sunt item timidi, & minime audaces, ac pigri, & obscuras habent uenas. Et crassi sunt ac pingues, & foemoribus ac musculi infirmi & inarticulati, & sunt blæsi. Quod si frigiditas ac humiditas amplius augetur, color unâ cum capillis fuluus euadit. Si uero plurimum augetur, liuidus. At si inæquale fuerit qualitatum augmentum, eius quæ magis aucta fuerit propriæ notæ prædominabuntur.

Frigidi ac siccī temperamentī notæ. Cap. LXI.

Si uero frigiditas ac siccitas ex æquo fuerint auctæ natura durum & gracile habent corpus, albumque ac non musculosum, & inarticulatam, ac debile, & ad tactum frigidum, pinguitudo tamen ipsis etiam si graciles sint, per carnem disseminata est. Pili & color corporis pro mensuræ frigiditatis portione se habent. Porro quum

quum calida & siccata temperatura, in tempore inclinatur ætatis, sæpe transeat in siccam ac frigidam, habitus talem gracilis ac durus similiter fit, uerum melancholicus est. Et propterea colore nigriores ac hispidiores sunt. Prædominabuntur autem semper prædominantis temperamentī notæ, obscuræ uero alterius notæ erunt.

De capitis dinotione. Cap. LXII.

Caput paruū quidem uitiosæ cerebri structuræ proprium signum est. Magnū uero non necessario bonæ. Siquidem enim propter robur insitæ uirtutis materiā multam ac bonam creantis factum est, bonum est. Si uero propter solius materiæ multitudinem, non bonum. Distinguendum uero de ipso tum ex figura, tum ex his quæ ab ipso ortum habent. Ex figura quidem, si fuerit concinna. Semper enim hoc signum bonum est. Ex his uero quæ ab ipso ortum habent, si ualidam ceruicem habet, & aliis ossibus optime dispositū est. Et si uniuersum ipsorum neruosum genus bene nutritur, ac robustum est. Et si oculi acri uisui fuerint præditi. At uero acuminata capita defectuosam circa occiput aut frontem eminentiam habent, aut ultra iustum modum auctam. Proinde ut plurimum sicut magna, ita etiam hæc capita uitiosa comperimus. Raro autem & ex his aliqua sunt bona efformatrice ipsorum uirtute forti existente, & multitudinem materiæ bonam adepti. Nam qui acuminata capita habent, & ceruice ualida præditi sunt, hi tum aliis partibus omnibus tum ossibus robusti sunt, ait Hippocrates.

Cerebri temperati notæ. Cap. LXIII.

Temperatum cerebrum naturales actiones moderate ratas habet, itemque superfuitates quæ per palatum, aut aures, aut nares purgantur, minimeque læduntur ab omnibus extrinsecis quæ calefaciunt, & frigefaciunt, & siccant, & humectant. Talibus pili capitis dum infantes sunt, subfultis sunt: pueris uero subfultis: perfectis

autem flauī sunt, medium quodam modo tenentes inter exacte crispōs ac simplices. Nec uero facile caluescunt.

Cerebri calidioris notæ. Cap. LXIII.

Si uero moderato calidius fuerit, uniuersa circa caput rubicundiora ac calidiora erunt, & oculorū uenæ conspicuæ. Pili his genitis cito in capite oriuntur, ubi multo sunt calidiores temperatis, nigri & multi, & crispī ac robusti: Vbi uero non multo, susaui primum deinde nigrescunt, & progressu ætatis caluescunt. Superfluitates in palato, & naribus oculisq; ac auribus, pauca his sunt ac matura, quum inculpate sani fuerint. Replentur autem capite maxime, quum incauta diæta utuntur, & grauantur à calefacientibus edulīs, potibus, & odoribus, atq; omnibus forinsecus accidentibus. Et hoc magis adhuc, si non solum calida ex natura fuerint talia, sed etiam humida.

Frigidioris cerebri notæ. Cap. LXV.

Superfluitates plures circa proprios meatus habent. Capilli uero ipsis recti sunt & fului ac stabiles, & multo tempore à natiuitate orientes, tenues ac macri primum. Et cito à frigidis causis læduntur, & iuxta ipsum læsionis tēpus desillationibus ac grauēdine corripuntur. Neq; uero capitis partes ad tactum calidæ sunt, neq; rubicundæ apparent. Et oculorum uenæ inconspicuæ sunt. Et ipsi quodam modo somnolētiore.

Siccioris cerebri signa. Cap. LXVI.

Meatum à superfluitatibus puritas, & sensuum sinceritas, signum sunt talis temperamenti. Vigilantissimi uero sunt, & pilos robustos celerrime ubi nati sunt producant, crispōs magis quàm rectos. Cito uero canescunt.

Humidioris cerebri notæ.

Cap. LXVII.

Pili simplices, & omnino non caluescunt, & sensus caliginosi

caliginosi sunt & superfluitatum copia adest, & somni multi, ac profundi.

Calidioris & humidioris cerebri signa.

Cap. LXVIII.

Si uero caliditati affuerit humiditas, utrisque partium excedentibus modum, bonus color adest & calor, & uenæ oculorum magnæ sunt, & superfluitates plures moderate maturæ. Et capilli recti ac subflauī. Et non facile caluescunt. Replentur autem & grauantur capite à calefacientibus ac humectantibus. Quum autem ad plurimam humiditatem ac caliditatem ueniunt, morbosum fit his caput & superfluitatibus redundans, & quod facile ab humectantibus ac calefacientibus læditur. Auster his ualde aduersatur, optimus autem in aëquilonariis locis degunt. Neq; uero uigilare possunt diutius, & ubi ad somnum se ipsos conuerterint, simul sopore præmuntur altiore, & uigiliis, & in somniis uarias imaginationes obuersantes habent. Visum item habent caliginosum, & sensus non exactos. Si uero una temperatura fuerit intenta, notæ ipsius magis prædominantur.

Calidi ac sicci cerebri notæ. Cap. LXIX.

A superfluitatibus puri sunt hi, & sensibus sinceris, ac uigilantissimi. Et cito caluescunt: prima capillorum generatio ipsis celerrima est, & probe nutritur. Sunt autem nigro ac crispo capillo præditi, & calidi ad capitis contactum, rubicundiq; usque ad uigoris tempus.

Frigidi ac sicci cerebri signa. Cap. LXX.

Frigidum ac decolor caput efficit hoc temperamentum, quantum in se est. Alterantur enim aliquando partes ipsius, ex humorum in toto corpore temperamento. Tales temperaturæ uenas oculorū latentes habent, & à frigidis causis prompte læduntur. Quare etiam inæqualiter sani sunt isti, aliquando quidem capite leuissimi, & meatibus, à superfluitatibus puri: Aliquando

uero destillationibus ac grauedine ob paruas causas corripuntur . Sensus ipsis sunt in iuuentute quidē sine ceri, & per omnia inculpabiles. Verum progressu temporis cito contabescūt. Et ut in summa dicam. Omnis bus capitis partibus cito senescunt, quare etiam cito caluescunt . Capilli ipsis geniti prodeunt quidem uix, uerum macri ac fului . Progressu temporis frigiditate predominantē siccitati, non caluescunt. Si uero siccitas obtinuerit dominium, parum hi caluescunt.

Frigidi ac humidi cerebri notæ. Cap. LXXI.

Humidæ ac frigidæ cerebri temperaturæ soporosos faciunt & somnolentos, & sensibus uitiosos, ac superfluitatibus redundantē, & quibus caput facile frigeat ac repleatur, & qui destillationibus ac grauedine facile corripantur. Tales tamen non caluescunt.

Ventris siccioris signa. Cap. LXXII.

Si cito siticulosi fiunt, & modicus ipsis suffecerit potus, & huberiore grauentur, & fluctuationes habuerint superfluitate ipsis innatante, & edulius siccioribus gaudent.

Ventris calidioris notæ. Cap. LXXIII.

Calidior uenter concoquit melius quàm appetit: & multo magis quæ dura sunt & difficulter alterentur. Quæ enim facile alterantur, in ipso corrumuntur. Gaudet autem edulius ac potibus calidis, & neq; à frigidis læditur, si moderatus contigerit ipsorum usus. At uero calidorum forinsecus allabentium diurnam conuersationem ferre non potest.

Humidioris uentris notæ. Cap. LXXIII.

Hi neq; siticulosi fiunt, & ampliorem humorē citra molestiam ferunt, eduliusq; humidioribus gaudent.

Frigidioris uentris notæ. Cap. LXXV.

Frigidior natura uenter, bene quidem appetit, non autem bene concoquit, & præsertim edulia quæ ægre alterantur & frigida sunt. Facile itaq; in ipso accescunt,

& pro

& propterea quū acidum habet . Et gaudet quidem frigidis, læditur autem facile immodico eorum usu. Atq; ita etiam extrinsecus allabentium ipsi frigidiorū diurnam conuersationem ferre nequit. Cæterum ex morbo constatæ in uentre intemperaturæ in hoc differunt à naturalibus, quod contraria concupiscunt, non similia, uelut naturales. Si quidem igitur concoquit probe, temperatus est uenter . Si uero non concoquit, non omnino intemperatus est. Sed si quidem nidorosos ac fumosos efficit ructus, immodicus est ipsi ac feruens calor. Si uero acidus, uice uersa. Sic etiā uentres qui ægre concoctilia probe concoquunt, immodicum calorem habent. Si uero ipsa non concoxerint debilis est ipsorum calor . Considerandum est autem an ob aliquem humorem aliunde in uentrem confluentem, hoc ipsis contingat. Nam ad pituitosos humores, acidi ructus consequuntur : Ad biliosos uero, nidorosi aut uirosi, aut aliæ quædam peregrinæ qualitates . Communia autem accidentia omnium redundantium in uentre humorum sunt nausæ. Verum si quidem in uentris amplitudine humores innatarint, supernatabunt in his quæ per uomitum reiciuntur . Si uero in ipsis uentris tunicis impacti fuerint, frustra lancinabunt per inanes nausæ, ita ut nihil uomitu reiciatur.

Pulmonis notæ. Cap. LXXVI.

Non solum uenter siticulosos & non siticulosos facit, & frigidi ac calidi potus appetentes. Sed etiam thorax, cor, & pulmo . Verum qui propter horum caliditatem sitiunt, plus inspirant, & amplius ac diutius est flant . Percipiunt autem æstum in thorace, non circa præcordia siue hypochondria grecis appellata quem admodum qui propter uentrem siti uexantur . Et sanè ubi bibunt, non statim quiescunt : & frigidus potus magis ipsorum sitim sedat, quàm multus calidus. Res frigerat autem ipsos & frigidus aer inspiratus, qui ne

bb s alleuiat

alleviat quidem propter ventrem sicutulosos. Sic uero etiam frige factum thoracem habentes, à frigida in spiratione sensibiliter læduntur. Et maxima est hæc frigiditas pulmonis nota. Quemadmodum autem frigidum ærem inspirantes, palam sentiunt molestiam ac frigiditatem: Sic calidus ipsis est gratus. Sed & pituitosas superfluitates hi cum tussi reiciunt. At pulmonis siccitates superfluitatibus carēt, & uocem puram habent. Quemadmodū humiditates, obscuram & raucam uocem efficiunt, & ubi amplius aut acutius loqui uolunt, superfluitates ipsis incurrunt.

Cordis calidioris notæ. Cap. LXXVII.

Magnitudo respirationis, & pulsus uelocitas ac densitas, calidioris cordis notæ sunt: audaciaq; ac uelocitas ad actiones obeundas impigra. Si uero amplior fuerit caliditas, excandescencia & furiosa temeritas. Est & thorax ipsis hirsutus, & maxime pectus præcordiorum partes thoraci uiciniores. Ut plurimum uero & totū corpus calidius fit ex calido corde, nisi hepar magnopere reluctetur. Sed & thoracis amplitudo, caliditatis signum est, nisi etiam hic magnopere cerebrum resistat.

Frigidioris cordis notæ. Cap. LXXVIII.

Pulsus sunt moderatis minores, non tamen tardiores necessario, aut rariores. timidi uero ex natura sunt tales, & socordes, ac minime audaces, & pectus pilis nudum habent.

Siccioris cordis notæ. Cap. LXXIX.

Pulsus sunt duri, & animi concitationem non faciunt, sed feram & ægre sedabilem tales habent. Et ferè me totum corpus his siccior est, nisi hepar reluctetur.

Humidioris cordis signa. Cap. LXXX.

Pulsus molles: & mores ad iram procliuēs, ac facile sedabiles. Et totum corpus humidius, nisi hepar resisterit.

Calidi

Calidi ac sicci cordis signa. Cap. LXXXI.

Pulsus duri & magni, & ueloces ac densi, & respirationes magnæ ac ueloces & densæ. Et sane multo magis uelocitas ac densitas ipsarum augetur, si thorax ad proportionem cordis responderit. Hi omnium maxime pectore hirsuti sunt, & circa præcordia. Ad actiones uero expediti, & animosi, & tyrannicis moribus præditi, & celeres ad iram, ac pertinaces in ipsa.

Calidi & humidii cordis notæ. Cap. LXXXII.

Si uero humiditas unā cū caliditate dominetur, minus quidem prædictis hi hirsuti sunt, nihil uero minus ad actiones expediti. Verum non adeo ferus est ipsis animus, sed ad iram solam sunt procliuēs. Pulsus uero molles sunt & magni, & ueloces ac densi.

Frigidi & humidii cordis notæ.

Cap. LXXXIII.

Pulsus molles sunt. Mores minime audaces, ac timidi, & pigri. Sunt autem hi pectore pilis nudo, & minime furiosi sunt. Nam neque ad iram, procliuēs sunt. De thorace ac toto corpore similiter uelut in superioribus distinguendum est.

Frigidi ac sicci cordis notæ. Cap. LXXXIII.

Pulsus duri & puri. Hi omnium maxime ab ira alieni sunt. Coacti tamen ad irascendum, in ira perseverant. Sunt autem pectore omnino depiles.

Hepatis calidioris notæ. Cap. LXXXV.

Venæ amplæ, siccior bilis copiosior. Tempore uigoris etiam nigra. Calidior est ipsis sanguis. Et propterea etiam totum corpus, nisi cor resistat. Præcordia & uenter hirsuta sunt.

Frigidioris hepatis notæ. Cap. LXXXVI.

Angustia uenarum, pituita copiosior, & sanguis frigidior, & totius corporis habitus frigidior, nisi à corde calefiat. Præcordia & uenter his pilis nuda sunt.

Siccioris hepatis signa. Cap. LXXXVII.

Sanguis

Sanguis crassus & paucus, uenæ duræ, & uniuersus corporis habitus ficior.

Humidioris hepatis signa. Cap. LXXXVIII.

Sanguis copiosior & humidior. Venæ molliores. Sic & totum corpus, nisi cor relustetur.

Calidi ac ficii hepatis signa. Cap. LXXXIX.

Præcordia hirsutissima. Sanguis crassior ac paucior. Amara bilis plurima. Iuxta uigorem etiam atra. Venarum amplitudo ac duricies. Sic & totum corpus calidum ac siccum. Nam caliditas ex corde profisciscens, frigiditatem ex hepate profisciscentem superare potest. Quemadmodum etiam frigiditas cordis, caliditatem hepatis superare potest. At siccitatem hepatis, cor humidius ad contrarium transmutare non potest. Quare manifestum est quod ubi amborum temperature in idem concurrerint, totum corpus exacte iuxta illas afficitur.

Calidi ac humidi hepatis notæ. Cap. XC.

Minus quidem quam calidum ac siccum præcordia hirsuta facit. Verum plurimum sanguinem & uenas magnas habent tales. Et habitum humidum ac calidum, nisi cor resistat. Si uero amplius utrisque qualitatibus naturalem modum excesserit, facile capitur morbis, putredinosi ac mali fucci, atque hoc adhuc magis, si amplius aucta fuerit humiditas, paululum uero caliditas. Si uero uiceuersa, modice aucta fuerit humiditas, plurimum uero caliditas, uitiosi humores minute gignuntur.

Frigidi & humidi hepatis notæ. Cap. XCI.

Debile habet præcordium, sanguinem uero operatur pituitosorem, unâ cum uenarum angustia. Et corpus totum frigidius ac humidius, si non à corde ad contrarium transferatur.

Frigidi ac ficii hepatis notæ. Cap. XCII.

Frigidum ac simul siccum hepar, corpus modici sanguinis,

sanguinis, & angustarum uenarum facit, atque, frigidius. Præcordia uero pilis nuda talibus sunt, nisi & hic cor superarit.

Testium temperamenti signa. Cap. XCIII.

Calidum testium temperamentum uenereum est, foecundumque ac masculorum generatium. Et cito hirsutas facit genitales partes, & circumscitas moderate. Frigidum uero uiceuersa. Humidum autem multo & longitudo semine abundat. Siccum uero pauco & moderate crasso. At calidum & siccum, crassissimi seminis est ac foecundissimum. Et celerrime ad coitum stimulat animal statim ab initio. Tales etiam celerrime hirsuti fiunt circa genitales partes, & omnes circumscitas, sursum usque ad umbilicum, deorsum usque ad media foemora. Concitatum quidem igitur est tale temperamentum ad uenerem, uerum citissime satiatur, & si cogatur læditur. Si uero humiditas ad caliditatem accedat, minus quidem hirsuti sunt hi, sed plus seminis habent. Non tamen magis aliis appetunt, sed multo ueneri minore detrimento sufficiunt. Si uero & humiditas & caliditas multum fuerint simul auctæ, ex ueneris abstinentia magis læduntur. At si testes humidi ac frigidi temperamento fuerint, partes circumscitas pilis nudæ sunt. Et tarde rem uenerem agere incipiunt, & neque ad actionem procliuus sunt. A quosum autem & tenue est ipsis semen & infœcundum ac foeminarum generatium. Siccum autem & frigidum temperamentum, prædicto quidem in reliquis simile est. Crassius est autem ipsis semen, & omnino modicum. Porro quicumque totum scrotum cum testiculis laxatum habent, & uelut exolutum, hi uiribus, ut plurimum sunt debiliores. Qui uero contactum habent scrotum unâ cum testibus, & uelut adstrictum robustioribus uiribus ferme præditi sunt. Et huius rei signa sumi possunt ex omnibus quadrupedibus animantibus.

Calido

Calidorum temperamentorum correctio.
Cap. XCIII.

Quandoquidem in calidis intemperaturis biliosa sper-
fuitas redundat. Considerare in his oportet, utrū subit
ipsis bilis cum fecesibus ac excrementis alui, aut ad su-
pernum uentrem procedit. Si enim subit, nihil moliri
oportet: Si uero ad supernum uentrem fertur, per uo-
mitus euacuare à tepidæ aquæ potu. At si agere uo-
mant, uinum dulce tepidæ aquæ permixtum biben-
dum dato, atq; si uoment. Exercendi autem sunt exer-
citiis non ueloci ac concitato, sed tardiore ac mollior-
re. Quidam uero ex uehementer calidis omnino non
opus habent exercitiis. Sed sufficit ipsis deambulatio,
& balneum, inunctis oleo cum mollibus manibus. Hi
etiam post cibum balneis gaudent & aliqui ipsorum
crassifacti sunt ob talem diætam. Vinum his conue-
nit aquosum tenue & album. Nam fulua calida sunt,
item ualde uetusta: Quare his ualde aduersantur. At
tendendum est autem in omnibus qui post cibū lauan-
tur, ne hepar affectum sit. Extreme enim læduntur ta-
les si post cibum lauentur. Qui uero cum siccitate cali-
di sunt, circa ætatis uigorem maxime opus habent hu-
mida diætã ex eduliis ac balneis & concitatorum ac
multorum exercitiorū abstinentia. Quare ætatis tem-
pore citius lauentur, & post cibum rursus, nisi aliquid
ex uisceribus affectum fuerit. Proderit his & frigidæ
potus, si nihil impenderit. At siccoribus temperamen-
tis ualde aduersatur uenus. Abstineant item ab ardore,
lassitudinibus, uigiliis, curis, & omnibus motibus
acutis. Biliofi uero ira perciti exardescunt, & in acu-
tas febres incidunt. Verum excessus quantitatem con-
siderare oportet, & proportionem aucti caloris, augere
etiam frigefacientem ac humectantē uictus rationem.

Frigidi intemperamenti medela. Cap. XCV.

Quicumq; frigidiores natura sunt, circa siccum uero
tempe-

temperamentū ac humidū moderate se habent, minus
uiciofi sunt ad corporis robur ac sanitate. Excitare igitur
oportet ac corroborare ipsorū caliditatem. In hu-
miditate uero ac siccitate totius diætæ mediū eligere.

Humidi intemperamenti correctio.

Cap. XCVI.

Humidæ naturę in puerili ætate fluidis & plenitudi-
nis morbis corripitur, & insuper putredinosus. Opus
igitur habet pluribus exercitiis, & exacta in uentre co-
coctione. Nam cibi qui in hoc corrumpuntur, putredi-
nosorum morborum materia fiunt toti corpori. Quas
propter ante cibum hi loti, & naturalibus calidis aquis
utentes, magnam opem sentiunt. Scopus enim in ipsis
est ipsas corporis partes humiditas seruare. Atque hoc
cōmune est omni temperamento. Nam contrariū, ipsa
inquam siccitas, omnium animalium corpora citius ad
senectam perducit. Quare siquidem possibile esset sem-
per conseruare humidum temperamentum corporis,
uerus profecto esset sophistæ Philippi sermo, qui obe-
dientem ipsi immortalem fore promisit. proinde diu-
tissime uixerit, qui minime resiccatur. Quū autem hu-
mida diætã superfuitates & humorum multitudinem
generet, difficile est congruam tenere proportionē, ut
neq; morbis corripiantur, neq; cito senescant. Quantū
igitur ad temperamentū attinet, qui humidissimi sunt
diutissime uiuunt. Et sanè etiam plus aliis sani sunt, ubi
corpus fuerit corroboratū: quemadmodum etiam ro-
bustissimi sunt omnium eandem ætatem habentium,
usq; ad extremam senectutem. Et propterea laudatur
hoc temperamentū ab omnibus ferè Medicis ac philo-
sophis, qui corporis elementa exacte cognouerunt.
Et quidam solū hoc naturale esse putauerunt. Melius
enim aliis progressu temporis euadit, quū ab initio sit
deterius. Quare qui tali corpori corrigēdo præfectus
est, ea quæ desunt ipsi prouidere debet, per exercitia
ante

ante cibum fientia, & balnea ac cibos idoneos. Et per plures excretiones tum per urinas, tum per uentrem contingentes. Nihil autem uetat & apophlegmatif mis pituitam à capite trahētibus uti, & purgationibus tempestiuis. Et præ omnibus, eduliis boni succi, & uis ni urinam proritantis potu.

Sicci intemperamenti medela. Cap. XCVII.

Balneum siccis corporibus temperaturis omnibus commodissimum est. Temperata autem sit & dulcissima aqua. Et si bis aut ter in die lauentur, magis conferret. Sed & uniuersa diæta humectans sit. A lassitudine uero & curis ac uigiliis abstinendum est.

Calidi ac sicci intemperamēti curatio. Cap. XCVIII.

Calidum ac siccum temperamentū uariis curationibus subiacet. Non tamen iniucundum est, similiter frige faciunt usus. Nam iuxta siccas dispositiones necessarium est, non solum uicinas uentri partes, sed etiam totum corpus gracilius fieri.

Humidi ac calidi intemperamenti medela. Cap. XCIX.

Quod si humida intemperatura est cum caliditate, adstringentium eduliorum usus utilis est. Sunt autem hæc austerà citra caliditatē. Et sanè etiam frigidus potus ipsis commodus est.

Humidi ac frigidi intemperamenti sanatio. Cap. C.

Humidi uero cum frigiditate temperamentī, optimæ medelæ sunt omnia acria ac calida. Misceantur autem ipsis etiam acerbà, citra manifestam frigiditatem. Optima item medela est his modicus potus. Sit autem uinum calidum fortiter & adstringens, ac ualde uetustum. His uero etiam ea quæ forinsecus adhibentur proportionè respondeant.

Frigidi ac humidi intemperamenti curatio frigiditate prædominante. Cap. CI.

At si

At si frigiditas humiditatē superauerit, uitiosæ sunt tales temperature, & hæ maxime fluidis morbis corripuntur. Prodest autē ipsis illuuiæ, & exercitia pura, & ratio uicūs attenuās, & unguēta moderate calefaciētia.

A E T I I S E R M O N I S Q V A R T I F I N I S .

I N D E X E O R V M Q V Æ I N Q u i n t o A e t i i S e r m o n e h a b e n t u r .

Q uod oportet medicum natura operum gnarū esse. Cap. 1.	Declinationis particularis exacerbationis signa. 14
Quod citra prænotionem morbi, fieri nequit ut probe cures. 2	Quod est principium totius morbi. 15
Quæ sint bona signa. 3	Quod sit augmentum totius morbi. 16
Quæ sint mala signa. 4	Vigoris totius morbi cognitio. 17
Quæ prima dies toti ⁹ morbi dicenda sit. 5	Declinationis totius morbi cognitio. 18
Principium morborū tri ⁹ fariam dici. 6	Quod declinatio totius morbi in iudicationibus cōfertim fientibus, sensum nostrum aufert. 19
Quid est febris. 7	Quod seruadus eger quatuor tēpora totius morbi pertransit. 20
Quid est exacerbatio. 8	Vtrum tardius aut citius morbus iudicetur. 21
Quid est remissio. 9	Quomodo prænoscere morbus, aut non, & quando
Remissionem dupliciter dici. 10	
Quod est principium febrilis accessiois. 11	
Augmēti particularis exacerbationis signa. 12	
Vigoris particularis exacerbationis signa. 13	

quando.	22	Vrina crassa mixta, & pos	
Futuræ iam iudicationis		stea desidens.	36
signa.	23	Vrina tenuis mixta, & ta	
Quomodo prænoscere		lis manens.	37
oportet, bona uel an		Differentiæ urinarū oleo	
mala iudicatio futura		sarum, & quid signifi	
sit.	24	cent.	38
Qui sint boni iudicatorii		Quid significet eruina sub	
dies & qui mali.	25	sidentia.	39
In quibus ambigua est		Quid indicent fuffura	
dies principii morbi, &		ceæ subsidentia.	40
nulla præiudicatiua fa		Quid indicent laminae	
cta, derepente contigit		subsidentia.	41
iudicatio, quomodo		Quid indicet polentaceū	
ambigua inuenire o		in urinis.	42
portet.	26	Quid indicet graueolens	
De notis ex pulsibus.	27	urina.	43
De urinarum notis, & pri		Vrina nigra quid signifi	
mum quæ sit naturalis.		cet.	44
28		De egestionum notis.	45
Qualis urina optima in		De egestionibus iudicato	
ægotis.	29	riis.	46
Quod nō omnis alba sub		De uomitus prænotione	
sidentia bonum signifi		ac significatione.	47
cat.	30	De eruptionis sanguinis	
Quid indicet tenuis & pal		ex naribus prænotione	
lida urina.	31	ac significatione.	48
Quid indicet tenuis & ful		Quod & per hæmorrhoi	
ua.	32	das, & muliebres pur	
Quid indicet rufa urina.		gationes sæpe soluitur	
33		morbis.	49
Vrina tenuis mixta, & pos		De significatione ex sudo	
stea turbata.	34	ribus.	50
Vrina crassa mixta, & cras		Abscessuum signa iudica	
sa manens.	35	toria.	51

De spu

De sputorum significatio		nis inflammatione.	67
ne.	52	De diariis febribus ex cru	
Signa perfecte ac fideliter		ditate obortis.	68
soluti morbi.	53	Curatio diariarum febril	
Signa morbi non perfecte		um multarum dierum,	
soluti.	54	quarum aliqua ex mu	
Prænotio diei qua mori		tatione diariarum gene	
urus est æger.	55	rantur, ob cutis obtura	
Quod etiam horam mor		tionem.	69
tis ægri prænoscere		De febribus cōtinentibus	
possit doctus Medi		sive synochis.	70
cus.	56	De uenæ sectione.	71
In acutis morbis mortem		De frigidæ aquæ exhibi	
non esse prædicendam.		tionem.	72
57		Diæta in febribus cōtinen	
Febrium diuisio, & de dia		tibus.	73
riis febribus.	58	Vniuersalis doctrina de	
De diariis ex lassitudine		febribus putredinosi	
febribus.	59	74	
De febrientibus ex uigiliis,		De febribus putridis.	75
& cura, aut tristitia, aut		Communis diæta omni	
ira.	60	um febrium putrida	
De febrientibus ex ardo		rum.	76
re.	61	De febribus continuis.	
De febrientibus ex frigo		77	
re.	62	Cura febris ardentis. Phi	
De febrientibus ex gra		lum.	78
uedine & destillatione.		Tertianæ exquisitæ dino	
63		tio.	79
De febribus ex cutis den		Tertianæ exquisitæ cura	
sitate.	64	tio.	80
De febribus ex fame.	65	Tertianæ spuria curatio.	
Diæta cōmunis omnium	81		
diariarum febrium.	66	De hemitriteo, hoc est, se	
De febrientibus ex ingui		mitertiana.	82

cc 2 Quar

Quartanæ exquisitę dino- tio. 83	De his qui ob uentris cau- sis. 99
Quartanæ curatio. 84	De dolore animi deliquiũ inducente. 100
Quotidianæ febris dino- tio. 85	De animi deliquio pro- prie dicto. 101
Quotidianæ febris cura- tio. 86	De his qui ob uentris pro- fluuium, aut sanguinis eruptionem, aut immo- dici sudoris euacuatio- nem animo linquuntur. 102
De Epialis febribus. 87	De his qui ob humorum copiã, animo linquuntur. 103
Communia auxilia febrĩũ per circuitum repeten- tium. 88	De his qui ob quandã ute- ri affectionem, animo linquuntur. 104
De ignis sacri circa uisce- ra affectionibus. 89	Ad eos qui ob stomachi debilitatem, animo lin- quuntur. 105
De colliquatione. 90	De his qui ob uitiosos hu- mores, ob uentris ro- dentes animo linquuntur. 106
De febribus quę in calidis ac siccis tēperaturis sũt, citra inflãmationem ac putrefactionem. 91	De his qui ob pituitam in stomacho collectã ani- mo linquuntur. 107
De febribus heclicis ac ta- bidis. 92	De animi deliquio ob for- tem frigiditatem. 108
Heclicarum febrĩum cura- tio. 93	De animi deliquo ob multã tam caliditatem. 109
De popularibus passim uagantibus, & pestilen- tibus morbis. 94	De animi deliquio, ob in- flammationem, aut ma- lignam febrem. 110
De peste Rufi. 95	De animi
De his qui ob crudorũ hu- morũ multitudinẽ ani- mo linquuntur. 96	
De his qui animo concĩ- dunt, ob flauam bile os uentris lædentem. 97	
De his qui ob tenues hu- mores animo concĩ- dunt. 98	

De animi deliquio ob sic- citatem. 111	Lumborum doloris cura- tio. 126
De animi deliquio ob prisi- cipalis membri obtura- tionem. 112	Vlcerationis circa os sa- crum in febribus cura- tio. 127
De animi deliquio ob re- pentinam euacuatio- nem. 113	Vlcerationis circa scrotũ & anum, in febribus cu- ratio. 128
De animi deliquio pro- pter affectus. 114	Pustularum in febribus cu- ratio. 129
De capitis dolore in febrĩ- bus. 115	De tremoribus in febrĩ- bus. 130
De uigiliis in febrĩb. 116	De conuulsionibus in fe- bribus. 131
De graui sapore. 117	De iucundis ac commo- dis potionibus in febrĩ- bus. 132
Quomodo linguę asperi- tas in febribus curanda sit. 118	De potione pharmaci ex capitib. papaueris. 133
Quomodo sitis curanda sit. 119	Omphacomelitis præpa- ratio. 134
De aurium dolore in fe- bribus. 120	Mellis rosacei præpara- tio. 135
Auris suppuratę curatio. 121	Hydrosolati præparatio. 136
De lippitudine in febrĩ- bus. 122	Apomelitis præparatio. 137
De oculorum obscuratio- ne. 123	Hydromeli, & Crustumĩ nati præparatio. 138
Fluxus sanguinis narium in febribus curatio. 124	Cydonati præparatio. 139
Vesicę & urinę difficul- tatis in febribus cura- tio. 125	Aceti mulę præparatio. 140

AETII SERMO QUINTVS.

DE FEBRIVM COGNITIO NE AC CVRATIONE.



Alubris diætæ præcepta ad cõseruan-
dam sanitatem commoda ac necessa-
ria, iam antea præscripta sunt. didis-
cisti itaque ex ipsis, qualis & cuius
modi diætæ usû, tum ipse quantum
eius fieri posset, maxime sanus esses,
tum tuæ curæ commissis singulis conuenientem sani-
tatem conseruares. Quandoquidem uero clam nos
bis ipsis sæpe contingit, ut negligentiore diætâ utamur,
aut ut propter aliquas actionum circumstantias,
aut ob ambientis nos aeris uiolentiam, læsi aliquan-
do morboſis structuris acutarum aut diuturnarum affe-
ctionum corripiamur. Præstat etiam de ipsis morbis
tractare, & ab uniuersalibus febrilium morborum nos-
tis auspicari, tum quod hi magis abundant omnibus
ætatibus communes, tum quod non periculo uacant,
turbantq; ac tumultum repentinum inducunt, ob sym-
ptomatum accidentium copiam.

Quod oportet Medicum naturæ operum
gnarum esse. Cap. I.

Quare circa prognosticũ Hippocratis & alios eius-
dem libros, Medicũ exercitatũ esse oportet, & naturæ
opera nosse. Naturæ.n.sunt morborũ medici. A diuina
re igitur naturam oportet ad salutẽ decertanti aduer-
sus morbũ. Sic enim natura, ubi Medicũ ea quæ oportet
facientem auxiliariũ accepit, & ipsum ægrotum
obedientem, & nihil in diætâ delinquentem, morbum
facile superarit. Oportet aut cooperari etiã ministros,
& extrinseca, quo nihil his quæ recte sunt resistat.

Quod

SERMO QUINTVS. 204

Quod circa prænotationem morbi fieri
debet ut probe cures. Cap. II.

Propositũ est autem nobis partẽ eam quæ de signis
ac notis morborũ tractat, prius exponere. Nam circa
hoc, ut prænoscas in quid definet morbus, fieri nõ po-
test ut modus diætæ tibi probe suppetat: & præsertim
in acutis, & citum periculum inducentibus morbis.

Quæ sint bona signa. Cap. III.

Facies bonis signis prædita, poteris enim uel ex sola
facie cõstantem ac firmam prænotationẽ sumere prius
quam ægrum contingas: dico autẽ ex sensibus in ipsa,
uisu, auditu, olfactu. Et ad hæc ex respiratione sine qua
uiuere non datur, & quæ indicat nobis dispositionem
cordis. Adest autem & loquendi instrumentũ in facie,
ipsa lingua, quæ ostẽdit nobis rationalis animæ partis
robur ac debilitatem. Bonũ signũ est & decubitus de-
corus, prout maxime consueuit etiam in sanitate se fa-
cile cõuertere. Bonũ signum est & totũ corpus ad por-
randũ facile esse, & æqualiter ac leniter calidũ, & sitis
quantũ eius fieri potest exors. Item sanam esse mentẽ,
& bene se habere ad ea quæ offeruntur. Bonũ signum
est & facilis spiratio, & ordinatus pulsuum motus. Ex
his enim & quæ adhuc referentur, cognoscemus tum
robur, tum debilitatẽ, trium animæ actionũ. Nam sanã
esse mentẽ, & non defluere corpus in decubitu ad pes-
des, cerebrũ per omnia sanũ esse indicat. Faciei uero
floriditas, & facilis spiratio, & pulsus ordinatus, cor sa-
nũ esse arguunt. Quandoq; .n. florida sit facies cũ diffi-
cili spiratione, uelut in peripneumonici fieri solet.
Ac sitis exortẽ esse, & bene se habere ad ea quæ offer-
runtur, naturalẽ facultatem in hepate & toto corpore
sanã esse indicat. Bonũ signum sunt & somni boni, &
sudores per totũ corpus temperati & æquales ac mo-
derati, & opportuno tempore apparentes. Bonũ item
signum est præcordia doloris expertia ac mollia esse.

cc 4. Et ad

Et ad hæc secessus alui & urinarum ac sputorum expe-
ditos esse, & bona concoctionis signa.

Quæ sint mala signa. Cap. IIII.

Totius faciei ac temporum collapsio, oculi fixi ac
caui, lachrymæ inuoluntariæ, & alba oculorū in som-
nis apparentia, si non aduersus fuit sic dormire, & de-
fluere corpus ad pedes, & præter mortem pronum iac-
cere, dentibus frondere, totū corpus inæqualiter cale-
fieri ac frigidificari, & ad portandū difficile esse. Item si-
tis intolerabilis, & ardor internarum partium externis
frigidis existentibus, excessus mētis & uelut delirium
quoddam aut stupiditas, sopor profundior, auersio to-
tius appetitus. Frigiditas oboriens ex inflammatione
thoracis ac costarum, difficulter spirare, & frigidū re-
spirare, & foras multū spirare, intra uero parum inspi-
rare: hoc enim iam futuram cordis mortificationē in-
dicat, quemadmodū etiam pulsū interceptū esse, aut
male ferire. Facilem enim spirationem inquit Hippo-
crates, putare oportet ualde magnam uim habere ad
salutem, in omnibus acutis morbis, qui cū febre sunt,
& in quatuordecim diebus iudicantur. Malum signum
sunt & uigiliæ concomitantes, aut etiam somni fientes
quidem, uerū turbati. Sudores frigidi & inæquales, &
non per totum corpus, & aliquando mili figuram præ-
se ferentes ac uiscoli. Frigiditatē enim fortem hæc in-
dicant. Et non in debito tēpore apparere sudores ma-
lum est, & sudores statim febrim sequi. Itē suppressio
retrimentorū alui, & maxime uesicæ, & aliarum excre-
tionū. Immo etiam si hæc præcedant, & alicuius per-
niciosi notas ferant, & præfertim urinæ graueolentes
ac crassæ & nigrae. Tales enim acutis ac malignis mor-
bis omnino periculum significant. Præcordiorum dis-
sentio, & principalium partiū inflammationes maxi-
mæ, cerebri inquam ac cordis & pulmonis, & mēbra-
næ costas succingentis, hepatisq; ac uentris: ubi enim
aliquis

aliquis ex talibus morbis adeß, ualde mala signa ap-
parentia periculosa sunt. Oportet autem uniuersuiusq;
signi uim perdiscere. Vnum enim aliquando signum
forte ac fidum, plura signa infida ac debilia uincit.

Quæ prima dies totius morbi dicenda
est. Cap. V.

Principium totius morbi dicere oportet, illud tem-
pus quando homo febrile incepto adeo manifeste, ut
continuitatem corporis sibi solutam esse putet, & non
amplius in publicum prodire uolet, & consueta uitæ
munia obire, & propterea decubitu opus habuit. Nō
enim idem est displicentiam habere & febrile. Quis
enim caput dolet, aut displicentiam habet, & corpo-
re grauatus est, potest ferè in principiis consueta face-
re, donec præualens ipsi morbus uires eius deiciat.

Principium morborum trifariam
dici. Cap. VI.

Principiū proprie dicitur impartibilis illa ac indiuisi-
bilis primi morbi impetus inuasio, in qua uictus ho-
mo decubit. Principiū etiam dicitur quod per dilata-
tionem nominant, quod usq; ad tertium diem extēditur.
Principiū quoq; dicitur proprium ac necessarium,
quod uelut partem totius morbi, principiū nomina-
mus: quod sanè non dierum numero cognoscitur, sed
exacerbationū qualitate, & concomitantū accidentiū
lenitate. Nam in augmento & morborum & sympto-
matum accidentium incrementum fit. Exacerbationes
enim anticipant, & longius extenduntur in augmēto,
& symptomata grauiora fiunt. Principiū igitur totius
morbi dicitur, donec apparuerint manifesta & bona
concoctionis signa. Si quidem igitur principiū breuis
temporis fuerit, morbū uelociter soluendum ostendit,
uelut etiam Hippocrati uidetur. In pleuriticis inquit, si
sputū statim appareat, in principio quidē breuis fit: Si
uero posterius appateat: prolongatur morbus ipse uis
delicet.

delicet . Quæ igitur die apparuerint in superfluitatibus quæ excernuntur manifestæ concoctionis signa, in ea dicimus principium totius morbi cessasse, & incipere ipsum augmentum . Concoctionis enim signa nunquam male apparent.

Quid est febris. Cap. VII.

Febris est calor præter naturam, cordis & arteriarum, vitalem firmitatem lædens, ex profundo emergens, & acris ac mordax ad tactum allabens, præsertim circa thoracem, & ubi arteriæ magnæ sitæ sunt. Verum ad talem calorem inæqualitas quædam & inordinatus motus pulsibus accedit iuxta ipsam febris speciem.

Quid est exacerbatio. Cap. VIII.

Exacerbatio, quam paroxysmum Græci uocant, est motus morbi particularis, à remissione ad deterius. Particularis autem motus dicitur, esse ad discretionem uniuersalis morborum augmenti.

Quid est remissio. Cap. IX.

Remissio est particularis exacerbationis temporaria quies symptomatum corpori coincidentium.

Remissionem dupliciter dici, comprehenditur enim & interuallum. Cap. X.

Ex remissionibus ea quæ sincera est, cognoscitur ex quiete cõcomitantium ad exacerbationem symptomatum circumscripta . Et propterea dicitur Interuallum, quemadmodum in his quæ per circuitum quædam exacerbant, uelut tertiana, quartana, quotidiana, capitis dolor, morbus comitialis, podagra, & consimiles. Quæ uero insinera est & non pura, deprehenditur ex symptomatum diminutione, quemadmodum in continuis maxime febribus contingit. Nam in his ante absolutam morbi solutionem, non contingit pura remissio. Declinationem enim prioris posterior exacerbatio excipit.

Quod est principium febrilis accessionis. Cap. XI.

Principium febrilis exacerbationis, ferme est contrarium

atio extremarum partium omnium, & maxime nasi. Et quantum ad quod etiam frigiditas totius corporis. Et aliquando tussis cula parum irritans, una cum frigiditate irruens. Item oscitatio & partium corporis extensio, aut nausea, aut uomitus, aut animi deliquium. Et capitis dolor, aut alterius cuiusdam partis, & in profundum somni delatio. Pulsus insuper paruus & contractus, tarde seriens ac relidens. Et symptomatum ad præsentem morbum concomitantium irritatio.

Augmenti particularis exacerbationis signa. Cap. XII.

Iuxta augmentum exacerbationis, aliorum quidem accidentium incrementum & unio accedit, contractio uero & frigiditas cessant. Et pulsus inæqualis emicat. Et corpus calefit quidem, uerum non exacte.

Vigoris particularis exacerbationis signa. Cap. XIII.

Iuxta uigorem exacerbationis, calor æqualiter diffunditur, & particulatim distribuitur, per totum corpus. Et pulsus totam augmenti magnitudinem accipientes, ad subiectæ materiæ proportionem extenduntur, itemque reliqua exacerbationis accidentia. Tunc uero iam tempus est ægroto potum dare.

Declinationis particularis exacerbationis signa. Cap. XIII.

Declinatio est ubi incipiunt aliqua, aut omnia prædicta accidentia minui. Et pulsus ad ordinatum quodammodo motum deueniunt. Aliquando uero & humores exudant. Et calor nimirum contabescit. Quantum ad quod etiam somni concurrunt, si longum tempus inter accessiones futurum est, uelut in puris remissionibus fieri solet. Contingit enim in quibusdam morbis, ut exacerbatio posterior prioris declinationem excipiat, uelut in febribus continuis apparet.

Quod est principium totius morbi. Cap. XV.

Iam antea dictum est, quod principium totius morbi

illud tempus dicimus, quando per morbi uolentiam uires hominis uisæ, principium decubitus factæ sunt.

Quod sit augmentū totius morbi. Cap. XVI.

Augmentum totius morbi est, quum exacerbationes consuetam horam anteuerterint, & longiores ac maligniores, & cum pluribus ac grauioribus accedentibus factæ fuerint.

Vigoris totius morbi cognitio. Cap. XVII.

Quum exacerbationes statim acceperint, & similiter per omnia consequenter contigerint, & concomitantia symptomata neq; detraxerint, neq; addiderint, tunc iam in uigore esse morbus dicitur. Vigor enim uehementior morbi totius pars est, quando etiam bonæ iudicationes uel maxime fieri solent.

Declinationis totius morbi dinotio. Cap. XVIII.

In declinatione totius morbi, contraria augmento sunt. Remoratur enim exacerbatio consuetæ horæ impetum, & modico tempore occupat. Et symptomata leniora ac simpliciora fiunt, & bona tolerantia ac remissio adest per omnia.

Quod declinatio totius morbi in iudicationibus confertim fietibus, sensum nostrū effugit. Cap. XIX.

Quicumq; morbi in uigore confertim iudicantur & perfectam solutionem recipiunt, eorū declinatio difficulter compræhendi potest, ut neque sensui manifesta fiat. Immo neque commodum est de ipsa inquirere. Satis enim est cognoscere quod morbus fideliter, se cure, ac perfecte solutus est.

Quod seruandus æger quatuor totius morbi temporibus pertransit. Cap. XX.

Si quidem igitur sine periculo fuerit morbus, ac utiq; moueatur, & ad hæc bona & commoda signa asseruerint ægroti, quatuor morbi tempora cito pertransit, & manifestū est quod etiam seruabitur. Si uero his contraria affuerint, ante uigorem plerumq; morietur.

Vtrum

Vtrum tardius aut citius morbus iudicatur. Cap. XXI.

Tardius ne an citius iudicabitur morbus, ex morbi magnitudine, & motus uehementia, manifestum fit. Nam magni morbi cito mouentur. Quod uero cito mouetur, etiam cito iudicatur.

Quomodo prænoscere oportet, an iudicabitur morbus, aut non, & quando. Cap. XXII.

Magni morbi qui & cito & uehementer mouentur, omnino iudicantur. Parui uero & obscuriores, & qui debiliter mouentur, si diurni sunt, soluuntur tantum paulatim citra iudicationem. Raro uero & ad abscessum tales procedunt. Tertiana enim etiam si intermittat, tamen quia cito & uehementer mouetur, iudicatur. Quartana uero, quia diurna est, paulatim ferè soluitur. Item omnes qui pigrius mouentur. Naturam itaq; morbi inspicere oportet, an biliosus sit, aut pituitosus, aut atrabiliaris. Deinde anni tempus, & ægroti ætatem, & temperamentū, ac studium, & prægressam uictus rationem. Immo & regionem & statū ambientis non aeris. Postea uero considerare exacerbationum circuitus, uelut antea dictum est & an intermittant, siue non, uelut in continuis ac continentibus febribus uidere datur. Si enim festinauerint, & semper anticipauerint conuenientem horam, & uehementiores facti fuerint, & per tertiam occurrerint, breui iudicationem futuram indicant. Si uero pigre mouentur, & eadem hora irruerint, & quotidie contingerint, tardam fore iudicationem significant. Considerandæ insuper sunt & superfuitatum concoctiones, an bonæ sint, & an in diebus indicatiuis fiant, uiribus robustis. Si enim morbus statim ab initio ostenderit omnia signa extra periculum, in primo quaternario iudicationem promittit. Si uero in quarta præsignificarit, septimam non transgreditur. Leuissimæ enim febres & in signis securissis

securissimis fientes, quarta die quiescunt, aut citius, inquit Hippocrates. Maligniores uero & in signis grauius fientes, quarta die occidunt, aut etiam citius.

Futurę iam iudicationis signa. Cap. XXIII.

Vbi iam affutura est iudicatio, non parua turbatio in ægri corpore præcedit, & præsertim in nocte iudicatoriam exacerbationem præcedente. Quibus enim iudicatio futura est, his nox grauis est ante exacerbationem, inquit Hippocrates. Crauitates enim & uigilia, & deliria, & graues sopores, & spirandi difficultates, & uertigines, & sensus obtusi, & dolores capitis, colli, stomachi, ac multarum aliarum partium adfunt. In quibusdam uero aurium sonitus. Et splendores oculis obuersantur. Et lachrymę inuitę fluunt. Et urina supprimitur, & labium concutitur, & alia quęcunque pars tremula efficitur. Et contingit obliuio ac ignorantia præsentium. Et uehemens rigor aliquando incidit, aut ardor antea non factus, & in summa exacerbatio ante solitam horam irrupit. Et multus sopor ac sitis intolerabilis sequitur, & uociferantur ac exiliunt uelut confternati. Et decubitus figuram seruare non possunt. Et timor impendet uidentibus. At imperitus medicus uicens symptomatum accidentium tempestatem perturbatur, & cum familiaribus ægri calamitatem deplorat, & per cõdolentiam occultat imperitiam. Verum generosi medici est non turbari, neque ignorare quod euenturum est. Sed ex presentibus prænoscere, non solum quod iudicatio futura est, sed etiam qualis futura est.

Quomodo prænoscere oportet bona ne an mala iudicatio futura sit. Cap. XXIII.

Optimam iudicationem, quam etiam solam simpliciter iudicationem nominamus, non per coniecturam, uelut aliàs, sed constanter quis prænoscere poterit. Omnia enim signa in talibus morbis statim à principio citra

periculo citra periculum apparent. Quemadmodum rursus in morituris, ut plurimum ab initio omnia mala apparent. Primum omnium igitur considerare oportet ægri uires. Deinde concoctiones ex urinis ac secessibus & sputis. Nullum enim unquam perire uidimus, ex his qui ob præostensam bonam concoctionem iudicati sunt. Tertio quod in uigore & totius morbi, & particularis exacerbationis, & in die testabili iudicatio contingit. Consequenter autem & speciem morbi, & mores. Speciem dico, tertianam, aut quartanam, aut quotidianam, aut aliquam aliam. Mores autem, an sint moderati & leues, aut mali ac maligni. Et mores præcipue indicabunt tibi, an seruiabitur, aut morietur. Et in affectionibus quidem thoracis ac pulmonis attendere oportet sputis, neque uero urinarum inspectio negligenda est. Considerandę uero sunt etiam egestiones. At in febrientibus absque inflammatione alicuius uisceris, urinis maxime mentem attendere oportet. Cæterum in perniciosos morbis primum ac maximum signum est futurę mortis citra iudicationem extrema uirium debilitas: Non enim excitantur ad pugnam. Secundum si nullum omnino fuerit ac ne minimum quidem concoctionis signum. Immo etiam si præmanifesta fuerit iudicatiua dies, futuram iudicationem simul præmanifestat, & malam fore indicat. Ad hæc uidentium est an magnus sit ac malignus morbus, non tamen cito moueatur. Magnum autem dico peripneumoniam pulmonis abscessum, semitertianam, febrem ardentem, & consimiles. Velut uerbi causa, cõtingat, ut uideatur in quarta die primum in urinis nucubecula nigra aut simile quiddam in medio ipsarum pendens, aut subsidentia nigra. Sint autem & omnia accidentia perniciofa, morietur quidem talis homo. Verum siquidem celeriter moueatur morbus, in sexta: si uero tarde, in septima.

Qui sint

Qui sint boni iudicatorii dies, & qui mali. Cap. XXV.

Septima ab initio morbi dies omnium maxime semper perfecte soluit ac fideliter, & bene ac citra periculum, & manifeste ac signanter. Septimę uero fidē decima quarta maxime imitatur. Propinqua autē ipsi est nona & undecima. Et huic propinqua est decima septima, & quinta. Post hanc quarta. Et post hanc tertia, & uicesima. Sexta uero sæpe quidem iudicat, uerum plures iudicationes malas, aut etiam lethales inducit, aut certe non perfectas neque fideles. Reuertuntur enim morbi qui in sexta die iudicantur, etiam si soluti esse putentur. Si uero etiā perfecte iudicatio, id quod rarū est in sexta contingat, tamen cum periculosus ac grauis accidentibus contingit. Proinde sextę naturam nulla alia dies imitata est. Si uero aliquādo in octauam diem aut decimā solutio morbi acruata exciderit, assimilatur quodāmodo ei quę fit in sexta. Raro enim in his morbus soluitur, & neque fideliter, neque bene, neque perfecte: Sed & obscure ac minime signanter. At medio quodāmodo inter primas bonas relatas, & inter postea malas, Tertiadecima locata est, neque similiter reprobanda uelut malę, neque tamen similis bonis existens. Quod si bona iudicatio futura est, oportet omnia prius iudicata esse, in urinis præsertim, imo etiā in aliis signis. Tertia igitur & quarta ac quinta dies statim ab initio præiudicantur. Quarta uero septimā præiudicat, & septima undecimā. Undecima uero decimā quartā. Decima quarta decimā septimā, decimā septima uicesimā. Tertius porro acutorū morborū est decima quarta. Quare si hanc transgressus fuerit morbus, ab acutis excidit.

In quibus ambigua est dies principii morbi, & nulla præiudicatiua facta derepente contingit iudicatio, quomodo ambigua inuenire oportet. Cap. XXVI.

In quibus nulla præiudicatiua die facta, derepente contingit

contigit iudicatio, & in diebus non exacte cognoscimus principium morbi, in his respicienda sunt signa, & ambiguum reperietur, si ad exacerbationum proportionem, & ad dierum naturam, mentem aduertimus. Si enim imparibus diebus facta fuerit exacerbatio in intermitentibus, aut seipsa uehementior facta fuerit in continuis febribus, æstima præsertim iudicationem imparis diei propriam esse. Si uero in paribus exacerbetur, illarū proprie iudicatio erit. Nam ad uehementiores exacerbationes omnino sequuntur iudicationes. Cæterum ad ipsam dierum naturam sic animus aduertere oportet: si ambiguum sit utrum nona aut decimę diei iudicatio sit. Si enim accidentia omnia mitiora fuerint, & citra periculum, ac bona facta fuerit iudicatio, & consequuta fuerit ad iudicationem bona tolerantia, nonam potius esse iudicatoriam diem dicere oportet. Si uero periculosa & mala facta fuerit iudicatio, & cum grauibus accidentibus, & grauis tolerantia post iudicationem sequatur, decimam diem magis iudicatoriam fuisse dicendum est.

De notis ex pulsibus. Cap. XXVII.

Quum iam expectatur iudicatio, ante omnia pulsus tangere oportet. Nam altus pulsus, quemadmodum etiam uehemens, omnis bonę iudicationis notum est, & constans signum iam adesse morbi iudicationem. Si uero uehementer ac forster ferit digitos, & cum hoc etiam magnus fuerit, & ad distentionem magis quàm ad contractionem festinarit, motus externi potius signum est. Externum autem motum dico, sanguinis eruptionem ac sudores Internum uero, uentris exturbationem ac uomitus. Siquidem igitur magnus fuerit pulsus, & undosus, & simul mollescat, una cum hoc quod etiam ipsam arterię corpus humectum est, & ad distentionem magis festinat: per sudorem futuram iudicationem sperare oportet. Si uero

ro magnus simpliciter fit ac uehemens, & magis ad distentionem quam ad contractionem festinarit, sanguinis eruptionem per nares fore significat, ubi uides licet simul testimonium præbuerint signa in sanguinis eruptione referenda. Si uero uehemens quidem fuerit, non autem magnus, & durior seipso factus fuerit ac inæqualis, & ad contractionem magis festinarit, inclinatione iam ad intestina facta, per uentrem iudicationem facturam expectare oportet.

De Urinarum notis, & primū naturalis. Cap. XXVIII.

In febrilibus maxime corporibus, notæ ex urinis commodissimæ sunt. Quandoquidem uero quicquid est præter naturam ex naturalibus inuenitur: à naturalibus initium faciamus. Urina igitur optima est in sanis ac optimo habitu præditis hominibus, subfulua, aut subflaua, & moderate crassa, & talis manens colore, qualis mista fuit, & leuem ac albam & æquale subsidentiam habens omni tempore, copiam uero propositus ratione. At in foeminis naturalem urinam colore albiorem uirili esse conuenit, & subsidentiam habere ampliolem. In puerili uero ætate, multū crassam subsidentiam habere oportet, propter puerorum uoracitatem, & inordinatos ac intepestiuos motus. Leuē autem subsidentiam Hippocrates uocat, coherentem ac indiuisam indicare uolens. Æquale uero dicit, ut per totum semper similis mingatur, & non hodie quidem concocta, cras uero cruda: & ut neq; subsidentiam, aut totam diffusionem inæqualem habeat. Proinde in naturali urina querimus colorem, & diffusionis compagem, & quæ in ipsa diffusionem, obiter feruntur, uelut est nubecula, aut simile quiddam in medio pendens, & subsidentia siue residentia quæ fundum occupat. Manifestū igitur est quod urina in aliquo ex istis mutata, cruditatem in uenis indicat.

Quali

Qualisurina c. prima est in ægrotis.

Cap. XXIX.

Optima igitur est urina in ægrotis quæ similima est sanis, subpallida aut subflaua: albam ac leuem & æqualem subsidentiam habens. Defectuosior est, quæ id quod in medio pedit album ac leue & æquale habet. Crudior autem adhuc hac est, quæ nubeculam talem habet. In qua enim status est in profundo crassus ac crudus, siquidem paucus fuerit, permittit materiam ad fundum uasis deferri, diuidens autem ipsam, uniri non permittit. Si uero redundauerit crudus in profundo status, eleuat subsidentiam ad medium diffusionis urinae, & facit id quod in medio pendet. Si uero adhuc amplior fuerit crudus in profundo status, eleuat subsidentiam, & ad supernam superficiem diffusi urinae liquoris attollit. In quantum igitur status diuidere ac eleuare ualet ipsam subsidentiam, in tantū crudiolem urinam putes. Si uero neque subsidentiam, neq; quid in medio pendens, neque nubeculam habuerit urina, nosse oportet quod natura nondum humorem concoxit. Si uero aliquando habet subsidentiam, aut illud in medio pendens, aut nubem, aliquando uero non: Pugnam indicat naturæ aduersus morbum: atque hinc modo cruda est, modo non. At uero in tertianis exquisitis & in diariis febribus, nubecula sola, aut illud in medio pendens, ad morbi solutionem sufficit. Aliquando uero etiam urinam solum boni coloris factam esse.

Quod non omnis alba subsidentia bonum significat. Cap. XXX.

Sæpe uero albus color eius quod in urinae sursura siue diffusionem fertur, idiotas decipit, ut subsidentiam bonam putent quæ bona non est. Contingit enim crudum ac album humorem unā cum urina excretum subsidere, & bonæ subsidentia imaginationem exhibere.

bere. Quandoque uero in parte aut rhenibus affectis, pus excernitur cum urina, & subsidens decipit artificem. Verum primum distinguendum est an homo antea affectos habuerit rhenes, aut hepar, aut aliam quandam partem per urinam expurgari solitam. Deinde etiam graueolens reperitur urina pus habens. Crudus uero humor à bona subsidentia distinguitur per inaequalem subsidentis substantiam siue compagem. Non enim cohaerens sibi ipsi manet, sed in partibus uelut arenulas diuiditur. Et omnino non leuis est, quemadmodum uera subsidentia. In bonis igitur urinis primum superne apparet nubes. Deinde subsidens facit id quod in medio pendet. In fine uero subsidens in fundo uasis, nimirum ubi perfecte fuerit concocta. In crudis uero humoribus, statim ab initio ad fundum uasis multa copia secedit, una cum hoc quod mali coloris est tota sifura. Postea uero etiam paulatim concoctus ac attenuatus, circa medium sifuram urinae conspicitur, & facit id quod in medio pendet. Quam autem amplius attenuatus fuerit ac concoctus, in superficie diffusionis urinae consistit, & nubeculam facit, deceptitque idiotas ut putent morbum ad deterius procedere.

Quid indicet tenuis & pallida urina.

Cap. XXXI.

Tenuis & pallida urina, cruda quidem est substantia compage, concocta autem mediocriter colore. Debilitatem autem indicat etiam haec natura, quod colore quidem concoxit, uelut quae res facilis sit: non autem etiam compage, propter difficultatem. Si uero per multum tempus haec fertur, periculum est ne sufficere possit homo, donec concoquatur morbus. Nam quae ualde tenuis est, mala est. Indicat enim cruditatem, in quantum calorem id quod tenuius est depallescere oportet.

Quid indicet tenuis & fulua. Cap. XXXII.
At tenuis in substantiae compage urina, & fulua colore, melior est quam pallida. Et tamen reprehensione non caret propter substantiam.

Quid indicet rufa urina. Cap. XXXIII.

Rufa urina cruditatem indicat, non mortem. Vero tempore opus habet ad concoctionem. Est enim ex sanguine seroso, nondum ualde concoctionem adeptus, neque proprium colorem. Et propterea diuturniorem morbum significat. At in febribus continentibus, ob sanguinis multitudinem consistentibus, excernitur urina rufa, & crassa, & subsidentia rufa, & colore, & sifurae compage, & subsidentia, cruda.

Vrina tenuis mista, & postea turbata.

Cap. XXXIII.

Vrina quae tenuis mingitur, & postea foris turbatur, cruda est propter status crassi redundantiam. Indicat autem naturam incipere concoquere.

Vrina crassa mista, & crassa manens. Cap. XXXV.

Vrina quae crassa mingitur, & crassa manet, & non desidet, qualis est iumentorum, significat uigere crassum flatuum ac humorum uelut fermentationem. In his capitis dolores aut adsunt, aut aderunt, propter humorum turbationem ac euaporationes.

Vrina crassa mista, & postea desidens.

Cap. XXXVI.

Quae crassa mingitur urina, & postea desidet, indicat humorum fermentationem quiescere, & quodam modo attenuari. Et separationem ac secretionem incipere.

Vrina tenuis mista, & talis manens.

Cap. XXXVII.

Extremam cruditatem tenuis & alba urina significat. Non enim aggressa est in his natura concoctionem. Contingit autem hoc aut ob uirium debilitatem, aut propter obturationem, aut ob morbi longitudinem.

Nam in quartanis diuturnissimis, in principio ob crassa
 fitudinem & intractabilitatem materię, urina excolata
 tenuis uocatur. Mingitur autem tenuis, etiam ob he-
 patis obturationem aut rhenum. Verum cognoscitur
 ex locali dolore. Mingitur etiam aliquando tenue &
 album in febribus ardentibus. Febris enim ardens bilis
 multitudinem indicat, atq; hæc urina phrenitidem
 imminere significat. Non tingitur autem urina, quia
 non manet in uasis ipsa bilis, sed leuitate sua ad cere-
 brum decurrit. Siquidem igitur non adest in his phre-
 nitidis, scito ipsam iam affore. Si uero adest, & urina te-
 nuis ac alba mingitur in ardentissima febre, ut pluri-
 mum mortem prænuñciat. Non enim tolerare possunt
 uires cerebri iam prostratę ab ardente febrę, acri-
 moniam ac mordacitatem bilis iam putrefactę.

Differentię urinarum oleosarum, & quid
 significant. Cap. XXXVIII.

Solet febris primum pinguedinem eliquare, postea
 carnem, postremũ etiam ipsa solida corpora inuadit.
 Pinguedine igitur liquefacta oleosę urinę excernuntur.
 Paulatim autem liquatur pinguedo, unde & prin-
 cipium habet, & augmentũ, & uigorem. In principio
 igitur colliquationis, ita oleosi coloris facit urinas; ut
 ambiguum sit aquosę ne sint an oleosę. In augmento
 uero oleosę fiunt, ita ut notabiliorẽ oleosi mixturam
 habeant. In uigore autem colliquationis totę urinę
 per totum, tum in colore, tum in substantię compage,
 uelut oleum sunt. Ad hæc pinguedo eliquata, aut rhe-
 num solum est, aut totius corporis. Si igitur rhenum
 solum fuerit, confestim excernitur talis copia, immo
 & caloris sensus amplior circa renes contingit. Si ue-
 ro totius corporis fuerit, paulatim additamentũ facit.

Quid significant eruinę subsidentię. Cap. XXXIX.

Quando consumpta est pinguedo, deinceps caro
 liquefcit, & eruinę subsidentię in urinis fiunt. Sed &
 hæc aut

hęc aut rhenum solum sunt, aut totius corporis. Siquidem
 igitur in febribus apparuerit talis urina: totius
 corporis affectionem esse indicat. Si uero non, in rhe-
 nibus solum. Et rursum, si crudę sunt urinę, totius cor-
 poris est malum. Si uero concocta est urina, eruing autem
 sunt subsidentię, rhenum affectionem indicant.

Quid indicent fursuracę subsidentię. Cap. XL.

Quum febris pinguedinem consumpserit, & maio-
 rem carnis partẽ, & in profunditatem uasorum irruerit,
 fursuracę subsidentię fiunt, angustiores quidem lami-
 neis, uerum crassiores ipsis. Et hæc similiter aut ex toto
 corpore, aut ex uesica excernuntur. At siquidem febris
 affuerit, ex toto corpore. Si non ex uesica. Et siqui-
 dem cruda fuerit urina, corporis est affectio. Si uero
 concocta, solius uesicę. Sed & localis adest dolor.

Quid indicent laminę subsidentię. Cap. XLI.

Quum ipsę solidę partes affectę fuerint, primum
 in superficie, deraduntur, & quę in urinis subsident la-
 mineę fiunt. Sed & ex uesica sola talia excernuntur. Si
 quidem igitur fuerit febris, totum corpus afflictum est.
 Si non, uesicę affectio est.

Quid indicet polentaceum in urinis. Cap. XLII.

Quum febris post occupatam profunditatẽ, & maio-
 rem & longiorem profunditatem inuaserit, fiunt talia
 fursuribus crassiora, & uocantur polentacea. At duos
 significant hæc polentacea. Aut enim sanguinis assa-
 tionem indicant, aut fortem solidorum colliquatio-
 nem. Si quidem igitur alba fuerint polentacea illa, so-
 lidorum corporum affectio est: Si rufa, sanguinis.

Quid indicat graueolens urina. Cap. XLIII.

Graueolens urina putrefactionem indicat, & futu-
 ram naturę mortificationem.

Urina nigra quid significet. Cap. XLIIII.

Omnes nigre urinę statim etiam crassę, omnino
 perniciosę sunt. Raro enim aut nunquam inuenitur

temis & nigra. Nam niger color accedit urinis, dum expurgatur atræ bilis humor, aut ipsa atra bilis, tum quæ ob frigiditatē, tum quæ propter nimiam assationem facta est. Et uiris quidem ac foeminis nigræ urinæ pessimæ sunt. Pueris uero aquosæ. Minus autē perniciosæ fiunt nigræ urinæ, his qui debilem habent splenem, quibus non ex aduisione, neque ex perfrigeratione, nigrescit ac liuescit sanguis, quemadmodū in aliis quibusdam contingit: sed ex melancholici humoris diffusionē. At hæ tres differentiæ crassitudinem substantiæ habent. Necessario igitur etiam crassæ reperiuntur nigræ urinæ. Proinde in acutis morbis perniciosissima est omnis urina denigrata, & præsertim quæ & graueolens fuerit & crassa, & nigram subsidentiam habuerit. Fieri enim nō potest ut seruetur æger ex acuto morbo, qui talem urinam minxit: Et si quidē subsidentia fuerit nigra, perniciosissimum est. Si uero id quod in medio pendet nigrum fuerit, minus malū, aut non similiter malū. Si autem nubecula fuerit nigra, adhuc mitius & non similiter malū. Nigra porro urina, aliquando indicat frigiditatem, aliquando caliditatē, siue supersationem. Si quidē, igitur prius mixta fuerit liuida urina, deinde sic nigra fiat: frigiditatem causam habet. Si uero flaua præcesserit, & postea nigra inuenta fuerit, ab ampliore nimirū caliditate supersata nigra facta est. Scire tamen opere præciū est quod & in febris quartanæ declinatione, & in melancholici delirii solutione, urinæ apparent nigræ ac crassæ. Splenicis autem ut plurimū talis urina mingitur, quando debilis fuerit splen. Nullam enim concoctionem ac distributionem melancholicæ supersuitatis facit.

De egestionibus notis. Cap. XLV.

Quod de urinis antea dictum est, hoc etiam in egestionibus cognoscere oportet. Dico autem, qualis sit naturalis egestio. Nam ab hac euariatio in aliqua parte, cru-

te, cruditatem indicat. Optima igitur est egestio molis & cōpacta, & leuis, & iuxta cōsuetam horam quā maxime prodians, & ad proportionem comestorum, colorata quidem moderate bilioso humore, hoc est, subfulua, & non ualde graueolens. Quæ enim talis est, naturalis est. Et manifestū est quod significat sana esse omnia circa uentrem ac intestina. Si uero aliqua parte à relatis euariauerit, præter naturam iam dicitur: uelut est, ualde graueolens, aut crassa, aut sicca, aut dura, aut distorta, & non humori ammixta, & quæ cum strepore & uelut strepitu quodam præter rationem excernitur. Tales enim omnes concoctoriæ actionis debilitatem indicant. His adhuc deterior est exacte fulua. Est enim bilis intemperata ac pura signum. Nigra uero egestio, atræ bilis signum est, aut sanguinis adusti. Liuida uero intestinorū frigiditatis ac mortificationis. Pinguis autem & oleosa, pinguedinis colliquationem significat. Viscosa uero ipsorum solidorū corporum colliquationem indicat. Quæ autem uaria est colore, & ualde graueolens, uariorum humorum excellentem putrefactionem significat. Cæterum in omnibus his considerare conuenit, an edulia talia fuerint, aut intestinum ex more fluxione labore, quum debile sit.

De egestionibus iudicatoriis. Cap. XLVI.

Si Porro iudicatio alicuius morbi per uentrem fuerit, nihil quidem præiudicans, uelut in aliis, neque quicquam proprium ac firmum præsignificans habet. Verum ex eo quod adsunt quidem iudicationis signa, non autem adsunt signa uomitus, aut eruptionis sanguinis narium, aut sudoris, colligere datur. Considerare tamen oportet ex alio egesta, an plura prodierint quā prius ante iudicationem. Indicant enim inclinationem hac magis fore, & præsertim ubi imminuta fuerint urinæ. Insuper autem & grauitas notabilis, & dolor, & tensio circa præcordia & lumbos, uentris ex-

cretiones præcedunt. Quandoquidem uero & per hæc morrhoidas, & per locos muliebres, iudicationem fieri possibile est, communia etiam amborum sunt signa quæ nunc sunt relata. Verum considerandum est an horum quid ex more expectetur. Si quidem igitur in principio morbi aut augmento, uenter perseveranter liuidiora egerit, aut uelut biliosa quædam pura, & febris perseverat, & bilis magis augetur: tunc & ardentior & periculosior ut plurimum est morbus. Si uero in uigore multum exturbetur alius sua sponte, ferè morbi solutionem efficit. At circa uigorè aliquando in morbis diuturnioribus uenter exturbatus, omnem materiam morbum facientem dedit. Verum in acutis morbis, & nigra pura & graueolentiam inducentia, præsertim in principio pessima sunt. Quibuscumque enim morbis inchoantibus bilis atra sursum aut deorsum prodierit, mortale est. Et rursus, Quibuscumque ex morbis acutis, aut diuturnis, aut ex uulneribus attenuatis, bilis atra subierit, postridie eius diei moriuntur. Non autè simpliciter si quid nigrum excernitur, iam etiam hoc atra bilis est. Potest enim & sanguis è propriis locis excidès, & tempore aliquo manens frigesfactus in grumos congelari. Atra itaque bilem cognoscimus ex eo quod ad terram fusam, ipsam radat ac fermentet, uelut acerrimum acetum.

De Vomitus prænotione ac significatione.

Cap. XLVII.

Instante iam iudicatione, uomitum fore expectare oportet, si pulsus fuerit uehemens, & ad concoctionem magis festinavit, & durissimus existens ac inæqualis. Cordis item punctura & uehemens oris uentris morbus adest unà cum capitis dolore, & uertiginis oculorum, tenebris simul obuerfantibus. Et labium concutitur, & saliuam multa ac tenuis defluit, & nausæ infestant, & infernæ præcordiorum partes frigidæ tangentibus apparent. Omnia enim hæc coincidunt, bilioso ac mordacè humore

humore in uentre ac stomacho coæruato, mordentèque ac simul contrahente totum stomachum inferne. Vnde & labium concutitur, & saliuam defluit. Si uero cum his etiam rigor accesserit, citissime uomunt. Quod si etiam cibos recès ingesserint, & maxime potum, cito uomunt. Utilissimus est uomitus pituitæ ac bilis quam maximè mixtorum. Vomatur autè non rursus. Nam sinceriores, hoc est, non mixti, reprobandi sunt. Tales enim, & cum uiolentiæ & lancinationibus ac molestia uomuntur, unà cum hoc quod signum sunt, solam bilem prædominari. Quin & uarii reprehendi merentur, uelut sunt liuidi, & nigri ac porracei: Mali enim sunt hi inquit Hippocrates. Si uero omnes hos colores idem homo uomuerit: perniciosum est. Deteriores tamè sunt liuidi ac nigri, in acutis & ardentibus morbis sientes & præsertim si fuerint graueolentes. Attendere uero oportet & in his, num sanguis confluxerit in uentrem, & tempore quodam in ipso moram traxerit, & grumosus excernatur. In plurimis enim tale quiddam contingit ex circuitibus quibusdam. Et non solum nihil molesti infert, sed etià tolerantiores seipsum sunt, ubi hic uomitum fuerit reiectus.

De eruptionis sanguinis ex naribus prænotione ac significatione. Cap. XLVIII.

Si sanguinis ex naribus eruptio futura est, propria signa præcedunt hæc. Splendores oculis obuerfantur, eo quod flauus est humor. Obtusus autem est uisus, propter multitudinis sursum uersus lationem. Quapropter etiam lachrymantur oculi. Facies rubicunda est, & præsertim malæ. Præcordia distendantur citra dolorem: difficultas spirandi adest, propter transitum sanguinis per thoracem. Capitis item dolor, & temporum pulsus irruens simul cum iudicatoria exacerbatione, & non in principio morbi existens. Collum dolet, & deliria sæpe ac exultationes sunt. Pulsus autè alti sunt & magni, & ad distentionem magis festinant.

festinant. Si uero cum his omnibus etiam nares scabent, iam adest tempus ut sanguis erumpat, & praesertim quum dolor fortiter circa frontem ac tempora incumbit. Quod si etiam sano sanguis erumpere consuevit, augebit sane etiam hoc ualde spem tuam. Atque haec sunt signa iam futurae sanguinis eruptionis. In principio uero apparentia crudo existente morbo periculum significant, & tales plerumque moriuntur. Si uero facta iam concoctione, praesertim in urinis, haec signa appareant, circa uigorem morbi commode conspiciuntur. Soluunt autem tales sanguinis eruptiones etiam uiscerum inflammationes in febribus, quando maxime ex directo sunt uelut inflammato hepate, ex dextro nares inflammato splene, ex sinistro. Unde facillimum iam fuerit etiam medicum praedicere, utraque naris sanguinem emissura sit, occasione ex dolente parte accepta. Soluunt etiam saepe sanguis ex naribus eruptiones phrenitidem, non tamen lethargum aut peripneumoniam. Quod & per haemorrhoidas, & muliebres purgationes, saepe soluitur morbus. Cap. XLIX.

Vidimus in multis etiam per haemorrhoidas prius existentes in sede apertas, morbum solutum. Similiter & in foeminis menstrua purgatione facta. Oportet autem & in his praegressa concoctione, in morbi uigore excretionem fieri, quo bona & tuta iudicatio fiat. Praegreditur & in his notabilis grauitas, & dolor lumborum, immo etiam imi uentris dolor ac distentio.

De significatione ex sudoribus. Cap. L.

Febrem per sudores soluendam cognoscemus ex eo quod ardentissima est, qualis est quam inde Causum graeci uocant. Biliosus est enim hic morbus, & ubi fortiter motus fuerit, rigorem efficit. Si quidem igitur pro ratione suppressa fuerit aluus, aut urina, iudicatione propinqua existente, rigorem expectare oportet. Si uero amborum suppressio facta est, & non ad sunt signa uomitus

uomitus aut eruptionis sanguinis, sudor necessarius erit multus, & hoc magis fiet ubi augete exacerbatone egri mente moti fuerint, & forissecus calidiores facti, & uapor quidam calidus ex corpore ascenderit, qualis antea non contigit, uelut uidere est in recens lotis. Pulsus item his sunt magni & alti & ueloces, & ad distentionem magis festinantes ac uelut uolosi. Et arteriae tunica mollis ac humecta apparet. Superficies autem totius corporis pruriginosa & mollis, & quibusdam horis rubicunda. Haec in exacerbatione iudicatoria sentia, concoctione praegressa, & iudicatoria die bona existente, salutare & solutoria sudores significat. Manifestum est autem quod moderate calidum esse oportet solutorium sudorem, & per totum corpus fieri, & pro ratione leuare, ac tolerantiores facere aegrotum. At frigidi sudores cum acuta quidem febre mortales sunt. cum mitiore uero, longitudinem morbi significant.

Abcessuum signa iudicatoria. Cap. LI.

Si ad abcessum conuertatur morbus, salutariter se habente aegro, ad hoc maxime animum aduertere oportet. Durante quidem febre & continua existente & urinis tenuibus ac crudis semper existentibus, & subsidentiam non habentibus, si postea apparuerit in alio qua inferiori parte, uelut cruribus aut circa iuncturam aliquam, aut grauitas, aut tensio, aut ardor, aut dolor, absque manifesta causa, in ea parte abcessum fore expecta. Si uero aeger deropete difficulter spirans, cito quidem a difficili spiratione liberatus fuerit, successerit autem dolor & grauitas capitis, & altus sopor ac surditas, huic in glandulis circa aures abcessum fieri necesse est. Fiunt autem abcessus magis in hyeme, & senioribus qui trigessimum annum excellerunt.

De sputorum significatione. Cap. LII.

In peripneumoniacis ac pleuriticis affectionibus, sputa proprie appellata, subsidentis in urinis similes sunt.

*Spero in ca
p. 50. in m*

At nihil omnino expuere, sed solum siccitatis tussire, est ueluti in urinis quum extreme crudæ sunt. Si uero incipiat æger humida & perfecte cruda educere, obscura est & incerta talis transmutatio, & desinit primū morbi tempus, hoc est principiū. Vbi uero inceperit spuerere pauca & matura, & semper plura ac facilius educit, tunc augmentū esse dicimus. Quū autē exacte fuerint cōcocta ac mollia, & non ægre educuntur, tunc instat uigoris tempus. Vbi uero concocta fuerint, ac citra molestiam educuntur, & imminuta est copia, & dolor non amplius fuerit, & homo facile spirat, ac bene tolerat, uigorem cessasse putandum est, & morbum iam declinare. Cæterum ante alia animum aduertere oportet, utrum citius aut tardius sputa extulsire incipiat, quæ admodum etiam Hippocrati uidetur. In pleuriticis inquit, si sputum statim appareat, in principio quidem breuis sit. Si uero posteriori appareat, prologatur morbus ipse uidelicet. Quæcūq; igitur sputa subflaua sunt & subfulua & subspumosa ac tenuia, solius cruditatis notæ sunt, & nihil notabilis mali indicant. Quæ uero pure flaua & fulua & uiridia ac spumosa sunt ac uiscosa, insuperq; nigra, mala sunt. Nam excepto sanguine quicūq; alius humor purus fuerit, malam affectionem indicat ex calore generatam. Sanguinea igitur & pituitosa sputa, moderata sunt. Flaua uero ac nigra, mala. Considerare uero oportet & educationis ipsorum modum. Si enim facile expuantur, iudicium est quod talia bona sunt. Si uero ægre educuntur, mala, & præsertim si nigra, aut liuida, aut æruginosa fuerint, aut ualde graueolentia, ut prunis iniecta graueoleant.

Signa perfecte ac fideliter soluti morbi.
Cap. LIII.

Perfecte ac fideliter solutū esse morbū putare oportet, quum in diem simul conueniunt omnia solutoria signa. Siue igitur in uigore statim & confertim ac constanter

nota

stanter iudicatus est morbus: Siue paulatim declinando fideliter solutus est, ex his sanè cognoscere poteris. Primum enim & maximum signum bonæ ac fidelis iudicationis, sunt concoctiones superfluitatū apparentes in diebus indicatiuis, cum uirium fortitudinē. Deinde si in impari die iudicatio facta est, & ad hæc insuper, si febris soluat ægro iudicato, & ipse æger ob omnibus accidentibus liberetur, & coloratior fiat tum in facie, tum reliquo corpore, pro euacuationis ratione: & subtiliore pulsu præditus, ac fortior dum assurgit, & bene tolerans per omnia, & maxime circa concoctiones ciborum ac digestionis: & si omnes naturales actiones inculpate facit, & corpus pro refectionis ratione roboratur: & color ex non naturali in naturalem transmutatur. Hæc est optima iudicatio, & oportet ipsos confidenter renutrire conuenienti uictu ac balneis uidelicet. Si uero defectuosa facta fuerit iudicatio, morbus recidiuare solet.

Signa morbi non perfecte soluti. Cap. LIIII.

Suspectos de recidiua cognoscemus, ex eo quod putatur quidē solutus esse morbus, perseverant autē cōsumiles prioribus urine ac pulsus. Et quæ adhuc pallidus est æger, & difficulter tolerat, & reliqua contraria omnibus prædictis bonis sūt. Et in summa, quoties præter rationē solutus est morbus, bis ipsum reuerti timor est.

Prænotio diei qua moriturus est æger. Cap. LV.

In perniciosis morbis considerare oportet exacerbationes per singulos insultus, an quotidie, aut alterius, aut alio modo fiant. Si uero febris est non intermittentium generis, uide an in imparibus diebus, aut paribus, æger magis intolerans seipso sit. Nosse enim clare oportet quod in illa die aut nocte, in qua magis intolerans seipso sit æger morietur, Et si morbus multo plus uires excedit, cito morietur. Si uero uires parum resistunt, differri poterit ad unam atque alteram diem.

Fieri

Fieri autem non potest ut moriturus ad declinationis morbi tempus deueniat. Raro uero in declinatione morbi aliquem mori contingit, nisi alius morbus prior succedat. Neque uero necessario ad uigoris tempus peruenit moriturus. Sed ut plurimum in principio aut augmento ægroti moriuntur.

Quod etiam horam mortis ægri prænoscere possit doctus medicus. Cap. LVI.

Quæ quatuor sint particularis exacerbationis tempora, obseruare oportet qua hora diei aut noctis grauior exacerbatio irruere solet. Insuperque in qua parte exacerbationis æger seipso grauior factus est, nimirum an circa accessione, aut augmentum, aut uigore ipsius exacerbationis. In illa enim hora, in qua languidior, aut præter solitum magis pulsus deftitutus factus fuerit, morietur. Et in accessione quidem exacerbationum moriuntur, ob inflammationes magnas in partibus principalibus, aut propter multitudinem crassorum ac uiscosorum humorum acruatim intro lapsorum, ut transitus spiritus perfecte obturet: ita ut suffocetur ac uelut extinguatur natura, quemadmodum si quis uiridium lignorum copiam accumulet in flammam. In uigore uero exacerbationum moriuntur, emota natura per uolentiam ac uehementiam morbi. Eodem modo contingit ipsos etiam in exacerbationis augmentum mori. In declinationibus autem exacerbationum moriuntur, exoluta ipsis per uolentiam uitali firmitate. Obscurus enim & collabens semper fit pulsus in perniciosis exacerbationibus. Diffinit. n. tunc una cum aliis in corpore, etiam febrilis calor. Atque hinc idiotæ melius rem habere imaginantur. Ægri uero aut ad exonerandum alium surgentes, aut alio motu facto, animo linquantur. aliqui uero paucos ac uiscosos sudore excluso moriuntur.

In acutis morbis mortem non esse prædicendam. Cap. LVII.

In acutis

In acutis morbis coniectatione uti non oportet, in quibus maxime repentina mors, aut periculum ingruit. In his. n. facile transfuit & ardentior est humor, & uehementissima febris uiolentia. Et de his morbis Hippocrates pronunciauit: Acutorum morborum non omnino tutæ sunt prædictiones, neque sanitatis, neque mortis.

Februm diuisio, & de diariis febribus.

Cap. LVIII.

Ex morbis ob intemperiem orientibus unus est & febris ipsa, calore præternaturali ad tantam immodestiam euecta, ut angat hominem, & actionem lædat. Differentia huius caloris maioris ac minoris ratione distinguuntur, & iuxta subiectum siue materiam: aut ipsum corpus calore occupate, aut humores, aut aeream essentiam. Incipit igitur hæc præternaturalis caliditas, aliàs ex alio de prædictis, & nisi soluta fuerit, progressu temporis similiter reliqua duo genera afficit. Et si quidem in spiritibus permanserit hic calor, diariam febrem efficit. Si uero humores occuparit, febrem putridam incendit. Si uero ipsum cordis corpus iniuria affecerit, hecticam ac habitualement febrem facit. Nam aliqui febricitantes facile solubilem affectionem habent, uelut calefactum sole lignum. Aliqui uero egre solubilem, uelut accensum ab igne lignum ut etiam furam edat. Quidam uero plane exuruntur, uelut lignum ad carbonis naturam adactum. Tria igitur sunt genera, diaricæ putridæ & hecticæ. Primum itaque de diariis tractabimus. Fiunt hæc febres, uelut dictum est, citra humorum putrefactionem, solo spiritu feruefacto, & propterea diaricæ appellantur: Nam ubi loti sunt ægri in prima huius febris declinatione, & cibum boni succi ac humectum acceperint, non amplius secundo febricitant. Proprium autem & inseparabile signum diaricæ febrium est urinarum concoctio in prima die & calor iucunditas. Verum post exacerbationem sedatam,

A E T.

ee certiorum

certiorem habebis cognitionem. Nam arteriarū motus, per omnia assimilatur motui sanorum quod nulli alii febris adest. Et ipsa bona ægri tolerantia maximū liberationis signū est. Et urinæ multo meliores post exacerbationem quā in febris principio tibi apparebunt. Et si ipsi dum lauantur, neq; horror aliquis insuetus acciderit, neq; alia aliqua iniucunditas, & post balneū consequenter bona tolerantia manserit, cōfidenter nutrire potes ipsum, & uinum exhibere intrepide bibendum, quantū in præsens moderatū est. Facile uero à talibus febribus capiuntur hi in quibus defluxiones corporis non uaporosum, sed ex quid ac fumosum habent. Quare si quando suppressus fuerit coaceruatus in ipsis calor, febrilis efficitur. Auspicantes uero ac externe lacescentes harū febrium causę sunt, lassitudines, frigiditates, uigilię, curę, tristitię, iracundię, rigor, ardor ac exultio cutis ut difficulter transpirationē admittat.

De diariis ex lassitudine febribus. Cap. LIX.

Qui ex lassitudine febricitant, cutē sicciorē quam qui ex alia quadā diaria febre laborant, habent. Et hoc maxime cōtingit his qui simul frige facti sunt ex multa lassitudine, ut etiam post febris uigorē permaneat ipsis siccitas. Et pulsus his parui fiunt. Qui uero non nimium fatigati sunt, his humiditates quędam, aut uapor calidus ex profundo effertur. Magni autem sunt & his pulsus. Oportet autem ipsos statim post exacerbationis declinationem, in balneum ducere. Et accurate simul ac molliter modico oleo dulci tepido perfrictos, aquarum dulcium lauacris lauare. Sed neque si in aere balnei ipsos morari iusseris, quicquam læseris, propter frigiditatem. Postea quietis studium prodest.

De febricitibus ex uigiliis, & cura & tristitia, aut ira. Cap. LX.

Eos qui ex uigiliis febricitant, distinguit etiam coloris species. Est enim subtumida, sed & oculorum motus

tus manifesti sunt: uix enim attollit supercilia. Et caui sunt ipsis oculi, immo etiam sicci. Pulsus autē densiores fiunt omnibus ob uigilias, curam, ac tristitiam febricitantibus. Qui uero ex ira febricitant, his neq; cavitates oculorū adest, neq; color ille. Et calor his est amplior, & uelut ex profundo emergens. Et magni sunt his pulsus. Omnes igitur relati neq; frictionibus, neq; balneis multis opus habent. Sed multi olei perfusione omnino non adstringentes. Atq; ubi parum defricti sunt, pro more lauentur.

De febricitibus ex ardore. Cap. LXI.

Febricitantes ex ardore statim ab initio perfrigerantibus, sanare oportet, & balneis pluribus dulcissimarum ac temperatissimarū aquarum. Oleum autem modicū adhibendū est, & omnino non affricandū. Sint autem quę adhibētur capiti frige facientia, omphacinū & rosaceum ex ipso preparatū sine sale. Facere autem hæc possumus frigida, uas in quo continentur suspendētes in puteum ut aquam contingat. Sed adhuc magis saliens aquę frigidę, oleū frige facit, & magis adhuc nix forinsecus uas circumposita. Perfundendū est autem sinciput ex oleo sic frige facto, lana moderate excepto, ita ut manum in sublime leuemus, & hoc indefinēter faciamus, usq; ad febris declinationem: atq; ita in balneum dulcium ac temperatarum aquarum ducamus, accessu solo aeris balnei per transitum concessio.

De febricitibus ex frigore. Cap. LXII.

Si quis frige factus febricitarit, suppressis uidelicet fumosis transpirationibus, quę per cutē fiunt, & hic in balneū ducendus est in febris declinatione. Caput autem calefaciendū est & ante balneū, & post balneum, in declinatione, ex unguento amaricino aut nardino.

De febricitibus ex grauedine ac destillatione. Cap. LXIII.

Qui ob grauedinem febricitant lauare non oportet: priusquam

priusquam ea concoquatur, si ex frigiditate aut cruditate destillatio facta est. Caput autem humectandū est irino ungento aut amaricino aut nardino. Si uero ex ardore facta est destillatio capite calefacto, & instar cucurbitæ atrahente materiā ex locis subiectis: hunc statim in balneum dulcium ac temperatarū aquarum ducere oportet, & in frigidam immergere, & sub salientem locare. In balneis autem frigefaciētibus caput humectare. Sunt autem ea moderata, propter balneum.

De febribus ex cutis densitate. Cap. LXIII.

Densatur cutis aut ex frigore, aut acerba qualitate ipsi præter aduersionem allapsa. Quale quid accidit etiā his qui in aluminosa aqua lauantur. Arctissima est his cutis, ut etiam tactu cognoscatur. Immo & calor motus, leuis quidē iuxta primā manus admonitionē apparatus, acris efficitur, si diutius tactus perseveret: Viri autē non uelut aliis suluæ sunt. Quare non accusamus in his quod alimentū non sentiant, unde corporis moles contrahitur. Neque uero oculi caui ac sicci fiunt. Verū sunt quibus humidiores & prominētiore esse uidentur naturalibus eo quod nō contigit transpiratione in ipsis, sed materiæ magis intus concluduntur. Vnde neque pulsus parui sunt uelut in tristitia, aut cura, aut uigiliis, & ualde immoderatis exercitiis. Curare porro eos oportet aquarū dulcissimarum ac temperatissimarū balneis, post exacerbationis declinationem, & præcipere ipsis ut aliquandiu in balnei aere morentur, affundendumque est ipsis oleum dulce tepidū, & frictio mollis ac moderata adhibenda. Tenuis autē uisus præscribendus est, & uinum dandum tenue & albū.

De febribus ex fame. Cap. LXV.

Si ob famem fiat febris, exacerbatione declinante in balneum ducatur, & plurimo oleo tepido dulcissimo perfusi leuissime fricentur, & plurimo tempore in calido solio morentur. Egressi deinde ac uiribus reser-

si rursus in balneum ducantur, & in calidū solium locentur. Postea egressis post balnei turbationem sedanda, danda est aqua calida potanda, deinde pitane succus, aliquando etiam pisces petrosi in iure albo parati.

Diæta communis omnium diariarum febrium. Cap. LXVI.

Diæta in febribus diariis omnibus cōmunem scopum habet, ut sit ex edulibus boni succi & quæ omnino concoquantur, & nusquam circa meatus detinētur, his quidē qui ex ardore aut ira febriunt, quæ simul frigefaciunt ac humectant: frigefactis uero, minus alentia & moderate calefacientia. His autem qui uigilarunt, aut tristes fuerunt, aut curis uexati, humidus & somnificus cibus congruus est. Fatigatis autem plurimus & maxime nutriens. At in quibus intemperatura corporis calidior ac siccior facta est, eos oportet aliquando circa primum exacerbationis impetum nutrire. Vinum autem dandū est omnibus qui ex diaria febre laborant, aquosum, tenue ac albū, quod & cōcoctionē adiuuat, & urinas ac sudores propellit. His uero qui uigilarunt, aut tristes fuerunt, aut curis uexati, magis intrepidum datur. Sed & fatigatis nimium, dandū est quantum superare possunt. Iratis autem priusquam ab affectu omnino liberati fuerint, minime tutū est uinum dare.

De febrientibus ex inguinum inflammatione. Cap. LXVII.

Siquidem citra lacescentem externam causam, in guinis glandularū inflammatio fiat, multitudinem sanguinis plerumque in uniuerso corpore indicat. Nam & calor in his amplior est quam in prædictis, & facies rubicunda ac tumida apparet. Oportet igitur celerrime uenam secare priusquam materia in inflāmato putrescat, ac febrem putridam accedat, post uenæ sectionem utendum est tenui diæta, usque ad perfectam liberationem, At inflāmato inguini, ante uenæ sectionem

adstringentia ac repellentia imponenda sunt post uentrem sectam, laxantia ac moderate discutientia. Cæterorum quibus propter offensionem digitorum pedis, aut aliud quid tale, inguinis inflammatio facta est, & ea de causa febris diaria consequuta, tales ne interrogant quidem Medicum quid facere oporteat: sed ulceri ex quo inguinis inflammatio facta est prospicientes, lauantur circa exacerbationis declinationem. Prohibendum autem est unum omnibus ex inguinis inflammatione febrientibus, donec inflammatio fuerit soluta. Et uisus ratio tenuior ipsis constituenda est.

De diariis febribus ex cruditate obortis.

Cap.

LXVIII.

In corporibus ex malis humoribus uitiatas cruditates orientes citissime febrem accedunt. Minus autem sit malum, si ob cruditatem alius infra erumpat. Non paruum autem malum est, si fuerit suppressa. Febriunt autem aliqui etiam in quibus profluuium uentris ob cruditatem fit. Si quidem igitur sola corrupta euacuata esse apparuerint: lauandi sunt ac nutriendi in febris declinatione. Si uero plus iusto euacuatio fiat, melius est nutrire citra balneum prospiciendo uentri ipsi. Cura uero uentris dupliciter fiat. Si. n. non amplius feratur ipsa alius, absinthium modicum aqua macerans coquitur cum oleo in duplici uasculo, & ex hoc locus circa uentrem humectato. Deinde lapsum lanæ purpureæ oleo imbutum uentri imposito. Si uero debilius est os uentris, mastichin cum ungento nardino ad strigmentitiam crassitudinem redige, & purpuram ex eo imbutam impone. Sint autem ea quæ imponuntur ad tactum calida: tepida enim robur uentris exoluunt. At si adhuc feratur alius, melius est optimo melino uti pro nardino, cum modico uino. Commodum est ad hæc & mastichinum. Si uero etiam uenter exuratur post euacuationem, melino similiter utaris, aut cerato ex ipso parato. Nutriendi porro sunt

sunt adhuc fluente aluo, ex polenta & panibus paucissimum acetum habentibus, quos hinc oxylipes Græci uocant. Inspergenda est autem polenta succo malorum punctorum aut pirorum, aut malorum, præsertim cotoneorum. Vel in ipsorum decoctum, aut myrtorum. Si uero fluxus cessarit, alica detur, & gallorum testes, & pisces petrosi in iure albo parati, & fructus adstringentes. Si uero in appetentem fuerint, ut auerferent cibos, ex cocto medicamento ex malorum cotoneorum succo ac melle composito, cochlearium unum, aut duo danda sunt. Si autem non affuerit id quod ex succo compositum est, detur id quod ex carnibus cotoneorum paratur, cui nihil omnino piperis additum est, aut ualde exiguum quiddam. Si uero suppressatur alius in his qui ob cruditatem ex diaria febre febriunt, siquidem cibi adhuc in uentre continentur, plurima tepida pota, digitis aut penis immixtis, per uomitum iubebimus id quod molestum est reicere: deinde præcordia fouere, & quietem agere. Si uero cibi iam descenderunt ad intestina, reclinatis ipsis ita ut partes circa caput & stomachum sursum uergentes habeant, foueatur uenter, & somnus concilietur. Post somnum autem glandula subdetur, ad superfluitates quæ descenderunt educendas, aut per mitiorem clysterem, quale est fursurum decoctum, euacuatio fiat. Diæta sit tenuissima, quæ plurimam exertoriam uim in se habet. Quod si inflatio accesserit, incoquere oportet in oleo cumini, aut rutam, & insundere per sedem. Euacuata uero aluo, statim nutriantur. Si uero etiam citra molestiam dormierint, postridie lauentur, adhibentes uentri ungentum nardinum cum modico uino. Et post balneum similiter tenui uictu utantur, si uero etiam tertia dies febrilem aliquam induxerit, neque sic timendum est, sed similiter lauandum, ac moderate nutriendum. Dare autem oportet talibus ante cibum aliquod concoctorium, oxyporium à cita penetratione

appellatum medicamentum, & præsertim quod ex co-
toneis malis sit cochlearii mensura.

Curatio diariarum febrium multarum dierum, qua-
rum aliquæ ex mutatione diariarum generan-
tur, ob cutis obturationem. Cap. LXIX.

Quædam febres propter obturationem uasorum cir-
ca cutem fiunt, ex diariarum mutatione, quum nõ pro-
be curatę fuerint statim ab initio. Contingit hoc ma-
xime in corporibus uitiosis humoribus præditis quũ
multum fuerint uoraces. Nam in talibus circa primã
ac secundam diem aliquantisper, non est in pulsu pu-
tredinis signum, sicut neque in urinis, cruditatis: dum
enim prolongatur quidẽ declinata, & nõ amplius iux-
ta proportionẽ remittit, suspecta est affectio: si enim
nõ transpirauerint perfecte, necesse est putrefactos esse
se uitiosos humores. Siquidem igitur puer aut senex
fuerit ægrotus, uenam secare non expedit. In mediis
autẽ ætatibus, robore præsentẽ, ægrotõ uena secetur,
si sanẽ etiã plenitudinis signa affuerint in corpore. De-
trahendũ est aut pro uiribus, & obturationis magnitu-
dine: maior. n. febris ob uehementiores obturationes
incidit. Minor autẽ ob minores. Euacuata uero multi-
tudine, & rarefactis meatibus, fumosæ ac fuliginosę su-
persuitates transpirãtes pauciores fieri poterunt. Peri-
culosum enim est aperire potentibus obstructiones
uti ante euacuationẽ. Quæ enim uim exterforiam ha-
bent, exhibita dũ exhalant simul attrahũt quid ex craf-
sis ac uiscosis humoribus in uasis, & duplicat in angus-
tis meatibus obturationes. Si uero etiam extrinsecus
cuti admoueamur exterforia, periculum est ne attra-
hant etiam aliud quid ad meatus obstructos. Quo igitur
secure & intrinsecis exhalatio, & extrinsecis attra-
ctio cõtingat, utilissimũ est euacuare pro uiribus cor-
pus: post euacuationẽ uero non longa facta dilatione,
aliqua exterforia edulia aut pharmaca dare. Eduliorũ
quidem

quidem loco pitisanam & aquã mulsam, pro pharma-
cis autem, acetum mulsam ex solo aceto ac melle pa-
ratum. Quæ enim in aceto mulso coquantur aliàs, ue-
lut calamintha, & similia calida, febres accendunt. Ve-
lut etiã uinũ. At post tertiam diem, neque putredinis hu-
morũ signo in pulsibus præsentẽ, neque in urinis cruditi-
tate, & ubi hora suspecta in qua febris accessit in pri-
ma die transit, cõsideter iam hominẽ lauare oportet.
Si uero etiam circa decimam horã suspectus tibi fue-
rit paroxysmus siue exacerbatio, lauare oportet ante
horam sextam. In balneo uero corpore præcalesfacto
illinire oportet oleo dulci tepido, & moderatius cõ-
fricare, postea depurgare & abluere forinsecus cor-
pus. Eligenda ad hoc quædam moderate extergentia,
qualis est hordeacea farina & fabacea. Deinde immi-
tere in solium calidã temperatã, deinde etiã in frigidã.
Si uero circa decimã horã, ut ita demus, turbatio quæ-
dam suspecta sit, nihil exhibendum est præter aquam
cui incocta est hyssopus & parum apii. Deinde si nihil
mali intulerit hora, nutriantur: Si uero etiã quid attu-
lerit, omnino moderatũ apparebit. Quare & lauare
poteris postridie ac nutrire. At ubi magna facta est ob-
turationis, necessario putrefactio cõtingit. Vnde curatio
in putredinosa febre referenda, etiam his congrua est.

De febribus continentibus siue synochis. Cap. LXX.

Continens febris nominatur, cuius ab initio usque
ad finem una est exacerbatio, nullam alterius exacer-
bationis principii significationem faciens. Corpori-
bus bono habitu præditis, & multo sanguine refertis,
& ætate calidã peculiaris est cõtinens febris. Cõstat
enim ob calidi sanguinis copiam nondum putrefacti,
& eo quod non transpirat, feruore solum caliditatem
excitantis: quemadmodum nouum uinum solet in
doliis: tempus autem talium febrium maxime uernũ
est. Sunt autem differentię febris cõtinentis tres. nam

aut æqualis permanet magnitudo ab initio usq; ad solutionem, aut additamentum facit, aut detractionem: hoc autē contingit prout maiores, aut minores sunt transpirationes, ex eo quod densior aut rarior est habitus corporis affecti. Est autem multa copia quæ in talibus affigit, & feruorem sanguinis ebullientem cōsequenter febris accēdit, aliquādo uero etiā crassitudo. Scopus igitur curationis in ipsis est euacuare copiam, & extinguere calorem præternaturalem, & crassitudinem secare, siquidem affuerit. Deinde ueterē bonam temperaturam debilitatis partibus reparare.

De uenæ sectione.

Cap. LXXI.

Si ualidæ sunt uires, & ætas permittit, & nihil aliud fortiter resistit, sanguinis tantum auferre oportet, quantum uires tolerant. Præstat autem si uires adsunt, usq; ad animi deliquium ducere. Quibus uero non sic uena secta est, hi ad extremū periculū deueniūt, ut aut suffocentur, aut animo linquantur, nisi uiriū robur, aut larga sanguinis eruptio, aut multus sudor, ex manifesta pernicie ipsos eripiat. Nam multitudo in his non amplius à uenis contineri potēs, obturat ac distēdit corporis molē, & propterea ipsum aliquando dirumpit, & uasa maxime in naribus aperit. Ea gratia festinare oportet ad sanguinis detractionem, quātum uires ferunt: quo uasorum natura ex transpiratione ac uentilatione, naturale temperamētum conseruans, iuxta modū ab initio humoribus dominetur. Verum animaduertendum est & ad ipsius uenæ sectionis scopos. Præcedente enim ciborum cruditate, eoufque uenæ sectionē differre cōuenit donec tibi satis esse uidebitur conuulsio ipsorum in uentre peracta, itemq; , secessus superfluitatum in intestinis. Si uero suspectam habes post uenæ sectionem, aliam fore sanguinis euacuationem, uelut muliebrem purgationem, aut hemorrhoidum in sede fluxū, relinquere oportet in uenæ sectione tantum

ne tantum sanguinis quantum per alios locos, euacuā dū putas. Quare siue mēses fuerint moti, siue hæmorrhōis aperta, totum negotiū naturæ permittito. Si uero non tantum quantū oportebat euacuātū fuerit, tūc uenam secato, quo ex utrisque compositis perficiatur quod conuenit. Aptus est ad uenæ sectionem habitus corporis durus, multi sanguinis, densus, & ægre transpirans. Status aeris humidior. Resistit uenæ sectioni puerilis ac senilis ætas, temperamentum calidum, ac sicum ualde, & tempus ac regio consimilis, & qui natura humidior sunt, & præsertim cū caliditate, & qui raro habitu præditi sunt, insuper quibus os uentris aut amara bili ualde uexatur, aut debile est, aut ultra iustū subtili sensu præditum: hi enim omnes facile transpirant, & in uenæ sectione animi deliquis corripuntur, ex quibus ægre reuocari possunt. Similiter autē etiā si tringinta annorum fuerit is cui uena secanda est uerum humidus & mollis, & pinguis ac albus corpore, & paruas uenas habuerit: huic aut omnino non uenam secabis, aut parum detrahes: omnino quidem non ætatis tempore & in reliquis eiusdem ordinis: parum uero, aliis temporibus ac reliquis constitutionibus. Proinde aliqui in animi deliquium collapsi in ipsis medicorum manibus, non sunt reuocati. quare si quis euacuasset citra uirium dissolutionem, non perissent. Aliqui uero per omnem deinceps uitam, totum corporis temperamentum frigidius habuerunt, propter immodicam euacuationem, ut quidam in malo corpore ac habitu uitam degerint: quidam uero ex hoc ipso perniciosis morbis correpti sint, ab aqua inter cutem, & erectæ ceruicis spiratione, hepatisq; ac uentris debilitate, & semi sideratione. optimum igitur est quemadmodum nos semper facere uidiſti non dierum numero animum aduertere, neque soli multitudini, sed uirium robori, in omnibus quidem uerum

uerum maxime in continentibus febribus, si enim uires conferuentur, non solum sexta ac septima, sed etiam sequentibus diebus uenam secabis.

De frigida aqua exhibitione. Cap. LXXII.

Si aliquando coactus fueris curare aegrotum, qui non solum antea uenae secandae auxilium omisit, sed etiam nunc aut propter timiditatem aegroti, aut cognatorum sanguinem detrahare prohibearis: ad frigida exhibitionem deueniendum est exacta praescriptione facta, quantum ex ipsa fieri possit detrimentum. Nam si hoc paruum uel omnino nullum futurum est, danda est in potu frigida sincera quam tum aeger eius uoluerit. Tunc autem danda est frigida, quum in urinis uideris concoctionis signa. Neque autem in principio, neque in augmento danda est frigida: sed in ipso uigore totius morbi, ac particularis exacerbationis. Opportunum enim tempore data frigida, corroborat solidam partium naturam. Corroborata uero natura praetenuatos humores aggreditur, ut bonos quidem detineat, inutiles uero eiciat, aut per uentrem, aut per uomitus, aut sudores. Si uero frigida potus fuerit aeger tempore sanitatis, ualde confidenter frigidam dato ipsa experientia doctus, omnia uirescra frigida familiaritate sustinere. Si. n. omnino aliqua pars adeo frigida esset, ut ab ipsa lederetur, sanitas itaque tempore euidentis detrimentum ostendisset. Quum autem nulla pars in sapitate laesa sit, ne in febre quidem laedi poterit, quum maximum propugnaculum habeat in profundo ardentis caloris multitudinem. Quapropter his qui modicum sanguinem, & minimum carnis habent frigida potus periculosior est. Cito. n. ad solidas animalis partes penetrat carnis nudatas. Quapropter etiam habituales febres, neque sincera, neque multa frigida opus habent. Tenuia. n. sunt in ipsis ac modici sanguinis corpora. Unde quum magni detrimenti timor imminet in ineptis, a frigida exhibitione abstinere

stinere oportet, & uti aliis auxiliis, quae obturationes reserant, & multitudinem euacuant, & feruorem febris mitigant. At uero detrimenta ex intempestiuo frigido potu orientia haec sunt: Viscosos ac crassos humores attenuari ac transpirare frigida impedit. Quare siue inflammatio fuerit in aliquo uiscere, siue ignis sacer, siue indurata, siue mollis ac laxa affectio, frigida potus ad huius sanationem nihil confert: sed euestigio quidem non modicum affert lenitatem, eo quod febre iam factam extinguit. Manente autem intus causa, quam ex frigida densatum fuerit corpus, aliam febre accedit priore grauiorem. Atque haec quidem detrimenti species contemni poterat. Verum plerique debilia habentes uiscera, citius ac facilius a frigida exhibitione laeduntur. Quibusdam enim stomachus siue gula adeo fortiter affectus est, ut perdidit actionem & uix potuerit deglutire: Aliis uenter laesus est, ut uix coequere potuerit: Aliis hepar, ut ex hoc in aqua inter cutem inciderint. Aliis colum, aut pulmo, aut rhenes & uesica, aut aliud quod a frigida laesum, debile ad propria actionem factum est. Quidam ipsorum statim erecta ceruicis spiratione, aut alto sopore, aut lethargo, aut aurium abscessu, aut conuulsionibus, aut tremoribus, aut siderationibus corripuntur. Et ut in summa dicam: Omne neruorum genus & caput ipsis affigitur. Noui quod formidine tibi induxerim per ea quae retuli, ad frigida exhibitionem. Verum uidisti me saepe ipsa opportune usum esse, & in quibus dare oportet. Et semper utilitatem assequutum esse, citra aegri laesionem.

Dieta in febribus continentibus. Cap. LXXIII.

Quibus uena secta est, his ego post duas uenas sectas horas, semper do modicum pitanae succum, & iubeo quiescere. Et postquam ex somnis surrexerint, rursus similiter pitanae succum exhibeo, & in hoc persevero usque ad tertiam diem. Quarta ferè semper in balneum duco. Tales enim opportune uena secta uinibus roboretur, &

flis, & ad animi deliquium euacuati, necessario sequitur non longe postea uentris secessus, attenuatis uide licet humoribus, & leuatis ac corroboratis uiribus. Aliquando uero etiam bilis uomitus. Ad quæ statim etiã humiditates per totum corpus aut sudores succedunt. Quare confidẽter hos lauato quarta die. At uero tempus exhibendi cibi in febribus continentibus, tum his quæ iam relatæ sunt, tum his quæ postea referentur, quæ sanè unam solũ ab initio usq; ad finem exacerbat ionem habent est bona ægri tolerantia & cõsuetudo. Tunc enim ipsi cibi dandi sunt, quãdo tolerantissimi sibiipsis esse uidentur. Et illo præsertim tẽpore diei, in quo etiam prius morè accipiendi cibi habuerunt: maxime enim toleranter pertulerint cibos isto tempore acceptos. Robustis igitur uiribus, & dum uigor morbi breui expectatur, tenuissimo uictu uti licet. Vbi uero uires ægre sunt, non licet tenui uictu uti, citra magnum detrimentum. Quare alimentis tantum apponendum est, quantum roboris uiribus detractum est.

Vniuersalis doctrina de febribus putredionis. Cap. LXXIIII.

Transpirationis angustia ac impedimentũ meatuum obscurorum totius corporis obturationem facit, per quos fumosæ & fuliginosæ superfuitates quotidie trãspirant. At obturationis affectio quum parua fuerit, & probe tractata, diariam febrem efficit. Quum autem siue propter magnitudinẽ, siue imperitiã Medicorũ cõsuetum diariarũ tempus excesserit, aut cõtinentem, aut aliã quandã ob humorũ putrefactionẽ accendit febrem. At uero transpiratio multiformiter impeditur, & dum densantur meatus propter siccitatẽ, aut adstrictionem cutis, & dum obturantur propter multitudinem & crassitudinem ac uiscositatẽ humorũ. Dum itaq; quotidie fumosarum ac fuliginosarum superfuitatum transpiratio impeditur, naturalis in nobis calor affigitur.

affigitur. Alius uero præter naturam corporibus accedens, primũ humores propter humiditatem putrefacit ac corrumpit. Progressu uero tẽporis etiã pinguedinem ac carnem, & ipsa solida corpora inuadit. Est autem putrefactio essentię putrescentis corporis ad corruptionem transmutatio, à calore præter naturã fiens. Putrescentes igitur humores, aut intra uasa arctati, cõtinuas, & nunquam intermittentes usq; ad perfectam morbi solutionẽ febres efficiunt: aut per totũ corpus delati, & extra uasa elapsi, quandam febrem per circuitum accedentem, & interualla habentẽ accendunt, uel tertianam, quartanã, quotidianam, aut aliam cõsumilem. Causa uero cur non excidant extra uasa humores in febribus continuus, est aut multitudo, aut crassitudo, aut uiscositas ipsorũ. Quemadmodũ igitur dum inanimata corpora putrescunt, primũ abiicimus ex ipsis quæ iam putruerunt, deinde reliquũ in aere frigido suspẽdimus, & perspirationes perfrigerãtes molimur. Eodem modo sanabimus in humanis corporibus putrefactionem, quod quidem iam corruptum est omnimodo euacuantes. Reliquum uero gestationibus moderatis & transpirationibus perfrigerantibus, ad exactam ac naturalẽ proportionem reducentes. Proinde ubi prius de non intermittentibus febribus tractauerimus, mentionem faciemus deinceps & reliquarum.

De febribus putridis. Cap. LXXV.

Quũ in omnibus uasis, & præsertim maximis, circalasalac in lingua, ac cõsimilibus, sanguis calidior æqualiter redundans putruerit, febrem putridam continentem efficit. Plerunq; uero in corporibus multi sanguinis ac carnosus, & denso habitu præditis, & superfuitatibus calidis refertis hæc generatur. Proinde his iam febrientibus pulsus maximus & æqualis ac uehemens est, & qui cõpagem arteriæ neq; duriorẽ, neq; molliorem habet. Ad tãtam uero uelocitatẽ ac densitatẽ ue-

nit, ad quantā magnitudinē ipsa febris uenit. Atq; hæc quidem ambabus cōmunia sunt, huic uidelicet, & prædictę continenti citra putrefactionem febrī. Verū huic præcipua putrefactionis signa in urinis, & pulsibus, & calorīs specie adsunt. Curatio uero harum febrium, in utroq; genere communicat, tum in eo quod cū putrefactione, tum eo quod sine hac est. At essentia quidem & uniuersa ipsarum natura, ex genere putridarum est. Verum quatenus una est tota ipsarum exacerbatio, ab initio usq; ad totius morbi solutionem, eatenus comunicat cum continenti absque putrefactione. Oportet itaq; etiam curationem ipsis in hoc solum cum illis continentibus communem esse. Per alia uero omnia bifariam secari, ita ut quosdam medendi scopos ex genere putridarum accipiamus, quosdam uero ex propria ipsarū essentia. Sanguis enim est qui in hac febre putrefactionem suscepit. Sic uero etiam alias differētiās putrefactorū humorum sanare conuenit, iudicationem partim à putrefactione sumendo, partim à propria uniuscuiusque differentia, uelut pituita, aut utraq; bile. Quandoquidem igitur putridarū febrium septem subiecta sunt præter naturam, à quibus iudicationes sumuntur, nempe copia humorum, & crassitudo, & uiscositas, & obturatio, & transpirantiū suppressio, & putrefactio, & febris non habens interuallum, unamquancq; sanē ex relatis affectionem sanare oportet per contraria. Copiam per euacuationem. Crassitudinem per secantia. Viscositatē per extergentia. Obturationem, aperiētib; . Transpirantiū suppressionem, siquidem propter constrictionē cutis facta est, per diffundentia. Si uero propter densitatē, per rarefacientia. Deinde putrefactionem, extergētibus & alterantibus, ac transmutantibus. Febrē autem, per frigefacientia. Quum igitur uires fuerint fortes, uena & his secanda est, nisi cruditas uentris, aut alterius cuiusdam partis prohibeat

prohibeat, uelut antea dictum est. Nam ex his quæ de illis diximus, cōsiderare oportet conuenientia etiā de his, quando quidem uero neq; obturatio neq; putrefactio curari potest per solam uenæ sectionem, quā aliis auxiliis opus habeat referuare aliqui sanguinis oportet ad curationis tempus, ut ne necessitas aliqua ingruat, ob inopiam, intempestiue nutriendi. Quantum enim ad talem febrē attinet omnino non nutrire oportet: Quantum uero ad sanguinis euacuationem, nutrire opus erit. Quare ex duobus alterum necessariū erit, ut aut nutriendis febrē augeamus: aut nō nutriendis: uires dissoluamus. Melius igitur uelut dictum est, relinquere sanguinis proprium alimentum animalis partibus. Et ipsum contentum esse modicis sorbitionum exhibitionibus, uelut sunt ptisana & aqua mulsæ, quibus ut medicamentis magis quā alimentis opus habemus. Si uero ob aliquam causam relictum fuerit uenę sectionis auxilium: homini per tenuem uelut connutrito, quum iam concocti fuerint humores, crassitudo ipsarum fuerit præattenuata, febre in uigore existente, dabimus frigidam aquam, uelut in superioribus continentibus febribus, nisi quid ex illic relatis prohibeat exhibitionem. Quod si uero etiam frigidæ potionis auxilium fuerit relictum, aliis auxiliis utendum est, quæ obturationes aperiunt, & multitudinem euacuant, & feruorem mitigant, uelut antea dictum est, & deinceps consequenter referetur.

Communis diæta omnium febrium putridarum. Cap. LXXVI.

In omnibus putridis febribus in communi putrefactos humores expurgare oportet, per urinam & uentrem ac sudores. Hoc enim commune est omni putredini. Si uero aliquando sua sponte ad os uentris impetum fecerint per uomitus euacuentur. Alioqui non oportet egre uomentes præter naturam irritare, ut ne

uires oris uentris exokuantur, quibus maxime in morbis opus habemus. Eligenda uero sunt quæ citra calefactionē ac rescicationē prædictas euacuationes perficere possunt: Velut est ptisanæ succus, & aqua mulla, acetum mullum simplicissimum, & fauorū mellis elotum cremor, apomeli Græci uocant, & radicis apii decoctum. Aqua itaq; mulla ad secandos crassos humores, & detergēdos uiscosos, & promouendas excretiones, optima fuerit, in febribus ex coarctatiōe ac putrefactione obortis, & præsertim continentibus putridis. attamen febrilem calorē auget. Quare si immodica fuerit caliditas ab aqua mulla abstinendum est, & utendum ptisanæ succo. Si uero obturationes egre solubiles esse indicauerimus, acetū mullum dandum est: quanquam & hoc si quis immodice utatur intestina radit, & tussim mouet, & neruolas partes lædit, ut difficile sit reperire tale auxilium, quod nihil lædens multū proficit. atq; hoc cōtingit propter complexū affectionum præter naturā in corpore. Quapropter his qui facile à quacunq; re exhibita læduntur, melius est ut ptisanæ succo utantur donec ualidius alimētum accipere possint. At si aluus nō egerat, aqua mulla cum solo oleo infusa eluatur, totū uero corpus forinsecus ante euacuationem discussoriis diffilare non oportet, post euacuationem uero discussoriis uti licet. Pharmacia autem utendum est tepidam caliditatem habentibus, uelut est oleum chamæmelinū. & in hoc tempore, inter discutiendum inquam, etiam uinum aquosum potum omnes excretiones mouet. Concoctione uero manifesta in urinis apparente, etiam lauare licet, dulcis & potabilis aquæ balneo.

De febribus continuis. Cap. LXXVII.

Febres continuæ eiusdem generis sunt cum intermittentibus siue interpolatis. Eiusdem autem generis dico tū tertiana exquisita, febrem ardentem (causam Græcis

Græcis dictam) exquisitam, & cum quotidiana, eam quæ quotidie exacerbatur, & tamen non intermittit. Nam & febris ardens omnes alias exquisitæ tertianæ notas seruat, & in hoc solū ab illa differt, quod cum rigore non irruit neq; intermittit. Et quæ quotidie exacerbatur, similiter omnes notas habet cū quotidiana. In eo uero quod non intermittit, eisdem cum illa generis est. Eodem modo etiam quæ per quartam exacerbatur, non autem intermittit, eiusdem generis est cū quartanis. Et manifestum est quod neq; rigor exacerbationes præcedit, neque sudor consequitur in hac febre, quemadmodū neq; in febre ardente. In febre ardente rigor superueniens soluit ægritudinem. Differt autē febris ardens à continente putrida, eo quod hæc ex sanguine putrefacto cōflatur, & à principio usq; in finem unam habet exacerbationem. Febris autem ardens ex flaua bile putrescente incenditur, & alternis diebus exacerbatur, & quandam habet febris imminutionem ac uelut remissionem. Continens uero putrida similis manet usque ad solutionem.

Cura febris ardentis. Philomeni.

Cap. LXXVIII.

Est igitur febris ex flaua bile putrefacta incensa, continua ardentissima, & neque medicis, neque ægris bonum ordinē exhibet. Lingua enim in his arida est & nigra ac aspera. Morfus item uentris, ac sitis intolerabilis, & uigilia. Aliquando etiam delirium. Primū itaque leniter ac blande hanc febrem aggredi oportet. Vbi uero concoctionis signa apparuerint in urinis & in aluius iam uiguerit: acrius instare, & ad frigidæ potum accedere. Nisi & hic aliquid prohibeat, ex his quæ de continentibus febribus relata sunt. Prima uero auxilia in febre ardenti sunt: Decubitus in locis frigidis, qui ad purū aerem patent ac persflatur. Stratū molle & sapius renouatum, amicula assidue permutata,

& satis gracilia & non sordida. Lectus sit abunde amplius, quo possint membra calefacta subinde ad alias atq; alias eius partes trāsferrī. Et per stābellū aer ignav̄ uior cōcitetur. Epithemata conueniunt pectori ac stomacho imposita, palmulæ cū uino & rosaceo aut melino tritæ. Sunt & frigefacientia comoda, uelut sunt pampini uitis triti, seris, poligonum, plantago, ramēta cucurbitæ, lactuca, rumex acutus. Singulis autem am̄ miscēantur micæ panis præmadefactæ, aut polentæ. Oportet tamen assiduos horum usus deuitare. At uero paniculi linei cōplicati moderate graciles aqua & oleo calido imbutæ, & pectori ac stomacho impositæ, ardentem febrem mirifice mitigāt. Sed & aqua & oleum calidū, aut aqua & oleū rosaceum, ex alto in pectus delata per lanæ manipulum, uehementiam ardentis facile obtundunt. Oportet autem abunde calidā esse aquam & oleum, aut aquam & rosaceum. Tepida enim partium firmitatem exoluunt. Si uero parum nisi tri his ammixtū fuerit, sudores excludere poterint. In ardentissimis autem febribus etiam aceti parum am̄ miscēdum est. nam & hoc quod debet facit. Cibi porro offerendi sunt humidissimi, & nihil acre habentes, uelut sunt lactuce, caules cū posca aquosa feruefacti, & cucurbitæ similiter cū posca. Sed & pitisanæ succus tenuior dandus est absq; sale, aut alio additamento. Et aliquādo post cibum aquā frigidam cochlearii unius aut duorum mensura absorbeant. Aut sit potius ipsorum potus in totum lactei teporis. Sed & aqua frigida fracta colluenda ac gargarisanda præbeatur. Fero sarum succi cochlearium absorptum stomacho fr̄ferat. Quin & alia animi oblectamenta prod̄ferantur. Folia uitis uiridia, item myrti ac rosarum per pauimētum spargantur: & aqua frigida frequenter irroretur: Et aque salientes in uicinia sonum edant. Tēpus autē frigefacientium epithematum ac similium, est uigor

exacer

exacerbationis. Nam in principiis ac augmentis exacerbationū, dum adhuc inæqualiter affectū est, & caliditas circa uiscera residet, si hæc adhibeantur, diffundunt quidem sensum, uerum repellentia caliditatem in profundū, maius detrimentum inducunt, incluso intus feruido calore, & rursus febrem ardentiolem efficiēte. At in uigore exacerbationum, expansa caliditate per totū corpus, facile extingui poterit ea quæ adhuc reliqua est circa uiscera. Nam & melius spiratēs, & minus siticidoli sunt, his in tempore adhibitis. Et ipsorum rosicido uapore excluso, ad somnum conuertuntur. Cæterum instante iam uigore totius morbi, & nullo prohibente ex his quæ in continenti febre relata sunt, tempus iam est frigidæ exhibendæ, in quibus igitur confidimus, nullum ex uisceribus, neq; caput, uelut diductum est, lesionem incursum, sinceram sanē frigidam exhibemus. In quibus uero metus est, atq; is uel minus impedimento est, pro prima uice fractum exhibebimus potū siue frigidā. Frangitur autem si quis temperatæ aquæ calidæ cyathum unum, ad quinque frigidæ purę sincere ammiscuerit. Atque talis potio suspensis corporibus exhibetur. Quidam uero olei rosacei cyathum frigidæ exhibendæ affundunt, & sic exhibent. Ipsum enim rosaceum non ualde frigefacit, & oleositas eius corporibus intus oblita, non permittit ipsa à frigida aqua lædi. Et simul firmitatem quandam exhibet uentri rosaceum, & lubricitatem, propter oleositate. Quidam pro rosaceo, melinū exhibent. Porro balneum illis solum conuenit in ardentis febris, qui citra tumorem aliquem inflammationem, aut erysipelatū ægrotant, ubi concoctionis signa apparuerint in urinis. Quod si quis iuuenis sit carnosus, tempore estatis & constitutione calida ac sicca, febre in uigore existente, & cōcoctione in urinis apparente, citra uisceris alicuius inflammationem, & in lauacrū frigidæ nota

torium seipsum iniiciat, atq; natet, sudores utiq; commouerit. Si uero etiam ad frigidam balneum aduersus fuerit, ualde confidenter hoc auxilio utatur. Quibusdam enim statim uenter biliosa egessit. At si moderata est febris, & uires robustæ, unâ cum concoctionis signis, profunt ipsis balnea dulcium ac temperatarum aquarum, & ex ungentis chamæmelinum, præsertim si aer ambiens, frigidus fuerit. Nam si aliquando contigerit, ut frigidus existente ambiente æger fortiter a febre exuratur, modicam salutis spem de ipso habere oportet. Si uero neque concoctionis signa affuerint, in tali aeris statu, neque uires fortes habere apparuerit, talem seruari impossibile est. Quare neque lauabis ipsum, neque inunges rarefacientibus medicamentis, neque uinum dabis neque frigidam. In quibus enim desperata est salus, uanum est auxilia multos seruantia imperitorum calumniæ exponere. Proinde ego sanè Medicos quosdã noui methodi ignaros, qui imitati sunt ea quæ à nobis fieri solent, & usi sunt his auxiliis, in his qui penitus mortui fuerunt, & neque quicquam profecisse, & opportunum ipsorum usum suspectum ac horrendum fecisse. At nos & temporum occasiones, & auxilia describimus, in his qui seruari possunt. Nam qui incurabiles sunt ægri, his neque occasio, neque auxilia commodant.

Tertianæ exquisitæ dinotio. Cap. LXXIX.

Febris tertiana exquisita in corporibus natura biliosa floribus omnino consistit, & in ætate uigoris, & maxime tempore æstiuo, & in locis calidis ac siccis temperamento, & in tali ambientis nos aeris statu. Sed & uitæ in laboribus, & curis, ac uigiliis, ardoribusq; & pauco alimento, eoque calido & sicco. Et immodicum calefacientium ac siccantium potionum ac medicamentorum usus, apta sunt ad febrem tertianam. Quum igitur signatur tertiana, ex flaua bile putrefacta, ac mo-

t a, &

ta, & extra uasa lata, statim à principio rigorem insignem inducit, qui à quartanæ febris rigore in hoc differt, quod in tertianis pungi ac uulnerari corpus uis deatur. Nam in quartanis inuasio uehementem perfrigationem habet, & magis in profundo. Quotidianam uero neque rigor omnino præcedit, sed magis circumfrigunt. Est etiam in tertianis febribus ordo pulsuum exquisitus & æqualitas. Excitatur autem in progressibus exacerbationum pulsus ipse ad uehementiam ac magnitudinem & densitatem. Sitim etiam inducit tertiana, maxime in uigore, & hominem exurit, ut se denudet & abiiciat uestitum, & magnum ac densum spiritum ducat, & uelut flammam quandam esset, & frigidam bibere expetat. Et paulo post calor æqualiter per totum corpus extenditur. Quod si etiam manum inieceris corpori, iuxta primum contactum calor multus & acris occurrit qui uelut cum uapore quodam affertur. Vincitur autem paulo post à manu, & sanè iam etiam bibere tempus est ægro, atq; ubi bibit, statim multitudinem calidi uaporis per cutem remittit, prænuntiam sudoris, & uomitus bilis apparet, & aliquando etiam uenter egerit. Urinæ uero his sunt biliosæ & subfuluæ ac subflauæ, & moderate crassæ, & paulo post aut nubeculam albam, aut quiddam in medio dependens bonum efficiunt. At si fuluiores fuerint urinæ, & neque quid in medio pendens, neque nubecula, in primo circuito apparuerit, ad septem circuitus extendetur morbus. Verum exquisita tertiana quæ in prima die ostendit in urinis subsidenuam albam ac leuem, & æqualem, tertium circuitum non transgredietur. Hæc febris in integram febris quietem desinit post exacerbationem, uniuersum exacerbationis tempus duodecim horarum ad summum faciens, & non plurium. Atque hanc exquisitam tertianam nominamus. Quæ uero diuturniorem habuerit exas-

ff 4 cerbas

erbationem, eam appellamus extentam. Si uero quotidie exacerbauerit, cum rigore irruens uehementi, habuerit autem omnes predictas notas in pulsibus & urinis, & reliquo corpore, hanc duplam tertianam nominamus. Et hoc cōtingit propter multitudinem & crassitudinem & bilis inæqualitatem.

Tertianæ exquisitæ curatio. Cap. LXXX.

Tertianam igitur exquisitam uelut à flaua bile commota sientem, humectare ac frigefacere quantum eius fieri potest, conuenit. Et quæ quidem in supernū uentrem confluunt, euacuare per uomitus. Quæ uero infernum subeunt, similiter per infernam excretionem. Sed & urinis ac sudoribus uia aperienda est, & uenter quidem mollibus infusis euacuandus est. Vring autem propellendæ sunt, apio & anetho in potionibus maceratis. Et, si concoctionis signa apparuerint, confidenter iam etiã absinthii comam aqua mulla maceratã ac excolatã dabis. Balnea uero ipsis conueniunt, ex aqua calida potabili temperata, & neque nitrum, neq; aliud quiddam tale in balneis adhibere, sed aquã & oleum præcalescto corpori circumfundere, & in calidã foliũ focare, ac hortari ut in ipso moretur quantum eius fieri potest. Eos uero qui balneum amant etiam si bis laueris, non peccaueris. A uino uero abstinendum est penitus priusquam cōcoquatur morbus. Vbi uero concoqui incipit, tenue & aquosum ac modicum, primum dandum est, prope solutionem uero, uberius. Cibi qui humectant ac frigefaciunt, omnes commodant tertianis exquisitis. Quantitas uero in ipsis tanta sit, quantum probe concoquere possunt. Et ex oleribus quidam conueniunt atriplex, bilitum, malua, lactuca, & cucurbita. Ex reliquis autem ptisanæ succus, & sorbitiones ex alica, & pisces petrosi, & ex uolucris quæ mollem carnem habent. Ex aliis alas, & gallorum testes, & uillos pedes, ac cerebella, & paruorũ porcellorum

lorum extremas partes dare conuenit. Sorbendi sunt etiam ouorũ uitelli, & fructus gustandi non ægre concoctiles. Abstinendum uero ab omnibus dulcibus & acribus, & salis, nidorosisq; ac uirosis eduliis ac potibus. Et à ueteribus ac natura calidis uinis.

Tertianæ spuria curatio. Cap. LXXXI.

In non exquisitis tertianis, neq; lauare statim ab initio non est, sed quando iam apparuerint signa concoctionis: neque quotidie nutrire, sed satis est alternis. Quies autem & calesctio præcordiorum ipsis cōducit & sorbitiones cōcoctu faciliores. Infusa item inferni uentris non ualde mollia. Et si sanguinis detractio ne opus habuerint, neq; hæc relinquatur, sed statim ab initio distinctione facta, uelut in Sermone de uenæ sectione dictum est, moderatus sanguis auferatur, quantum in præsens satis est. Totus uero diætæ status non frigefaciens & humectans sit in totum, uelut in tertianis exquisitis, sed etiam quid de incisorio ac calesctorio modo assumat: nimirum uelut crassiore bile subiecta, & non ualde calidiore. Maxime uero cōtulerit ipsis ptisanæ succus, iniecto pipere & hysso aut origano. Sed & nardi spicam cū aqua mulla, cōctam bibendam dato. Et alia quoq; quæ urinã cient, præterquam extreme calescientia ac siccantia. Maxime quoq; absinthii cremor assidue dandus est post septimã diem. Sed & acetum mullum multis profuit potum. Et aliud quod lene purgatoriũ, bona concoctione in urinis apparente. At uero uomitus ab accepto cibo, usq; adeo cōmodus est his qui in hac febre perseverant: ut multos nouerim statim perfecte liberatos ex huius usus.

De hemitritæo, hoc est, semitertiana.

Cap. LXXXII.

Febris semitertiana appellata, sit pituita putrefacta ad putrefactum amaræ bilis humorem ammixta, & est ex duabus febribus composita, quotidiana enim cum circum-

circumfrigeſactione irruente, tertiana uero cum rigore, febris ex ambabus mixta, horrorem inducit, & de rigore quidem minus, plus autem de frigeſactione, id quod extremitatibus permixtis contingit. Itaque neque abſonum nomen huic febrī impoſuerunt qui hæmita tritaum dixerunt. Duplex eſt autem modus generationis eius. Aut duabus exacerbationibus uno tempore coincidentibus: Aut ſtatim ab initio utriuſque inter ſe permixtis. Quum igitur tertiana prædominatur horridior febris fit, & iuxta acceſſionem etiam aliquid rigoris aſſumit. Statim uero talis etiam calidior eſt & æſtuofior, & quendam bilis uomitū, aut egeſtionē, aut ſudorē inducit. Vbi uero altera pituiſior febris præualet, prædominatur quidē frigiditas extremitatū, uerum modici ſunt horrores: & non ſunt ſticuloſi, neque æſtuofī. At ubi æquales magnitudine fuerint, & tertiana interpellata, & quotidiana cōtinua, inuaſio quidem exacerbationis cū horrore cōtingit. Et quum pituiſa febris dominatur, contractiones ſunt ac horrores. Quum autem biliſa febris præualuerit, acruatim incaleſcunt. Atque hæc quidem eſt ſemitertiana exquiſita, ex tertiana intermittente & quotidiana continua compoſita, ambarū febrīum temperatura æquali exiſtente. Ceterum ſemitertiana non exquiſita, aut biliſum humorem habet, aut pituiſum. Quum igitur ex utriſque relatis humoribus ſemitertiana febris conſtetur, etiam curationem mixtam eſſe conuenit. Quare ex his quæ de tertiana relata ſunt, & ex his quæ de quotidiana dicentur, curationem componere oportet.

Quartanæ exquiſitæ dinotio. Cap. LXXXIII.

Quartana exquiſita omnem ætatem inuadit, præcipue tamen inclinatam. Hippocrates autem in libro de ſeptenario, uigoris ætatē dixit. Idem aſſerere uidetur, eundem hominem non bis quartanā febrem incidere. Verba eius ſunt. Primū quidem quartana febre idem homo

homo bis neque capitur, neque unquam captus eſt, neque de cætero corripitur, ſi ſemel ſanus fiat, & hoc propterea: Iuxta propriam uniuſcuiuſque hominis naturā, & ætatem uigoris cōtingit. Neceſſe enim eſt uigentem hominis naturam in hoc tempore quartana febre corripi. Præterito autem uigore exolutam eſſe à quartana, & ab inuaſione. At uero naturæ corporū magis atrabiliariæ hanc febrem perferunt, & ex temporibus Autumnus, & præſertim ubi ipſe ſeipſo fuerit frigidior ac ſiccior, & inæqualis. Edulia item ac potiones, & totus uitæ uictus ſiccus & frigidus tempore exiſtēs, quartanarum febrīum ſignū eſt: Et lienes aucti. Hæc autē febris non ſtatim à prima die omnino irruit cum rigore. Sed aliquando ex aliis in hanc ſit tranſmutatio, ex his quæ erroneæ ac inordinatæ uocantur. Verū in progrefſu rigor accedit, & cū augeſcente etiā rigor augetur. Senſus autē ægrotis contingit, non uelut pungatur & ſtimuletur cutis, uelut in tertianis contingit, ſed & perfrigerantur uehementer, & uelut frangantur uſque ad oſſa. Proinde audire eſt ægros dicentes, quod oſſiū laſſitudine tenentur, & carnem cōfringi imaginantur. Pulſus porro ſunt parui, obſcuri, ac tardi & rari in principio acceſſionū, uelut in nulla alia affectione. Etenim iuxta inuaſiones quartanarū arteria tibi ligata eſſe uidebitur, & introrſum retrahi, ac prohiberi à reſſu. Quare etiā ſi iuuenis fuerit æger, tamē ſenilis extreme ætatis motū arteriæ imitatur. Si n. ægrotantis naturalē pulſum noueris, aut in principio exacerbationis alterius morbi aſſueris, nihil aliud expectaueris quo minus pronuncies, irruentē à principio febrē quartanam eſſe adeo immenſa quædam mutatio pulſus ad raritatem ac tarditatē fit. Urinæ uero his in principio quidem albæ ac tenues & aquoſæ, nimirū propter materiæ craſſitudinē percolatæ. Progrediente uero morbo, pro ratione colorationis ſunt, & ſubſidentiam habent craſſam.

Sequitur

Sequitur aut sudor copia circa exacerbationis declinationem. Ex Rufo. Quartanæ igitur à splene initium fumentes, diuturniores sunt. Fiunt autem manifestæ ex colore, & cruditatibus, & quod uenter non facile egerit, & ex splenis tumore, & quod ad sinistram magis se reclinent. Est autem periculum ne progressu temporis etiam in aquam inter cutem incidant. At uero propter hepar inflammatum quartanarii, coloris sunt albicantis, & toto corpore tumidi, & urinæ his sunt ualde rubræ, sandaracham referentes. Et ad contactum tumor dextri præcordii occurrit. Et hi etiam magis difficulter spirant quam splenicis, & subtusiunt, & postremum in hydropem ineuitabilem delabuntur.

Quartanæ curatio. Cap. LXXXIII.

In principio igitur moderate ac leniter tractandi qui ex quartana febris laborant, ita ut neque medicamentum aliquod forte adhibeamus, neque euacuationem, nisi si sanguis ualde abundare uideatur. Tunc enim moderate sanguine auferre oportet. Et si diuicta uena sanguis fluens niger ac crassus fuerit, confidenter euacuat. Talis autem in splenicis maxime reperitur. Vbi uero flauus ac tenuis apparuerit, statim cohibe. Secunda est autem uena, aut interna, aut media, in sinistro cubito, si splenicus fuerit homo: Aut in dextro, si circa hepar fuerit affectio. Diæta uero sit flatus expers, & bona. Venter autem molliatur quantum eius fieri potest, per consuetos cibos. Si uero hi nihil profecerint, infusus per clysterem utendum est, primum quidem mollibus, postea acerbis. Prohibendæ sunt carnes porcine, & omnes uiscosæ ac tardi transitus. Item frigida ac humida edulia omnia. Vix utendum est pauco, albo, & tenui, ac moderate calido, uolucris aut montanis. Et piscibus mollis carnis, ac facilis concoctionis, & nihil uiscosum habentibus. Utendum est etiam fassamentis ac sinapi. Et per dies aliquot accipiendum est pharmacum ex herbis piperis generibus, & diospor

& diosporiticum appellatum. Et si piper solum tritum quotidie acceperint, recte utique fecerint. A frictionibus autem & deambulationibus & aliis consuetis, non penitus arceantur. A balneis uero abstineant frictionibus contenti, quæ ualde profunt. Et si breuis fuerit ac non ualde uolenta quartana: non malum fuerit in intermedii diebus consueta exercitia contingere. Atque hæc quidem in principio ac augmento facienda sunt. In uigore uero morbi tenuiore uictu utendum est, & iubendi sunt ægri diu quiescere, & uisceribus prospiciendum est, & adhibitis fomentis ac cataplasmatis mollire ac laxare potentibus, & status dissoluere. Talia uero sunt, farina ordeacea, & semen liniris, cuminum, chamæpitys, & ruta, in aqua mulla cocta. Oleum quoque à fomento cataplasmati miscendum est. Oportet autem primum olei foci per paucos dies irrigare, atque ita cataplasmatis uti, in die uidelicet adhibitis, si æger ferat. Epithymatis autem utendum est polyarchio, & eo quod ex styrace paratur, & similibus. Consequenter autem etiam urinam cipientibus utendum est. Et aqua mulla in potu exhibenda, in qua cocta est ruta & anethum. Quod si concoctionis morbi signa euidenter apparuerint, confidendum est statim pharmacis humores nigros euacuantibus, & non semel, sed sæpius, si opus fuerit. Conuenit autem Epithymum quartanis potum, & Veratrum nigrum maxime prodest, eo quod citra molestiam euacuat ea quæ molestant. Et uinum dulce in uacuum colocynthidis calicem infusum. Omnibus tamen miscendum est apium, aut anisum, aut dauci semen, iucunditatis gratia. Afsidue etiam betæ ac ostreorum decoctum bibant. Conueniunt his quoque aloedaria Oribasii quæ sic habebat. Aloes 3. c. spicæ nardi, asari, mastiches, croci, xylobalsami, singulorum 3. vi. calsiæ 3. xii. epithymi 3. xvi. ueratrum nigri exempta medulla 3. viii. forma pilulas magnitudine erui cum pulegii decocto,

cocto, & exhibe pro uiribus. Possunt & cum melle cocto pilulæ formari. Ego uero etiam ueratrum internum adieci. Utendum est & uomitibus à cibo, & à raphanis: si nihil impederit. Plerique enim ipsis assidue usi: partim perfecte à morbo liberati sunt, partim facile pertulerunt. Nam una cum hoc quod euacuant ea: quæ stomachum infestant, etiam facilius concoquunt tales. ubi uero nihil iam prohibet, etiam album ueratrum dandum est, primum quidem raphanis infixum uelut in Sermone de purgatoriis dictum est, postea uero etiam ipsum per se. Qui uero uomere non possunt, his uehementius inferne purgatis dandum est medicamentum ex uiperis, theriaca appellatum, & reliqua quæ ad tales febres laudantur. Inter quæ est & familiare illud nobis omnium probatissimum, quod recipit succi cyrenaiici, & piperis, & myrrhe troglodyticæ, & foliorum rutæ uiridum, singulorum æquales partes. Singula seorsim leuissime teruntur, & ruta cum melle trita excipiuntur, sicutque pilulæ, de quibus aliquibus obolus unus aliis duo exhibentur. Aliud Asclepiadæ, hoc etiam somnum facit, quo etiam ipse utor piperis longi, mirrhæ troglodyticæ, succi papaueris, castorii, singulorum pares portiones efforma & utere, obolum unum aut dimidium exhibens cum aceto mulso duabus horis ante accessionem. Aliud ad quartanam facit & ad arthriticos: hoc in quartanis dato prælotis duabus horis ante accessionem drachmæ unius pondere cum aceto mulso. Arthriticis uero cum aqua mulsa. Bituminis unc. una myrrhe troglodyticæ drach. duæ, foliis mentæ uiridibus leuissime tritis excipe, ac utere uelut prædictum est. Cæterum qui in principis talium pharmacorum aliquod exhibuerunt, aut omnino ante uigorem, hi sæpe simplicem quartanam duplicem fecerunt, aut omnino maiorem ac difficiliorem effecerunt. Aut duplicem antea triplicem reddiderunt, aut omnino duas

duas difficiles ac maiores effecerunt. Noui ego quendam medicum qui ausus fuit è tribus quartanis correpto dare theriacam ante morbi uigorem. Deinde ausus omnibus accidentibus quum febris continua successisset, hominem peremit. Archigenis. Quartana febre laborantibus, inquit Archigenes, trifolii bitumæ olætis seminis drac. una in tribus aque mulsæ cyathis, exhibere soleo. Mirifice etiam ipsis prodest bitumen ipsum iudaicum tritum potum cum uino diluto drachmæ pondere. Verum pharmacum minime molestum, & sæpe successum sortitum expertus sum ego hoc, maxime in quibus splenes tument, & hydrops initium capit. Hederæ corymbiferæ folia quinque cum myrrhæ troglodyticæ magnitudine fabæ trita, in aque mulsæ dulcioris hæmina exhibentur. Sed & castorium potum rigores mitigat, & morbosam carnem consumit, & concoctionibus in uenis opitulatur, & legneciem admotum eximit. Rusi. Absinthii cremor huiusmodi mores uentrem infestantes deterget, & concoctioni auxiliatur. Vnde neque saluam colligunt qui absinthium bibunt. Mitigat etiam inflammationes hepatis ac splenis, & urinas impellit, & mensis mulieribus. At si æger adfuetus fuerit, & habitus uentris euacuatione gaudeat & mordaces humores secedant, lac recens mulctum asininum aut equinum, quibusdam dedi, quos magis purgare uolui. Aliis uero caprinum propter familiaritatem & parabilitatem. Exhibui autem ab initio heminas tres, & progressus sum usque ad sex. Dinde intermisso uno circuito, similiter à tribus heminis incepti, & addita quotidie hemina, ad sex progressus sum, & postea detracta quotidie hemina una rursus per duos circuitus quieui. Et simul morbus dissoluebatur, & corpus nutriebatur. Oportet autem animal boni succi esse, cuius lac exhibemus. Si uero alicui non accessit neque nidorosum sit, neque per uentrem

crumpit, etiã in suspecta die, sorbitionis loco moderatè dādum est, multo tēpore ante accessionem, & buccellæ panis modicæ superingerendæ. At uero morbo in uigore cōstituto, apparētē manifestissima cōcoctio, ne, nullo uiscere læso, aduetis tempore sanitatis, etiã aquam frigidam exhibui duarum heminarum mensurâ, instante iã prope inuasiōe, & reuera à multis rigo-rem prohibui, non parū sēpe etiam febribus exēptis. Melius est autem etiam forinsecus calefacere corpus cyprino aut sicyonio, ante exacerbationes quidem, ut ne rigeant, sedatis autē exacerbationibus, ut ne ab extra allabentibus perfrigerētur. Dioscorides porrò dicit prodesse his qui quartana tenētur febre, hæc in potu accepta etiam ante accessionem. Plantaginis radices quatuor, sicce tritæ in uino bibuntur. Verbenacæ rectæ quartus à terra geniculus tritus cum uino potatur. In tertiana uero tertius radices, item libanotidis 3.i. in uino exhibetur. Quod si oleo illeueris totum corpus, extremitates autem ex unguento aliquo ad rigores destinato inunxeris, & ægrum contestum quiescere sineris, non experietur rigorem.

Quotidianæ febris dinotio. Cap. LXXXV.

Quotidiana febris in pituitosioribus naturis consistit, & tempore hyemis, & in humidioribus ac frigidioribus constitutionibus. Et senes quoque magis infestat & pueros, propter edacitatem, & præsertim eos qui in humidis ac frigidis regionibus degūt, & uitam ociosam agunt cum repletionē, atque hoc magis ubi post cibos assidue balneis utātur, & adhuc multo magis ubi ipsi cibi natura sunt pituitosiores, & inordinatus est ipsorum usus. Hæc igitur febris neque cum rigore irruit statim in prima die, sed temporis progressu, non rigor, sed circumfrigefactio egre concalescens ipsis accedit. In pulsibus autē manifesta ordinis confusio, & inæqualitas adest, tēpore irruptionis exacerba-

tionis

tionis præsertim, & uelocitas ac uehementia motus ipsis non adest. Non autē exurit febris hæc ægrotos, neque densam respirationem facit, neque crebras efflatio-nes, neque frigidæ expetentiam excitat. Sed hæc febres minime siticulosæ sunt. Vomunt autē pituitosa. Et que per uentrē in inferne ipsis euacuātur, frigidiora, pallidiora, crudiora, & aquosiora omnino sunt. Exudant autē nequaquam in primis diebus, neque ad putrefactam febris quietem deueniunt. Albus est ipsorum color. Vri-næ albæ & tenues in primis diebus minguntur: postea uero crassæ ac conturbatæ. Hic humor quotidie exacerbat, desinit autē in quietē febris non integrâ, uniuersum tēpus faciens horarū plerumque octo & decem. Quapropter etiam amphemerina febris a grecis uocatur, de ambabus enim participat, die ac nocte.

Quotidianæ febris curatio. Cap. LXXXVI.

In quotidianæ febris curatione aceto mulso utimur in primis diebus, & his quæ urinas probe impellere possunt. Et tota diætæ forma secandi uim habeat. Circa uigorem uero uentri prospicere oportet, & præsertim ori ipsius. Et postea uomere à cibus & raphanis, & purgatoriis pituitam euacuantibus uti. Reliquam diætā tam ad communes scopos respectu fato comperies, ut scilicet attenuante diætā, & pharmacia incisoriiis ac attenuantibus utaris.

De Epialis febribus. Cap. LXXXVIII.

Præditi generis, pituitosi inquam, est & febris quæ priuatim à leni afflictione Epiala appellatur, quum sis mul & febricitant & rigent, & utrunque percipiunt eodem tempore in omni corporis parte. Pituita enim acida, & uitrea appellata, citra febrem quidē, rigorem inducit. Si uero putredo aliqua moderata ipsis accedat, febrem epialam efficit. Si uero amplius putrefact, præcedit quidē rigor, sequitur autem febris, exuperata frigiditate à multitudine caloris, ut omnino non

A E T.

gg

appa

am

appareat iuxta augmēta & uigores exacerbationum. Fortassis autē & pituita uitrea acidā qualitatem habet. Curatio porro consimilis est his qui quotidiana febre laborant, incisorio curationis modo amplius aucto.

Communia auxilia febrium per circuitum repetentium. Dioscoridis. Cap. LXXXVIII.

In communi ad omnem circuitum ac rigores utiliter exhibentur ea que sudores mouere possunt, & sunt hæc, Seminis smyrnii ʒ. i. datur potanda ex uino duabus horis ante accessionem. Item aristolochiæ ʒ. i. & iridis ʒ. ii. & calaminthes decoctum cū castorii ʒ. i. in quartanis & quotidianis. Chamædryos item decoctū alsidue potatum, quartanam, & quotidianam soluere solet. Caroi quoq; semen, ferulæ semē, uerbasci radix, aut succus cum uino. Aliud, quod ad omnem circuitū, & maxime ad quartanas datur duabus horis ante accessionem. Facit & ad calculosos, ac dysentericos, & stomachicos. Est etiam anxiosus ac desperatis, & lippitibus commodum. Seminis hyoscyami albi, seminis apii, seminis anisi, styracis. singulorum ʒ. iiii. croci ʒ. x. opii drach. iii. castorii drach. ii. myrrhæ drach. ii. cum aqua ad fabæ ægyptiæ magnitudinem formato, & cū duobus aquæ cyathis exhibeto. Aliud ad omnem circuitū. Aphrodæ. Seminis hyoscyami, myrrhæ trogloditicæ, opii, styracis, singulorum drach. i. croci, zingiberis, aloes, singulorum drac. x. & obolos. iiii. excipe melle, & exhibe nucis ponticæ magnitudine, cum aquæ cyathis. iiii. præillitis extremitatibus ac cruribus, & sine ut dormiant. Ego uero etiam castorii drachm. i. adieci, & mirifice uim suam declarauit. Vtere etiam confiderent antidoto pæonia, & ea quæ ex sulphure consistat. Miram enim efficaciam habent aduersus omnem circuitum præsertim quartanas ac quotidianas febres. Cæterum quæ trita cum oleo illinantur, profunt omnibus qui per circuitum exacerbantur, cum rigore, fo-

uent

uent enim corpus, & sudores mouent. Sunt autē hæc. Chamæmeli flos tritus, & in pastillos efformatus, ac in umbra siccatus, & usus expetente cum oleo tritus ac illitus. Semen uiticis cum oleo, semen libanotidis, flos salis, nitrum, spuma nitri, baccæ lauri, pyretrum, smyrnii semen, hypericum, calamintha, canchryon, castorium, conyza, costus, granum cnidium, cum nitro oleo & aceto, oleum amygdalinum, cyprinum, irinū, gleucinum, chamædryos, staphis agrestis. Asclepiadæ unguentum ad accessiones cum rigore. Hoc sæpe tertianas depulsi inquit: spumæ nitri ʒ. ii. myrrhæ drac. ii. piperis grana. xx. cere ʒ. iiii. olei cyprini aut irini, aut gleucini, aut amygdalini sexcuncem, liquefacta aridis ammiscæatur. Vfus est hora ante accessionem. Magis autem confricandi sunt pedes, unde horrores initium sumere uidentur. Aliud ad tertianas. Crani cnidii, spumæ nitri, piperis, æquales portiones excipe irino, & ad strigmētiam crassitudinem redige, & utere extremitates leniter confricans. Hoc medicamentum sudores ciet, & per duos aut tres circuitus sanitatem reducit. Aliud, ad quartanas, tertianas, ac reliquos circuitus. Myrrhæ ʒ. viii. castiæ ʒ. x. piperis ʒ. xii. staphidis agrestis ʒ. iiii. nitri ʒ. iiii. ceræ sexcuncē. Cyprini aut alterius talis lib. i. Myrrham uino dilue, & staphidem reliqua cōtunde ac cribra, & cum myrrha tere, ac cerato affuso excipe. Vfus autem tempore pharmacum cum pari cyprini portione illine.

De ignis sacri circa uiscera affectionibus.

Cap.

LXXXIX.

Fiunt aliquando ignis sacri affectiones circa aliqua uiscera, febrem ardentem ac habitualement inducentes. Et si quidem circa uentrem fuerit ignis sacri, erysipelas græcis appellatus, febrem ex his accensam lypiriā nominant. Si uero circa hepar, urētem siue fumosam. Si circa pulmonem, algidam. Talis autem febris fri-

gg 2

gefaciens

gefacientibus ac humefantibus opus habet eduliis ac potibus, & his quæ extrinfecus imponuntur. Quñ igitur febris habitualis aliū morbū ammixtū non habet balneo indiget, quemadmodū etiā aliæ omnes caliditates ac siccitates. Si uero affectio fuerit circa uiscera ignis sacri, à balneo quidem abstinere oportet in totum. frigida uero in uigore morbi utendum est contentiosa, sic autem appellare solemus quum semel frigidiſsimam & multam damus. Ante uigorem autē frigida non est danda, nisi ab ægroto cogamur, cui mos sit frigidam bibere; & qui sitim non ferat. At forinsecus imponenda sunt frigefacientia: & si nihil profecerint, tunc etiam frigida potus exhibeatur, aut edulia potius frigefacientia. conueniunt autē maxime lactucæ humidæ ac dulces, pura frigida elotæ. Atq; sic quidem acceptæ optimæ sunt. Si uero opus fuerit aliquādo ad præces ægrorum, in suauitate ipsarum mitigare, acetum multæ aque frigidæ ammixtum, ad intinctū cōcedemus. Sit autem acetū exacte separatū ab omni uinosa qualitate. Forinsecus autem etiam ipse lactucæ succus aptus est. Immo etiā semperuiui, & intybi, portulacæ, atriplicis, solaniq; ac plātaginis, cum pane sicco trito, & modico bono rosaceo, & his quæ similiter resiccant. Optimum uero est id quo nos utimur, iuxta uuarum acerbarum tempus: expressum enim ipsarum liquorem, in mortarium conuicimus, cum portulacis uiridibus tūdimus, & utrunq; liquorē in uas mittimus osculumq; eius diligenter obturamus, atque sic uas in aquam immittimus. Melius autem est etiam niue uas obruere. Vfus autem tempore polētam tenuissimam ammisceo, & postea subigo ut liquidius euadat medicamentum, idq; duplici linteolo infarctum præcordiis impono: non immorari sino, sed ubi tepidum factum fuerit tollo, ac alterum impono. Atq; hoc semper consequenter facio, donec æger sentiat profunditatē quor-

dam

dam modo perfrigeratam, & à siti liberetur. Ammiscemus autem aliquando etiam oleum omphacinum aut rosaceum, ubi circa præcordia fuerit ignis sacer, inflātionis naturam habens. Vidi mulierem supinā decumbentem in terra & uoce destitutam, habentemq; pulsū formicantem, unā cū manuum ac pedum perfrigeratione. Putabam autem calidam esse affectionē. Nam simul cum relatis pessimis signis, densiorem uidebam respirationem factam. Hoc autem signum est magni doloris, ac calidi morbi in præcordiis ac thoracis partibus existentis. Dixit autem quidā ex astantibus se audisse mulierem dicere, quod arderet eius stomachus, & frigidæ potionis magnam cupiditatem haberet. Quapropter etiam in pauimento iacet, inquit, uenās frigiditatē. Itaq; confusus dedi ipsi per cochlearium aquam frigidā, iterum atq; iterum immittens ipsam ori eius uiolenter. Videbā autem labia ipsius placcide aquā intus attrahere. Et ratiocinatus ipsam experere frigidæ potū, propter insitam uentri feruidā affectionem, rursus amplius exhibui. Post hoc autē oculis quoq; annuere incepit, indicans sic me facere debere. Accepta itaq; confectioe ex papaueris capitibus cōstante, diacodion appellata, parū de ea cū uino cōnidio & aqua frigida, per cochlearium ori infudi. Et ex hoc nimis paulo post sensim loqui cepit. Quare rursus amplius de hac portione dedi, uino emmeleo pro cōnidio accepto, cū modica aqua. Ori itē uentris semperuiuum & lactucā, cū pane trito & rosaceo imposui. Frigida autē hæc adhibui propter affectionis caliditatē, & tempus æstatis, donec frigiditatem abūde sentiret.

De colliquate, Philagrii. Cap. XC.

Colliquatio nominatur quum excernitur quid per uentrem, non ex comestis aut concoctis, sed ex humoribus ex toto corpore in ipsum confluentibus, quod simile quidem est bili quæ assidue per uomitum reii-

citur, ac per uentrem secedit. Differ autem ab ipsa foetoris graueolentia, & quod egestio fuluioi apparet, & crassitudinem habet frigementitiam, aliquando etiam oleosam, aut adiposam: Colliquatio autem appellatur hic morbus: quoniam recens compacta essentia pinguedinis ac carnis ab ardentissima febre dissoluitur ac colliquefcit. Et ubi iam diuturnum est malum, etiam ipsarum solidarum essentia ex parte eliquatur. Quapropter grauissima omnium est haec febris. Satis autem clarum est quod extincioriis medelis utimur, ita ut ualde frigidam aquam potandam exhibeamus, & cataplasmata & epithemata frigefacientia thoraci ac praecordiis imponamus. Et cibos humefcantes ac frigefacientes demus. Dicitur est autem de his in tractatione de febribus ardentibus. Dicitur item consequenter in sequenti capite.

De febribus quae in calidis ac siccis temperaturis sunt, citra inflammationem ac putrefactionem. Cap. XCI.

Quicumque, temperatura biliosi, & habitu graciles & natura aridi, & stomachum subtili sensu praeditum habentes, & qui facile in bilem efferuescit: hi ubi famem aut uigilias pertulerunt, aut nimium delassati sunt, & praesertim in profusione ac estiuo sole, aut tristitia affecti sunt, aut grauibus curis pressi, prompte ab horribus ac febribus corripuntur. Nam habitus in biliosis naturis, ob famem ac omnia relata, facile in bilem efferuescit. Et primum quidem inaequalitatem percipiunt, postea etiam horrorem. Et si quidem in motibus perseuerarint, aut cibum non acceperint, statim febricitant. Mordaces enim humores ac uapores per sensitua corpora delati, horrores ac rigores generant. Et propterea horrete ac densata cute, uelut quae ex natura in his aridior est, cohibentur fuliginosae, ac fumosae superfluitates, antea transpirare solitae, & sic febre accendunt, nisi talis

talis cibum accipiendo uelut dixi praeruerit. Ostendi autem tibi aliquos qui sic febricitarunt, & maxime qui ex longo morbo se recolligebant. Ex quibus uni in foro obuiam factus horrore incipiente, introducto ipsi in officinam quaedam, panem ex uino diluto exhibui, & euestigio horrorem sedauit, & febre prohibui. Alios uero in suas domos abire festinantes, in principio horroris, aut paulo post nutriui. Et in summa, quibus adhuc sunt principii exacerbationum accidentia in talibus temperaturis, his omnibus panem ex uino diluto cito exhibui, & horrorem statim sedauit, & febre prohibui. Quanto enim citius ipsos nutries, tanto magis febre impedit. Si uero aliquando paulo tardius ipsos nutriui, febris quidem facta non est. Calor autem modicus ipsis accedet, ut si diutius moreris nutrire, tali caliditate excalescet, ambiguum ut sit an febre appellare ipsam oporteat. Si uero duae horae post horrorem initium factae fuerint, manente adhuc horrore etiam tunc nutrire oportet. Verum praedicere quod febricitabunt hi febre non molesta, ad quam exudationes consequentur. Et hoc factum, & lauare oportet, & rursus nutrire. At postquam sedatus est horror, inceptumque febris cum contractione, non amplius nutriendi sunt illo tempore. Declinante uero exacerbatione statim alantur, & ne expectetur donec febris integre quiescat. Detur etiam potus aqua calida in uigore amplior. In omnibus, n. squalentibus affectionibus non cessant exacerbationes, priusquam aut balneis, aut alimētis humectantibus rigentur. Quosdam uero etiam declinatione incipientes: Alios autem uigore exacerbationis instante nutrio. Faemes enim in his temperaturis, maxime febricitantibus, non simpliciter nociua est, sed si quid aliud perniciosum. Aut enim ex fame in ardentibus febres incidunt, ex quibus si non morte praeventi fuerint, in habituales delabuntur, & ex his rursus in tabem. Aut statim

ab initio habitualis febris ipsis coincidit. Proinde ꝑ principio sic nutrire oportet eos qui talem temperatram habent. Quum uero aut ex lassitudinibus, aut ira, aut curis pluribus, aut uigilia, aut tristitia, aut ex omnibus simul commissis, corpore uehementer resiccato, febris inuaserit, squalidam quidem habens cutem, ardentem autem caliditate, timor profecto est talem hominem habituali febre corripiendum esse, & præsertim in ætate, & sicca ac calida constitutione. Opus igitur habent tales humectantibus ac frigefaciētibus eduliis ac potibus. Qui enim temperatura calidi ac sicci sunt, hi etiam necessario uires debiles habent. Nō enim fieri potest, ut corpus calidū ac siccum, ubi febricitet uires ualidas habeat. Conuenit igitur quàm celerrime per pitisanæ succum, aut forbitiones ex aliqua nutrire, & paululū panis insuper exhibere, atq; sic per frigidæ potum ægrū curare. Extinguitur enim statim ac sedatur febris perfecte, si non inflāmatio aliqua ipsi adest, neq; humorum putrefactio. Si tamen magnum detrimentum futurum coniectaris, exhibitionem eius inhiibe, & per ea quæ extrinsecus corpori aduenient ac adhibentur, curationem molire. Forinsecus autem aduenient, aer nos ambiens, & quæcunq; humectare ac frigefacere solent medicamēta. Et ad hæc aquarū dulcium balnea. Si itaq; ambiens nos aer temperatus fuerit, utendum est eo uelut habet, nihil amplius moliendo. Si uero aut multum calidus est aut frigidus, calido quidem uice uersa excogitandæ sunt subterraneæ domus, frigidæq; ac quæ uentis præstantur ad septentrionē conuersæ. Auras quoq; ipsi quasdam proprias excogitabimus. Aliquando ex Euripis in quos plures aquæ salientes se præcipitant. Aliquando aqua frigida ex uasis in uasa transfluente. Hæc uero statim etiam somnū conciliant. Respergenda est etiam domus assidue frigida aqua pura. Et rosæ multæ, aut uitium pampini,

aut

aut myrtus per terram sternantur: Aut aliæ quædam plantæ frigefacientes. Arcenda est ab ingressu hominum copia. Nam & hoc domum calefacit. Si uero frigidissimus est aer, uelut in hyeme maxime, per tegumenta corpus foueatur. Frigus enim densat ac constringit cutem, & humorum qui intus aduruntur defluxiones transpirare prohibet. Maiorem enim ex frigida inspiratione utilitatem fore noscendū est, quam ea est quæ ex cutis perfrigeratione contingit. Similiter autem & in his quæ forinsecus imponuntur, eligenda sunt frigefacientia citra fortem adstrictionē, densationemq; ipsius cutis. Et non solum quæ frigefaciunt sed etiam quæ compage corporis fuerint partium tenuium, quantum eius reperire est in frigefacientibus aut citra ammixtionē alterius uehementis qualitatis. Est autem simplicissimū medicamentū ex humectantibus ac perfrigerantibus, quo & ad ignem sacrum utor, & ad puendorum inflāmatōnes in principio. Ceram albisimam in duplici uase liquato, & in aquam frigidā diffundito, ac manibus emollito diu eam eluens. Deinde similiter ipsam liquatam, in aliam aquam diffundito, & rursus tertio idem facito. Ad hanc autem ceram sic lotam, rosaceum ex optimo oleo omphacino præparatum adiicito, ut sit quidem ceræ unc. i. rosacei uero triens. Hæc similiter in duplici uase liquato, & ab igne ablata, moueto, donec aliquantulum frigefiant. Postea in mortariū diffunde, & pistillo fortiter tere, aqua potabili ac frigidissima paulatim instillata quantum satis est, & tandem fictili puram aquam habente excipe, & aquam quotidie permuta. Hoc pharmacum tenui lintheo inductum impone, non super totum pectus, uelut quidam faciunt, neque super tota præcordia, sed illo maxime loco in quo multæ caliditatis sensus percipiuntur. Permutetur autem pharmacū semper priusquam manifeste calefiat. Aliud epithema optimū. Rumicis

acuti succus polenta tenui ammixta, duplicato linteo detrito excipiat, & frigidus imponatur. Facit & portulacæ succus, & semperuiui, cū uuæ acerbæ succo & polenta. Item tribuli uiridis succus, & polygoni, ac feridis, & lactucæ cum polenta. Sed & ipsa horum folia trita imposito. Bonū pharmacum etiam hoc est: Palmarum pinguium carnem exemptis membranis, cū posca meratiore ad flacciditatem usq; costam, & cum tenuissima polenta tritā impone. Si uero aridius hoc uidebitur, ex prædicto cerato parū, aut rosacei optimi minimū quiddam ammisce. Bonum etiam pharmacū est rosarum succus cum tenui polenta. Et ipsæ rosæ tritæ impositæ. Et hæc quidem assuimus multum frige facere uolentes. Si uero moderate hoc facere uolueris, non modica est copia emplastrorum leniter perfrigerare potentiū. Ego enim noui, imposito aliquando frigido medicamento præcordiis, hominem euestigio difficulter spirasse: aliū autem statim tussiuisse. Et paulo post amborū accidēs quieuisse, frigido pharmaco sublato. Balnea porrò dulcium ac calidarum aquarum, aut potius temperatarū, utilissima sunt omnibus, siccam ac calidam temperaturā habentibus. Laudandi autem sunt quemadmodum hæctici, in secunda balnei domo, corpore ex aqua & oleo calido perfuso, & ipsis statim in temperatæ aquæ solium locatis. Deinde etiā in frigide solium. In frigida tamē moram diutius trahere non oportet. Si uero inflammatio alio cuius uisceris accedat, balneum recusare oportet. Illud tamen nosse expedit, quod si quando inflammatio principis partis in talibus febribus ac corporibus coinciderit, omnino morientur. Et præsertim si pulmonis, aut membranę costas succingentis, aut uentris, aut hepatis inflammatio fuerit. Nam quantū ad inflammationes harum partiū attinet, minime nutrire oportet. Quantū uero ad uirium debilitatē, sæpe nutrire oportet. Quare necessarium

necessarium est, ut aut dum nō nutrimus, uires exoluamus: aut dum nutrimus, inflammationes augeamus.

De febribus Hæcticis ac tabidis. Cap. XCII.

Hæctica, hoc est, habitualis nominatur febris, quum ad tantā immodestiam uenerit caliditas præter naturā, ut in habitu sit ipsius solidę essentię similis corporis cordis. Et propterea ægre solubile habet structuram. Primū igitur calor præternaturalis eliquat, & resiccatur, ac cōsumit essentiā in partibus uelut ex humore concretam, qualis est pinguedo, & caro: Deinde uero propriam humiditatē consumit, ex qua corpora nutriuntur. Quæ sane circumfusa est ac instar roris dispersa, circa omnes animalis partes. Hinc autē transit ad carnosum genus, quod fibris & membranosis partibus solidiorū corporum insitū est, quod sanè descendentes consumi tollūt, fibras uero abiciunt. Exactū autē eius cōplementū in hoc est, si ipsa solida similariū partium essentia sicciore facta est, quādo & tabida febris uocatur. Duplex est autem genus hæcticarū febrium. Quædā enim ex ipsis post febres ardentes plerumq; fiunt, aut absque adeo in longū extentas, ut temporis progressu humorem corporis cordis consumperint. Aut manente adhuc humiditate sientes, & cordis corpus occupantes, hinc incēduntur: quemadmodū lucernarum flāma ex funiculo, superstitite adhuc in lucernis oleo. Et hæc quidem una est ipsarum generatio: Altera uero quum ab initio statim irruerint, primā generationem diariis similes facientes, ob tristitiam, & iram, & lassitudinem ampliolem simul cum ardore factam. Has igitur non difficile est curare. Eas uero quæ in tabem procedunt, sanare impossibile est. Natura enim ipsarū calida est & sicca, simile quiddā patiente corde, quale quid patitur funiculus in lucernis: ubi plurimum fuerit exustus. Qui enim exustus est comminuitur, ut neq; si largum oleum affuderis, luculentam flāmam excitare possis.

Proinde

Proinde parua hæc & infirma flamma circumcirca tremet, semper amplius minor euadens, donec fuerit extincta. Facilis autem cognitu est hæc febris. Priusquam enim contigeris pulsus ac caliditatem, oculos immodice cauos uidebis, uelut in foueis quibusdam sitos, & gramas in ipsis reperies ficas, & squallidam quandam affectionem, qualis his fieri solet qui per totum diem in sole æstiuo multum puluerem percurreunt. Perit autem & ipsorum coloris uitalis flos. Et cutis circa frõtem sicca est ac circumtensa. Et plerumque palpebris nictant, uelut somno grauati. Est autem hæc affectio non somnus, sed impotentia uigilandi. Et tempora sunt collapsa, ut loci caui appareant. Et quid aliud quam ossa & cutis sunt in totum: ut etiam si denudatum consideraueris uentrem, neque aliquid intestinum, neque uiscus aliquod saluum esse putes, & præcordia uehementer retracta esse ad thoracem, & cutem totam siccam ac obaridam, & si distenderis digitis apprehensam, uelut corium quoddam producit. Febris itaque exacte tabida incurabilis est uelut dixi. Tabescit enim in ipsis totum corpus, instar arboris extreme arefactæ, aut ob flammam uiciniam, aut ob uehementem ac immodicam siccitatem. Atque hæc est quam senectam ex morbo uocant. Tale enim corpus fit in his qui secundum naturam ad extremam senectam perueniunt citra febrem, paulatim extincto in ipsis insito calore. Verum eorum qui secundum naturam consenserunt, mors sine molestia contingit, ob frigiditatem ac siccitatem imminens. Tabida uero febris non solum sicca, sed calida affectio est. Hæc igitur uelut dixi incurabilis est. Illud porro omnibus febribus hæcticis commune est, ut debiles sint & æquales semper, à prima die usque ad extremam respirationem. Maximum autem & minime ambiguum naturæ ipsius signum habebis, si cibum homini præberis. Alimento enim accepto accenditur calor, & pulsus

auge

augeatur ad magnitudinem ac uelocitatem. Et quod in ipsis contingit simile est ei quod accidit in calce ac lapidibus calefactis. Si enim frigidissimam aquam ipsis affuderis multo calidiores apparent uaporosa in ipsis caliditate, ab humida essentia irrigata. Donec igitur aliquid humidæ essentiæ seruetur, hæctica solum febris est. Quum uero in periculum uenerit, ut non amplius superferat aliquid humiditatis, exacta iam tabes, Marasmus græcis dictus, consistit. Nos autem earum solum curam rationem aggredimur, quæ sanari possunt.

Hæcticarum febrium curatio. Cap. XCIII.

Hæcticas febres omni modo statim refrigeramus, priusquam progressæ in tabem desinant. Caput autem curationis ipsarum in humectantibus, ac frigefaciensibus consistit, tum his quæ foris adhibentur, tum quæ intra corpus accipiuntur. In quibus est & aer qui inspiratur. Omnes igitur hæcticos, etiam si iam principium tabescedi acceperint, absque hoc ut alia febris ipsis sit implicata, aut propter humorum putrefactionem, aut cum principalis partis inflammatione, confidenter lauato, citra omnem tamen laborem, ut ne uires exoluatur. Defertur itaque æger in lecto ad balneum. Præparata autem ipsi si sindone calida, in ipsa ad primam balnei domum gestetur. Sint autem quatuor qui sindonem teneant, in singulis angulis unus: Deinde in prima domo nudatus, ad secundam portetur. In qua toto corpore ex oleo tepido dulcissimo perfusus, ad tertiam domum feratur, & in solium locetur. Sit autem aer balnei temperatus, & humidus præparetur, parietibus aqua calida respersis. In ipsa uero solii aqua temperata abunde quiescat, moderate in sindone uestus, nulla corporis perfusione fiente, neque item capitis perfusione. Hinc autem extractus à quatuor adolescentibus sindonem gestantibus, in frigidam aquam cõfertim mergatur, ne minimum quidem moræ in ipsa trahens. Statim autem alius paratam habens sindonem

donem aliam, ipsi iniiciat, & alius aliam simili modo:
demissus autem in lectum, mollibus linteis lenissime
detergatur. Postea uero unctus & uestibus contactus
ad domum in lecto referatur. Sit autem & domus bal
neo uicina. Eos quidem igitur qui iam tabescunt, lau
re oportet uelut dictum est. Qui uero in hecticis febriz
bus sunt nondum tabescentes, hi etiam citra findonem
lauari possunt. Deferendi tamen & hi sunt ad domum
sive in lecto, sive in uehiculo quopiam, aut lectica, dein
de oleum ipsis infundendum, uelut dictum est. Et postea ad
calidam aquam ducantur, ut in illa immorentur. Dein
de ad frigidam prodeant, ut nullam omnino moram in
ipsa trahant. Atque ita detergi ac inuncti ad domum redur
cantur. De balneis igitur satis dictum est. Consequens
est ut de alimentorum uiribus addamus. Quod quidem
igitur frigidus, & humidus conuenit esse cibos hectiz
cis febribus profuturos, omnibus manifestum est. Ta
les autem sunt, pituitae succus frigidus acceptus, & ali
ca uelut pituita preparata, conuenit etiam panis aqua
frigida madefactus. Verum nullius horum frigiditas
sincera sit, ueluti potus. Nam quae bibuntur, & cito cale
scunt, & meatus penetrant. Quae uero eduntur aut for
bentur, diutius in uentre perseverantia, perfrigerant ip
sum si immodice fuerint frigida. At ubi iam diuturna est
febris lac asinum dandum est, diligenti animaduersione
ne habita, ne in uentre in caseum coaguletur. Hoc uero
aliquando etiam ipse aeger nos docebit, ut qui suae na
turae habet experimentum. Quandoque autem nos ipsos
deprehendere oportebit paulatim ad eius usum pro
grediendo. Fugienda est autem quantum eius fieri po
test, mellis mixtura in omnibus hecticis febribus. Dan
dum uero est primum lac asinae in cubiculum adductae,
quo calidum adhuc lac potetur. Si quidem igitur pro
be fuerit concoctum, & non corruptum, copia eius au
geri potest, ut in exhibitione ciathus dimidiis addatur.

Reli

Reliqua uero dieta facienda est, uelut in siccis uentris
intemperaturis, uelut proprio loco dicitur. Quanto
autem hecticarum febrium caliditas maior illis est, tan
to frigidioribus auxiliis opus habet, & diligentia am
pliore, ut ne damnum aliquod consequatur, ex fortio
rum auxiliorum usu.

De popularibus, passim uagantibus ac pestilentibus
morbis. Cap. XCIII.

Populares & communes morbos uocant eos qui si
mul multis hominibus coincidunt, quorum uelut genes
ratio, ita & causa communis est. Communia itaque; edulia
praua, morbos communes pariunt. Item uitiosae aque
potus, & aerum immodica, & labores costueti relictis.
Fames, & repletio, praesertim ubi post magnam indig
gentiam, abundantia succedit. Sed & regionis natura
saepe communes morbos inuexit, aere quem inspiramus a
putredinosa euaporatione inquinato. Causa uero talis
putredinosae euaporationis, aut mortuorum multitu
do est, uelut in bellis contingere solet. Aut paludes que
dam aut stagna, aut barathrum aliquod profundum in pro
pinquo, uenenosam ac prauam exhalationem remittunt.
Haec igitur assidue contingere solent. Sed & ambiens
nos aer temperamenta assidue peruertit, dum aut im
modice calidior, aut siccior, aut frigidior, aut humi
dior euadit. Nam reliquis causis non omnes simul ob
noxii sumus, neque per totum diem occurramus. Aer au
tem nos ambiens forinsecus omnibus circumfusus est,
& per inspirationem trahitur. Necessae igitur est ut ad
mutationes eius iuxta temperamentum ipsius coafficiantur
etiam animalium corpora. Aliquando uero ambiens
nos aer humidior ac calidior factus, pestilentem con
stitutionem inducit. Et quia sunt in corpore humores ex
uitioso uictu ad putrefactionem idonei, principium fit pes
tilentis febris. Quare si quis moderatis laboribus &
uictu modesto ac castigato utatur, in totum illaesus
manet

manet p omnes eiusmodi affectiones. Et nos sanè hoc p̄noscentes, statim incipiente tali constitutione quæ cunq; corpora humida uidemus, omni modo siccare conamur. In his autem quæ natura siccoria sunt, prius finam naturã conferuamus. Quæ uero superfuitatibus redundant purgationibus sanamus. Obturationes autem meatuum aperimus ac extergimus. Et in summa sanitatem corporibus custodimus, contraria adhibentes. Et quandoq; refrigerationibus usi sumus, si ita opus esset, quãdoq; uero calefactoriis. Sed & rogo ingenti extracto & intenso, aerem ad caliditatem ac siccitatem transmutare quis potest, humidum & frigidum factum, quemadmodum Hippocratem Athenis fecisse dicunt. Itemq; Acronem Agrigentinum.

De peste. Rufi. Cap. XCV.

Omnia horrendissima in peste fieri possunt, & nihil occultat, uelut in singulis morbis. Plurima. n. & uaria fiunt, delyria uaria, bilis uomitus, præcordiorum distentiones, dolores, sudores multi, extremitatum frigiditas, profluuia, biliosa, tenuia, flatuosa, urine alii aquosa ac tenues. Alii biliosa. Alii nigra, malas subsidentias habentes, & pessima ea quæ in medio uasis dependet. Sanguinis narium destillationes, æstus in thorace, lingue torrefacta, uigilia, conuulsiones uiolentæ. Sed & uiscera praua & carbunculosa & pernicioosa, in peste fieri possunt, & in reliquo corpore, & in facie, ac tonsillis. Si uero solerti ingenio quis præditus sit, futuram pestem prænoscet, attendens anni temporibus, quæ & mala sunt, & in bruta animantia impetum faciunt. Si enim ambiens nos aer, pestis causa fuerit, uolucrum generis prior interitus erit. Si uero ex prauis de terra exhalationibus hoc contigerit, quadrupedium animantium prior corruptio fiet. Quum autem hæc tecum expenderit, amplius etiam illud cogita. Quale est præsens anni tempus, qualis totus annus. hinc. n. comperies quomodo uictus

uictus rationem optime constituas. Verbi causa: Debebat esse, si recte res fierent tempus siccum, nunc uero humidum factum est. At si quidem humidum factum est, necesse est etiam uictum resiccantem constituere, quo excedens humiditas consumatur. Respicienda sunt etiam studia hominum, an non ad sanitatem conducant, & ea prohibere. Ventris quoq; cura habenda est. Si uero superior uenter pituita habuerit, uomitu euacuetur. Quibus autem sanguis abundat his uena secetur. Bona est & per urinas purgatio, & quæcunque alia. Si uero æstuosus fuerit æger, & flamma usq; ad pectus ascenderit, non fuerit alienum frigefacientia pectori adhibere, & frigidæ potum dare, non paulatim exhibendo, uincitur enim ab ampliori in uentre caliditate, & plus nocet, ac amplius exurit. Sed & multa & acruatim frigidata danda est, ut copia eius flamma extinguatur. Si uero ardor occuparit interiores partes, extremitas autem & superficies frigidæ fuerint & præcordia distendantur, & uenter colliquamenta partim sursum, partim deorsum mittit, uigiliaq; affuerint ac delyrium, & lingue asperitates, his calefactoria fomenta adhibere oportet, ut calor ad superficiem corporis trahatur, & quibuscunq; id fieri potest modis conandum est, ut calor ex profundo ad externa educatur.

De his qui ob crudorum humorum multitudinem animo linquantur. Cap. XCVI.

Quidam febricitare incipiunt, ex magna crudorum humorum copia collecta, una cum hoc quod os uentris male affectum est, aut ex cruditatibus aut aliis. His inflata sunt præcordia, & totum corpus maiore naturali mole habet. Et color aliis quidem albidior & aquosior sit naturali. Aliis autem nigrior ac humidior euadit, quos plumbi colores aliqui appellant. Pulsus uero omnium minores sunt quam pro caliditatis ratione, obscurioresq; ac omnino inæquales. Siquidem

igitur hi humores copia sua uires grauauerint, & crassitudine ac multitudine meatus animalis obturarint, multis de causis pernicioſa est affectio, & animi deliquium inducens, tum quod animal non nutritur, tum quod suffocatur. Et quod temperamenti symmetria alteratur ac corrumpitur. Etenim crudi humores nutrire non possunt priusquam concoquantur, multi uero grauant aut obturant transpirationes, et calore extingunt. Si uero neque obturarint, neque grauauerint, hi animi deliquia quas syncopas uocant, non inducunt, sed omnino animo exoluuntur tales, si non frequentius alantur.

Danda est autem eis copia, non pro una uice, neque cibi crassi aut uiribus frigidi, sed ex genere attenuantium & calefacientium. Sic etiam medicamenta ipsis danda sunt, quae homo febricitans accipere potest, attenuantia ac calefacientia. His commodum est uinum aquosum album ac tenue, nisi ualde febricitarint. quod tamen non adeo contingit in relata affectione. Debiles enim sunt his febres, & adhuc magis si fuerint senes. Vinum autem dandum est ipsis ad singulos cibos, & potius ad uesperam & noctem, non mane & usque ad meridiem. Iuuenibus uero non statim ab initio uinum datur. Nulli porro talium sanguinis ablatio citra maximum detrimentum fieri solet, etiam si euacuatione indigent. Immo neque uenae sectionem, neque purgationem ferunt, qui sane etiam citra haec de repente animo concidunt. Quomodo igitur hos sanare oportet: qui egent quidem euacuatione euacuantia uero non ferunt, nullum equidem inueni in his euacuationis modum praeter conſtrictionem. Incipere uero statim ab initio morbi conuenit, primum a cruribus superne deorsum per lintea moderate aspera. Deinde etiam tota manus conſtricitur, superne deorsum. Postquam autem artus satis calidi apparent, & timor fuerit lassitudinis sensum ipsis accessurum ob multitudinem frictionis, oleo laxante utendum est, quale

est quod dulcissimum est. Abstinentum autem ab omni phacino, & omnibus adstringentibus. hyemis autem tempore etiam discussorio utendum est, quale est oleum sicyonium, & chamamelinum, aut aliud simile, uelut anethinum. Postea uero oleum detergeatur, & progressus ad totam spinam fiat, & haec similiter fricetur, primum per lintea, deinde oleo. Postea rursus ad crura progressus fiat, & rursus ad manus, deinde rursus ad spinam, ita ut per totam diem hoc agamus in domo lucem habente puram, & minime humecta. Sit autem & caliditate moderata domus. Commodissima est his aqua mulsa, in qua coctum est hyssopum. Verum neque cibi, neque sorbitio, neque aqua ipsis danda est, neque permittendum ut large bibant, sed aqua mulsa sola utatur per primos tres dies, ita ut per successionem fricemus, & illud solum tempus remittamus, in quo somnus ipsos occuparit. Ad hunc autem conducit maxime amplior frictio. Sed neque amplior somnus talibus commodus est, neque enim humores discuti permittit, & uiscera grauat. Vtriusque igitur moderatis natura opus habet, somno & uigiliis. Si quidem igitur pulsus ipsis ualde paruus & fortiter inaequalis est, extremum periculum imminet, & facere oportet quae dicta sunt, nihil aliud curiosius conando. Si uero firmitatem & magnitudinem moderate tam habuerit, & non fractus neque mollis fuerit aequalis, uentrem considera, & clysterem adhibe confidenter si non probe egestionem faciat. Contingit enim ex aquae mulsae potu, ut probe euacuetur omnis superfluitas, quae in primis uenis congregari solet, iuxta simas hepatis partes & mesenterium. Si uero superfluitatum impetus amplius quam oportet in uentrem fiat, primum amplius ipsam decoquito. Talis enim minus aluum subit. Si uero etiam postea superfluitas humorum amplius feratur, neque sic sistere

oportet, sed pro aqua multa pitansæ succum dare. Si uero ferri adhuc perseveret, sorbitione ex alica dato, pulsus nimirum in hoc sequens, aliquando enim derepente mutantur ad debilitatem, aut inæqualitatē, aut paruitatē, quo tempore conuenit exhibere panem ex uino diluto, neque uentre uidelicet, neque hepate inflammato. Nam si inflammatae fuerint hæ partes, corpore crudis humoribus repleto, desperatus est æger pulsibus ita mutatis. In talibus igitur ægrotis si mortem prædixeris, & nullum strenuum auxiliū adhibueris, te ipsum inculpatum seruabis. In quibus autem spes est salutis: Est autem in omnibus citra inflammationē ita ægrotantibus: quum à principio susceperimus ipsos, turpissimum mihi uidetur ut animo concidat æger. Si uero perceperis aliquando crassos esse humores, semper acetū multum dabis pro aqua multa. Et si quidem æstas fuerit, & æger frigidæ potor, huic frigidū acetū multum dabis, hyeme uero omnibus calidum. Aduersissima sunt his balnea, & aer nos ambiens multum calidus aut frigidus factus. Quare neque lauare conuenit, & reclinare tempore æstatis in domo frigida, hyeme uero calida. Læduntur enim ualde ex utroque excessu. Nam in balneis, & æstate, & omni caliditatis incremento, crudi humores diffunduntur & per totū corpus distillant, ut periculum sit etiam ad pulmonem & cor peruenturos esse, & quandoque etiam ad cerebrum recursumuros esse. Melius igitur est circa hepar & uenas ipsos permanere. At uero in domibus immodicè frigidis, & hyeme, & omnino in frigido ambiente, humores crudi incosti permanent & obturationes hepatis augent & exacerbant, si paræ fuerint. Si uero non fuerint, generantur propter crassiciem detenti ac impacti. A cataplasmatis autem & perfusionibus abstinere oportet, donec multitudo partim euacuetur, partim concoquat. Qui enim hæc in talibus affectionibus adhibent,

ipfi

ipsi inflammationes per ea quæ faciunt efficiunt, non animaduertentes præcordia lædi. Hæc igitur facienda sunt à prima die, ubi ipse inceperis curationem. Si uero ubi iam animo concidunt uocatus fueris, præcordiis non inflammatis, dabis ipsis panem non multū uino fuluo madefactū. Et si quidem fuerit æstas, aut regio natura calida, aut constitutio calida, cum aqua frigida: Sin contrā, cum calida uinum dabis. Postquam autem sedatum fuerit eiusmodi animi concissi accidens, experiendum est ut calidæ potum exhibeas. Nam ad totam curationem melior est calida, crudorum humorum concoctionem adiuuans. Statim uero & in his ad frictionem deuenies, eo quo dictum est modo.

De his qui animo concidunt ob flauam bilem

os uentris lædentem. Cap. XC VII.

In quibus ob flauam bilem os uentris lædentem animi deliquium contingit, his exhibendus est frigidus potus, sit tamen hic uinum calidum natura, fuluum, tenue, & uetus.

De his qui ob tenues humores animo concidunt. Cap. XC VIII.

Qui ob tenues ualde humores animo concidunt, ut citissime tum per sudores tum per obscuram transpirationem exoluantur, contrario modo curentur his qui ob crudos humores animo linquantur. Nos enim paulatim euacuamus, eo quod uires acruatam euacuationem non ferant. Qui uero ob tenues humores animo concidunt, paulatim assidue nutrimus. Si uero à principio hos exceperimus, uiribus adhuc robustis, non paulatim alimus: Possunt enim hi amplius alimentum semel exhibitum superare. Quemadmodum autem diximus priores perniciose affectos esse, ubi uiscus quoddam inflammatum fuerit. Eodem modo etiam hos incurabiliter habere putandum est, si alio quod uiscus fuerit inflammatum, uiribus iam languens

tibus. Neque enim possibile est ipsos assidue nutrire sed in declinationibus solum. Neque si non nutriuerimus possibile est ipsos seruare. In talibus affectionibus lethalis constitutio celerrime fit in facie: Nasus acutus, oculi caui, tempora collapsa, & quæ deinceps recedunt. Et siue amplius excreuerint, siue uigilauerint, aut tristitia affecti fuerint, si non citius alantur, statim talem faciem habent. Si igitur propter uigilias, aut tristitiam, aut ampliore excretionem, tale factum fuerit, parum mali esse puta. Si uero citra hæc, perniciosum. Atque hoc magis si statim à morbi initio sic habuerint. Non enim durabunt ad ipsius concoctionem. Nutrire igitur ipsos tunc necessarium est, & cutem ipsorum densare, & aerem domus frigidum præparare, uelut dictum est de his qui ex sicca intemperie febricitant. Ungendi quoque sunt adstringentibus ungentis, & cibi exhibendi non ualde prompte desuantes. Et neque aqua mulsæ, neque pitæ succus eis exhibendus est, sed panes, & sorbitiones ex alica, & fructus austeri, ac ægre corruptibiles, tum per seipsi, tum cum pane & alica ex aqua cocta. Dentur etiam ipsi ouorum sorbitionum uitelli solli, & gallorum testes, & cerebella suilla probe assata, aut bene cocta. Nam crudiora extreme lædunt. Et in summa, omnia facienda quo crassior materia fiat, & cutis densetur, & transpirationes impediatur. Prodest his uinum aquosum ab initio post cibos acceptum.

De aliis animi deliqui causis. Cap. XCIX.

Sunt & alię quatuor cause, ob quas homines animo cecidunt. Dolor uehemens, uigilia, euacuatio immodica, & in delyrantibus ipse motus. His quintã si libet, adde, principiorum intemperie. Celerrima igitur penitens instat corde affecto, consequenter autem cerebro.

De dolore animi deliquium inducente. Cap. C.

Dolor est repentina temperamenti mutatio, & furtura continuitatis solutio. Non enim quæ paulatim fit al-

teratio, animal dolore afficere potest. Apparet enim corpora non solum dum acruatim ad non naturalem habitum ducuntur, molestam habere mutationem, sed etiam dum ad naturalem habitum reducuntur, nisi paulatim id contingat, dolore affici. Proinde eos qui in uehementissimo frigore iter fecerunt, acruatim calefactos dolore affici scimus circa unguum radices, adeo ut ferre non possint. Quærimus igitur quomodo ægrotantes dolent, nullo forinsecus accedente ipsis dolorem inducente. Necessarium est in corpore talem quandam causam querere, quæ calefaciens uehementer, aut perfrigerans, aut essentiam alius cuius sensitiui corporis diuidens, angorem nobis inducat. Et primum sanè considerabimus cuius naturæ esse oportet id quod corporum diuisionem facere poterit. Necessarium igitur est aut rupturam, aut contusionem, aut erosionem esse affectionem, in qua contusio diuiditur. At ruptura fit ex tensione, contusio ex grauitate, erosio ex mordaci qualitate. Quum igitur foris nihil fuerit quod dolorem inducat, aut tensio, aut grauens, aut mordens, sed ex seipso aliquid horum patitur corpus, omnibus nimirum manifestum est, quod ab aliquo intrinsecus fit. At tensio quidem ab essentia distendente corpus ipsum continens fieri potest, aut ab immodica siccitate. Contusio uero ab aliquo tumore duro adiacente. Morsus autem ab acrimore. Considerandum igitur est in doloribus, an sit humor multus, aut status transitum non habens, uelut in colicis. Aut grauis moles, uelut in inflammationibus & tumoribus induratis. Aut humor mordax, aut affectio sicca, uelut in conuulsis. Aut frigiditas uehemens. Aut caliditas. Et horum singulorum correctio rite facienda est. Stupidus itaque dolor ex frigida fit affectione. Pulsatius autem dolor proprius est magnæ inflammationi. Si uero uelut

ab aculeo infixo, aut uelut à cerebro perforari quis si-
 bi uideatur, crassi intestini, quod colum nominamus,
 hæc doloris species existit. At uero in rhenibus cum
 grauitate quadam dolor est in uno loco firmatus, cir-
 cum lumbum dextrum aut sinistrum, retrosum ma-
 gis. In colo uero dolor ex loco ad locum transit. Pun-
 gitiuus autem dolor circa membranas consistit. Qui
 uero profliens dolor appellatur, contingit in uehe-
 mentibus hemicraniis, dimidia capitis parte affecta.
 Cognoscitur ex hoc, quod uelut à radice quadam, à
 primariis affecta parte dolor initium sumens, celerrime
 ad adiacentes utrinque partes fertur. Quapropter ad
 ambas extremitates cōtingentibus distentionibus, etiā
 nerui ad utraq; partem distenduntur. Minime ad lati-
 tudinem distentos dolores nerui ipsi habent. At uero
 membrana subter omnem cutem distenta, tensiuos &
 stupidos dolores inducit. Quæ uero inter carnem sunt
 membranæ, dolores uelut diuellentes faciunt. Sunt
 enim multæ, & inæqualiter insitæ, & forinsecus ipsam
 carnem ambientes. Ceterū circumstarum ossibus mē-
 branarum dolores profundi sunt. Et ipsorum ossium
 dolentium imaginationē inducunt. Quum igitur nul-
 la externa causa doloris appareat, prægressam causam
 & diætam considera. Si enim fuerit præter consuetu-
 dinem ociosior, aut cibus pluribus homo usus est, aut
 multum nutrientibus. Aut consueta excretio suppressa
 est. Si quicquam horum, aut omnia apparuerint, multo
 titudo est doloris causa. Et propterea quàm celerrime
 homo euacuetur. Sic enim cum omni securitate tibi li-
 cebit his quæ fluxiones repellunt uti, in partibus do-
 lore affectis. Siquidem igitur multitudo fuerit quæ dis-
 tendit, uiribus fortibus existētibus, uena secetur, & ex
 magna uena inflammatae aut dolenti parti propinqua
 sanguis auferatur. Si uero debiles fuerint uires, reuul-
 sio fiat & deriuatio sursum, aut deorsum, aut utrinque,

aut

aut per frictions. Vitiosis autem humoribus solis in-
 festantibus, purgatio fiat. Ambobus autem concurren-
 tibus, utrisque euacuationibus, utendum est, primum
 uenæ sectione, postea purgatione. Si uero his factis
 dolor remanet, manifestum sanè est circa partem affe-
 ctam impactum esse id quod molestat. Manifesta est
 etiam curatio, per disculforia siens medicamenta. Eo-
 dem uero modo etiam propter spiritum flatuosum,
 aut pituitam uiscosam siente dolore, uelut in colicis
 per fomenta & irrigationes medemur. Si uero tumor
 grauens aut contundens dolorem effecerit, tumor ip-
 se curandus est per attenuantia ac rarefacientia. At si
 ob mordacem humorem dolor fiat, aduersissima his
 sunt attenuantia ac calefacientia. anethum autem uiri-
 de in oleo costum, dolorem eximit, & somnum indu-
 cit, si affecta pars oleo calido irrigetur.

De animi deliquio proprie dicto. Cap. C I.

Haftenus de animi deliquio dictum est, quod *synco-*
pen greci uocant, hoc est, animi concisionem. Tale ue-
 ro quiddam est & quod proprie animi deliquiū, hoc
 est, *lipothymia* uocatur, itemq; *exolutio*. Et nomen
 quidem animi deliquiū unū est. Causæ uero ipsius plu-
 res, & curationes iuxta singulas species. In tantum au-
 tem de ipsis nunc dicemus, in quantum quis his satis
 cognitis, resistere possit exacerbationibus derepente
 incidentibus. Differt autem animi deliquium à *synco-*
pa, quod animi deliquium derepente incidit, sensu &
 motu hominem priuans, & omnino non sudant: *Syn-*
cope uero, & uigilantes, & dormientes inuadit, & om-
 nino cum sudoribus qui *syncoptici* appellari solent.

De his qui ob uentris profluuium, aut sanguinis
 eruptionem, aut immodici sudoris euacua-
 tionem, animo linquantur. Cap. C II.

Qui ex bilis superne ac inferne excretionem, & aliu-
 fluxionibus, & aliis immodicis euacuationibus animo
 hh s linquantur

linquuntur, his aqua aspergenda est, & nasus apprehendendus, & os uentris confricandū, & digitis aut pen- nis immisis lancinandū, & ad uomitum cogendū. Ma- nus & crura pluribus & uehementioribus uinculis de- ligentur, manus in euacuationibus inferne sētibus: Cru- ra uero in superne sientibus. Auxiliatur etiā in talibus euacuationibus uinum aquosum uetus frigida dilutū. Balnea uero fluxionibus in uentrem cōmoda sunt, ue- rum his qui ob sanguinis eruptionem, aut sudorū im- modicorum euacuationem animo relinquuntur, aduer- sissima sunt. Adstrictione enim hi indigent & frigidita- te, non laxatione. Vinum uero frigida dilutum uelut dictū est, etiam his cōmodum est. Neq; uero extremi- tates ligare conducit, neq; uomere, neq; omnino mo- ueri. Sed denari his conuenit ac frigesieri. Quapro- pter aerem domus frigidū paramus, frigidus uento- rum flatus inducentes, & pauimenta adstringente qua- litate sternentes, uelut myrto, rosis, pampinis uitis.

De his qui ob humorum copiam animo
linquuntur. Cap. CIII.

Qui ob humorum copiam animo relinquuntur, plu- rimum fricentur & caleant, & manuum iuncturæ ac malleoli ipsis deligentur. A cibo uero & uino, ac bal- neis omnino arceantur, si febricitarint. In potu autem detur acetum mulsū.

De his qui ob quandam uteri affectionem ani-
mo relinquuntur. Cap. CIIII.

Similiter etiam hæ quæ ab utero affecto exoluuntur ex aceto mullo curandæ sunt. Et crura fricanda ac liganda, maxime his quæ ab utero strangulantur, & in quibus retractus aut loco motus est uterus. Cucurbitas quoque inguinibus à fœmoribus affigemus. Et naribus quidem odoramenta graueolentia adhi- bebimus. Vtero uero beneolentia, & laxare ac calefa- cere potentia medicamenta admouebimus. At uero his

his quæ ob immodicam mensuram euacuationem ani- mo relinquuntur, manibus magis deligabimus, & fricabi- mus, & cucurbitam pectori affigemus.

Ad eos qui ob stomachi debilitatem ani-
mo relinquuntur. Cap. CV.

Ad eos qui ob stomachi debilitatē animo linquuntur, cataplasmatibus utemur ad stomachū roborantibus, ex palmulis, uino, polenta, croco, aloë, mastiche. Et ir- rigationibus ex absinthio, & oleo melino & mastichi- no ac nardino, & uino. Et si stomachus exuratur, am- miscenda sunt etiam frigefacientia, uelut est ramentor- um cucurbitæ succus, aut lactucæ, aut portulacæ, aut solani, aut intybi, aut rumicis acuti, aut uuæ acerbæ. Hic autem non solum frigefacit, sed etiam adstringit. Prodest etiā generose ipsis extremarū partium frictio. Si uero ex horum usu melius habuerint, eos quidem qui stomacho exuruntur, statim ad balneum ducere oportet. His autem qui quendam frigiditatis sensum habent, parum dandum est de medicamento ex tribus piperis generibus constante. Aut ipsum piper album.

De his qui ob uitiosos humores os uentris ro-
dentes animo relinquuntur. Cap. CVI.

Quicunq; uitiosos humoribus os uentris mordenti- bus exoluuntur, his aqua calida data uomere iubeto. Si uero ægre uomant, stomachus & pedes ac manus prius foueantur. Deinde digitis aut pēnis immisis uo- mant. Si uero uomitus nō contingat, uentris excretio- nem adiuuare oportet glandulis subditis. Si uero ex his melius habuerint, comam absinthii in aqua mulla coctam, bibendam dato, & omnibus modis stom- achum corroborato: tum per ea quæ foris imponuntur: tum per ea quæ intra corpus sumuntur. Non tamen à principio hoc facere conuenit, neq; absinthium præ- bere. Sed posterius post uitiosorum humorū euacua- tionem, ubi iam pura facta fuerit aluus.

De his qui ob pituitam in stomacho collectam animo linquantur. Cap. CVII.

Si pituita multa & frigida in stomacho collecta, exsolutiones fieri contingit, stomachum oleo calido in quo absinthium coctum est plurimum rigabimus. Deinde aquam mulsam dabimus, in qua hyssopus aut simile quid comaduit. Item acetum mulsam & piper, & phar macum ex tribus piperis generibus constans, & id quod diosporiticum appellatur. Et tota rationis uictus summa ad incisorium ductum sit destinata.

De animi deliquio ob fortem frigiditatem. Cap. CVIII.

Exolutiones ob fortes frigiditates, similiter ut bulimio, hoc est magna fame ex frigore oborta, correpti curentur, ita ut omni modo ipsos calefaciamus. Vinum igitur dandum est ipsis calida dilutum, & cibi calefacientes. Fricandi sunt etiam ac fouendi iuxta ignem.

De animi deliquio ob multam caliditatem. Cap. CIX.

Qui ob multam caliditatem animo linquantur, aut in aere suffocati uersati sunt, aut in balneo diutius moram traxerunt, eos roborare oportet confestim quidem frigida aqua aspersa, & uentilatione facta, & agro aduentum conuerso. Fricandum est etiam ac lancinandum os uentris. Et consequenter uinum & cibi dandi.

De animi deliquio ob inflammationem, aut malignam febrem. Cap. CX.

Qui ob inflammationis magnitudinem, aut uehementis febris malignitatem, animo linquantur in ipsis accessionibus, & artus perfrigeratos habent, eos fortiter fricare oportet ac fouere, & crura ac manus ipsorum deligere, & iubere ut uigilet, & ab omni cibo ac potu abstineant. Optimum est autem in his praenoscere quod futurum est, & ipsum ante exacerbationem lenire ac mitigare.

De animi deliquio ob siccitatem. Cap. CXI.

Sed & eos qui ob siccitatem animo linquantur in exacerbationum principiis, optimum est praenoscere.

Si enim

Si enim duabus aut tribus horis ante accessionem natriueris, & manus ac pedes ligari iusseris, non interibunt. Oportet autem cibos esse concocti faciles, & stomacho commodos. Si uero etiam uehementis periculum fore suspicaberis, panem ex uino dabis, aut alicam coctam uino infuso exhibebis. Si uero modicam syncopeam fore speras, uinum ne dederis, sed mala punica, aut alia poma, & adstringentes fructus cibis ammiscibes. At post exacerbationem non est necessarium fructibus uti. His uero qui derepente in periculum incidunt, uinum calidum dandum est, & panis, & alica omnino modica. Si enim aut amplius dabis, aut cibos concoctioni resistentes, hi qui sic affecti sunt suffocabuntur.

De animi deliquio ob principalis membri obturationem. Cap. CXII.

Qui ob principalis partis obturationem animo linquantur, his acetum mulsam dandum est, & potiones ex hyssopo, origano, pulegio & melle, & cibi incisoria ut praediti. Crassi enim & uiscosi magno his detrimendo sunt. Quare ab ipsis abstinendum est. Fricandi sunt artus & ligandi, & potionibus urinam cientibus utendum, ex apio, petroselino, dauco, & similibus. Vbi uero manifesta consequitur utilitas, etiam uino aquoso ueteri utendum est.

De animi deliquio ob repentinam euacuationem. Cap. CXIII.

Si ob repentinam & acruatim factam abscessus rupturam, aut sectionem, aut euacuationem, uelut in hydropticis, animi deliquium contigerit, statim quidem odoramentis reuocatur, postea uero sorbitionibus probe concoctilibus nutriantur.

De animi deliquio propter affectus. Cap. CXIII.

Si propter tristitiam, aut gaudium: aut timorem, aut iram, aut terrorem exolutio fiat per odoramenta, & narium ac oris apprehensiones reuocatas, ad uomitum

tum

tum cogito. De cardiacis & bulimo dicitur suo loco in stomachi affectionum tractatu.

De capitis dolore in febribus. Cap. CXV.

In his quibus in febribus caput dolet, uitanda est multa lux: Lædit enim uisum, & membranas ad motū ducit. Utendum est autem frictione pedū, & extremū tatum deligatione, ac constrictione. Vitanda est etiam caliditas à carbonibus, aut lucernis, aut sole & fumo. Item iniucundi & humiditate referti odores. Et clamores, & iræ, & frequens potus, ac collutio oris. Nam aut statim ab ore, aut humecto stomacho, uaporū multitudo ad caput deferitur, quod alias iam ignitum est. Maxime uero irrigationibus largioribus utendum est ex oleo omphacino, aut optimo rosaceo, lanæ manipulo excepto, & digitis ex alto expresso, & instar salientis cum ictu quodam delabente. Quod si non restat aer ambiens, frigida sit irrigatio, aut per se, aut ex nostro studio. Auso autem dolore, etiā in aurem rosaceum fundatur. Si uero tempus permittat, & dolor cum ardore quodam innitatur, ocymi succus aut poligoni, aut mentæ, ex tertia aut quarta parte rosaceo ammisceatur. Et tunc etiam parum acetū ipsi diligenter ammisceatur, maxime in quo acetū fuerit costum. Perseuerante uero dolore, ad uenæ sectionē deueniendū est, si nihil aliud fuerit quod prohibeat. Odoramenta quoque non incommode assumuntur, myrtus, rosa, pulegium. cataplasmata uero conueniunt in sincipite ac fronte, polygonum tritum cum flore polentæ, & foliis seridis ac plātaginis. Si uero dolor uehementer incumbat, hyoscyami folia uiridia aut papaueris cum micis panis. Præstant autem amygdalæ amaræ madefactæ ac decorticatæ, & cum micis impositæ temporibus ac fronti. Optima uero est aloë fronti illita cum aceto. Aut crocomagma. Et intestina terræ trita illuntur, & celerrime mirifice opitulantur. Venter porrò in ipsis

ipsis facile solubilis præparetur. Considerandum tamen ne stomachus uehementer infestatus, caput ad consensum perducatur. Et conandum ut quæ molesta sunt per uomitus euacuentur.

De uigiliis in febribus. Galeni. Cap. CXVI.

Si uigiliæ nimium infestauerint, manus & crura deligari iubebimus, eo tempore quo ad somnum cōuerſi solent, & hortamur ut assidue aperiant ac claudant palpebras, donec satis fatigati fuerint, deinde repente soluimus ligamenta, & tollimus lucernam, & multam quietem esse iubemus. Ex Herodoto & Philumeno. Puluaribus uigilantium subdantur capita papaueris aut radices papaueris nigri, aut mala mandragoræ, aut hyoscyamus. Odoramenti autem utendum est, papaueris uere uiridi, & lactucis, quæ meconitides appellantur, & menta, & coriandro ac rosis. Nos autem minus horrenda faciei prolutione utimur in costis in aqua calicibus papaueris nigri, & meliloto. Aut calamintha, aut pulegio, & melius facit. Odoramentum uero optimū hoc est. Papaueris albi calicum tostorum, corticis radicis mandragoræ, æquales, portiones terito, & uino ac pauco rosaceo subactas olfaciendas exhibeto. Sulfum ignis autem somnifico utendū est tali. Styracis, amomi, ammoniaci, thymiamatis, bdellii scythici, corticis radicis mandragoræ, opii, singulorum æquas partes præparato & suffito in lignis cupressinis. Mirifice facit etiam berenices suffumigium, similiter suffitum: Ducit enim ad somnum. Descriptum autem habetur in tractatu de theriacis. Sermone inquam decimotertio. Vnguento uero somnifero utere hoc. Styracis sextantem, rosarum siccarum unc. i. seminis hyoscyami nigri ꝑ. i. baccarum myrti nigrarum ꝑ. i. olei rosacei lib. i. Vini ueteris odorati quātum satis est. Contusa & cribrata terito cū uino, & adiciito oleū, & unitis utitor, illitis ex eo naribus intrinsecus ac extrinsecus, & fronte.

Imponen

Imponendum est. etiam fronti serpillum cum meliloto in passo coctum. Item semen ocymi, & attractylidis semen, hyosciami semen & folia, similiter & solani haliacacabi, itidem faciunt. illine etiam frontem ex cyphi cum uino, & crocomagmate. Si uero perseverarit uigiliarum symptoma, frõtem & tempora aliquo pastillo dolore eximente illine. Et si nihil profecerit, prædicta rei difficultate, ad dolorem eximentia in potu exhibenda procede. Est autem minus molestum, & sapore iucundius omnibus pharmacis somnificis, id quod ex calicum papaueris decocto ac melle componitur. Cuius compositionem paulo post in hoc sermone referemus. Vtere & cataplasmate optime ex palmulis maceratis aut coctis in uino, & cum polenta tritis adiecto modico rosaceo, aut melino. Pectori enim impostum quodam modo præparat ad somnum.

De graui sopore. Herodoti. Cap. CXVII.

Perfectam curationem eorum qui in grauem soporem delapsi sunt, in sequenti Sermone de capitis affectionibus trademus, in quo etiam de phrenitide docebimus. Nunc autem dicere necessarium est quo modo quis urgentibus symptomatis resistere possit. Proinde spongia posca imbuta, non ualde frigida, faciem detergere oportet, & extremitates fortiter deligere. Odoramenta uero adhibeantur incisoriam uim habentia & excitatoriam, & maxime castorium. Et in exacerbationem remissionibus cucurbitæ dorso ac spinæ efficaciter affigantur. Perseuerante uero morbo, etiam sternutatoria in exacerbationum remissione adhibeantur. Cauendum autem est à lucernarum usu. Caput enim inde repletur. Sit autem & ciborum materia incisoria uel prædita. Habent autem uim excitandi etiam in ipsis, ea quæ sequenti Sermone ad lethargicos describentur, tum per se, tum cum aceto naribus admota.

Quomodo

Quomodo linguæ asperitas in febribus curanda sit. Cap. CXVIII.

Lingua in febribus aliquando siccat, & opus habet humectatione. Aliquando uero exasperatur magis aut minus, & diffringitur, aut nigrescit, aut carbonis speciem induit, quod à uiscerum inflammatione contingere solet. Si uero ipsa quidem lingua, uelut dictum est, affecta fuerit, præcordia uero mollia reperiuntur, periculosum signum est. Humectare autem ipsam oportet, seminis lini decocto in ore detento. Efficacius id erit si myxæ cum semine lini fuerint coctæ. Sed & digito in hoc succo madefacto linguam confricabimus, simul detrahentes etiam sordes dentibus adherentes. Deinde colluant os aqua pura, aut spongia pura detergeant. Deinde rosaceo diligenter illinantur. Sed & ipsum rosaceum melli ammixtum egregie efficax est. Et portulacæ succus in ore detentus, locos humectat. Et rhus culinarius aquæ aut aquæ mullæ ammixtus. Et prunorum damascenorum aut myxarum ossa in ore detenta mitigant. Sepe etiam lactucæ caulem ad oliuæ magnitudinem defectum, aut de symphyti radice, in ore tenendum dedimus, & quod oportuit fecit. Sint autem cibi mordacitatis exortes, & omnino non adstringentes, leuesq; ac forbiles. Si uero etiam præcordia infamata fuerint, horum curationem facere oportet. Præcipuum enim & finis intraneorum lingua est. Si uero diutius durarit linguæ asperitas, adipem anserinum si affuerit, sin minus, gallinaceum, aut qui adhuc præstantior est phasianicum duplici uasculo liquato, & digito in ipso intincto linguam abunde fricato. Si uero adhuc perseverarit asperitas, butyro recenti similiter utere, facit optime, sed in principio eo uti non conuenit.

Quomodo sitis curanda sit. Philumeni. Cap. CXIX.

Sitis duplex est, altera ob humiditatis inopiam: altera ob caliditatis redundantiam. In febrientibus

itaq; ambę affigunt. Nam caliditas in his multa est, & siccitas succedit, multa humiditate per uolentiã febris cõsumpta. Si quidẽ igitur sine detrimẽto bibere possent quando uellent, hanc sanẽ sitis medelã statim amplecteremur. Quandoquidem uero & mensuram & tempora potus decernere oportet, lenimẽta quãdam sitis excogitanda sunt. Nam intempestiue sumptus potus, non solum sitim non extinguit, sed etiam uice uersa auget. In principiis enim exacerbationũ omnes materiã febres accendentes, ad profundum declinant, & propterea sitim intẽdunt. Datus autem in illo tẽpore, potus à materiã multitudine superatur, & simul uitiat; tus accessio fit mali. Quare in principiis, & augmentis potus exhibitionem prohibere oportet. In uigoribus autem, primum per gargarismos, & per collutiones oris, squallorẽ corporis mitigare oportet. Deinde declinatione incipiente potum dare. In remissione uero etiam nolẽtes aliquando cogantur potum assumere, ut ne humore indigi ad exacerbationis accessionem delati rescicẽtur ac exurantur. Mitigare autem aliquo modo sitim oportet olei frigidissimi irrigatione, aut rosacei instar salientis delabentis. Sed & auxilia ad febres ardentes relata, & ea quã ad linguã asperitatem dicta sunt in ore retinenda, sitim mitigant. Omnibus autem præstat lactucã semen cõmansum, & radix dulcis appellata, & cucumeris semen. Oportet autem post horũ commanducationem collutionibus ac gargarismis uti. Sint autem & cibi omnes humectantes. Catapotion sitim eximẽs. Ex Dioscoride. Seminis cucumeris ʒ. viii. tragacathę ʒ. iiii. tragacanthã tusam ac cribratam ouorũ crudorũ recentiuũ candido dilue, & ex contritis simul catapotia efformato, eaq; in umbra sicca, & unum sub lingua tenendum præbe, ita ut dissolutus liquor absorbeatur. Dato etiam cremorem malorũ cydoniorum absorbendum, aut pitorum, aut omphacii succum, aut hydrosoratum, aut mel rosaceum cum aqua calida. At uero insanis, sitis ob siccitatem factã medela est somnus. Cõcoquit enim humores. Sitis autem ob caliditatẽ, medela sunt uigiliae. Caliditas enim in uigiliis circa superficiem expanditur. Sitis uero ob caliditatem eduliorum factã, aut ob multum uini potum, medela est frigidã potus.

De aurium dolore in febribus. Philumeni. Ca. CXX.

Aurium dolor in febribus fit, & aut ipse febrẽ aufpicatur, aut succedit, & periculosiores febres efficit. Succedunt dolori atque inflãmationi etiã uigiliae. Si uero perseverarit, etiã mentis emotiones. Hippocrates autẽ lethales fieri dicit in his dolores. Si igitur moderatus est dolor, & in principio, rosaceũ tepidũ auribus instillatur. Aut candidũ & aquosum uel cũ lacte muliebri. forinsecus aut hapsõ lanã oleo imbuto, in quo anethum coctum est, aures obturentur & integantur. Caput item rosaceo irrigetur, aut oleo omphacino. Si uero dolor amplius intendatur, & uenã sectio assumatur, et alius irritetur. Postea quoq; forinsecus per ambitũ aurium cataplasma ex pane, aut semine lini imponatur, hyoscyami aut papaueris uiridibus foliis simul contritis. Butyrũ autẽ pro oleo in cataplasma misceatur. At in dolorũ exacerbationibus, fouedi sunt loci spongiis aqua & oleo calido imbutis, donec dolor sistatur. Vehemẽter. n. hæc mitigat, & rursus prædictum emplastrũ imponatur. Instilladũ est etiã auribus oleũ amygdalinũ aut rosaceũ, in calice papaueris ad calidũ cinerẽ calefactũ. Aut intestina terrę in rosaceo cocta instillata. Aut asellos sub hydriis stabulantes, aut araneos.

Auris suppuratã curatio. Cap. CXXI.

Suppurata inflãmatione & eruptione per meatum factã, ubi lana specillo obuoluta pus eduxerimus, primum aqua mulla eluimus deinde uino mulso: Postea aceto mulso: deinde modica nitri spuma aceto mulso

ammixta. In meatum uero indemus nostrum medica-
 metum lana exceptum, quod egregie facit. Est autem
 alumen liquidum, mel, & rosaceum, æquis portioni-
 bus singula modice cocta. Optime facit & Musæ pas-
 stillus optima sapa & modico aceto dilutus. Cæterum
 de sonitu & audiendi difficultate inter communia au-
 xilia dicitur. Nosse tamen oportet pefsimum signum
 esse in acutis febribus auditus difficultatem. Nam aut
 lethargum, aut mentis appræhensionem, aut parotidas
 perniciosas, aut aliud quoddam periculum minatur.
 Raro autem permanet audiendi difficultas in aliquo
 qui morbum superauit, sed simul cum morbo interci-
 dit. Etenim aliquando per circuitum repetit in exacer-
 bationibus augetens. In remissionibus uero simul di-
 scedens. Quo contingente auditorum meatum uexa-
 re non oportet, sed solum caput irrigare cum his quæ
 in febribus ad capitis dolorem conueniunt.

De lippitudine in febribus. Cap. CXXII.

Si lippitudo in febribus fiat, abstinere oportet ab
 omni medicatione. Infundendum est autem oui tenue
 & candidum cum lacte. Et foris illinendum glaucium,
 aut Nili collyrium ex rosis, aut aliud quoddam ex cro-
 co, ex his quæ fluxiones repellunt cum refrigeratione.
 Si uero dolor uehementer uexet, fomentum fiat per
 spongias, & haplus lanæ ouo imbutus pro more im-
 ponatur. Si uero augeatur dolor, etiam panis impona-
 tur, in calicum papaueris ac meliloti decocto madefa-
 ctus cū oui assati uitello, aut etiam costi addito modi-
 co rosaceo. Aut psyllum feruenti aqua madefactum im-
 ponito. Suppurata inflammatione collyriis dolorem
 eximentibus utendum est.

De oculorū obscuratione. Philumeni. Cap. CXXIII.

Fieri solet circa morborum solutiones, aut etiam
 ubi uires recolligunt ægri, circa utrumque oculum aut
 circa alterum obscuratio, ut uix uidere possint, uelut

per

per caliginem quandam. Et ut aliquando quedam an-
 te oculos uideantur pilis similia. At dum oculi consi-
 derantur, puri apparent. Rareissime uero in talibus circū-
 cūstantiis, circulus pupillæ aut minor aut amplior res-
 peritur. Ipsum porro obscurationis oculorū accidens,
 ut plurimū seminis in somno effusione prægressa, iux-
 ta morbi solutionem, aut refectionem euestigio inci-
 dit. Et est signum debilitatis spiritus uisui ac neruosa
 partis. Itaq; in perfecta corporis conualescentia, etiam
 uisus actio integre restituitur. Quapropter à localibus
 auxiliis abstinere oportet, & neq; fomenta, neq; illitio-
 nes adhibere. Verū resectorii totius corporis ductus
 usu, hoc ipsum accidens corrigere.

Fluxus sanguinis narium in febribus, cura-
 tio. Cap. CXXIIII.

Fluxū sanguinis è naribus in quarta die in febribus
 sentem, pefsimum signum Hippocrates dicit. Multi-
 tudinem enim significat in toto corpore, aut in capite.
 Destillat enim sanguis aut ob compressionem, aut ob
 densationē meatuum. At uero uberior excretio eius,
 multitudinem & laxare, & minuere potest. Paulatim
 igitur euacuationem facere oportet inde, unde natura
 impetum habet. Hac ratiocinatione facta, ausus sui in
 destillationibus in quarta die sentibus, per graminis
 cauliculum, uelut mos est uasa narium sauciare. Non
 autem oportet modico fluxu contentum esse, sed pro-
 uiribus detrahare. Sufficiente autem facta euacuatio-
 ne, consueto more eundem suppressere.

Vesicæ & urinæ difficultatis curatio in febribus.

Philumeni. Cap. CXXV.

In principio pefsimarum febrium etiam hoc acci-
 dit, ut uesica doleat, & paulatim ac cū dolore urinam
 emittat. Et hoc non solum molestum est, sed etiam sig-
 num quod tota pars neruosa doleat. Est enim totum
 corpus crudioribus humoribus refertū. Confluit au-

tem ex ipſo acervata multitudo in ueſicam, quæ amplius diſtenta ad actiones ſuas inefficax fit, & periculū ſuppreſſæ urinæ inducit. Proinde imo uentri, peſtini, ac inguinibus, lana pura oleo dulci calido aut ſcyonio imbuta imponatur. Præſtat autem rutam, & anethum, & apii ſemen in oleo cocta eſſe: Aut cuminum tritum lanæ inſpergere. Si uero dolor augeatur, etiã cataplaſmata poſt irrigationes adhibeantur. Et in inteſtinũ reſtũ oleum & butyrum cū fœnigraci decocto inſundantur. In mulieribus uero & in uterum, & in inteſtinum reſtũ. Si uero inflammatio urgeat, & rubor cū multa caliditate in ſummo uentre appareat, etiã uenæ ſectio adſumatur. Diætã autem ſit tenuis & exquisita. Utanturq; ptifana, aut alica lota ex aqua muſta, aut ouis forbilibus. Poſt hæc etiam micæ panis probe lotæ exhibeantur. Deinde malua friabilis aſſumatur, & porrum capitatum pluribus aquis coctum. Et piſces tenerrimi. Inſeſio quoq; appareatur uſq; ad umbilicũ & totos lumbos, ex artemiſiæ, fœnigraci, pulegii decocto, & oleo ammixto. Progreſſu uero temporis, caſtorium lanæ inſpergatur. Cæterum potus ita affectis commodiſſimus eſt, poſt augmentum quietum, cucumeris fatiui ſemen, quod præmaceratũ decorticatur, & tritum datur cochlear. ii. meſura cū aceto cyathis tribus. Et mouet quidem urinam citra moleſtiam. Dolores autem eueſtigio ſoluit. A reliquis autem urinam cientibus, quã diu febres perfeuerarint, in totum abſtinendum eſt, ut ne urinæ copia ad ueſicam delata, ipſam diſtendat, & malum augeat.

Lumborum doloris curatio. Cap. CXXVI.

Lumborum dolores ſunt plerunq; in febribus præſentibus ſtatim ab initio, & permanentes maximas uexationes inducunt, & repente diſſipati, periculoſiorem fore morbum indicant. Circa primos igitur dies irrigatione ex uino & oleo utendum eſt. Deinde ſpuma nitri, & uinum

& uinum dulce mari mixtum, & oleum ſimul unita & lana ſordida excepta, locis adhibeantur. Tales autem irrigationes uehementiam quidem doloris mitigant, dolorem autem non omnino tollunt. Progreſſu uero temporis uenę ſectio utendum eſt. Deinde cucurbitæ loco adhibendæ. Poſtea cataplaſma parabis ex ſemine lini & fœnogræco, & hoc in ſacculum coniectũ lumbis ſupponemus, ut ſuper ipſo decubitus fiat. Deinde irrigatio ex oleo rutaceo fiat. Et cerata ex cyprino facta adhibeantur. Venter autem à principio facile ſolubilis per cibos paretur. Vehementer autem prodeſt ipſis clyſter, ex decocto cucumeris ſylueſtris & melle ſolo iniectus. Euacuat enim pituitam & citiſſime ſime alleuat, niſi uehemens fuerit febris.

Ulcerationis circa os ſacrum in febribus curatio. Philumeni. Cap. CXXVII.

In diuturnis & alijs habitum eliquantibus febribus conſumpta carne, ſuper nudis oſſibus decubitus fit, & eminentes maxime ipſorũ partes, doloroſas & egre curabiles ulcerationes habent, eo quod per ſtratũ trahantur. Non ſolũ autem ob curationis difficultatẽ graues ſunt ulcerationes: dilatantur enim & profundæ ſiunt, & craſſa labia habent, proſerpuntq; & uſq; ad nuditatem procedunt: ſed etiã notatæ ſunt à ueteribus, uelut hæc affectio perniciem portendat. Quapropter antequam immedicabilis fiat, curationem eius aggredi oportet. Primum itaq; ubi locus rubicundus & doloroſus fieri inceperit, circulum laneum iuſtæ magnitudinis loco ſub demus, quo affecta pars per uacuum firmata, à cõpreſſione liberetur, & decubitus minime ærumnoſus fiat. Poſtea uero ceratum ex roſaceo aut myrteo oleo paratũ, quod recipit ſpumam argenti, ceruſſam, ordeum uſtum, imponemus, ſubiecto uidelicet ex lana circulo. Idem faciunt etiã omnia ſedis cerata. Et adhuc magis id quod reſidet in æreis uaiſis in quibus aqua coquitur,

quod uelut testa adhæret fundis ipsorum, si cerato rosaceo ammisceatur. Reperitur autem eius copia in æneis balnearum uasis. Item ceratum ex melle, quod quatuor hæc æqualiter respicit, spumam argenti, oleum, ceram, mel. Diluitur autem rosaceo, & mirifice facit. Adhibeatur etiam fomentum per spongas. Si uero inflammatio fiat, panis cataplasma locis imponatur, cum solano, aut polygono, aut plantagine, aut brasicæ foliis. Si uero paciendo proserpat ulceratio, lenticula costa cum malicorio imponatur. Utendum est & medicamentis ad nomas paratis, cum rosaceo dilutis. Item emplastro uiridi. Epigonii. Et pastillo qui Corax appellatur, & Andronis aut Musæ pastillo cum sapa. Contracta autem & repressa noma mitioribus communibus auxiliis utendum est.

Ulcerationis circa scrotum & anum, in febribus curatio. Philumeni. Cap. CXXVIII.

Sæpe in ægrotantibus exulcerantur partes hæc, quandoque ob solam negligentiam. Aliquando uero etiam à prauis & acris humoribus, & malignis febribus. Itaque reperire est ita affectos etiam mente læsos, & non percipientes dolorem, neque animaduertentes feruorem, nisi is qui curam ipsorum gerit ex odore cognoscat. Primum itaque per spongiam fouendus est locus ex aqua leniter calida. Deinde illinendus myrteo aut rosaceo oleo. Et postea scrotum myrtosicca leuissime trita conspergatur. Deinde ex candido oui cum cerussa & modico rosaceo aut myrteo illinatur, ut ne exarescat. Si uero illitionum inquinamento non ferant, ceratum molle præparetur ex rosaceo, quod cerusam & argenti spumam habeat, & uitellos ouorum costos. Conuenit etiam ceratum Butyrium, & quod ex anseris aut gallinaceo adipe paratur. Et emplastrum sicut ceratum ex ordeo. Et omnia ad sedem parari solita. Si uero nomen succedat utendum est curatione in ossis sacri ulceratione relata. Cui

bi uero

bi uero exhibeantur ipsis dulciores, pro facta de febribus coniectatione. Ventris quoque cura habeatur maxime locis circa sedem alleuatis.

Pustularum in febribus curatio. Herodoti. Cap. CXXIX.

In febribus assidue fiunt pustulae circa labia & nasum, iuxta febrium solutionem. Verum in principiis febrium non simpliciorum, sed à prauis humoribus oritur circa totum corpus exoriuntur uibices similes cuticulis moribus. In malignis autem & pestilentibus febribus, exulcerantur, & quedam ad carbunculorum speciem accedunt. Omnes autem multitudinis corrupti & habitum erodentis humoris signa sunt. Quæ uero in facie oriuntur, omnium malignissimæ sunt. Deteriores autem sunt plures quam pauciores, & maiores quam minores, & quæ cito delentur quam quæ multo tempore durant. Deteriores item feruentes quam quæ pruritus inducunt. Et quæ quidem succedunt alio suppressa, aut moderatas egestiones faciente, bonæ sunt. Quæ uero fluente aluo & uomitibus uexatibus sunt, malæ. Si uero succedentes aluum resicent, bonæ. Sequuntur ad pustulas, febrium malignitas & plerumque etiam animi deliquia. Eas igitur quæ circa febrium simpliciorum solutiones fiunt circa labia & nasum, rosaceo illinere oportet per se, aut cum cerusa & spuma argenti. Conferunt etiam pastillus ex croco, myrrha, & alumine, quem iridem uocant. Et niger pastillus qui recipit crocomagmatis, balauftii, atramenti sutorii, myrrhæ, & aloes, singulorum partes æquales. Teruntur hæc cum uino uelut collyrium & in pastillos efformantur, & usus tempore cum aqua aut lacte illinuntur, aut cum uino, ubi adstrictionem augere uoluerimus. Agglutinantur autem hæc post illitionem, aut sine hac, pellicula palmulæ ossi adhærente, aut membrana oui. At uero pustulæ uibices referentes curentur uenæ sectione in principio, si nihil

impedierit. Solent enim reuersæ intra corpus periculum afferre, si non per uomitus, aut per aluum acrimonia secedat. Quapropter etiam aluus per pitisanæ succum, & oua, & oleum chamæmelinum molliatur. Dehinc autem uesperis infusum per totam noctem. Sed & ciborū contractionem utendum est, quo undiq; multitudo tollatur. At in accessionibus propter succedentes circa stomachum uehementissimos morsus, aqua tepida data uomere iubemus, digitis aut pennis immisis. Cibi uero exhibeantur contemperandi uim habentes, uelut est pitisanæ succus, aut alicuius aqua mulsa. Si uero febris ardens infestet, illinatur corpus aqua & oleo, nitro modico ammixto. Pusulas enim circa superficie retinet, & materiam in profundo attrahit, & profunditate refrigerat, & sæpe sudores excludit, qui acrium humorū multitudinem in uapore diffilare possunt. Cæterum in pestilentibus & carbunculosis, uene quidem sectionem adhibemus statim in principio, non autem cibi contractionem. Fames enim peiorem materiam facit, & uires in his conscindit, quas integras seruare uolumus in omnibus febribus, maxime pestilentibus. Siquidem igitur admiserint loci, illinende sunt pustulæ pharmaco crasso, ex rosaceo & cerussa, & thure ac uino dulcissimo. Aut ex spuma argenti & manna thuris cum rosaceo. Reliquæ uero partes cerato integantur ex eadem materia parato. Conueniunt etiam ipsi omnia cerata & emplastra que ambustis adhibentur. Et pustulas quidem circa faciem, calidæ proluotione mitigabimus. Quæ uero in reliquo corpore sunt, per spongas diutius foueantur, maxime prurientes. Si uero serpentina fuerint ulcera, etiam calcis uiuæ parum ammisceatur: mirifice enim resiccat, & serpigine ipsarū sistit. Quæ uero iam depascunt, lenticula cocta cum malicorio ac melle, aut plantagine, aut polygono, aut rossis cum pane integantur. Bonum est etiã his castorinum

primum lac, ad humorū prauitatem contemperadam. Oportet autem quartam partem lactis aqua ammiscere, & simul coquere assidue uersando, donec dimidiū de toto superfit. quo neque in casei naturam transiens exarescat, neq; seruescitū nidorosum fiat, propter febrem detinentem. Declinatione uero facta, per medicamentum purgatoriu idoneum materia euacuentur. Postea autem Antidotus theriaca detur, aut mithridatica, aut alia quædã ad lethalia uenena, & uirus eiaculatione facta. Nam humorum fortis mutatio per corruptione facta, uenenofo pharmaco similis est. Fiunt porro aliquando pustulæ magnæ coloræ albæ, modicum pruritū inducentes, redundantes in foemoribus, natis, lateribus, & summa uentris plerunq; parte. Originum autem ex multa lenta & alba materia habet. Hæ uero cum toto corpore curantur. Neq; enim grauem morbum minantur, si saltē modico uictu quis utatur. Quod si febres in his urētes fiant, comodum fuerit frigidam dare in exacerbationum uigoribus, morbo in uigore existente, nisi uiscera habeant quæ facile læduntur. Fiunt etiã aliquando pustulæ rotundæ, inæquales, subalbidæ, aut subrubræ, cum eleuatione carnis. Aut uaris similes, qui in facie oriri solent, & duræ sunt, ac multum prurimum inducunt, ut uigiliarū causa fiant, dum inde finens adest cupiditas ad scalpendum. Consequuntur autem hæ plerunq; ad febres intermittentes, & minime grauem indicant morbum. Quapropter conuenienti tempore æger in solium calidū intente insideat. Utendū est & his quæ foris illinuuntur, uelut est oleum myrteum aut lentiscinum cum myrto, aut manna thuris, aut cimolia torrefacta, aut alumine liquido, aut farina fabarū. Aut scsamum tritum cum modico aceto illinito. Si uero pruritus urgeant, linteis crudis aut per spōgas ex aqua feruente foueto. Si autem exulceratæ fuerint, utendum est ceratis ad ambusta destinatis, præsertim eo quod

eo quod ex ordeo paratur . Porrò quæ ualde rubræ sunt, pessime existunt . His autem deteriores sunt liuidæ, nigræ, & tumidæ, similes existentes carnibus compositis : redundant autem in facie & pectore, & uentre, lateribusq; ac dorso . Tales à principio aggredi non oportet, sed differre . Si enim nõ successerit, in eum qui curationem aggressus aut pollicitus est, culpa recidit . Si uero permanserint hæ usq; ad uigorem, & non progrediantur in peius, non omnino negligere oportet, etiam si raro, attamen aliquãdo opem ferre, & opportuno tempore medicameta adhibere, atq; magna animaduersione curare . Quæ enim post mortificationem superficie ex alto emergunt, quid aliud significarint, quàm uitam aliquo modo ab internis efferi .

De tremoribus in febribus. Herodoti. Cap. CXXX.

In malignis febribus sunt tremores . Constantur enim ex uitiatò uictu, & frigidæ potu, & potæ, ac multi uini; & ex immodico rei ueneræ usu, ac similibus . Abstinentum itaque est ab his quæ nocuerunt, & exhibenda quæ prodesse possunt . Necessè est autem omnino affectam esse in omnibus spinalem medullã . Quapropter tota spina contenda est, & affectæ partes, lanis sicyonio aut potius gleucino imbutis: aut cesrato liquidiore ex aliquo talium parato, aut ex oleo rutaceo . Rigandum est etiam caput in primis diebus oleo dulci . Si uero protrahatur morbus, anethino in accessionum interuallis . Deinde adhibeantur cucurbitæ à primo uerticulo usque ad lumbos, impositis castaplasmatibus isdem partibus unã cum præcordiis, ex cruda ordeacea farina, oleo & aqua diluta ac cocta . Integantur autem hæc lanis oleo ueteri aut sicyonio imbutis . Cibi exhibeantur forbiles calidi . Prouidendum etiam ut facile solubilem faciamus aluũ, permittendumq; in hoc ductu, donec febres, minuantur aut soluantur . Progressu uero temporis si perseverarint tremores,

tremores, communis auxiliorum modus uelut in aliis tremoribus adhibeatur . Ita ut alterius in olei calidi solium locemus, & ante folii infessum & postea, sicyonio aut antiquo oleo illinamus . Aliquando etiam castorium ungento ammiscendum est . Si uero perseverarint dolores, etiam in potu exhibeatur castorium . Et ceratum imponatur ex ipso paratum . Et communia ungenta ad resolutiones in usum assumantur .

De conuulsionibus in febribus. Galeni. Cap. CXXXI.

Conuulsionones plerunque fiunt propter repletionem neruofarum partium, qua ratione etiam fortiter iustitiam accidere solent . Insuperq; ob mordacem tenuem humorem, neruofas partes erodentem . Et propter form frigiditatem congelato simile quiddam efficiens tẽ . Fit etiam conuulsio ob excellentem siccitatem . Sequitur autem maxime ad perniciosas phrenitidas, & tum propter febris uehementiam, tum ob interos & agrestiores motus . Et ex his qui sic conuulsi sunt, neminem seruatũ esse ipse uidi, neque qui uidisset audiui . Proinde prædictæ tres conuulsionis species sæpe curantur . Incurabilis est autem ea quæ ob neruofarum partium fit siccitatem . Aliquãdo uero in ore uentris humor tenuis, & acris, ac maxime eruginosus, conuulsionones fortes & syncopam inducetes efficit: ut frigidæ exudationes fiant . In his aqua tepida in potu oblata, digitorum aut pennarum immisione, uomitum mouemus . Si uero circa intestina morsus sensus contingat, pitianæ succum per clisterẽ iniicimus . Damus autem cibos ægre corruptibiles, uelut est alica cum mali punici granis, & similia . Si uero nihil tale fiat, conuulsionones per totum corpus sientes similiter ut tetanicos, qui antrorsum ac retrorsum conuelluntur, curabimus . In partialibus uero primũ partes contractas blande contrectabimus, & dolores ipsarum mitigabimus, molliterq; fricabimus oleo sicyonio aliquo calefacto . Si uero adhuc perseuerant,

rent, etiã castoriũ ammiscetur, & reliqua relaxãtia un-
gẽta adhibeantur. Qui uero ob siccitatem conuellũtur,
propter febris uolentiã, & præsertim delirio præsen-
te, his lauandũ est caput multa calida dulci ac tẽpera-
ta aqua . Manus quoq; ac pedes multa calida perfun-
dantur. Deinde oleo dulci calefacto caput irrigetur, et
manus ac pedes illinantur, & amiculis foueantur, &
quies inducatur. Quod si sanguinis multitudo adsit, &
conuulsionem inducat, uena secanda est. Deinde cucur-
bitæ affigendæ cum scarificatione . Et si quidem crura
fuerint contracta, postremo uerticulo cucurbita affiga-
tur. Manibus uero conuulsis, septimo uerticulo, & ei
quod humeri articulo subiectum est cucurbitas affige-
mus. Si uero toto corpore ab affectione immuni, labiũ
contrahatur aut palpebra, graue hoc accidens ducen-
dũ est . Detractiones autẽ sanguinis per cucurbitas in
his fiant à ceruice & primis duobus uerticulis . Caput
uero oleo anethino calido irrigetur. Vbi autem tem-
pus balnei opportunũ apparuerit, lauẽtur, & in aqua
potu adhuc seruentur . Si uero uinum exhibere opus
fuerit, modicum & aquosum præbeat.

De iucundis ac commodis potionibus in
febris. Philumeni. Cap. CXXXII.

Duplex robur & admirandũ simul auxiliũ exhibet,
id quod etiã naturæ ob iucunditatẽ gratũ existit. Ven-
ter enim ubi quod blandum est suscepit, & in se com-
plexus est, tenet & probe cõcoquit pro uiribus, maxi-
me si fuerit quantitate moderatum. Excitatur enim na-
tura, & actiones sæpe ab affectionum feritate misere
afflictas suscitatur, ac morbo repugnat iuxta duplicẽ mo-
dum. Ipsum quidem malũ palã contrarietatis natura
castigans: uires autem animal gubernãtes consolans,
& excitans, ac fortificans, ad superandum morbũ. Oẽs
igitur homines ut plurimũ dulcibus gaudet potibus,
& præsertim si adstrictionẽ, & caliditatẽ, & quasdã eius-
dem

dem generis qualitates habuerint ammixtas. Quale est
uinum dulce, & uinũ mulsũ. Verũ hos potus non tu-
tum est in febris exhibere . At eos quos nunc refere-
mus, etiã si magna animaduersione opus habeant, tu-
tius tamen quã prædictos exhibere possumus.

De potione pharmaci ex capitibus papau-
eris. Galeni. Cap. CXXXIII.

Sumatur autem in manus medicamentum ex papa-
ueris capitibus, quod optimum potu est iucunditatis
gratia, & optimũ ad calidas ac magnas affectiones cir-
ca uiscera consistentes, & totum corpus apprehendẽ-
tes. Itẽ febricitantibus, & cholericis in quibus bilis in-
ferne ac superne erumpit, affectionibus. Et his qui deli-
ryiis in febris ac uigiliis affligitur. Prodest & tussis
frequẽti ex tenui fluxione facte, quæ ex capite calidio-
re in pectus desillat. Preparatur autẽ hoc modo. Cap-
pita papaueris moderatæ magnitudinis decẽ numero
unã cum ipso semine, recentia, neq; ualde mollia, neq;
dura, in aqua pluuiæ optime sextario uno per diẽ ac
noctem macerare oportet. Deinde ad ignem non sum-
mantem coquere donec flaccida appareãt, & expresso
liquore, & per panniculum rariorem excolato, mel-
lis optimi despumati dimidiã aque mensuram ammi-
sce, & agitando coque ad compagẽ mellis Attici. Præ-
stat autẽ perpassum Creticũ, aut perlapam, mellis loco
preparare, ubi fluxus fuerit ualde tenuis . Ammiscẽ
etiã aliquando ad hoc pharmacum glycyrrhizæ ra-
dicem ut unã cũ papaueris capitibus coquatur . Si ue-
ro hæc non affuerit, succum ipsius siccũ iniicio . Si ue-
ro continetur in pulmone humor delapsus eductio-
ne indigens, melius est per mel ipsum parare . Datur
moderata mensura duorum cochleariorum. Augebis
autẽ & minues copiam, pro corporis magnitudine cui
id exhibes, & pro ætate: animoq; tẽpore ac regione.
In omnibus enim his ad frigiditatem declinantibus,
mini9

minimum dabis. Ad caliditatem uero, plus. Sed & de
 stillationis quãtãtatis ac qualitatis respectu, plus aut mi-
 nus dabis. Certe ex eo quod ex capitibus papaueris
 Thebaici præparatur, datur ad summum uncia uero.
 Talis est descriptio Galeni huius pharmacii. Ego uero
 semper in usu eius quod ex passo præparatur perseue-
 ro, aliquando mel ammiscens ad eius exhibitionem, ali-
 quando acetum mulsuum, aut mel rosaceum, aut ompha-
 comeli, aut aliud quoddam pharmacum hepaticum, aut
 splenicum, aut stomachicum, & uires eius ad præsentem
 semper affectionem transmütans. Exhibeo autem ipsum
 non solum somno indigentibus, ad uesperam, & ad tulu-
 sim: sed etiam insaniam laborantibus post uenam sectionem,
 & febrientibus uehementer, & quibus os uentris
 intolerabiliter perustum est, & in igne sacro, atque alias
 calida affectione thoracis & pulmonis, hepatis item ac
 intestinorum & mesenterii. Et non solum semel, sed iter-
 rum, & non solum in febrim uigore, sed etiam ante uig-
 gorem, & ante manifestam concoctionem, in quibus uigi-
 liam, aut caliditas acris & magna hominem affligunt.
 Præstat autem ea quæ sexcentis feci in huius pharmacii
 exhibitione recensere. Etenim in febribus putridis ante
 morbi uigorem, & in his qui ex hepatis, aut splenis
 aut pulmonis affectionibus egrotant, acetum mulsuum
 simplex exhibitioni eius ammisco. In uigore uero fe-
 brili, omphacomeli, aut mel rosaceum adiuicio. In rari-
 oribus quidem corporibus, & qui os uentris debilius, &
 non appetens habent, omphacomeli. his uero qui dul-
 ci potu gaudent, & qui medicatum aliquem humorem
 aut biliosum, in uentre habent, mel rosaceum. Atque hæc
 quidem in febrilibus affectionibus. Urinæ autem styllis
 cidiu ex urinarum acrimonia abortu, magnifice sedat,
 maxime in balneo, & ante balnei ingressum large da-
 tu. In quibus etiam uictus ratione plenior & melioris
 succi esse iubemus, sed & in nephriticis ac lumbis cali-
 dioribus

dioribus medendi uim habet. At uero his qui urinæ
 profuui laborant, & quibus bilis supernæ & inferne
 erumpit, exhibeo frigida ammista, præsertim, in cali-
 dioribus temperamentis. Oportet autem in bilis super-
 ne ac inferne effusione habitum corroborare forinse-
 cus per adstringentes irrigationes, & similia. atque sic
 pharmacum exhibere, cum omphacomelite calido tem-
 peratum. Si uero thoracem humoribus repletum per-
 tussim euacuare uolueris, acetum mulsuum uarie ad eius
 exhibitionem ammisceto, & calidum exhibeto.

Omphacomelitis præparatio. Cap. CXXXIII.

Botri uinæ acerbæ accipiuntur qui iam maturescere
 incipiunt. Deinde in domo temperie moderata ad bis-
 duum uel triduum expandatur, & rescicati exprimatur,
 & liquor uase uitreo excipitur, & optimi mellis des-
 spumati pars una, ad tres succi partes ammisceatur, &
 ad dies aliquot ad solem exponatur hoc pharmacum, do-
 nec feruere desuerit ac quieuerit. Deinde in domo su-
 periore feruetur ne putrescat. Hæc autem proportio ti-
 bi pro regula sit in optimo melle & optimo uuarum
 acerbam succo. Augebis autem & minues quantitatē
 mellis pro tenuitate aut crassitie succi. Utendum est ip-
 so in tenuibus ac diuturnis uentris fluxionibus, ob ca-
 lidas affectiones factis. Et in his quibus os uentris ap-
 petentiam nullam habet, propter caliditatem. Et in his
 qui humectum stomachum habent, post uentris per uomi-
 tus euacuationem. Et in prægnantibus mulieribus, &
 quæ terram aut carbones, aut alia quedam aliena edunt,
 ubi per picram ex alio purgationem feci, omphaco-
 meli exhibeo. Bonum est & his qui ob excedentem uen-
 tris euacuationem, animo linquantur.

Mellis rosacei præparatio. Cap. CXXXV.

Mel rosaceum tres partes succi rosarum exunguium
 excolati accipit & mellis partem unam. Coquitur au-
 tem ad solem calidum expositum ad plures dies, eo-

dem modo quo omphacomeli, & postea adseruatur. Si uero turbulentus fuerit aer, aut frigidior, quando mel rosaceū paras ammixto optimo melle ad rosarū succum, & per rarum panniculum siue lintheum excolato, simulq; ad lentum ignem coquito, donec quartā aut tertiam succi partem cōsumpseris, atq; sic exceptū medicamentū uelut dictum est adseruato. Et ubi calidiorē uideris aerem, uelut omphacomeli insolato. Adstringit equidē leniter & propterea frigefacere potest. Habet uim extersoriam ex melle. Habet & subamararū quiddam & leniter acre, unde ori commodū est calidā quandā inflātionē habenti, propter calidū di fluoris influxū, itemq; in acribus, ac biliosis fluxionibus in uentre, ubi uidelicet affecti prius uomuerint. Exhibemus etiā ipsum his qui uentre exurunt, citra humorū superfluitatē atq; hoc absq; uomitu. Itē febricitantibus, nigore iam totius morbi instante, & particularis exacerbationis. Sæpe enim in febrilibus morbis etiam unica potio larga sufficit in conuenienti tēpore data, ad affectionis solutionem, tū per sudorū eruptionem, tū per uentris subductionē. Inter reliquos enim potus mel rosaceum conuenientissimus est, his quibus acres humores per uentrem subire uelis.

Hydrososati præparatio. Cap. CXXXVI.

Rosarum recentium exūgium, & per diem ac noctem præsiccatarum lib. i. mellis sextar. i. aquæ pluuiæ ad tertias decoctæ sextar. iiii. commisceto hoc modo. Aquæ pluuiæ sextar. ix. coquito donec tres reliqui snt, & ad ablatam ab igne aquam feruentem præsiccatas rosas iniice, & uas pluribus operimentis probe contentum adserua. Sequenti uero die aquam excola, & rosas non expressas abiice, ut ne aspera aqua fiat, & coniecto melle in mortarium, ac probe trito, aquam cum ipso unito, & fistilibus uasis præsertim recentibus ac crudioribus excepta, ad paucos dies insolato, & in do

mo in qua uinum repositum est adseruato. Hoc multo magis quam mel rosaceum frigefacit.

Apomelitis præparatio. Cap. CXXXVII.

Apomeli sic præparare oportet. Fauos accipe melis le plenos, colore quidem albos, uerū mel pellucidum cōtinentes, & mel ipsum manibus exprime, & ad aquā fontanam optimam ammisce. Et si quidē crassius fuerit mel, quatuor aquæ partes ad unam mellis ammisce mus: Si uero liquidissimū fuerit mel, tres aquæ partes ad unā mellis adiicimus. Si uero sicciores tibi uidebuntur faui, ipsos in tenues partes cōminutos in mēsuratā aquā mitte, & manibus sufficienter tere, exprime, excola, & metire, & cognosces quantū mellis addere oporteat. Deinde in ollā nouā mittimus, in qua prius aqua fuerit seruefacta, propter terræ qualitātē, & ad ignē non fumantem coquimus, detrahentes semper inter ebulliendum insidentem spumā, aut cerosam partem. Postquam autem neq; spuma, neq; quicquam fecis superstititerit, & octaua aut septima pars de tota mēsurā decesserit, ollā ab igne tollimus ac frigefieri sinimus. Et post perfectam perfrigerationem, sequenti die id quod superne fluitat detrahimus, & in uasā fistilia recētia ac crudiora transfundimus & in uinaria cella adseruamus. Est autem apomeli extersoria ac incisoria uipræditū, & biliosa per aluum ducit, & ad urinam ciendam conducit, & febres putridas ad solutionem præparat. Calidis tamen & siccis maturis aduersatur: Et in morbis calidis, & præcordiis inflāmmatis nociuum est. Et neq; sitim sedat, immo etiam auget. Dandum est autem ante sorbitiones. Nam post cibum datum nociuum est.

Hydromeli & crustuminati præparatio.

Cap.

CXXXVIII.

Hydromelū sic præparatur. Succū malorum lib. vi. mellis lib. xii. aquæ ad tertias decoctæ lib. xviii. Alia

præparatio. Malorū dulcissimorum & odoratissimorū ac friabilē carnē habentiū, corticē & interna grana detrahito, deinde contusa exsuccato, & succū per panniculū purū ac densiorem excolato. Sumito autem succi sextar. i. mellis sextar. ii. aquę pluuiialis in coctura ad tertias redactā sextar. iii. Postquam igitur præcoxeris aquam ad tertias, adde ac ipsam mel, & ubi efferverint, simul ab igne ablata quodāmodo frige fieri finito, & sic omni spuma detracta, malorū succū adde, & uasis fistilibus excipito, oblitito, & in cella uinaria reponito. Utimur autē eo post dies quadraginta. Quā autē rosas exungues ad hydromelū ammiscere uolueris, unciā rosarū per diem ac noctem in ipso macerato deinde excolatū adseruato. Bonum enim colorē inde acquirit, & non acefcit. Eodem uero modo etiam ex crustuminis, & aliis pirorū generib. præparare potes.

Cydonati præparatio. Cap. CXXXIX.

Præparatur etiam ex malis cydoniis magnis, cortice & internis granis exemptis, deinde contusis & exsuccatis, & succo per panniculum excolato. Sumantur autem succi sextar. iiii. Mellis sextar. viii. aquę pluuiialis ad tertias decoctā sextar. xii. Primum itaque aquę sextar. xxxvi. coquimus, & ubi reliqui fuerint sextarii. xii. mel addeimus, & quum ebullierint ablatā ab igne ollam aliquatenus frige fieri sinimus. Postea detracta superstante spuma, succum cydoniorum addeimus, & unita excipimus, ac uelut hydromelum adseruamus. Aliquando uero ut ne præparata potio corrumpatur in hyeme propter frigus, mel prius despumamus, & succum excolatum ad ipsum iniicimus & in fistili oblitito per totam hyemem seruamus. Postea in uere aquam ad tertias decoctam, uelut dictum est, accipimus, & mel cum succo ipsi ammiscemus, atque sic utimur. Idem facimus etiam in malis, & crustuminis ac aliis piris. Quomocunque uero præparauerimus

uerimus cydonatū & hidromelum, & ante hyemē, & post hyemem insolamus ipsum per dies quadraginta, cauētes ab imbribus ac uētis, & sic in uinaria cella reponimus. Melius igitur est præparare id quod cū melle seruatur sub caniculę æstu. Potest etiā rosarum exungui, & per diē unā siccatarū 3. i. ad sextariū mellis despumati addeci, & aqua uelut dictū est sub canis æstu coqui, & uniri, & sic excolari, ac per dies quadraginta insolari. Cōuenit hoc quod ex succo malorū cydoniorū præparatur, morbis qui adstrictiōe & extersione opus habent, qui internis partibus exulceratis sunt, ore, stomacho, uentre & intestinis. Auxiliatur etiam scabiei in uenis. Et rheumbus ac uescicæ in quibus furfuracæ ac squamosæ & capilliformes urinarum sunt subsidētæ.

A ceti multū præparatio. Cap. CXL.

Acetū multum cōponitur ex optimo melle, & pelliculidissimo aceto, ita ut sint mellis partes duę, acetī pars una. Hęc proportio pluribus corporibus conuenit. Variari tamē potest semper pro gustus & tēperamētū a groti rōne, ut habeat, quod blandū ac gratū est naturæ. Coquitur ad mellis cōpagem & exhibetur calida temperatū. Potatū exterget uiscosos humores, & crassos attenuat. Quapropter uiscera omnia ab obturatione liberat, hepar, splenē, uentrem, mesenteriū, & renes. Cōmodum est enim his, siue in febribus, siue citra febres detur. Aquę uero multę ammixtione, uehementia uirtū ipsius exoluitur. Tussim autē mouere quæ nō est, & intestina radere acetum multum, Hippocrates & Galenus dixit: nō in corporib' crassis & glutinosis humoribus refertis, sed puris & nō redūdātibus superfluitatibus. Aut his quę ex tenui & acri fluxiōe laborāt, & quę neruofas partes ualde subtili sensu præditas habēt.

INDEX EORVM QVÆ IN

Sexto Aëtii Sermone habentur.

D E hydrocephala affectione. Cap. 1	Curatio puerorum recens natorum comitialium,
De phrenitide. 2	21
De lethargho. 3	De fatuitate. 22
De catocha & catalepsi. 4	De memoria amissa. 23
De caro. 5	De commorsis à cane rabiioso, aut his qui aquâ timent. 24
De comate. 6	De cerebri inflammatio- ne. 25
De uertiginosis. 7	De erysipelate cerebri. 26
De infania. 8	De syderatione. 27
De melancholia. 9	De resolutione. 28
Curatio melancholiæ. 10	De supercilii aut palpebrę resolutione. 29
De infania lupina aut canina appellata. 11	De conuulsione canina. 30
De incubo. 12	Lingvę resolutę curatio. 31
De morbo comitali. 13	De instrumenti uocalis resolutione. 32
Quę arguunt morbū comitalem. 14	De glutinosis resolutę curatio. 33
Quę collabentes comitaliales excitant. 15	Vesicę resolutę curatio. 34
Auxilia ad comitiales. 16	Colis resoluti curatio. 35
De his quis ex stomacho primario affecto, comitalis morbi modo conuellantur. 17	Intestini recti resoluti curatio. 36
De his qui ex parte aliqua habent morbi comitalis causam. 18	Cruris aut alterius cuiusdam mēbri resoluti curatio. 37
Curatio senum ac puerorū comitali morbo correptorum. 19	De conuulsionibus aut distentionibus. 38
Curatio ualde senum comitialium. 20	

INDEX

276

stentionibus. 38	tes. 54
De Tetano siue distentione & conuulsione. 39	De alopecia. 55
De capitis dolore distentiones. 40	De defluuio capillorum. 56
De dolore capitis ex ardore aut caliditate oborto. 41	Ad supercilia pilis denudata. 57
De dolore capitis in febribus. 42	Tingentia ac nigrefacientia pilos. 58
Ad capitis dolorem ex ebrietate, & meri potu. 43	Vt fului pili fiant. 59
Perfrigerati capitis medelæ. 44	Vt albi pili fiant. 60
De capitis dolore à stomacho. 45	Vt crispi pili fiant. 61
Quę ex natura capitis dolorem inducunt. 46	De his quę pilos corrumpunt. 62
Ad dolorem capitis obplagam. 47	Quę pilos extirpant. 63
De cephalæa. 48	Psilothra pilorum. 64
De hemicrania. 49	Quę pilos attenuant. 65
Communis curatio cephalææ & hemicranie. 50	De furfuribus siue porrigine. 66
Epithemata ad capitis dolorem. 51	De morbo pediculari. 67
Quę naribus indita caput purgant. 52	De Achoribus & reliquis pustulis capitis. 68
Apophlegmatissimi pituitam per os à capite detrahentes. 53	Ad capitis scabriciem. 69
Smegmata & puluilli inspersiles, caput densant	Ad parua & densa ac rubicunda capitis ulcuscula. 70
	Resiccantia ac cicatricem inducentia achoribus. 71
	Smegmata ad achoras furfures, asperitatem, & scabriciem. 72

De aurium affectionibus.	73	nes.	84
Ad dolores ex frigiditate.	74	Ad uermes in auribus.	85
Ad dolores ex aqua medicata.	75	Ad sanguinis ex auribus eruptiones.	86
Ad dolores ob humorum crafsitudinem.	76	De calculis aut aliis cordis.	87
Ad aurium sordes.	77	pulfculis in aurem illapfis.	87
De fonitu aurium.	78	Ad affectiones aurium extra meatum.	88
Ad auditus difficultatē ac surditatem.	79	De parotidibus.	89
Ad aurium inflammatio nes.	80	De narium affectionibus.	90
Ad aures absque ulceratione humectas, quæ uelut exudant, & seorsum humorem excludunt.	81	Ozænarum curatio.	91
Ad ulcera in meatu auris.	82	Polyporum curatio.	92
Ad corruptiones ac foetores aurium.	83	Ad ulcera in naribus.	93
Ad superexcrefcences in aurium ulceribus car		Ad sanguinis è naribus eruptionem.	94
		Quomodo sanguis è naribus eliciatur.	95
		De narium obturatione, & odoratus oblatione.	96
		De sternuatoriis.	97
		Ad sedandas redundantes sternutationes.	98

AETII SERMO SEXTVS.

De cerebri, capitis, & neruorum affectionibus, aurium item ac narium.

DE HYDROCEPHALA A QUOSA
CAPITIS AFFECTIONE,
LEONIDÆ. CAP. I.

Hydrocephala affectio appellata est ab aquoso humore in capite collecto. Plerumque igitur aquosus humor colligitur. Aliquando autem seculentus aut cruētus. Semper uero lentus consistit, aut ex obscura, aut ex manifesta causa. Ex obscura quidem, localibus uasis sua sponte rarefactis, & aquosa in ipsis essentia, quæ cum sanguine permixta est, depulsa, & in unum locum congregata. Atque ex huiusmodi causa aquosus humor colligitur. At uero ex manifesta causa fit, uasis localibus ex plaga aut contusione ruptis, & sanguine in ipsis prætereffuso, & deinde rarefacto, ac in essentiam seculentam, aut cruentam dissoluto. Frequētissime uero fit hæc affectio ex tali causa in infantibus, quum obstetrix functionis suæ inexperta, & duriore manu rem tractans, corpora alia qua in capite infantis attriuerit. Colligitur autem hic humor in hydrocephalis, aut inter cutem & membranam caluam ambiētem, siue musciculum temporū. Aut sub membrana caluam ambiente, inter ipsam & os capitatis. Aut sub calua, inter os & cerebri membrana. Maiores autem nostri dicunt etiam inter cerebri membranam & ipsum cerebrum colligi, id quod perniciosum existit. Siquidem igitur lentus humor fuerit collectus sub cute extra membranam caluam ambiētem, aut in

ter hanc membranam & os capitis, tumor adest iuxta capitis partem ubi collectio facta est, concolor, citra dolorem, mollis ad tactum, cedens ac transiens ad digitorum cōtactum. Et siquidem sua sponte fiat ab initio, doloris exors & concolor est locus. Si uero ex plaga, aut contusione, primū quidem rubicundus & dolorosus fit tumor, postea uero lentescente humore & in tenuem essentiā transeunte, tumor concolor citra dolorem euadit. At ubi collectio sub calua facta est, inter os & membranam cerebri ab initio dum modicus est humor, caput grauat, & uerrigines asiduae sunt, & sensus hebetantur, uisus inquam, auditus & reliqui. Quum autem redundauerit humor, futuræ capitis ob multitudinem disparantur, & propterea caput magnū fit, & locus collectionis apparet. Humor enim ad digitum cedit. In cōmuni igitur in collectione sub cute, & in ea quæ inter membranam caluam ambientem & ipsum caluæ os fit, iisdem aggressiōibus utimur, ad humoris excretionem. Et si quidem paruus est tumor, apex ipsius unica sectione diuiditur. Si uero maior, duæ aut tres sectiones sunt, aut plures iuxta magnitudinis proportionem, in locis ad effluxionem commo dis: Non oportet autem uelut in abscessibus, post chirurgiam limnicos transmittere, sed ipsas solas sectiones linamentis disparare. Nam post humoris excretionem, corpora in his facile agglutinantur. Quapropter linamentorum usu in ipsis contenti sumus. Post indita linamēta, si infans fuerit cui chirurgia adhibetur, deligationem propter grauitatem recufamus, uerum lana ouo imbuta imponatur, & caput pileo contegatur. In robustioribus autem linamenta forinsecus custodiantur, & deligatio fiat. Poterit autem à tertia die conglutinatio adiuuari, per emplastrum quoddam glutinatum. Quod si sub temporum musculo collectio fiat, expectare oportet donec humor redundet, ut ne mus-

sculus

sculus incidatur. Et postea à lateribus muscoli sectio nem facere. Et siquidem humor in profundo sub musculo contineatur, duæ sectiones fiant utrinque à lateribus muscoli ipsius. Deinde corpuscula secure per scalpelli manubrium excoriantur. Post totius autem humoris excretionem, curatio fiat uelut dictum est. At si sub calua collectio facta fuerit, itidē expectare oportet, & quum redundauerit humor, & futuræ fuerint disparatæ, fastigiatum locum dissecare, & consequenter facere uelut in capitis futuris disparatis.

De phrenitide. Ex Posidonio. Cap. II.

Phrenitis inflammatio est membranarū cerebri cum febre acuta, delyriū & mentis percussio nem inducens. Raro autem ab initio phrenitidis cū febre irruit, plurimis uero à quarta aut quinta aut sexta incipit, & adhuc serius, cū ipso ferme periculo incidens ut iam aliqui septima, aliqui nona delyrare inceperint. Differentiæ autem phrenitidis plures sunt, sed tres principalissimæ. Aut enim imaginatiua facultas solū læsa est, seruatur autē ipsis ratiocinatiua, & memoria. Aut ratiocinatiua solū læsa est, seruatur autē imaginatiua & memoria. Aut etiam imaginatiua læsa est, seruatur autem memoria. At uero ubi memoria deperdita est in febribus morbis, simul perit omnino & ratio, & imaginatio. Proinde anteriore cerebri parte læsa imaginatio solum læditur: Medio uero cerebri uentriculo læso, ratio peruertitur. Posteriore autem circa occipitium parte læsa, perit memoria, & cum ipsa omnino etiam reliquæ duæ facultates. Quibus igitur imaginatio læsa est, hi iudicant quidem recte, imaginantur autem peruerse. Quibus uero ratio solum læsa est, imaginantur quidem recte, iudicant autem non recte. Quibus autem memoria læsa est, nullius antea factorum meminerunt, immo neque omnino recte imaginantur, neque iudicant. Conuenit itaque parti magis læsæ, auxilia

auxilia adhibere, & tamen neque alias negligere. De memoria itaq; perdita priuatim paulo post dicemus. Nunc uero quomodo phreniticos curare oportet dicendum est. Aeger igitur decumbat hyeme quidem in domo tepida, æstate uero, frigida. Quæ uies autem imperanda est & ipsi ægroto, & omnibus in domo, & uicinis. Et qui quidem ad lucem efferuntur in tenebrosâ domo decumbant. Quæ uero ad lucis splendorem respiciunt, in lucida domo degant. Si quidē igitur phrenitis cum febre ab initio in prima die, aut secunda, usq; ad quartam irruat, & non ex transmutatione alterius morbi succedat, & urinæ fuerint subcruentæ, & facies rubicunda, & grætas uigoris, & bona corporis habitudo adest, & omnia signa simul indicant sanguinis multitudine, uena cubiti secetur, ea quæ media est, & pro uiribus detrahatur, & non usq; ad animi deliquium. Minus autem quàm oportet auferatur, ob plurimam quæ in ipsis ex uehementi motu contingit discussionem ac exhalationem, & propter lassitudinem. Sed & sectio moderata fiat, ut ne eger clanculum brachii uinculum exoluat. Consequitur enim periculum sanguinis eruptionis. Quod si ob aliquā causam, uenæ sectionis auxilium relinquatur, per clysteres uentrē euacuare oportet, cum fursurū aut ptisanæ succo, modicâq; nitri spuma ac pauco melle. Caput autem rosaceo magis tepido irrigetur. Nam cerebri membrana inflammata, frigiditas rosacei non est tuta. Immo neq; caliditas. Frigidum enim densat meatus, & superfuitates in capite discuti non permittit. Quod uero ualde calidum est, feruorem duplicat. Quare æstate exacte tepidum rosaceum adhibendum est, cum modico aceto: hyeme uero moderate calidū. Commodū est & chamæmelinū ex æquo ipsi ammixtum, si ambiens frigidior fuerit. Si uero uehementius fuerit delirium, post factā euacuationem, uelut dictum est, per uenæ sectionem aut clysteres,

res capitibus papaueris in oleo coctis caput rigato, & faciem assidue prolui præcipito ex aqua, in qua papaueris capita sunt cocta. Frontem uero somnifero aliquo pastillo illine. Olfaciant etiam assidue somnifica, in præcedenti sermone conscripta ad uigilias. Et sub ceruicalia capita papaueris subdantur, aut mandragoræ mala. At uero auctis malis, dandum est etiam somniferum ex capitibus papaueris pharmacū, cochlearii mensura plus aut minus pro uiribus. Dādū est autē id quod ex melle preparatur, nō quod ex passo, propter uinositatem. Detur autem hoc pharmacum in exacerbationis declinatione: Si enim datū fuerit in uigore, trahit quidem ad somnum, febris autē excitatur, & æger ad ambo partitus grauius fert quod contingit. Dato uero pharmaco quiescere iube. Præstat autem mel rosaceū ad pharmacū ex capitibus papaueris adicere, cōtemperat enim acrimoniam, & aluū subducit. Quapropter etiam aquæ quæ bibitur, mel rosaceum irrorare bonū est, in exacerbationis uigore. Cæterū assiduū usum stupefacientium pharmacorum, potionum, irrigationum, ac illitionum uitare oportet. Facile enim in his qui immodice perfrigerantur transitus fit à phrenitide in lethargum, quando etiam perniciosus fit morbus. Quare ubi delirium morā traxerit, serpyllū aut spōdium in oleo coquatur: Crassos enim uapores transpirare faciunt. Quum autem manserit facies etiam post uenæ sectionem, incontracta & rubicūda, cucurbitas occipitio affige, & moderatis uulnusculis impactis cutem scarifica, & ad libræ mensuram sanguinem detrahe. In cibo porrò dādus est ptisanæ aut alicæ succus, aut micæ panis sepe lotæ cum rosaceo melle. Mitigata uero febris, dentur oua sorbilia, & lactuca feruefactæ, quæcunque moderate humectant ac frigefaciunt, unâq; nutriunt, propter uirium debilitatem.

De lethargo. Archigenis & Posidonii. Cap. III.

Lethargi

Lethargi principia duo sunt. Quibusdam.n.septum
 transuersum & viscera primario affecta: cerebrū ad cō
 sensum ducunt. In quidam uero cerebrum affectionē
 auspicatur. Et quibusdam statim ab initio affectio inci
 dit. Quibusdam autē ex mutatione alicuius acuti mor
 bi. Nam à phrenitide maxime, in his qui per stupefa
 ciētia pharmaca perfrigerati sunt, trāsitio ad lethargū
 fit. Quin & à cōtinente febre mutatio in lethargum fit
 sēpissime, itemq; ex aliis plurimis morbis, præsertim
 in quibus plures euacuationes subsequutæ sunt. Alii
 quando etiam in diuturnis febribus, per circuitū con
 tingit ægrotos somno immergi, uelut in quotidianis
 fit & semitertianis, quandoq; etiam quartanis. Et alii
 quidem cum conuulsione & contractionem neruorū
 in soporem deferuntur. Alii pedetētim facta accessio
 ne & alii quidem unam immersionem sustinēt, in quo
 extreme periclitantur: Alii in circuitibus in somnum
 deferuntur, & rursus reuocantur. Proinde considerare
 oportet speciem delationis in soporem. Qui enim
 per circuitum somno immerguntur, manifestiorē puls
 um habent. Qui uero semper affecti sunt, minutissim
 um, & ægre mobilem. Hi uero etiam dum excitantur,
 aliena loquūtur & obliuiosi sunt. Qui uero per cir
 cuitum afficiuntur, nihil tale patiuntur. Et alii quidem
 cum grauitate & elata respiratione in somnum defes
 runtur, ut & stertant & singultus ac suspiria edant do
 lorem indicantia, quem reuocati neq; eloqui possunt,
 propter rationis læsionē. Alii uero quietissime dormi
 re uidentur. Et aliis quidē perfrigeratur artus & rugo
 si ac pallidi sunt, & corporis miscella ferē congelatur.
 Aliis uero diffunditur, & uelut rorem effundit circa
 exacerbationum declinationes. Qui igitur hac affe
 ctione occupati sunt, his hæc adsunt. Præcordia reuel
 luntur, uenter contrahitur, & uiolenter absidentib
 us excitati, rursus in somnum deferuntur, & obliuio
 ipsi.

ipsis. Nam dum sæpe ad mictionem urgētur, porrecta
 ipsis matula, se in manibus ipsam tenere obliuiscūtur.
 Aucto uero malo, totū corpus segne redditur, ac uelut
 mortificatur. Supini autē decumbētes ad pedes deflus
 unt, distētis manibus ac cruribus. Nasus quibusdā des
 stillat. Os ipsis hiat, & fortior eius hiatus succedit. In
 ferna mandibula uelut resoluta ac laxata uidetur. Atq;
 hæc quidē adsunt lethargicæ affectioni. At uero cura
 tionē ipsorū aggrediētes in domo lucida ad splendore
 ipsos locamus. Sit autē domus tepida. Pedes & manus
 cōfricētur. Odoramēta excitatoria exhibeantur, uelut
 est castorium, funiculus lucernarius extinctus, pix liqui
 da, bitumen, galbanum. Suffita quoq; lethargicos exci
 tant, lapis gagates, bitumen, castorium, peucedanum,
 sulphur, galbanum, sagapenum, cornu ceruinum, hirs
 ci fordes, abrotonum, silphium. Sternutatoria quoq;
 que naribus admoueantur. Si uero multitudo huius
 morum in corpore est, si quidem sanguis fuerit res
 dundans, uena secetur secunda die, & pro uiribus euac
 uetur. Si uero pituitosa & lentior materia fuerit, uelut
 in lethargicis redundare solet, attenuantia exhibe
 re oportet, & quæ crassiciem secare possunt, ita ut his
 quibus neruosa pars læsa non est, acetum mulsum ex
 hibeamus: Quibus uero læsa est, decoctum apii, fœo
 niculi, adiantii, & similibus. Sed & alius efficaciore
 infuso eluatur, & glandes subdantur ex ruta, nitro,
 cumino, & melle cocto. Caput autem rigetur in
 principio quidem serpillio in aceto & oleo cocto.
 Verum in intentis affectionibus peucedani radicem
 pro serpillio in aceto coquito, & cum oleo capiti ad
 hibeto. Bonum est ipsis & oleum irinum. Tremor
 ribus autem & contractionibus succedentibus, casto
 rium cum modico aceto terimus, & oleo addito cas
 put irrigamus. Si uero præcordia sint inflammata,
 in principio cataplasmata adhibeantur, ex polline
 aut

aut pane, & malo cotoneo cocto, aut pāpinis uitis . In
 progressu uero, semen lini ad pollinē aut panē ammi/
 sceatur, & absinthium, & althææ folia cocta. Postea ue/
 ro ex ordeï farina, & scenogræco, & althææ radice ca/
 taplasmata fiant. Omnibus autem absinthiū ammiscea/
 tur. Sit autē latū lintheū, ut utrinq; latera, & pectus sub/
 mammis amplecti possit. Post cataplasma uero partes/
 nudas sinere nō oportet, sed cerato nardino aut cypri/
 no contegere. Retro autē dorso ceratū ex sicyonio fa/
 ctum imponere, quo dterebinthinam & baccas lauri/
 tritas infartas habet. Et si quidem inflatio adsit ammi/
 sceantur cataplasmatibus ea quæ flatus discutunt, uelut/
 sunt, cumini, baccæ lauri, ruta, & similia . Si uero quid/
 induratum fuerit & libanotis addatur, & farina faba/
 rum. At uero in diuturnis iam lethargicis uiribus præ/
 sentibus danda est hiera ex colocynthe. Et sternutato/
 ria adhibenda ex ueratro albo, struthio, pipere, casto/
 rio . Et naribus infundendum elaterium cū lacte, aut/
 cyclamini succus, aut ipsa radix sicca trita insufflāda, &
 ori ac palato sinapi cum melle illinēdum. Deinde oc/
 cipitio curcurbitæ affingendæ cum multa flamma, item/
 circa primū & secundum uerticuli, sanguisq; detrahē/
 dus ex posteriore capitis parte. Postea derasis capillis/
 capitis sinapismus adhibendus ex caricis cum sinapi/
 aceto macerato. In trementibus uero etiam castorium/
 sæpe potandum detur . Afectione autem declinante/
 æger ad balneum ducatur, & sinegmate mordaciore/
 utatur. Velut est fex usta, sinapi, pyrethrū, piper, bacce/
 lauri, calx uiua, nitrī uero duplum adiciatur . Cibi/
 porrō sint tenues & incisorii ac resiccantes . Et cum/
 condimentis parati, apii, anisi, cumini, pipere & bac/
 cis lauri. Et ex uolucris conueniunt, gallina dome/
 stica, columba, auiculæ montanæ, & perdix. Ex pisci/
 bus, petrosi . Ex oleribus, porri, asparagus, petroselin/
 num, chamædaphne. Vinum aquosum, tenue, album
 subad

subadstringens . Sed & reliqua curatio iuxta eundem/
 modum fiat.

De catocha & catalepsi. Cap. IIII.

Mediam inter phrenitidem & lethargiā affectionē/
 reperies, quæ species est delirii siue amentia . Medici/
 autem catocham & catalepsiū, hoc est mentis occupa/
 tionem & apprehensionem uocare solent, ex humo/
 re atræ bilis magis contingens. Periculosior est autem/
 hæc affectio quàm lethargus. Verū in febribus lethar/
 go similibus consistit, & aliquando dormire aliquādo/
 uero palpebras apertas habent, aut nictant, aut intente/
 uidēt, & uelut fixos oculos ac palpebras habent, & pe/
 nitus immobiles, adeo ut neq; si quis manum oculis/
 ipsorum obtendat, eos claudant. Voce insuper ac sen/
 su priuantur, neq; audientes neq; respondētes. Admo/
 uent autē manus suas aliquando ad caput & oculos ac/
 nares, uelut qui uellicentur, atq; hoc non sentiunt. Pul/
 sus sunt parui, languidi, ferme deficientes. Spiritus ali/
 quando dēsus, aliquādo rarus. Et per interualla quedā/
 magnū spiritū ducunt . Aluus & urinæ supprimuntur,
 non præ siccitate: Habēt enim multū humorē, sed pro/
 pter sensuum stupiditatē . Gramæ his subaridæ in an/
 gulis oculorū fixæ sunt. Et aliquando uicinos parietes/
 attingunt. Et in summa neq; phreniticis omnino simi/
 les sunt, neq; lethargicis. Quandoq; etiam ob sangui/
 nis multitudinē confertim caput occupantis & ipsum/
 superimplentis fit hæc affectio: quem admodum uidi/
 mus in adolescente quodam multo sanguine referto. *Sig. p. 2*
 Qui quum triduum exegisset, neq; claudēs palpebras,
 neq; ad uehementes uociferationes transuouens ocu/
 los, neq; respondens, quarta die sanguinis eruptione/
 larga per nares facta, ab omnibus molestiis confertim/
 liberatus est. Quare si eger multo sanguine refertus ap/
 pareat, citra dilationem uenam supernam in cubito se/
 ca, & pro uiribus detrahe . In aliis autem primū uen/
 trem

trem per clysterem eluere oportet, simpliciore infuso immisso uelut est fursurū succus cū spuma nūtri & melle. Postea uero etiā polypodii radix cū fursuribus coquatur. Caput aut primū irrigetur oleo dulci tepido. Deinde si caput calidi⁹ apparuerit, caput papaueris in oleo coquatur. Si uero frigidius, serpillū. Et si quidē facile solubilis fiat aluus ex prædictis infusus, in ipsis pleuerandū est. Si uero sistatur, ueratri nigri radix cū fursuribus coquatur. Potus ipsis cōuenit apomeli, aut aqua mulsa pro tēpore diuīus cocta. Quod si urinæ crassa fuerint, etiā anethi & apii decoctū detur. Cibi sint, pūis sanę succus & similia. Aqua his aduersatur, auget, n̄ inflātionem, fluctuationes facit, & splenes excitat, & sitim nō sedat. Totū aut corpus oleo anethino inūgatur, maxime hyeme. In q̄bus uero ē tremor succedit, castorii ʒ. i. cum aqua mulsa ori infundatur.

De caro. Posidonii.

Cap. V.

Quum frigidi & humidi humores cerebrum occupāt caros appellata græcis affectū succedit, hoc est, carpitis perculso, cum debili febre. Consequitur sensum stupor, & totius corporis immobilitas, cum principaliū actionum læsione, oculi uero ipsorū semp sunt clausi. Differt autem caros à lethargo, quod lethargici in terrogati respondeant, & non omnino sine uoce decubant. Verū qui in caron collapsi sunt, somno profundissimo detinentur, ut dum punguntur sentiant quidē non tamen loquantur, neq̄ oculos aperiant. Curandi uero sunt & hi similiter uelut lethargici, ita ut magis incisorium & attenuatoriū curationis dictū faciamus. Stomachi quoq; cataplasmata, unā cum hoc quod calesfaciant, etiā corroborandi uim habere oportet.

De comate. Posidonii.

Cap. VI.

Soli uapores calidi & humidi, & subiectis partibus ad caput in febribus delati, & ipsum implentes, affectionem faciūt, quā Medici coma nominant, Cognoscitur

scitur si somnus amplior naturali fiat, & in somnis pedregrina loquuntur, & corpore inæqualiter habent, & infernā mandibulā inter dormiēdū laxatā. Et sepe ex citati cōfertim rursus in somnū deferuntur, & caput humidius habēt. Curātur ex irrigatione rosacei, aut chamæmelini cū aceto. Sit autē acetū accerrimū. Si uero frigidius appareat caput, anethinū cum aleo dulci ex æquo pmixtū ac calefactū adhibe. Et in summa, in quā tū intenta est frigiditas, in tantū calefactoria augeatur, ut et pulegiū aliquādo & rutā in aloe coquamus. Glādes quoq; sedi subdatur, quæ multū irritare possunt. Nutriantur autem pūsanæ succo, & apomelitæ.

De uertiginosis. Archigenis & posidonii. Cap. VII.

Vaporibus calidis & acribus ad caput delatis, & animalem in cerebro spiritum eueritentibus, primū hebetitudinē quædam in oculis fuit. Postea ē aurii sonitus assidui, & auditus grauitates, atq; hæc maxime contingūt circa ciborū coctionē, & ubi ex somno exurgūt, augetur affectio, uertigines & obtenebrationes oboriuntur, ut putēt se uidere omnia circumuerti. Cōtingit hoc et ubi cōfertim ex sellis surrexerint, cruditate quodā prægressa. Perseuerante uero diutius malo, ex facili occasione uertigine afficiuntur, ut etiam concidant aliquando, maxime ubi in circulum circumuertantur. Nam quod aliis ob multas circuitiones contingit, hoc illis ex una. Sed & si alium quendam circumuerti uiderint, uertigine afficiuntur, aut si trochum, aut tale quid circumuerti conspiciant, idem perpetiuntur. Spiritus enim uisuius ad trochum qui circumuolutatur allabens mouetur, & simul cum illo circumfertur. Atq; sic inæqualem & turbulentum ac inordinatum humorem, ac spiritus motū sufficit. Facile uero corripitur hac affectio q̄bus consuetæ excretionēs sunt oppressæ. Sed & cruditates & ardores assidui, & ebrietates, affectionem hanc efficiunt. Consequitur

& alui suppressio, & propterea multa inflatio, & urinarum tenuium ac paucarum excretio, materia ad caput accurrere. Graciles autem in totū ferme sunt, & pigri ad omnem aggressionem. Siquidē igitur ea quæ oculis obuersantur sanguinolentiora se uidere putant, ad insaniam magis apti sunt. Quia uero purpurea uidet, ad morbum comitalem. Si igitur uires robustæ fuerint, & nihil aliud aduerfetur, uena secāda est, siue principium affectionis fuerit, siue tempus iam progressum fecerit. In uenæ autem sectione uitandū est ne acruatim euacuemus, eo quod ex qualibet occasione concidant. Quare pluribus detractionibus ex quibusdā inrerualis utentes congruā mensuram explebimus. Irrigetur autē caput tēpore sectionis uenæ aceto & rosaceo, polygona aut hederę succo ammixto. Et lana conuoluta rosaceo aut cœnanthino madefacta eodē tēpore uentri imponatur. Si uero quid sanguinis detrahitio nē impediatur uelut gracilitas, aut aliud quid ex sæpe relatis, subducatur alius, primū per clysterem ex fursurū succo, spuma nitri & melle. Postea uero picra ex aloecompositio assidue detur. Si uero accidētia perseverarint, etiā uehementioribus purgatoriis utendū erit, sita ut ad redundantem humorem pharmacum adaptes. Ex efficacioribus autem purgatoriis commodant his quæ feniculum in aceto multo costū habent. Et quod ex palmulis, ruta, & scammonia præparatur. quorum compositiones relatę sunt in purgatoriorū Sermone. Sed & pituitam a capite per os detrahentibus, & gargarismis utendū est, ex origano, pulegio, & aceto multo. Postea uero etiam anagallidis succus naribus infundatur, aut cyclamini, aut radice betæ, aut elaterium cum lacte. Sed & nitrum cum nigella tritum, & oleo ueteri ammixtum, generosam per nares purgationē facit. Post hæc autem ad balneum ducantur. Tale uero frictorium caput corroborans ipsis conuenit. Lapidis

dis aſti unc. i. spumæ nitri albæ unc. i. iridis unc. i. floris iunci odorati sextans. Ex hoc quod satis est accipe & sincipiti insperge, modicam aquam calidam irrorans. Deinde ubi lauisti, & caput calida non madefecisti, sed solum abluisti, egressus de solio frigida ter aut sapius madefacito. His uero qui ualde calidum caput habent etiam rosaceum cum aceto sæpe adhibeas, & ipsum ex salientibus aquæ in balneo frigefacias. Et si quidem ex his cesserit affectio, cessandum est à medicationis molestia. Si uero perseverarit, arteriæ in capite iuxta tēpora supra aures incidantur, uentre prius euacuato, aut per hieram, aut per clysterem. Postea uero confrictoriis fortioribus utendum est, quæ ad insanos referuntur. Cibi sint boni succi, facile concoctiles, flatus exortes, omnino stomacho commodi, uentri commodi, urinam cientes. Vinum modicum sit, album & tenuissimū, & non ualde uetus. Conueniunt his balnea naturalia aluminosa. Maxima uero & prima ac ultima in his præseruatio ac curatio est, ut suppressæ excretiones commoueantur, & officii sui commoueantur, maxime in mulieribus.

De insania. Archigenis & Posidonii. Cap. V I I I.

Insania fit citra febrem, multo sanguine non putrefacto ad cerebrum conflente, qui aliquādo purus est, & multitudine solum affligit, uelut in ebriis. Aliquando uero flaua bile ammixta. Præcedit insaniam capitis debilitas, uelut in podagra debilitas pedum semper adest: Tunc autem dolent, quum materia locis inflexerit. Si itaq; ob solum sanguinem insania fiat, hæc consequuntur. R. istis immodicus ipsis comouetur uidentibus sæpe ob oculos imagunculas quasdam risu dignas, & hilaris est ipsis facies, & assidue canunt. Aliquando enim ex contingentibus euaporationibus sonitus circa aures adsunt, ut putet se tibicines quosdam audire. Seruatur in ipsis memoria, uelut ex cantilenis

quas familiares habet coniectare licet. Laesa est autem imaginatio & ratio. Si uero flaua bilis ad sanguinē fuerit ammixta, & mordacem ipsum effecerit, uelut ex ipsa stimuletur ac pungatur cerebrū & membranā eius, iracundi & temerarii & percussores ac iniuriosi fiunt. In quantum enim bilis sanguini mixta est, in tantū mutat iucunditatē, & auget tristitiam ac iram. Si uero amplius fuerit bilis superassata & crassifecta, & ipsi corpori cerebri ac membranarū instar uisci agglutinata, pungatq; ac diuellat: ferina deliria efficit. Quidam enim iam propriam carnem gustarunt, & domesticos uelut insidiatores tractarunt, occiderunt, percusserunt, uulnerarunt. Contingit autem eundem hominem aliquid quando risu immodico teneri, aliquando ira & indignatione. Nam in fame ac inædia tolerata & ex acrioribus ac salisioribus alimētis & in pluribus motibus ac turbationibus, sanguis seipso acrior efficitur. In cōtrario uero statu, mitior. Sepe autem etiam nullo auxilio adhibito, per modicum cibū & commoda alimenta, progressu temporis id quod lædit consumitur, & cerebrum à superfluitatibus intactū manet, & purum mentis emotionis interuallū ac defectus & intermissio cōsequitur. Quid uersūdā per circuitum quendā irruit affectio: Aliis semel in anno: Aliis bis, aut sæpius, coaceruato uidelicet paulatim eo quod molestū est. Corripuntur hac affectione pauci ante uigorem ætatis. Plurimi in ipso uigore, & post ipsum. Viri magis quam mulieres. Et ex illis magis qui animalibus affectionibus diuexantur, uelut sunt irrisores, risu multo & intēpestiuo utētes, intractabiles, iracundi, curiosi, auari, potiores item & assidua cruditate laborantes. Et quibus cōsuetæ excretionēs suppressæ sunt. Et propterea etiā mulieres aliquando insanunt, quibus menses suppressi sunt. Infinite uero sunt insanix species, quas exponere superfluum est. In delapsuris igitur in hanc affectio-

nem,

nem, prædictorū præcetera quædam præcedunt, uelut risus præter rationē non assuetis id facere, & facili occasione irascuntur, & aurium sonitus adest, & splendores oculis obuerfantur: Et uigiliæ adsunt intēta, & curæ per uices repentes ac peregrinæ, grauias intē & uibratio capitis. In progressu uero temporis omnia hæc intenduntur, & appetentiæ ipsis pituidiores fiunt, & ad uenerē prompti fiunt. Et ideo assidua seminis in somno effusiones ipsis fiunt, & oculi cauantur, simulq; intēti ac fixi consistunt. Atq; hæc consequuntur usq; ad perfectam mentis emotionem. Oportet igitur doctū medicum ægri curam gerentem, his apparentibus, aut quibusdam ex ipsis, facere quæ oportet. Si itaque tales notas affectio præmiserit, aut etiam iam insitit, uictum tenuem exhibere conuenit, forbilem, liquidū, non percipientem, uentri commodum, & qui neutriquam sanguinem generare potest. A uino abstinendum est penitus. Vbi uero per triduum hominem eodiuictu curasti, aliquam cubiti uenam secato, præcipue quidem supernam. Si uero non appareat, mediam. Aut si hæc non appareant, uenas circa talos perquirito, maxime in mulieribus, eo enim momento etiam menses impelluntur. Quod si neque hæc appareant, ad ea quæ in summis manibus ac pedibus sunt transendum est. Studendum enim est ut prius per uenæ sectionem generosa euacuatio fiat, atque sic affectuum patium curatio sequatur. In uenæ autem sectione pro uiribus euacuationem facere oportet. Extincto enim feruore, euestigio quidem considerantes fiunt. Simul autem & locus aliis auxiliis datur. Quandoquidem uero aliqui in prima detractione generose ferunt euacuationem. In repetitis autem detractionibus animi deliqua incidunt, cōuenit hos in prima detractione euacuare quantum opus est. Sic enim multū deflatuosa & uaporosa superfluitate coeuacuatur.

Itaq; pulsus assidue tangere oportet, dū sanguis fluit. Et si conciderint, reseruare ad repetendam detractionem. Sæpe enim recuperatis uiribus postera die detractionem repetimus. Aliquando etiam tertiam sectionem seruantes appposito sale. Caput uero irrigare oportet rosaceo cum aceto, aut polygoni succo, aut oleo cenanthino, aut melino. Lana autē sordida oleo imbuta sincipiti imponatur, & frequentius renouetur. Post euacuationem omni modo procurandus est somnus; sanguine enim euacuato si successerint uigiliæ, acrior res & feriores ipsos faciunt. Quapropter confidentes pharmacū ex papaueribus capitibus dabimus, quod somnū inducit, cū ptisanæ aut alicę succo, aut cū aqua. Iucundum enim fuerit, & postea somnus succedet. Plerique enim ipsorū omnia somnifica contemunt. Quapropter etiam si prima die eo accepto dormierunt, intermissa die una, rursus dādum est de eo cochleariū. Solet enim uel solū post uenæ sectionem, perfecte liberare ab affectione, unā cum conueniente diætā. Cū uendū tamen est ne consequenter ipsum exhibeamus. Stupescit enim sensus. Studendū etiam est ut uentrem facile solubilem faciamus, tum per cibos, tum per clysteres. His autem factis, à localibus auxiliis incipere oportet hoc modo. Sanguinem à uena in fronte euata media detrahente conuenit, ita ut per phlebotomum instrumentū ipsam diuidamus non facta impulsione, uelut quidam facere solēt, propter maximas inflammationes membranæ caluam ambientis, quæ sæpe lauciata ipsa succedere solent. Detrahendi est autem sanguinis libra ferme una. Post hanc euacuationem, in his qui sanguinem habent biliosiorē, intermissis quinque diebus, detur picra ex aloe, cochleari magni mensura cū aqua mulla. Deinde etiā per nars caput purgetur, radicū betæ succo infuso, aut elærio: aut atramento sutorio cū lacte. Sternutatorium crocy

adhibetur

adhibeatur ex ueratro albo & herba lanaria. Sed & per os pituita detrahatur, per mastichem & staphidem agriam. Et per gargarifationem aceti mulli, in quo coctum est pulegium & hyssopum. Subducatur etiam alius purgatorius ex centaurea, & ex gentiana. Sed & ipsa p seipsam radix gentiana cōmoda est pota drachma unius pōdere cum aqua mulla. Datur & aristolochia eodem modo. Prodest autem maxime ipsis scoriculi magni syluestris radix & semen, ex aqua quotidie pota. Et radicis bryoniæ drachma una. Postea uero sanguisugæ toti capiti circumcirca affigantur, & septem sincipiti. At in mulieribus studendū est ut mensis moueamus. Deinde uiribus reparatis per dies septem, Galeni hieram dato, quæ maxime obstochadis copiam euacuat. Dato autem drach.iiii. ex aqua mulla. Deinde rursus narifusoria adhibeantur. Declinante uero affectione ad balneum ducantur. Frictoriū autem cōmodum ipsis in balneo, hoc est, Iridis illyricæ, lapidis asii, manne, thuris, spumę nitri albæ, punicis, buccinorum ustorū, floris iunci odorati, apii, cassiæ, rosarū siccarum, singulorū unc. i. tundito & cribrato, ac utitor in prima balnei domo, inspergens sincipiti quantū satis est, & aquā tepidam irrorans, ita ut satis longā moram in domo trahat, quo uires pharmaci usq; in profundum distribuantur. Deinde capite leniter deterlo & abluto ubi lotus est ita ut caput non madefecerit calida, ex folio exeat, & frigida iterum atq; iterum irriget. Si uero ualde calidū caput habuerit, etiam sæpius frigida perfundatur. Post hæc per rubificatoriū ex sinapi & caricis caput corroboretur. Et per interualla quædā pituita per os detrahatur, & narifusoria adhibeantur. Diætā uero statuatur tenuior, concoctu facilis, uentri commoda, status exors, uim contemperandi habens. Vini usus his rarus sit. Si uero reliquæ affectionis susperuerint, ad ueratrū album deueniendū est. Modus

autem utendi relatus est in Sermone de purgantibus medicamentis. De cætero uero admonendi sunt, ut ab omnibus eduliis & potibus bilē gignētibus abstineāt. In uere autem quotannis uenam secent gratia præseruationis. Deinde etiam purgentur, & præsertim si bilis magis redundarit. Mulieribus uero menses consueto tempore proritentur ut fluant citra impedimentum. Sed & in aliis consuētæ excretionis procurentur.

De melancholia. Ex Galeno & Rufo.

Cap.

IX.

Quemadmodum in apparentibus corporis partibus, aliquando omnibus eadem temperatura apparet, uelut in malo corporis habitu, elephantiasis & hydropisi: Aliquando uero una quædam pars, aut amaræ bilis, aut pituitæ, aut atræ bilis humore suscepto, ipsa solum temperaturam mutat. Sic etiam circa cerebrum fieri potest, ut aliquando toto in uenis sanguine atrabillario facta, ex communis detrimenti ratione etiam cerebrum lædatur. Et rursus ut alio tempore, sanguine in toto homine illæso permanente, is qui iuxta solum cerebrum est alteretur. Et contingit hoc dupliciter aut aliunde conflante in ipsum, aut generato in loco atræ bilis humore. Generatur autem à caliditate multa indigena, aut flauam bilem, aut crassiore & attriorem sanguinem a daffante. Plerumque uero partes circa præcordia primario affectæ, caput ad consensum perducunt, & delirium efficiunt, aut ipsa bile cerebri occupante, aut aliqua uaporis melancholici exhalatione. Quemadmodum in morbo flatuoso & præcordiali appellato. Nil enim rationi nostræ obstat, aliunde & ex alia parte principium & generationem affectionis esse. Nam os uentris quomodocumque affectum facile ad consensum ducit cerebrum ob cognationem, per maximos duos neruos qui ex suæ pernis ad ipsum deferuntur. Perducit etiam ad consensum cor ipsum ob uici-

ob uiciniam. Similiter quoque septum transfursum quod etiam ipsi inferitur. Communitas est etiam stomacho ad spinalem medullam, qua parte & incumbit, & colligatur uerticulis colli. Principium itaque eiusmodi melancholice plerumque ex cruditatibus: Flatus enim ipsis succedunt multi, qui facile eleuatur & circa præcordia diutius morantur, & ructus ipsis acidi consequuntur, nullo eiusmodi cibo accepto. Vētres plerumque ipsis siccis sunt, somni parui diuulsi, insomnia turbulenta & peregrina, uibrationes corporis alia aliis, uertigines capitis, & flatuum sonitus circa aures. Et aliis quidem caput plenum & graue esse uidetur, aliis uero leue & uacuum, aliis siccum. Quidam neque omnino caput se habere putauit, ad quæ excogitasse dicitur Philotimus supra reliqua curationem plumbeum pileum, à quo grauatus caput se habere intelligeret. Fiunt etiam mente capti, & timidi, & misericordes, & lachrymantur, ac deserta persequuntur. Quidam etiam dæmones ab inimicorum præstigiis sibi immisos esse putant. Alii uenenosum pharmacum accepisse suspicantur, & suspicionem ipsorum confirmant uirosi ac peregrini ructus qui ipsis adsunt. Et est morbus hic omnifarius & non facile enumerabilis. Velut uerbi causa circa timores. Alius amicissimos timet, alius omnes homines. Et alius ad lucem prodire timet, & tenebras persequitur. Alius fugit caliginosos locos. Plerique tamen in tenebrosos locis degere cupiunt, & in monumētis ac solitudinibus. Quidam uero etiam aquam timent, & uinum & oleum, & omnem liquorem, uelut qui morsus sunt à rabioso cane. Et in summa, Melancholica deliria multiformia quidē sunt, ob particulares corruptas imaginationes. Vnū uero omnibus ipsis, commune est: Timor & tristitia. Tristantur enim omnes præter rationem, & neque si interrogas habent quod dicant cur tristentur. Non pauci uero ipsorum mortem timēt, & alia quædam nullo timore

timore digna. Sunt etiam qui mortem uehementer exoptant. Quod igitur ob atram bilem rationalis animæ principia occupantem, timor fit, & tristitia, & mortis formido, nihil miri est. Videmus enim etiam extra corpus nihil nobis ita horrendum, uelut sunt tenebræ. Quum igitur uelut caligo quædã rationali animæ parti circumfusa fuerit, necesse est timere hominem, ut qui causam timoris secum in corpore circumferat. Sicut enim in profundis tenebris pueri timent, itemq; adulti imperiti: Ita etiam atræ bilis color, uelut tenebræ rationis locū obumbrans timores efficit. Quapropter omnium symptomatum singulas accidentiū causas enarrare impossibile est. Pleraq; enim multā difficultatem habent, uelut uerbi gratia. Cur fugiunt uelut horrenda, quæ non sunt horrenda. Alia uero persequuntur uelut bona, quæ non sunt bona. Et cur alius domesticos timet, alius uero omnes homines, & huiusmodi. Plurimorū uero symptomatiū causas medicū dicere, non est difficile, uelut, qui sibi uideatur uas fictile esse, propter siccitatem hoc patitur, frigidus enim & siccus est melancholicus humor. Similiter etiā qui cutem suam siccis pellibus similem esse putat. Qui uero putabat se caput non habere, fortassis ob leuitatē hoc passus est, quam flatus uentosus sursum latus ipsi exhibuit. Cur uero appetunt melancholici plures cibos? Num quia frigescit ipsis os uentris? Cur autem aliqui ipsorum uini potiores sunt? Num quod frigiditas calēfactione opus habet? Cur autē occidunt seipfos? Num quia à maioribus malis liberari se putant? Nisi fortassis talem opinionem induunt, quod bonum est mori, quod barbaris quibusdã uideretur. Cur autē cruditates assiduæ ipsis fiunt? Num quia turbatū & superfluitatibus pleni sunt ipsorum corpus, & propterea etiam uenter intemperatus, ut qui semper ex atræ bilis humore perfrigeratur? Cur autem alui plerunq; ipsis siccantur?

tur:

Num quia flatus superne circa præcordia consistit & non ualde infra secedunt? Necesse itaq; est ob hoc ipsum etiam uentres siccos esse. Ex multa uero retētionē, aliquando coaceruata ac colliquata egerunt. Oculis autē plerunq; nictant, & oculi ipsis prociidunt, & crassa labia habent, propter crassum flatum. Atri uero coloris, propter humoris diffusionem. Hirsuti uero pleriq; ipsorum sunt, propter multitudinem crassarum superfluitatū. Veloci uero plerunq; lingua sunt, & balbi, & gracili uoce præditi, ob linguæ incontinentiam. Motus enim concitationes à flatu fiunt. Quicquid autem concitate mouetur, cito desinit. Et procliuē sane fuerit etiam aliorum symptomatiū causas redēdere, si quis ex his progressum facere uolet. Porro nigrescit aliquando hic humor supercalefactus, aliquando superfrigefactus. Nam quale quiddã patiuntur carbores, dum uruntur lucidissimi ob flammā existentes, extincta autem flamma nigrescentes: tale quiddam circa clarū sanguinis colorem frigiditas facit. Videmus enim etiam in externis, quædã corpora liuida fieri ac denigrari à frigiditate. Et rursus excessus caloris resiccās ac consumēs humiditates, à quibus calor nutritur, humores nigrefacit, quemadmodum etiā sol fructus, & hominū corpora. Hæc igitur sunt quæ ante curationem Medicum cognoscere oportet. Quæ uero discedenda sunt ut quis ita ægotantibus opem ferre possit, iam tempus est subiungere. Non parum autem refert ad curationem, nosse unde morbus initiū habuit. Cognoscere itaq; oportet quod duplex est melancholiciæ species. Quidam enim ex natura & temperatura ab initio atram bilem habent. Quidam uero ex mala diætâ postea id temperamentum acquisuerunt. Et est hæc species segnis semper & tristis. Qui uero ex flauæ bilis superaffatione in delirium incidunt, audaciores & iracundiores aliis sunt, & percussores, & omnia hor-

renda

renda facientes, & maxime tēpore quo bilis superasatur. Quo uero tēpore ipsa extincta fuerit, tristes, moesti ac timidi fiunt. Quū igitur totū corpus melancholicū cū sanguinē habuerit, à uenæ sectione principiū curationis facere conuenit. Quū autē solū cerebrum, æger uenæ sectione nō habet opus, nisi multo sanguine redundarit, & præsertationis gratia detractionem faciamus. Cognitio uero an totum corpus melancholicum sanguinē habeat, aut iuxta solū cerebrū talis sit, ex his à te fiat. Nigriores & hirsuti, & qui uenas amplas habent, aptissimi sunt ad atræ bilis generationē. Aliquādo etiā homines colore rubicundi, cōfertim in melancholicā temperaturā transeunt. Consequenter autem ab ipsis, flauī, & præsertim ubi uigiliis, & laboribus pluribus, & curis, & tenui uictu, aut melancholicis edulitiis fuerint usi. Ad hæc si suppressa est hæmorrhoidis in sede, aut alia excretio consueta, aut mulieribus menses, nec parum confert anni tempus, & aeris status, & regio, & ægri ætas ac studium. His omnibus præconseruatis, ubi speraueris in totius corporis uentis melancholicum sanguinem contineri, certissimū experimentum adhibeto, ex uenæ cubiti mediæ præsertim sectione. Si enim effluens sanguis non uidebitur atrabiliariis bus esse statim cohibeto. Si uero talis apparuerit, quātum pro ægri corporis habitu satis fore putaris euacuato. At uero tertia melancholiæ differentia, cuius principium à uentre hærrere diximus, & quæ affectio præcordialis appellatur, sæpe ex relatis cognoscitur. Primū. n. incipiunt uentris symptomata, uelut sunt inflationes, rugitus, ructus acidi ac uirosi, & quod uenter resiccatur, & quod in secelsibus ac uomitibus & ructibus alleuantur, & quod ipsi ægri percipiunt omnes uexationes circa præcordia consistere. Quæadmodū igitur dum quibusdam sæpe ex uentre fuliginosa quædā aut fumosa, aut omnino crassorū uaporum exhalatio

sursum fertur, uelut in suffusos oculos habitibus, aliqua ob oculos uersantur. Eodem modo etiam nūdum melancholica exhalatio ad cerebrum, uelut fuligo aut fumus fertur, melancholica quoq; symptomata circa mentem contingunt. Quum igitur melancholici delirii propria symptomata apparuerint magna. Circa uentrem uero aut nihil molesti, aut minimū fuerit, in his cerebrum primario affectum esse putandum est, uelut prædictum est.

Curatio melancholiæ. Galeni. Cap. X.

Melancholiā ex cerebro primario affectu obortā, per balnea asidua, & diætā boni succi humidā ac flauā extortē curare oportet, citra aliud efficacē auxiliū, nisi ob tēporis lōgitudinē humor assigens ægre euacuatur: quādo sanē magis uarias ac fortiores curationes adhibere oportet. Incipiētē autē affectionē curare cōuenit. Nā inueterata ac aucta, ægræ tractabilis euacuat. Rufi. Siue autē cerebrū primario affectū fuerit, siue præcordia, cōia sunt subducētia uentrē auxilia. Primū igitur bonæ concoctionis cāram habere oportet. Postea uero purgare primū epithymo & aloë. Horū enim etiam si parum quotidie acceperit, prodest tamē moderate & paulatim subducēdo. Posidonii. In quibus sanguis redundare apparuerit, statim ab initio uena secetur in cubito, & præsertim in quibus consuetæ sanguinis excretiones sunt suppressæ. Verum in mulieribus quibus menses defecerunt, uenam in talo secare oportet. Et in singulis pro uiribus sanguinem euacuare. In quibus autem uitiatī humores magis redundāt, præparatum per uictum ægrum purgabis per hieram Rufi, aut Archigenis, aut Iusti. Si uero utriq; redundet, facta prius uenę sectione purgato. Postea interpositis aliquot diebus, alium per clysters euacuato, primum cum furfurum succo, spumaq; nitri ac melle. Deinde etiam polypodii radices confusas, aut epithymū cum

cum fuffuribus coquito . Post triduum à clysteris ufu
 detur ipsis picra ex aloë cōpositio, quæ supra reliqua
 omnia, etiam epithymum accipit. Præparanda est au-
 tē, uelut Themison iubet, ita ut aloes accipiat ʒ. c. ma-
 stiches, croci, spice nardi, cinamomi, aut casisę dupli,
 alari, carpobalsami, singulorum unc. i. His uero etiam
 epithymi sextans addatur. Detur autem cochlearii ma-
 gni copia cū aqua mulla. Deturq; ipsis ex modicis in-
 teruallis iterum atq; iterum. Deinde rursus per uictum
 reparatis uiribus, rursus dato hieram Rusi, aut Archi-
 genis, aut Iusti. Sit autem pondus ʒ. iiii. cum aqua mul-
 la, & salis cochleario paruo. Melius est autem per eua-
 cūantia quotidie leniter uentrem subducere. Atram
 uero bilē ducit amaracus, & cunila appellata, drach. ii.
 pondere aquæ mullæ insperfa & pota. Cōducit & la-
 ctis sero aluum subducere. Sed non de caseis dandum
 est serum. Præstat enim quod à lacte per cocturam se-
 paratur. Sit autem lac equinum, aut si non possit habe-
 ri, bubulum. Lac ipsum in ollam nouam mittatur,
 & fici ramulo agitur. Postquā autem ter aut quater
 ebullierit, acetum mulfum irroretur. Deinde per cola-
 tum in potu detur. Et primum quidem ammiscēdum
 est mel, quū aut uenter subire inceperit, non amplius
 addatur mel. Accipiat autem æger hoc serum per he-
 minas, non infra quinq; heminarū mensuram. Ab om-
 ni uero euacuatione utendum est maluę semine leuiss-
 sime trito, duarum drachmarū pondere, cū aquæ cyathis
 tribus, egregie enim facit, quare sæpe ipso utendū
 est. Optimum est & pulegii decoctum sæpe bibere
 & ante purgatoria, & post ipsa. Et similiter centaurei
 parui. Absinthii autem decoctum & asidue & confes-
 quenter præbe. Stomacho enim & uentri in his com-
 modum est. Et neque flatum multum in uentre fieri
 permittit, neque secessum penitus rescicari, & urinam
 ciet, & concoctionem probe adiuuat, adeo ut ego ex
 huius

huius foliis usu nouerim quosdam à morbo libera-
 tos. Danda sunt etiā urinā mouētia, anisum, daucus, pe-
 troselinum, alarum, nardus: & his adhuc amplius fœ-
 niculi magni syluestris semen, & radix. Chamæpitys
 autē & chamædrydrys promptius accipienda sunt, ita ut
 singula hæc cū aqua coquantur, aut arida trita potio-
 ni inspergantur. Cōmodæ sunt etiā euacuationes per
 sudorem, & labores, & balnea sientes, & per illitiones
 in sole, qualis est quæ cū oleo chamæmelino fit, & cū
 oleo ac nitro. Quod si habitus permiserit, rursus per
 hieram purgato. Conuenit autem neq; præcordia ne-
 gligere, & maxime ubi accesserit Medicus, curationis
 ipsorum coniecturā faciet. Fomenta igitur conueniūt
 ex oleo, in quo cocta sunt ruta, anethum, serpyllum, ab-
 sinthium, artemisia, pulegium, uiticis semen, baccæ lau-
 ri, aut folia tenera. Hæc enim dolores mitigant, & fla-
 tus minuūt. at uero in inflāmationibus stomachi cum-
 morsu, cuminum & pulegium in aceto coquere oportet,
 & per spongas stomachum fouere. Aliquando
 etiam alumen aceto inspergimus. Cataplasmata autē
 habeant aut anisum, aut apium, aut cuminum in oleo
 præcoctum. Et cyperus leuissime trita, & iris, & liba-
 notis cataplasmati addatur. Permittatur autē diutius,
 & ante, & post cibum. Ablato autem cataplasmate præ-
 cordia contegātur, aut lana amplissima, aut leuissima
 & pura pelle agnina, præillitis locis ex nardino. Vten-
 dum est etiam cucurbitarum adhibitione, ad flatus qui-
 dem inaniam, ad inflāmationes uero ac duricias, cū
 scarificatione. Postea uero ceratis ex cyprino utendū
 est, & polyarchio, & quod ex styrace paratur, & quod
 ex seminibus fit, & similibus. In progressu autem cura-
 tionis, etiam rubificatione ex caricis ac sinapi uti, ualde
 proderit, & concoctiones reuocat. Nam & uentri
 robur addit, & si quis dolor in præcordio restat, eum
 eximit. Utēdum est etiam acribus smeigmatis ad præ-

cordia, & picatorum medicamento, hoc est, pice ficea per seipsam liquefacta, aut cum modico oleo. Calida autem imponitur cuti, & uetri ac dorso. adhibetur, ac sistitur donec sua sponte decidat. Quare licet cum ipsa lauari, & quod paulatim disparatur forfice auferre. Valde uero prodest eis sterucus bubulum aridum aceto multo infarum ac impositum. Profunt etiam bulbi cum nitro aut alumine triti ac impositi. Sed & his ad bubulum sterucus ammixtis utile fit, cataplasma & praesertim ubi morsus ab ipsis circa stomachum percipitur. Caeterum in quibus conuulsiones assidue corpori adsunt confert etiam scytorii potus, & illitio corporis ex castoreo cum oleo scytonio. Conuenit & moueri & exerceri ipsos pro uiribus ante cibos. Balnea uero probe concoquenti non sunt ualde necessaria, nisi lassitudini alii cui mederi uelis. Qui uero non bonum uentrem habet ad coccoquendum, huic cocoducit frequenter lauari, aut ieiunio, aut post perfectam cocodionem. Post balnea cibos damus cocoductu faciles, status exortes, ex alio secedentes, exacta consideratione facta quomodo ex singulis homo afficitur: non enim omnes ad omnes cibos similiter dispositi sunt. Plerumque tamen conueniunt panes cibum non cocti probe praeparati. Volucres non pingues, non uirosae, motanae. Oua gallinarum mollia. Pisces petrosi & molles carne. Herinacei uero marini plurimum praestant ad iucunditatem & utilitatem. Vitanda sunt omnia in stagnis degentia, & in paludibus. Ex carnibus conueniunt haedine, & lactetium animalium, & ex his magis extreme partes probe coctae. Non inutiles sunt etiam uuluae, & uetriculi, & pedes suilli. Ex oleribus ad communem uisum conferunt dulcia. Actiora uero aliquando data sunt pharmaci loco, uelut est asparagus palustris, petroselinum, & similia. Moderata uero copia omnia accipiatur. Vinum sit tenue & album & non ualde uetus. Non autem acruatim detur potus inter cibum, neque magna copia potus

potus exhibeatur, ut ne cibi in uentre fluitent. Acetum quoque acerrimum cochlearii mensura post omnem cibum abforbeatur ubi iam uult dormire. Sed & pleraque obsonia in aceto tincta edere conuenit. Praestat autem aceto ammi scere parum de scilla, & ruta, & aristolochia tenui. Possidoni. Commodum est autem ad inflationes tale oxyphorum praeparare. Ligustici, seminis apii, zingiberis, thymi, singulorum 3. i. mellis despumati quantum satis est. Dato cochlearii dimidium mane, & uespere similiter. Quod si mellis dulcedinem auerferentur, salem confortorium eiusmodi ipsis praeparato. Scillae assatae 3. i. salis ammoniaci quincuncem, seminis apii, foeniculi, thymi, petroselini, anisi, sinonis, zingiberis, singulorum drach. quatuor, panis puri sicci quincuncem, piperis sesquiquinciam. Ex hoc cochlearii mensuram edendam dato cum cibo, prout uoluerit. Detur etiam ipsis antidotus theriaca ex quibusdam interuallis, & praesertim hyeme, & inchoante uere. Rufi. Vomant ex longioribus interuallis etiam a cibis. Verum a raphanis, aut origano, aut thymo ieiuni. Non tamen fortioribus uomitoris utendum est. Sunt enim talia nocua in his, aerumnam uentri ac stomacho addentia, iam antea ex morbo afflicto. Videntur enim aliqui ex efficacioribus uomitoriis melancholia correpti. Proinde operae precium esse nosse, quod multi sic aegrotantes, in tempore curationis nihil commodi perceperunt. Dimissa uero curatione restituti sunt, natura ante curationem praualente contra morbos debiles ex medela factos. Quapropter naturae remissionem dare oportet. Videtur enim una cum curationibus affigi. In quiete uero inualescere, & superare morbos iam antea attenuatos.

De infania lupina aut canina appellata. Ex

Marcello.

Cap. XI.

Qui morbo lupino siue canino appellato corripiuntur

In februario mense noctu exeunt, per omnia imitantur
 tes lupos aut canes, & usque ad diem monumenta maxi-
 me aperiunt. Cognosces autem ita affectos ex his signis,
 pallidi sunt, & uisu imbecilli, & oculos siccos habent, &
 non lacrymantur. Videbis etiam ipsos caecos oculos
 habere, & linguam siccam, & saliuam omnino non pro-
 fundunt. Sunt quoque sticculosi, & tibias habent exul-
 ceratas immedicabiliter, propter asiduos casus, & ca-
 num morsus. Ac talia quidem sunt signa. Nosse uero
 oportet melancholiam speciem esse hunc morbum. Que
 curabis tempore accessionis uenam secando, & sangui-
 nem usque ad animi deliquium euacuando, & agrum
 boni succi cibis nutriendo. Vtatur autem balneis dulci-
 bus. Deinde sero lactis per triduum usus, hiera ex colo-
 cynthide Rusi, aut Archigenis, aut Iusti purgetur, iterum
 atque iterum ipsam sumens ex interuallis. Post purga-
 tiones etiam theriaca ex uiperis utendum est, & alia adhi-
 benda in melancholia iam ante relata. Ad uesperam
 uero inuadente iam morbo, irrigationibus capitis
 somnum inducere solitis utendum est, & talibus quo-
 que odoramentis. Nares item opio illinantur. Quan-
 doque uero etiam somnifica in potu exhibeantur.

De incubo. Posidonii. Cap. XII.

Qui incubus appellatur non est dæmon, sed ma-
 gis præludium & præcæmum morbi comitialis, aut
 insaniam, aut syderationis. Nam cruditates ex uoracita-
 te affectionem præcedunt. Dum enim uentriculi cere-
 bri uaporibus crassis ac frigidis implentur, prohibent
 hi facultates per neruos transire, & morbum ægræ ex-
 citabilem efficiunt, & qui uix ad rectam actionem per-
 ducitur. Vnde etiam immobiles penitus tales perman-
 ent. Præcedit enim incubum suffocatio, uocis priua-
 tio, grauitas, & immobilitas. Per multam uero anxie-
 tatem attenuato ac discluso spiritu, & apertis meatibus
 derepente excitantur. Cauendum igitur est à malo
 dum

dum in principio est. Inueteratum enim & asidue in-
 cidens, quosdam ex relatis morbis inducit, dum paulatim
 in uentriculis cerebri crassus humor coaceruatur.
 Quæcumque enim patiuntur comitali morbo correpti in
 exacerbationibus. Eadem perpetiuntur incubo pressi
 dum dormiunt. Siquidem igitur sanguis redundat, uenam
 in cubito secare oportet. Si uero uitiosi humores ma-
 gis prædominantur, purgatio facienda est per hieram
 Archigenis. Maxime autem opitulatur ipsis hoc: Cor-
 ticis ueratri nigri ʒ.i. scamoniæ obol. iiii. anisi, aut dau-
 ci, aut petroselinis parum. Dieta uero sit tenuis & penitus
 flatus exors. Auxiliatur etiam ipsis niger præoniæ fru-
 ctus, si quindecim grana trita cum aqua in potu exhibe-
 beantur. Rigare uero oportet etiam caput oleo anethi
 no calido, & pileo cõtegere ubi cubitum uadit ægrus.

De morbo comitali. Galeni. Cap. XIII.

Tres sunt morbi comitalis differentiam. Omnibus
 autem commune est, cerebrum affectum esse. Aut pri-
 mario consistente in ipso affectione, at per consensum
 oris uentris. Raro autem fit etiam tertia species ex par-
 te quadam, in qua incepit affectio, & deinde sensibili-
 ter ægroto ad caput ascendit. Atque hanc speciem in
 puero quodam uidi, qui principium affectionis in cru-
 re habebat, & postea per tempus quoddam per fœ-
 mur & lumbos ac spinam ad collum & usque ad ca-
 put ascendebat. Vbi uero caput pertigisset, non am-
 plius sui compos erat. Tale quiddam contingit etiam
 in his qui à scorpione, aut aliqua alia uenenum eiacularo-
 te bestia icti sunt. Quidam enim ictus à scorpione, gra-
 dine se impeti putare dixit. Et erat totus subfrigidus,
 & frigidum sudorem excludebat, & medicamentis ad-
 hibitis uix seruatus est. Non igitur impossibile est cir-
 ca aliquos non principales partes eiusmodi essentiam
 generari, citra externam causam. Et hanc ipsam ubi in
 neruosa parte consistit, uim suam per continuitatem

ad neruorū principiiū transmittere. Posidonii. Conuulsio sequitur ad morbū comitiale, eo quod principium neruorū affigitur ab infestantibus ac molestiam exhibētibus. Quemadmodum enim stomachus, dum aut alimenti copia grauatur, aut ab acri humore mordetur, non solū singultum, sed etiam conuulsionem inducit. Sic etiam principium neruorū ad talem motum perducitur, dū reuicere conatur quicquid tandē fuerit id quod ex primario affecta parte ad ipsum affertur. Cæterū ordinati aut inordinati circuitus ipsis fiunt iuxta diætæ modū. Aut enim per omnia æqualiter diætæ tam habent ægri, aut inæqualiter & inordinate. Irruente igitur comitalis morbi exacerbatione, conuulsas & obtortas partes deligare oportet, inungereq; ac dirigere. Deinde disparato ore pennā oleo illitam immittit, cyprino præsertim, aut irino, aut narcissino, & uomitum irritare, quo incumbentes stomacho humores extrahantur. Oportet etiā odoramētis sensum irritare, uelut peucedano aut succo cyrenaico. Perseuerante uero exacerbatione, Medicus confidenter cogens, ac mandibulas diducens castoriū ori infundat, & sucum cyrenaicum cū aceto mulso. Reuocatis autē ipsis, per sedem infundatur centaurei ac calaminthæ decoctum, aut aristolochiæ. Deinde recuperatis uiribus, per hieram Galeni ex colocynthide purgantur. Eiusmodi sanē est recentis & acuti comitalis morbi curatio. Deinceps autem quæ ad inueterati demolitionē pertinent trademus. Oportet itaq; ægros in longo aquæ potu cōtinere, & in curationis aggressione, si nihil impedit, uenā secare, & intermissis diebus quatuor aut quinque corpus reficere, ac sic infra euacuare, maxime per ueratrū nigrum, aut colocynthidem. Veratri autē corticem siccū tundere ac cribrare oportet, & eius ʒ. i. cū aqua mulsa præbere. Aut modico pipere addito melle excipere, & catapotia deuoranda dare. In colocynthide

thidē uero eieisto semine, & relictā medulla, uinū dulcē infundito, ac per noctē finito. Mane uero uinū excolatum ac tepesactū bibendum dato. Post sufficientem purgationem lauare ipsos oportet. Tertia deinde die cucurbitas affigere præcordiis ac dorso cum scarificatione. Deinde intermissis aliquot diebus ac refecto corpore, purgare per hieram Galeni ex colocynthide. Postea uero etiā capiti cucurbitas affigere. Et sequenti die cataplasma capiti adhibere, ex pane cocto cū aqua mulsa, amygdalis amaris simul cōtritīs, aut serpillio, aut calamintha, aut mēta, aut ruta. Et hoc faciendū est per tridū. Postea radendū est caput, & illinendū peucedani succo in aceto diluto. Aut spondylium, aut serpillū, aut iris in aceto coquatur, & facta intermissione, rursus ex hiera ʒ. iii. solum dato. Deinde sternutatoris uentū dum est, & pituitam per os ducentibus, & naribus foris, ita ut cyclamini succū naribus infundamus, aut ipsam radicem siccam tritam insufflemus, aut elaterium cum lacte. Et rursus facta interstitio, clysteri ex centauro & colocynthide utere. Deinde sinapismum capiti adhibere, & eduliorum acrium esu per interualla utere.

Quæ arguunt morbū comitiale. Cap. XIII.

Arguunt comitalem morbū & eo affectos collabiti faciunt suffita, bitumen, lapis gagates, cornu ceruinum odor hepatis caprini assati, & ipsum hepar dū editur.

Quæ collabentes comitiales excitant. Di

dymi.

Cap. XV.

Si magnum pedis ægri digitum diuiferis ex quacunque parte, & desillante sanguine labia ipsius colapsi illeueris, statim, excitabitur. Asclepiadæ odoramentum excitans comitiales. Sagapeni, piperis, castorei, amygdalarum amararum, radices peucedani, spondilii, galbani, singulorum drachm. ii. silphii drachm. i. opobalsami drach. i. aceto dilue ac pastillos efforma. Vsu uero expetente aceto dilue ac naribus subline.

Vtendū est hoc in exacerbationibus. Facit & ad uteri strangulationes. Pharmacum hoc repositum servetur in area pyxide, quam naribus ægri admouebis. Aliud Galbani, spondilii aut serpilli, æruginis rasæ, castorii, acori, singulorum drachm.iiii. succi peucedani drach. ii. aut radices drach. iii. succi cyrenaici drach.i. opobalsami drachm.i. piperis grana.xxiiii. amygdalas amaras decorticatas.xxx. picis liquidæ quantum satis est, aceti tantundem. Excipe & utere.

Auxilia ad comitiales. Dioscoridis. Cap. XVI.

Ad comitiales facit rutæ syluestris semen cum aqua potū. Et spondylium eodem modo. Item radices bryoniæ drach.i. seminis siue fructus balsami drach.iii. Cardamomi drach. i. Ramentorum loti arboris cremor. Foliorum quinquifolii drach.i. quotidie pota. Testudo terrestris cocta ac delincta. Laser cū cibo acceptū. Summe uero prodest castorium post aliquam purgationem acceptum, ad dies quinque aut plures, drach.i. pondere cum aqua mulsa. Et eboris ramenta magnopere profuisse cognouimus, ad dies quinque aut plures, duorum cochleariorum mēsurā quotidie pota cum aqua mulsa. Ex Asclepiade. Oxallidem, siue ramicem acutum, uiridem præsertim, quotidie dato à prima lūnæ usq; ad trigessimam. Eadē oxallis herba uiridis data cum uino delyrantibus, in naturalem statum eos restituit. Aliud, ut ne assidue cadant inquit Archigenes, Eryngii mōtani appellati, cuius folia angusta & parua, & flores auricolores & oculorum speciem præferentes. Huius radicem contundito ac diligēter cribratam reponito. Et ex hac mystra duo ad dies quinque dato sufficienti melle adiecto, ut eclegmatis crassitudinem habeat. Et hoc facito ex interuallis ut trecentos sexaginta quinque dies expleas. Qui enim hoc pharmacū per anni spacium, hoc est trecentos sexaginta quinque dies sumit, ab hac affectione non corripitur. Aliud.

Scillæ assatæ internæ partis tritæ, anethi, singulorū acetabulū, apii acetabula tria. Excipe melle: & nucis ponticæ magnitudine exhibe cum aceto mulso. Et qui bibit sit potest, currat. Sin minus, concitate deambulet. Aliud Asclepiadę. Foliis oleæ.xxv. & castorio cū aceto mulso usus est Themison. Facit ad comitiales morbum & elephantiasim. Est & hæc theriaca bona. Seseolis drach.v. scordii, castorii, cinamomi, seminis trifolii, singulorum drach.vi. staphidis syluestris drach.iii. gentianæ drac.viii. aristolochiæ drac.vi. pyrethri drac.viii. euphorbii drach. v. piperis albi drach. x. opobalsami drach.iii. succi cyrenaici drach.iii. Excipe aceto mulso simplici, & dato comitialibus cū aqua mulsa drach.iii. elephantiasis uero effectis sesquidrachmam præbe. Aliud. Quo Serenus utebatur ad comitiales, cui nullum cōparari potest. Idem concoquit & euacuat. Castorii, ueratri nigri, scammoniæ, singulorum drach.ii. opopanax, cumini thebaici, centaurii, nitri, sulphuris uiui, abrotoni, ammoniaci thymiamatis, seminis rutæ syluestris, absinthii, singulorum drach.i. contusa & cribrata excipe aqua, & efforma pilulas fabæ Egyptiæ magnitudine, & unam quotidie præbe cum aceti mulsi cyathis.iiii. Diuina huius cōpositionis uis est. Recipit autem simplicia.xii. & habet drach.xv. Aliud. Coagulum leporis quotidie ieiunus bibat erui magnitudine aqua dissolutū. Si non adest leporinū, hœdino utatur. Aliud Archigenis. Ad comitiales, & qui per circuitum conuelluntur, & à uoluulo uexantur, & ex diuturno capitis dolore laborant. Castorii, abrotoni, radices panacis, pyrethri, croci, singulorū ʒ.viii. seminis rutæ syluestris, myrrhæ, piperis, singulorū ʒ.iii. Tertio in aceto mulso scillitico, & pastillos drachmales formato, & unum exhibeto non febrientibus cū aceto mulso. Febrientibus in remissione ac interuallo cum aqua mulsa per triduū. Deinde interposito triduo, rursus per aliud

triduum dato. Facit etiam ad arthriticos. Ducit mulieribus menses, si nouies per interualla uelut diximus bibatur. Aliud Consimilis usus. Castorii, piperis, radicis panacis, singulorum ʒ. viii. pyrethri, staphidis sylvestris, abrotani, feminis rutæ, zingiberis, acori, dauci, singulorum ʒ. iiii. croci, iridis, cardamomi, singulorum ʒ. ii. Dato ex hoc arido cochlearium cum aqua mulsa. Facit ad comitiales, resolutos & tremulos.

De his qui ex stomacho primario affecto, comitialis morbi modo exacerbantur.

Galeni. Cap. XVII.

Quando stomacho primario affecto fit morbus comitialis, oportet ægro præcipere ut bonæ concoctionis studiosus sit, & circa horam tertiam panem accipiat probe præparatum, ex uino ueteri albo & tenui diluto ac leniter adstringente. Dato autem ipsis etiam amarum ex aloe pharmacum sæpe in anno. Dicitur autem amplius de his qui ex stomacho comitialis morbi modo affliguntur, in Sermone de stomachicis. Multum uero prodest ipsis seseli, & spondylii radix ac sesamen, & aristolochia, cum aqua trita pota. Auxiliatur his magnifice & uenæ sectio à talis & poplite, si aliquid fiat. Noui etiam puerum qui omnino non corripiebatur comitali, ex quo pœoniæ radicem gestabat magnam & recentem de collo suspensam, ut indefinenter stomachum contingeret.

De his quibus ex parte aliqua habent morbi comitialis causam. Posidonii.

Cap. XVIII.

Quibuscumque uero ex alia manifesta parte morbus comitialis principium habet, uelut in prædicto puero ex crure: Post totius corporis euacuationem, unguentis locum prius excalefacere oportet: Deinde epithema ex feminibus imponere. Et ex emplastris quæ rarefaciunt & intemperie transmutant. Quale est quod Ebrietas

tas appellatur, & quod ex althæa paratur, & manifestè inscriptum. Postea uero phœnicinum appellatum. Post temporis autem interstitium dropaces ac sinapismi loco adhibeantur. Et sic quidem adolentes ac iuuenes, & inclinatæ ætatis homines, fortiter curare oportet.

Curatio senum ac puerorum comitali corruptorum.

Cap. XIX.

Senes autem & pueri affecti hoc modo curentur. Corporis equidem euacuationes in his uitare oportet per purgantia medicamenta. Imbecille est enim & senibus & pueris corpus, ad resistendum fortitudini purgatiuorum. Per clysterem uero euacuandi sunt præsertim senes, ex centaurea, aristolochia, polypodio ac anetho. Sed & manducationum usus senibus conuenit, & gargarismatum, ac eorum quæ naribus induntur. At uero pueris simplicissima infusa immittantur. Frictoriorum quoque ac sinapismorum simpliciorum usus pueris adhibeatur. Senibus autem efficaciorum. Sed & antidoti præscriptæ senibus sunt exhibendæ.

Curatio ualde senum comitalium. Posidonii.

Cap. XX.

Valde senibus consulendum est ut uisum solum calidiorē utantur, & ut bonæ concoctionis rationem habeant. Impossibile est enim eos qui cum hac affectio ne consenuerunt, humana ope curari, ac à morbo liberari. Quibus autem temperaria est affectio, ab aliis quibus occasionibus allapsa, etiam si ualde senes fuerint, ab ipsorum curatione desperandum non est.

Curatio puerorum recens natorum comitalium.

Posidonii.

Cap. XXI.

Afficiuntur etiam recens nati pueruli à morbo comitali, & difficilem curationem habent, non tamen desperatam. Possunt enim ipsorum matres aut nutrices calidis cibis ac potibus nutrirī, quo lac semper calidius ac tenuius fiat. Possunt etiam capita infantium puluisculi,

puluisculis calidioribus conspergi, uelut est cyperus, adiantum, iris. Oleo item anethino absidue illini, & in no, ac amaracino calidis. Lauari quoque possunt, ita ut caput non rigetur, neq; calida, neq; frigida. Nisi ubi opus fuerit sordes detergere per spumã nitri ac mel, & sic caput solum calida abluere, non autem immergere. Dandum est etiam ipsis mel despumatum ad delin gendum. Et collo alliganda est pœpomiã radix recens, ut semper stomachum contingat.

De fatuitate.

Cap. XXII.

Fatuitatis quoq; ac delyrii curationẽ aggredi oportet à principio generationis ipsorũ, si partes corporis uniuersã, & præsertim capitis, moderate se habuerint, & si rationem ante moderatã ac integram habuerunt, postea uero dementes apparuerunt. Oriuntur ambã affectiones frigidiore cerebro factõ, aliquãdo ex sola qualitate, uelut fieri solet in profectionibus dũ pluuia caput frigefacit, aut etiam uehemens uentus. Aliquan do uero etiã modica pituita ad cerebrum illapsa. Disti fert autem fatuitas à delyrio, q̃ fatuitas quidem conse quentia & dicit & facit. Delyrium autem transgressio nem inconsequentẽ habet, & sermonẽ alium alii con nectit, ita ut posterior nihil cõmune habeat cum prio re. Delyrium item senibus plerunq; accidit. Fatuitas autem & in pueris, & adolescentibus, ac reliquis ætatis bus, ex prægressis quibusdam morbis cõsequitur. Cæ terum curatio amborum morborum consimilis est ei quæ ad comitiales relata est, per calefactoria auxilia similiter fiens, non tamen similiter siccantia.

De memoria amissa. Ex Ruso ac Galeo

no.

Cap. XXIII.

Memoriã detrimentum sæpe in quibusdam mor bis factum esse compertum est, læsa simul etiam ratio ne, ita ut affectio quidem utraque eadem sit. Inten datur autem quando unã cum memoria etiam ratio

perit, quod sanẽ fatuitas appellatur. Pereunt autẽ am bo hæc in lethargo, & omnibus affectionibus sopori feris. Vnde etiam curatio ad prædictas affectiones de scripta adhibetur instantibus iam morbis. Contingit autem hoc etiam ex peste, quemadmodũ accidit in pe ste Athenis facta. Si uero irruerit aliquando ex aliquo prædictorum morborum, soluto iam in totum, & in obliuionem transeunte: considerare oportet qualitatẽ magis prædominantem, hoc modo. Sola quidem hu miditas redũdans, profundos ac lãgos somnos facit. Sola uero siccitas, uigilias. Si uero frigiditas fuerit cũ humiditate, soporiferã ac stupidã affectiones sunt. Si uero humiditas fuerit cũ modica frigiditate, memo riã detrimentũ & fatuitates succedunt. Quĩ autẽ mul ta sit differentia temperaturarũ, pro maioris ac mino ris ratione, multiformis sit uarietas causarum anima les actiones lædentũ. Obseruare igitur oportet som nos eorum qui memoriam perdiderunt, aut intelligẽ tiam, intelligentiã enim ammissio fatuitas est: utrum somnolenti sint ualde, an modèratus ipsis sit somnus. Ita enim repereris intemperaturã prædominãtem. Insuper autem considerandũ est utrũ multa excernan tur per os & nares de humoribus ex capite delabenti bus, aut sicca appareant partes hæ. Si quidem igitur frigiditas sola est, calefacere solum conuenit, nõ item siccare. Si uero cum siccitate fuerit frigiditas, calefacere ac humectare. Atq; ego sane noui quandam qui ser me memoriam amiserat, & ratione læsus erat, ob studiũ & uigilias circa disciplinas. Aliũ item uinitorẽ ob uinẽ labores similiter affectum. Et uterq; ipsorũ palã à calefacientibus ac siccantibus lædeatur: Ab humectantibus uero simulq; calefacientibus opem sentiebat. His autem prædistinctis curationem anne stamus. Si igitur ob purgationes quasdam, aut alias immodicas euacuationes, aut animi deliquia, fractis

uirũ

niribus, memoriæ detrimentū succedat, refectoria dia-
ta uti conuenit, nihil aliud curiosius moliendo . Ro-
boratis enim corporibus & collectis uiribus , restitui-
tur etiā memoria. Eodem uero modo si propter extre-
mā senectutem accesserit memoriæ detrimentum, nō
oportet curiosā quid moliri, sed solum conueniente
diætā contentum esse . Quibus autē derepente deficit
memoria, alia uero sana esse uidentur, in his comitālē
succesurum timere oportet, aut resolutionē , aut etiā
lyderationem . Et in summa magnum quoddam ma-
lum in ipsis comperies. His igitur sufficiunt aliquando
præseruationes à morbis imminētibus. Dū enim mor-
bi aduentum prohibemus, ex hoc etiam memoria cō-
seruatur. Prohibent prædictos morbos primum atte-
nuans & incisoria diætā . Deinde etiam purgationes
conueniunt, & similia. Si uero ex morbis uelut dictum
est irruerit, uelut lethargo, aut peste horum curationē
contentiosius aggredi oportet. Summa uero medelā
est in calefaciendo uniuersum ipsorū corpus, intrinse-
cus ac extrinsecus, iuxta mensuram euariationis habi-
tus naturalis . Calefactoria quæ ferme talibus conue-
niunt æstate quidem oleum per se calidum : Hyeme
uero irinum cū aceto acriori, aliquando serpillō , aut
spondylīo, aut calamintha in ipso cocto . Aliquando
etiam nitro iniecto & pipere, aut baccis lauri . Com-
modum est etiam castorium cum oleo occipiti adhi-
bitū . Auxiliatur autem his maiorem in modū hierē
Rufi purgatio. Quādoq; enim inquit huius solius pur-
gatione usus, multum profeci in purgando, quum ni-
hil boni secum detrahat. Incipit enim superne à capi-
te detrahere, & postea etiam alias partes pertrāsīt, nul-
lam uiolentiam, nullū dolorem inferens, non ardorē,
non stomachi dolorem, nō sitim. Verum semper pro
euacuationis ratione alleuat. Vnde etiam stomachū
corroborat per purgationē, ut ciborū quoq; apperen-
tiam

tiam augeat. Cræditur et post purgationem per hierā
eboris. ramentū memoriæ opitulari, drachmæ ponde-
re potiū cū aqua mulla, & similiter cerui cornu . Quin-
& castorium similiter drachmæ pondere potum, post
purgationē cū aqua mulla magnopere prodest. Ma-
ximū auxiliū est & ueratri albi potio, non uelut quidā
putant postremum, sed ab ipsa recte etiam quis incipe-
re possit. Quid enim opus est diu & multum labori-
bus fatigari, quum ex maximo auxilio maximam me-
delam consequi liceat. Quare citra omnem formidi-
nem ueratrum dandum est, priusquam æger per mor-
bum excoletur, & uires auxiliū exiles fiant. Cōmoda
sunt quoq; sternutoria ex ueratro albo & castorio,
naribus admota post euacuationes: & quæ naribus in-
duntur ac infunduntur: & quæ pituitam per os detra-
hant. Alimentū uero cōuenit friabile & aliquo mo-
do calefactorium ac attenuatoriū . Ab oleribus autē
omnibus frigefacientibus abstinendum est, & à fructi-
bus ac bellariis, caseoq; ac lacte, & à cibis crassifacien-
tibus ac infantibus. Alia enim ex ipsis spiritum con-
turbant, alia densant. Acriora uero ex interuallis ex-
hibeantur, uelut sunt allia, thymbra, organum, pule-
gium, & raphani . Sed & horum copia uitanda est .
Semper autem cruditas cauenda . Nam cruditates
omni re magis mentem uitiant . Vinum his conue-
nit tenue, album, & non ualde uetus. Per moderatam
enim caliditatem tum alia non pauca potest, tum ani-
mam mansuefacit & ad tripudia aptam facit, motum
ei præbens concinnum ac sedatum . Multus autem
aquæ potus, & adhuc magis uini, pessimus est. Caput
enim ualde humescit . Multa autem humiditas obli-
uiosissima est. Somnus sit moderatus, & à repletio-
ne fiat. Veneris uero usus sit rarissimus . Neque enim
ad totam sanitatem conducit, neque ad animæ ratioci-
nationes. Immo & tristitiam inducit, & lancinatio illa

in coitu contingens, conuulsioni quodammodo cognata est. Et perfrigeratio quæ succedit congelat quodam modo ac stupefacit intelligentiã. Cæterum post purgationes uniuersales ac locales, etiã sinapismus ocipitatis comodus est, & post sinapismũ, balneum. Cruditatis autẽ & lassitudo penitus uitentur, tũ aliarum corporis partium, tum maxime capitis ac ipsius mentis. Vitandi quoq; uehementẽs ardores ac frigora. Ambo enim caput replent. Vitanda & edulia crassefacientia, & infantia, ac humectantia. At uero si quis ex his progressum faciat, etiã in sanis qui humidius caput habet, uictus rationẽ commodã præscribere poterit, ut quis optima memoria præstet.

De commorsis à cane rabioso, aut his qui aquam timent. Ex Rufo & Posidonio. Cap. XXIII.

Quum canes natura calidi ac sicci sint, per ætatem ex ambiente nos aere aliam caliditatem ac siccitatem acquirunt, & ob immoderatã intemperaturam insaniant, & hæc insania rabies uocatur. Patiuntur autem hoc magis in illis regionibus, in quibus maximã & inæquales ambientis mutationes inordinate fiunt: In quibus & heymes uehementes sunt, & æstus excellentes. Insanientes autem canes, & siti uehementi correpti potum nõ admittunt, eo q̄ insaniant. Vnde etiã magis intẽditur ipsis ueneni malignitas. Signa canum rabiosorum hæc sunt. Muti sunt & adeo deliry ut ne familiarissimos quidem cognoscant, sed hos primum attingant. Cibum auersantur, & siticulosi quidem sunt, non tamen bibunt, & plerunq; anhelant. Ore autẽ hiãt & linguam exerunt, ac saliuam largam & spumofam profundunt. Aures item inclinant, & caudam laxã tam habent, segniusq; incedunt, & uelut somnolentiores existunt. Si uero etiam cucurrerint, uelocius solito currunt intempestiue ac inordinate, huiusmodi canes fugere oportet. Omnes enim q̄ à rabioso cane morsum sunt,

sunt, si neglecti fuerint, aut male curati, in affectionẽ timoris aquæ incidunt. Et hoc maxime patiuntur qui uictiosis humoribus repleti sunt. Vnde quidã statim ubi commorsus sunt, aquam & alios liquores timent. Alii post quadraginta dies. Alii post longius tempus. Cõtingit autem ipsis grauior perturbatio, quam aquam, aut aliud quoddam pellucidum speculum uiderint. Aspiciunt enim faciem suam rubicundam, ac toruẽtuentem, atq; ira plenam. Fieri autem potest, ut quẽs admodum aliqui dicunt, etiam canis à quo morsus sunt imaginem in aquis apparere imaginentur. Recordati autem formæ canis confertim ab immodico timore corripuntur. Hoc uero patiuntur ob immodicam siccitatem. Nam philosophus quidã morsus à rabioso cane, & generoso animo affectioni resistens, & in consequens ratus canem in balneo apparere: Apparebat enim ipsi quemadmodum etiam aliis hoc modo affectis: Ratiocinatus igitur & sic secum loquutus: Quid cani & balneo commune est: superauit affectionem, & sanatus est ab affectione, ubi citra timorem bibisset.

Quũ igitur aliquis à rabioso cane commorsus est, ei quã celerrime per receptam curationem auxiliari oportet etiã si paruus & in superficie consistens fuerit morsus, de hac re certi, quod nullus ex his qui nõ probe curati sunt effugit. Primum itaque uulnus manus facere oportet, osculo ipsius per scalpellum diuiso ac dilatato. Deinde etiam fissuris incusis omnem circũ circa locum uellicare, eo studio ut effluxum sanguinis multum per locum efficiamus. Vlcus uero cauteriis ignitis amplioribus inurere. Deinde porrũ imponere, aut panem cũ sale trito, aut cepas, aut alliũ. Et ubi crustæ exciderint, ulcera ad dies quadraginta a sexta ginta à cicatrice arcere. Et si ad cicatricẽ puenierit, rursum p̄ cinerem uitis aut ficulneum, & similia ulcera resoluere. Hac de causa bonum est etiã folia marrubii,

& anagallidem imponere. Hæc uero etiam à ceraste serpente morſis magnopere auxiliatur. Vlcus autem perfundendum eſt chamæmeli, & radicis rumicis acuti, quem oxallidem uocat, decocto. Noui ego quendam ſenem, qui ubi quis morſus eſſet à rabioſo cane, ſola oxallide curabat. Nam & ulcus decocto perfundeſcit, & herba integebat, & de ipſa bibendum dabat. Et hoc pharmacum uelut robuſtū ualde laudabat. Min gunt autē homines qui ipſam acceperunt multa & in temperata. Et propterea morbum regium hæc ex purgat. Nos uero etiam impetiginem ex ipſa cum aceto confrictam depellimus, & pruritu auxiliamur per eandem radicem. Vt uimurq; etiam ipſa ad morſus canis rabioſi cum alijs auxilijs. Similiter facit etiā ſyl ueſtris rumex aculeatus, radicem habens oblongam, uelut raphanus paruus. Commodum eſt etiam ipſis pharmacū Galeni ex pice brutia. Eſt autem hoc. Pice brutiæ lib. i. opopanacis quadrantem, aceti hemiſ nas. ii. Opopanacem cum parte aceti terito. Reſiduum aceti ad pice adiace, & coque donec acetū con ſumatur, atq; ita ad tritum in mortario opopanacem, diſfunde, & unita excipe ac impone, & hoc pharma co per dies quadraginta aut ſexaginta utere, & non permittet ulcus cicatrice includi. Bonum eſt & theria cam antidotum ex uiperis oleo roſaceo dilutā uulne ri imponere. Sed & aridum hoc ipſis conuenientiſſi mum eſt. Salis ſoſſilis ꝓ. viii. chalcitidis ꝓ. xvi. ſcillæ ꝓ. xvi. rutæ uiridis ꝓ. iiii. æruginis raſæ drac. iiii. ſeminis marrubii ꝓ. i. Reponitur ſiccarum ſole, in ærea py xide. Vtere primum ſicco, donec cruſta inducatur. Deinde cum roſaceo, donec cruſtæ excidant. Sed & potamogeton cum ſale impoſitus nō permittit in cidere in affectionem timoris aquæ. Vtere autem hac herba & humida & ſicca. Danda eſt etiam anti dotus theriaca in potu per primos tres dies, nucis

aueſ

uellaſque magnitudine. Neq; enim aliquem noui qui eam accepit aquæ timore correptū. Nec uero ab alijs auxilijs abſtinendum eſt, ſed danda maxime eſt anti dotus celebris ex cancriſt ſt uialibus. Eſt autem com poſitio eius hæc. Cancrorum ſt uialium magnorum ui uorum, in uaſe æris rubri uſtorum cineris dextantem, gentianæ quincūcem, thuris ꝓ. i. præparandum eſt hoc pharmacum menſe Auguſto luna decimoſt uaua. Si uero non affuerit quod ſic præparatum eſt, nihil de hoc curioſus ſis, ſed quocunq; tempore paratum ex hibe uelut dictū eſt. Præſtat tamen lignis uitis exuſtio nem ipſorum facere. Dato cochlearii menſuram cum aqua calida ad dies quadraginta, ſi ab initio hac po ſitione uſus fuerit. Si uero non ab initio, ſed poſt ali quot dies, dato quotidie cochlearia duo, donec imple ueris quadraginta dies. Facit quoq; per ſeipſum cinis cancrorū potus, & cum melle uulnere impoſitus. Præ paratur quoq; antidotus ex nucibus, etiā febricitanti bus iam conueniens. Nam ſupra hoc quod affectioni reſiſtit, etiam ſomnum conciliat. Compoſitio eius hæc eſt. Sagapeni drac. ii. opii thebaici ꝓ. ii. croci ſelquiſtru pulum, lycii indicis ſcrupulos. xi. & dimidium, carnis nucum iuglandium nō ualde ueterum ꝓ. xl. excipe & exhibe drach. i. cum aqua pluuiali calida ad noctem, poſt uigorem febris. Ita ut mane quidem antidotum ex cancriſt, ueſperi uero ex nucibus præbeas. Quod ſi hæc antidoti non adſint, dato confectionem cyphi ap pellatam, ſiue eam que ex rebus. xxxvi. conſtat, ſiue eā que ex. xxviii. paratur habueris, commoduſt eſt etiam ſuccus cyrenaicus aut parthicus, fabæ magnitudine deuoratus. Quidam hepar ipſius canis qui mor mordit coctum præbent commorſo. Mergi quo que iecur aſſatum datum cum oleo ac modico ſale commodum eſt. Aiunt enim ita efficaciſſimū eſſe, ut æger eueſtigio aquam petat. Sed & hippocampus

marinus affatus comestus prodest. Sanguinem enim ipsius amorem aquæ inducere dicunt, & formidini aquæ resistere. Vnde iterum atq; iterum hippocampū edere iubent. Et ipsos hippocampos cū acri aceto tritos ulceri imponunt, & hoc pharmaco sæpe rabiem superarunt. Quin & catuli coagulum cum aqua datū utilissimè ab ipsis bibitur. Et ubi semel ipsum acceperint, assidue commouet ipsis potus cupiditatem, & bibunt etiam alios liquores intrepide. Oportet autē catulum non multorum dierum esse, sed recens natū & adhuc lactentem. Prodest ipsis etiam leucanthemum herba pota. Tantam autē eius uim esse aiunt, ut si ex ea fundum poculi sublinatur ac exhibeatur, ipsi libenter potum accipiant. Idem etiam de chamæmelo traditur. Vtilissimum autem est ipsis bitumen Iudaicum potum cū aquæ cyathis tribus. Datur ex ipso perfectis scrupulus unus, aut uelut aliud exemplar habet, 3. i. Vtiliter etiam datur syluestris fici uirgultorum cortex siccatu ac tufus & cum aqua potus. Et Lycium indicum. Et absinthium, & scordium, & centaurea parua, Aristolochia, artemisa, chamædrys, bryoniæ radix, polium, lafer cancerorū fluuium decoctum multo anetho cum ipso cocto. Substernitur autem commode & insternitur ipsis, ursæ pellis, & phocæ. Sed & hyænæ pellis efficacissima est, ut ipsis interfecta uelociter mentē in integrum restituat. Quin & pellis hyænæ exusta, ita ut cinis in potu detur, affectionem formidinis aquæ sedat. Cognitionem autem an homo à periculo liberatus sit, ex his sumito. Vlcus nucibus regis leuissime tritis intege. Sequenti uero die solue, & cataplasma gallo aut gallinæ edendum obice. Si enim ex eius esu non mortui fuerint, tunc ulcus ad cicatricem perducito, nimirum uelut liberato ægro à periculo. Vtere autē eodem etiam ab initio ad dinotionem. Si enim gallina ex esu cataplasmatu prima die impositi ulceri nõ moritur,

moritur, scito non à rabioso cane hominem morsum esse. Si uero mortua fuerit, uice uersa. Primū enim ne attinget quidem. Si uero à fame coacta ederit, morietur, si rabiosus canis fuerit. Hoc igitur quotidie alterare oportet, donec ex eius esu gallina non moriatur.

Ceterū ulcus ipsum optime ac tutissime ac cicatricē perducit antidotus theriaca, cū rosaceo diluta. Vlcus ribus autē ad cicatricem perductis, ueratrū album præbeatur ad totius affectionis destructionem. Nam & rabiosi canes hoc cum polenta accepto uomunt, & statim resipiscunt à rabie liberati. Fieri etiam poterit quod opus est, si per Rufi hieram infra purgaris, ubi quid prohibuerit ueratri acceptionem. Danda est etiam quotidie hiera, non ad purgationem, sed tantam auxiliare medicamentum, nucis auellanæ magnitudine, cū cyatho decocti saluæ, aut herbæ sideritidis, quam herachleam appellant. Quidā etiam sola ipsa utuntur, & multū prodesse dicunt, & propterea etiā Alyssum, ab eo quod rabiem eximat, ipsam nominat.

In uictu indigentia & repletio uitanda sunt, & magis indigentia. Nam indigentie humorū malignitates auget, quod nequaquam cōmodum est ulceri maligno. Quapropter alimentū moderari oportet, quo & probe concoquat corpus, & succulentissimū ex bono succo fiat. Quin & egestionū quotidianarum & mictionū cura habenda est. Ad hoc autem faciunt & prædictæ radices, & scandix comesta, & fœniculum. Crethinum autem tum uentrē, tum urinam mouet. Cichoriū uero syluestre etiam stomacho cōmodum est crudū comestum. Appellant ipsum aliqui serim, aut picridem. Cōmodus est & brasicæ asparagus, & asparagus palustris, & rumex hortensis, & agrestis, & acutus. Et ex piscibus qui teneram carnem habent, gāmari & cancri, & herinacei recentes cū uino mulso. Ex carnibus extreme partes, & uolucres omnes montanæ, concoctu

faciles ac boni succi. Vinū tenue & albū, non ualde uetus, At uero p̄seruationis gratia singulis annis appropinquante eo tēpore, per hierā p̄purgari oportet. Et inſtāte iam die theriacā antidotū accipere per triduū.

De cerebri inflammatione. Cap. XXV.

Cerebrum inflāmatum ſepe ita intumefcit, ut etiam futurā capitis diſparentur, & dolorē maximū ac exuſentem cōpreſſis mēbranis inducit. Conſequitur nauſea ſtomachi multa, & bilis uomitus, & rubor multus in facie cōſiſtit, & oculi prominēt, & facies intumefcit, itēmq; totū caput. His ergo uena ſecanda eſt à cubito. Oportet quoq; à naribus & uenis ſub lingua ſanguinē euacuare. Vt re etiā irrigationibus capitis, quarū uſus aliās ad inflāmationes adhibetur, & cataplaſmatis humectantibus & concoquere ac maturare potentibus.

De eryſipelate cerebri. Cap. XXVI.

Fit & eryſiſelas, hoc eſt, ignis facer, in cerebro. & patitur æger hæc. Dolet totum caput, & uidetur ſibi flammam in ipſo habere. Et facies ipſius frigida eſt, itēmq; præcordia. Et os ſiccata. His igitur uena ſecetur, & præſertim uenæ ſub lingua incidantur. Forinſecus autem adhibe capiti frigeſcientia ungenta, & paſtillos quibus ad eryſipelata utimur.

De ſyderatione. Ex Galeno. Cap. XXVII.

Syderatio propter repentinum exortum, indicat humorem craſſum, aut frigidum, aut uiſcoſum implere principales cerebri uentriculos, & non propter inſtemperiem totius eſſentiæ eius fieri. Magnitudinem itaque periculi, ex magnitudine læſionis reſpirationis coniecta. Quum enim reſpirationem multum impeditur, & uix fieri uideris, non paruam morboſam affectionem coniecte in cerebro factam eſſe. Eſt autem ſyderatio Græcis apoplexia appellata, priuatio ſenſus & motus totius corporis, unā cū læſione principalium actioſum, derepente incidens. Ex Archigene. Syderationis affectio

affectio ex natura magna eſt, & uehemēter acuta. Contingitq; ut qui periculum eſtugerunt in diuturnū morbum incidant, reſolutionis aliquarum partium, aut etiam totius corporis, aut etiam uiolata rationis. Senibus autem magis accidit affectio, & magis in hyeme, & conſtitutionem frigida, & ex uehementibus cruditatibus, & ardoribus uehementibus, & immo dico uini potu ac ebrietate. Talia enim habitum perfrigerant. Et in ſumma qui in hanc affectionem conlapſi ſunt, uiuentes ſunt cum mortificatione, aut cum tota ſenſus priuatione. Primum igitur corpus oleo calido inungendum eſt. Caput autem rigidum roſſaceo cum aceto. Coquendum eſt autem in aceto ſerpillum aut ſpondylium. Odoramenta quoque adhibenda ſunt, caſtorium, opopanax, & galbanum. Et aperto ore inſtillandum eſt acetum muſſum. Et pinæ oleo cyprino, aut irino, aut narcifſino imbutæ immittendæ ſunt, & uomitus prouocandus, & ſedes aſiſidue illinenda cū ruta & cumino, addito nitro ac melle, ad ſtatus prouocandos. Si uero hæc nihil profecerint, clyſteribus utendū eſt ex decocto furfurum, & cucumeris ſylueſtris radice, & centauryo, nitroq; ac melle. Aut ex muria cū melle ac oleo rutaceo. Enitendum autē eſt ut quod inſuſum eſt emittatur, per lumborum ac uentris friſtionem. Et ſi opus fuerit etiam digiti in ſedē immittantur, & obturamenta educantur. His peractis, uenam ſecare oportet periculo prædiſto. Deſtraſtio autem fiat à dextra manu, & copia eius qui detrahitur diuidatur. Cōmouere enim oportet tantum, non exoluere uires, & calorem extingueret. Inſpiciantur etiā pulſus in euacuatione, & faciei color, ac reſpiratione. Et ſi nihil mali conſequitur, etiam repetenda eſt detractio. Poſt uenę ſectionē, adhibeantur odoramenta excitatoria, & uociferationes. Et corpus totū inungatur. Et ſi qua pars reſoluta fuerit inſigniter; hapſo

lanæ integatur scyonio aut pingui ueteri oleo, imbuto. Qui uero ad uenæ sectionem inepti sunt, primum ad uomitum uelut dictum est, cōmoueantur, & sedes ipsorum illinatur his quæ status educunt. Deinde post illitiones, cucurbitis cōcutere conamur magnis & fortibus, retrorsum iuxta lumbos affixis, & ubi per tēpus aliquod attraximus, transferimus ipsas utrunq; ad pētinem ac inum uentrem. Sæpe enim expresserunt ea quæ in uentre sunt, & simul cū expressione reuocarunt morbo occupatos. His uero nihil efficientibus, alijs quando ipsi ausi fuimus ori hieram infundere. Et qui suscipere non possent, quantum oportet, per clysterem infundimus. Et priusquam quicquam egeretur, ac eidentia concurrentia reuocarunt me ad ampliorē agressionem. Et sanè permittit hæc affectio, ac cogit uel temere omnia tentare. Hæc igitur in necessitate fiunt. Vbi uero tolerare possunt, etiam reliqua auxilia annexe. Febris tamen occupat hominē, alios prima, alios secunda die, & exhibet spem salutis ipsa calamitas febris. Sed neque negligenda est. Verum si qua residet in intestinis, ea educere oportet. Si deorsum repant, per clysterem. Si sublimia sint, per purgatorium inferne pharmacū, & maxime per hieram Archigenis. Post purgationem cucurbitæ præcordiis ac capiti affigantur cū scarificatione. Si uero aliqua compunctio etiā inferius fiat, illic quoque scarificatio adhibeatur, præsertim in mulieribus, iuxta uteri regionem. Quod si ad aliam quandam affectionem transitus fiat, curatio ad illam adaptetur. In summa uero prouidendum est in syderatis, ut facilis fiat per aluum ac urinas excretio. Curandum est autem ut accipiant cibos quotidie quidem, uerum paucos & leues ac calidos, & exterossia ut præditos, plerunque cum melle edulcatos.

De Resolutione. Ex Archigēne. Cap. XXVIII.

Quum omnes nerui sensum simul ac motum amiserunt,

serunt, Syderatio appellatur affectio. Si uero iuxta alteram partem, siue dextram, siue sinistram hoc contigerit. Resolutio uocatur, illius partis uidelicet iuxta quæ facta est. Cōstat hæc affectio, humoribus multis uis scolis ac crasis nervos oburantibus, per quos motus uoluntarii perficiuntur. Manifestum igitur est quod redundantem humorem euacuare oportet. Nec uero aptius principium in his reperire datur quàm à uenæ sectione, si quidem permiserit ætas, habitus, tempus, studium, prægressus uictus, & reliqua quæ prohibere solent uenæ sectionē. Oportet autem moderatam destractionem facere, ut ne perfrigeretur. Frigiditas enim cum siccitate, uelut dictū est affectionem inducit. Quæ propter solum imminuenda est materia paululum per uenæ sectionem, & præsertim in prouectiori ætate. Detractio uero fiat à sanioribus partibus. In hoc autem tempore contacta esse oportet membra, propterea la-næ oleo scyonio aut gleucino imbuto. In profectionibus ætate, etiam castorium inspergendū est irrigationi. At in his qui derepente resoluti sunt, uelut ex ardore, præstat irrigatio ex lassis succidis, & oleo ac aceto, aliquando etiam nitro. Sæpe uero irrigationē renouare oportet. Cibus conuenit his modicus. Sint autem forbitiones alicæ lotæ, & succi prisanæ. Interpositis diebus quibusdam à uenæ sectione, alius subducatur, primū clysteribus, Deinde etiam per aloes & polyposidii ac colocynthidis cremorem purgetur. Conuenit etiā hiera Archigenis pro uiribus accepta. Post purgationē cucurbitæ affectis partibus adhibeantur. Si uero hæc ineptæ fuerint, uicinis affigantur. Post cucurbitas utēdū est cataplastatis ex semine lini, & scœnograeco, ac ordeï farina, cū oleo ueteri costis, & pulueribus inspersilibus ammixtis. Aut etiā emplastris quæ acciperunt picem, resinā, mannam thuris, aliquando etiā bitumē. Egrege facit & artemisia coincocta, & calamintha,

tha, ac ruta, & conyza. Postea uero etiam nitrum am-
 miscemus, & in muria cataplasmata coquimus. Modi-
 cam autem aquam esse oportet, quæ & ipsa in costu-
 ra consumatur. Postea autem pro lini semine, farinam
 loliaceam & sabaceam adhibere conuenit. Optimum
 est & erysimum. Deinde cerata & ungenta adhibean-
 tur. Alius autem semper facile solubilis sit. Catapotia
 ad resolutiones, tremores, & opisthotonicos. Succus cy-
 renaici, piperis, galbani, singulorum ʒ.i. passo dissolu-
 to ac facito catapotia, & dato ex eis obol.ii. & his ac-
 ceptis absorbere aq̄e mulsæ cochlearia duo aut tria.
 Aliud ad tremulos, resolutos, & opisthotonicos. Myr-
 rhe, castorii, styracis, piperis, æqualibus partibus utere.
 Aliud. Opopanacis, sagapeni, castorii, myrrhæ, succi
 cyrenaici, piperis, uirgultorum rutæ, singulorum ʒ.i.
 præpara catapotia & exhibe & insuper absorbeant
 aquam mulsam. Ungenta uero idonea sunt huiusmo-
 di. In aliquo ex prædictis oleo scillam macerare opor-
 tet in sole ad dies quadraginta. Si uero tale oleum nõ
 affuerit, in præfens scillæ sextantē in olei sextario co-
 quere oportet. Similiter etiã canchry, hoc est libanoti-
 dis semine utendum est. Ammiscendum est ceræ parū,
 & galbani, & propolis, aliquando etiam castorii ʒ.i. &
 adarces ac euphorbiū, singulorum ʒ.iii. & nitri ʒ.iii.
 Cōmoda est quoq; ranunculus herba similiter præpa-
 rata. Manifestum est autem quod à lenioribus incipe-
 re conuenit. Sed & cerata ex his parari possunt, adie-
 sto pyrethro, baccis lauri, nitro, sinapi. Malagmata uero
 conueniunt ex baccis lauri, & quod uiride appella-
 tur. Sæpe uero sufficit, ceratum cyprinum, largo sinapi
 ammixto, quod malagmatis usum exhibet. Cōueniunt
 etiam smegmata ex fece uini, & aceto, & cōbusta adar-
 ce, euphorbioq; ac calce uiua parata. Sed & dropaces
 ipsi cōmodissimi sunt. Sint autē leuia omnia quæ im-
 ponuntur propter corporū debilitatem. Reuocat autem

tem sensus etiam thapsia cum aqua illita aut cū aceto,
 post dropaces. Item illitio ex cantharidibus. Verū ul-
 cerationes ex talibus sientes cicatrice citius includere
 oportet. Quin & sinapismi ipsi cōmodi sunt, & postea
 balneum. Vtendū est post purgationem etiam potio-
 nibus ipsi conuenientibus. Castorii itaq; assidue ipsis
 detur ʒ.ii. pondere cum aqua mulsæ. Et opopanax ma-
 gnitudine fabæ, cum castorio, & sagapeno erui magni-
 tudine ab ipsis deuoretur. Item succus cyrenaicus ea-
 dem magnitudine. Sed & farmetorum uitis uiridium,
 decoctum, à ieiunis assidue potum, ualde prodest par-
 tibus corporis resolutis. Vtilissima est etiam post pur-
 gationes & alias euacuationes, theriaca ex uiperis an-
 tidotis, & mithridatica. Est & simplicius pharmacum
 ualde celebre ad huiusmodi affectiones, hoc. Castorii,
 seminis rutæ syluestris, opopanacis, sing. obol.ii. pyre-
 thri obol.i. acori tantundem, piperis grana.x. Cū aquæ
 mulsæ cyathis.ii. dimidium huius totius primū dato,
 robusto uero totū. Vniuersa uero curatio à capite ini-
 tium sumat: Hoc enim radix est & principii totius af-
 fectionis. Quapropter illitiones ipsius sint, castorium,
 peucedanum, baccæ lauri, & menta. Hæc modico acri-
 aceto excipiantur, addito irino ungento, ut liquidioris
 cerati crassitudo fiat, & illinatur ex hoc totum caput
 usque ad frontem. Sed & odoramenta eiusdem gene-
 ris adhibeantur. Postquæ autem alius efficaciore cly-
 stere præuacuata est, & totum corpus iam minus suo
 perfuitatum habet, cucurbitæ capiti adhibeantur cum
 scarificatione, primum quidem tali quæ multū sangui-
 nem extrahere potest. Deinde uero moderatiore. Hoc
 autem auxilium sæpe adhibendum est, leuibus & inas-
 nibus cucurbitis primum capiti circumpositis, & dein-
 de locis agglutinatis. Sic enim affixæ nihil minus quā
 repetita sanguinis detractio possunt. Tonsura uero
 non solum cucurbitarum gratia, sed etiam per seipsam
 assidue

afidue fiat. Si uero ambiens nos aer non fuerit frigidus, etiam rasura comoda est. Statim autem predictis illitionibus caput modice confricandum est. Postquam autem detracta fuerit materia, etiam sternutatoris & pituitam per os ducentibus utendum est. Ego uero etiam crustas inurere non dubitarim per ignem, aut per medicamentum. Vnam quidem circa occipitis cauitatem, quo loco spinalis medulla initium habet. Duas autem ab utraque ipsius parte. Tres aut quatuor in uertice. Vnam ex his in medio capitis, tres circum ipsam. Ulceribus enim diutius fluidis permanentibus, non despero perfectam restitutionem. Reliqua diarta sit attenuatoria, uentri comoda, nihil uiscosi aut uirosi habens. Et que urinam cient alimentis ammiscantur. Utendum est etiam positionibus relatis ad morbum comitalem, & ungentis ad arthriticos referendis. Quum enim communia sint hæc, superfluum est eorum etiam hic meminisse. Si uero fuerit æstas, etiam in totum detegantur loci, & denudati aeri exponantur. Quibusdam enim hoc tempore principium recuperationis actionum contigit.

De supercilii aut palpebræ resolutione. Cap. XXIX.

Si supercilium aut palpebra fuerit resoluta, curabitur ungentis calidioribus & acrioribus fronti illitis. Palpebra uero collyrio ex sandice & germinum oleo succo illinatur. Optimam autem in ipsis, & maxime in supercilio relaxato, hoc. Mastichen cum succo brassicæ non lotæ terito, & distenta frontis cute, fronti crassius illine. Perfeuerante uero affectione, palpebram quidem futura curat. Supercilium uero fasciolæ de fronte ablatio.

De conuulsione canina. Cap. XXX.

Caninam conuulsionem uocant mandibularium musculorum resolutionem. Distorquetur igitur in obliquum os & nasus & oculus, & in summa, dimidia faciei pars. Auxilia itaque resolutæ parti adhibeantur, non opposita. Decipiuntur enim aliqui, qui mandibulam

bulam ab opposita parte distrahi putant. In communi igitur ipsis commodant omnia in resolutione relata. Nam & sanguinis detractio, si nihil prohibuerit, & purgatio, & clyster, & cataplasmata, & ungenta, & malagmata, & sinapismi, & taphæ usus, conducunt. Priuatim uero deligatura que ad opposita reducit. Et sanguinis detractio à uenis sub lingua. Et cucurbitæ duobus uerticulis impositæ. Et que pituitam per os detrahunt, itemque que per nares. Iam uero etiam acris illitionibus utendum est ad oculum affectum, præsertim collyrio ex sandyce & germinum olæ succo.

Lingæ resolutæ curatio. Cap. XXXI.

Si lingua fuerit resoluta, uenæ sub ipsa secentur, cor porè uniuerso prius euacuato. Et cucurbita sub mentum ponatur. Et que pituita per os detrahunt, & collutiones ex sinapi, & lingue exercitia adhibeantur. Reliqua item occipitio ac collo uniuerso admoueantur, uelut sunt illitiones acres, & epithemata, & sinapismi.

De instrumenti uocalis resolutione. Cap. XXXII.

Resoluitur & uocale instrumentum, faucium in qua musculi, & extremitatis asperæ arteriæ, immo etiam thoracis superiores. Spiritus itaque in ipsis supprimitur. Quidam etiam gracilem uocem acquirunt. Alii uix loqui possunt. Et aliis aliter uox impeditur. Proinde post uniuersalia auxilia, etiam thoraci adhibeantur ea que antea enumerauimus. Et gargarismi acres ipsis exhibeantur. Priuatim uero ad ipsos utendum est spiritus detentione, & coaceruata expiratione, & concinna uociferatione. Post hæc autem per uictum ac exercitia uniuersum corpus corroboretur.

Deglutitionis resolutæ curatio. Cap. XXXIII.

Si deglutitio resoluta fuerit, hoc est, delatrix ciborum promptitudo: Nam si stomachus, hoc est gula, resoluta fuerit, perniciem inducit: calida omnia adhibenda sunt. Priuatim uero conandum est ut cibi indantur quam

quàm penitissimè, ut ne ad asperam arteriam dilabatur. Cucurbitæ quoq; mento affigantur. Et ungenta usurpentur ad partes iuxta tonsillas acria, ex castorio, sagapeno, succo cyrenaico præparata. Gargarismi itè ex sinapi. Et quæ commansa pituitam ducunt. Forinsecus quoq; adhibendæ sunt illitiones communes prædictæ ipsi mento.

Vesicæ resolutæ curatio. Cap. XXXIII.

Vesicæ resolutio siue detinuerit urinas, siue inuoluntarie excreuerit, iisdè cõmunibus auxiliis curabitur, circa pectinem & maxime circa intercapedinè inter anũ ac scrotum adhibitis, qua parte situm est uesicæ collũ, quem locum quidam sran, id est catenulam appellat. Vtendum est autem supra prædicta, irrigationibus pectinis ex ungento nardino, & malabathrino sulfinoq; ac ficyonio, in quo cocta est eryngii radix, cyperus, cardamomũ, ruta. Sed & sedes his illinenda est. Post cõmunia uero auxilia, etiam per infusa in anũ conandũ est reuocare uesicæ actiones. Sunt autem hæc, à principio quidem castorium cũ oleo ficyonio, aut ruta, aut cumino, aut anetho in oleo cocto. Deinde cõtaurii, & colocynthidis decoctum, ita ut modo cum aqua, modo cũ psisanæ succo simul coquantur. Optime facit & anagallidis succus. Et origani ac thymi decoctũ. Omnibus autem ammiscendum est oleum ficyoniũ & castoriũ: Aliquando etiam opopanaca & galbanum in ipsis eliquamus, si frigoris sensus ipsis affuerit. Infundimus etiã per colè oleum ficyoniũ cum castorio aut opopanace. Quandoq; etiam silphium in oleo coquimus. Priuatim uero in his qui urinas detinèt cathetere instrumẽto immisso ad urinas prolectãdas utimur. Et post urinæ euacuationè, cathetere adhuc insito, aliud quod ex prædictis infundimus angustissima fistula ad utrè parata, quæ catheteri adaptari possit. Et mirũ est quanta inde utilitas emergit, ex infuso uidelicet post

urinas

urinas excretas. Vt edũ est autè in utrisq; èt urinã cièntibus per interualla: Velut est sion, & iunci odorati flos ac similia. Vt edũ & aceto ac uino scillino. Dicitur autè de his amplius in Sermone de affectionibus uesicæ.

Colis resoluti curatio. Cap. XXXV.

In colis resolutione urinæ excretiones non impediuntur. Seminis autem excretio & coitus impeditur. Oportet igitur auxiliis ad uesicã relatis uti. Priuatim uero nunc etiã coxèdicibus calefactoria adhibere. Et iam quoq; tentiginem cièntia, de quibus suo loco dicetur, exhibere. Facit autem cum reliquis pudendum cerui foemori uelut zona alligatum. Et carnes ipsius comestæ, & polypi marini, & herinacæ. Et ex uolucris sturni. Castorium autem in omni resolutione commodum est. Cauenda uero sunt in ipsis omnia frigida edulia ac portiones.

Intestini recti resoluti curatio. Cap. XXXVI.

Intestino recto resolutò omnino inuoluntariã steretora excernuntur. Aliquãdo uero etiam sistantur. Itaq; etiam auxilia eadem sint quæ in uesica sunt relata, coxendicibus adhibita. Priuatim uero in his, nunc adstringentia & corroborantia, nunc pinguis & leuia, per clysterem infundimus, & rursus mordacia ac lancinantia. Proinde cupressi ac rubi decoctum adstringit, maxime ubi immodice egerit. Suillus autem & asnerinus adeps, & oleum malux maxime pinguefacit ac lenit, ubi steretora supprimuntur aut acria existunt. Muria uero & colocynthidis decoctum, itemq; centaurii, artemisiæ, conyzæ ac thymi lancinant ac mordent. Egrege facit & trifolii bitumen olentis decoctum. Quum autè frigiditatis sensus affuerit, cõmodũ est silphium, & gentiana, & bryoniæ radix, in omnibus infusis sedis. Ego uero aliquando etiam acopon lassitudinem eximens ex eliquando paratum dilutũ, per clysterem cũ fœnigræci decocto immisi, & bene successit.

Cruis

Cruris aut alterius cuiusdam membri resoluti curatio. Cap. XXXVII.

Si crus aut manus, aut aliud membrum resolutum fuerit, comunia auxilia in resolutione relata adhibeantur, & exercitia moderata unicuique parti congrua. Vtendum est etiam in omni resolutione ugentis coe ad arthriticis referentur. Cibi uero sint in omnibus faciles concoctu, attenuatorii, uentri comodi, nihil uiscosi, aut mali succi habentes. Vinum sit album, tenue, & non ualde uetus. In summa uitanda est corruptio, frigiditas, ardor, ocium, lassitudo, coitus, uini multi potus. Ex epistola Archigenis ad Marsum, potio resolutis conueniens, de qua sic ait. Optimum est hoc pharmacum, & ad eiusmodi affectiones ualde a me probatum. Castorii, seminis rutae syluestris, opopanax, singulorum obolos. ii. pyrethri, acori, singulorum obolum unum, pipereis grana. x. Cum aquae melle cyathis. ii. dimidium ex hoc primum dato: robusto uero totum. Indicat autem obolum habere siliquas tres.

De Conuulsionibus aut distentionibus. C. XXXVIII.

Quum statim a principio, aut non multo post principium morbi, sunt conuulsionibus, & permanserint, ex repletione originem ducunt. Quum autem multis sudoribus praegressis, aut uomitibus, aut uentris excretionibus, aut sanguinis eruptione, aut post uigilias, aut famem, aut motus multos & uehementes constatae fuerint, ad euacuationem consequuntur. Et ubi etiam in sanis contingerit aliquas partes repente conuelli, ob repletionem fieri necesse est. Si uero ex febribus ardentibus succedit conuulsio, ob uehementem nimirum totius corporis, & maxime neruorum partium siccitatem contingit, & est huiusmodi malum maximum ac fere incurabile. Quum igitur corporis partes antrorsum distenduntur, emprosthotonus appellatur: quum retrorsum, opisthotonus, quum uero aequaliter in utraque partem tenduntur, tetanus uocatur, conuulsionibus itaque

ob ue

ob uehementem siccitatem nemo curauerit. Eas autem quae ob plenitudinem aut inflammationem sunt curaueris, plenitudinem quidem euacuando, inflammationem uero, propriis ipsius auxiliis adhibitis. Fit etiam conuulsio in his qui uehementer ob uomitus lancinantur, & sedatur ubi quae molesta sunt per uomitum fuerint reiecta. Auxiliatur conuulsis succus caetaurii, tenuis potus, & seseli cum aceto mulso aut posca. Castorium autem non solum potum, sed etiam foris illitum commodat. Atque haec exhibemus his qui ob plenitudinem conuelluntur.

De Tetano siue distentione, & conuulsione.

Ex Archigene. Cap. XXXIX.

Quid significet tetani nomen, iam ante dictum est. Corripiantur autem hac affectione cum ob alias causas, uelut dictum est, tum ex uulneribus, & in foeminis ex abortu. Verum tetani ex uulnere sientes non ita sanantur. Neque autem pueris, neque senibus conuulsio fit tetanica. Infantes enim magis infestat morbus comitialis. Quare negligendum non est, sed uena secanda, si distentio ex uulnere consequitur. Copia uero detrahenda est multa quidem, sed tamen non usque ad animi deliquium. Et paulo post exhibeatur alica cum aqua mulsa. Sit autem modicum quod exhibetur. Et ex aqua & oleo tepido acri stimulantur, & in solio desideant infra umbilicum. Oportet autem & partes quae non madesunt praerillire, & praesertim caput, & probe contegere ut ne impleatur. Vngenta autem & illitiones adhibeantur ex oleo sicyonio, & gleucino, aut irino, aut oleo ueteri. Coueniunt & ungenta lassitudinem eximentia moderate calfacientia, uelut est quod foetidum appellatur, & quod ex sampsocho fit, & quod ex populo nigra, & similia. Quorum compositiones in Sermone de arthriticis referentur. Si uero non a uulneribus, sed ex repletionem fiat tetanus, post uenae sectionem, ugentis magis lancinantibus

A E T,

o o tibis

tibus utendum est, quæ adarcen habent, & similibus. Deinde etiam cataplasmata locis affectis adhibeantur quæ laxare ac discutere possunt simulq; lenire. Et hæc maxime musculis circa collum & maxillas ac spinam adhibeantur. Horum autem materia sit scœnumgræcum, & semen lini, & farina ordacea ac loliacea . His addatur terebinthina, resina, & galbanum, & mel ac oleum multum, in quo decocta sunt ruta, conyza, aut artemisa, aut libanotis . Infarciatur etiam aliquando ammoniacū thymia. Sint autem mollissima ac leuia cataplasmata. Sed & fomentum adhibeatur incūbente cataplasmate, ex uesica magna & oleo calido semiplena . Aut ex sale frictio, aut ex milio in sacculis. Sed & cataplasmata in saccos coniecta imponantur, ut fomentum circa inquinamentum fiat, & præsertim si capiti id imponere oportet. Vitandæ autem sunt assiduæ irrigationes capitis . Caput enim inde repletur. Occupet cataplasma & irrigatio, ceruicem & maxillas ac totam spinam usq; ad lumbos. Inspargatur irrigationibus castorium. Et cucurbitę cum scarificatione locis affectis omnibus affigantur. Temporis autem successu etiam folia ex oleo assumentur moderate, bis aut ter in die, ita ut quinta olei pars ad ignem calefiat, reliquum in solium mitatur. Domus autem calida apparetur . In potu conueniunt optimum apomeli, & radicis silphii decoctum, & ipsa trita, & hyssopi decoctum, & succi cyrenaici magnitudine erui deuorata, & myrrha troglodytica magnitudine sabæ. Ex omnibus autem minime offendit, & maxime efficax est castorii tritum datum cochlearii mensura. Post hæc commo-
dant sedis illitiones ex ruta & opoponace. Auxiliatur & oleum insulum rutacei cū terebinthina. Danda est ipsis & Archigenis hiera ʒ. ii. pondere cum pari castorio, cum prisanæ succo ac melle . Deinde quædam ex aliis dentur, & ipsum castorium per se.

De

De capitis dolore distinctiones. Ex Galeno. Cap. XL.

Qui citra distinctionem doloris capitis auxilia descripterunt, maius detrimentum quam emolumentū his qui eis fidem habuerunt, attulerunt. Neque enim omnes ob unam affectionem caput dolent. Sed tū ipsæ affectiones plures sunt, tum curatio ipsarum singularum propria existit. Vna enim affectio est iuxta intemperiem simplicem citra humorum cōplexum: Alia iuxta humorum qualitatem: Tertia uero multitudinem tantum ipsorum humorum contingit: Quarta quum multitudo hæc transitus humorum ac uaporum obiturarit. Et ad has adhuc alia, quum ob imbecillitatem in aliquibus capitis partibus spiritus flatuosus inascitur. Vehementissimi igitur capitis dolores sunt iuxta caliditatem ac frigiditatem. Moderati uero iuxta siccitatem. Ad humiditates autem nullus cōsequitur dolor. Eodē modo quū ob redundantes humores siue iuxta omnes capitis partes, siue iuxta unā quācūq; tandem dolor contigerit, uehementior quidem ob calidos ac frigidos: moderatior autem ob resiccantes citra caliditatem aut frigiditatem manifestam oboritur. Humectantes autem penitus nullum dolorem inducunt, quantum ad qualitatem ipsorum atinet. Nam ob multitudinem, citra quidem obturationem, grauāt caput. Cum obturatione uero dolores inducunt. Si uero multitudo mordacem qualitatem habuerit, dolorem augebit. At uero spiritus flatuosus & uaporosus distinctionem efficit citra mordacitatem.

De dolore capitis, ex ardore aut caliditate oborto. Cap. XLI.

Capitis dolores ex ardore solis aut caliditate obortos sanant quæ frigefaciendi uim habent, citra manifestam adstrictionem. Optima uero ex ipsis sunt quæ essentiam tenuiorem habent. Quapropter nihil melius est ab initio quā optimum rosaceum frigidissimum

factum, & fincipiti affusum. Sit autem rosaceum eo an-
no factum ex oleo omphacino, citra salis ammictio-
nem. Proximum à rosaceo locum habet chamæmelis-
num, ubi moderatam frigiditatē inducere uolumus,
Quum enim uehementē frigefacere uouerimus, sem-
per uiui succi ammiscere conuenit, aut polygoni, aut
lactucæ, aut uuæ acerbæ, aut portulacæ, aut pampino-
rum uitis, aut psyllii, aut intybi. Papaueris autē & man-
dragoræ succus uehementer frigefacit. Quapropter
nocuius est. Cæterum Erasistratus maximum præserua-
tuum in calidioribus habitū esse dicit, ubi quis in so-
le uersaturus sit, si spongiam latam, dēsam, aqua imbu-
tam, & probe expressam capiti imponat. At si doloro-
sa caliditas in capite inualescat, una cum spiritu flatuo-
so, ab initio quidem curatione per repulforia utendū
est, quæ ex adstringentibus ac frigefacientibus contin-
git. Postea uero ex mitigatoriis ac concoctoriis medi-
camentis aliquid ad repulforia ammiscere oportet.
Deinde etiam ex discussoriis quippiam addendum,
paulatim detractis pharmacis quæ repellunt.

De dolore capitis in febribus. Cap. XLII.

In capitis doloribus in febribus coincidentibus, ue-
na secunda est in prima aut secūda remissione, si nihil
impedierit, & præsertim in bono habitu præditis ac
multo sanguine refertis. Animaduertendum est autē
ne ob exhalationes ex uentre fiant, aut propter aliu
suppressam. Si uero posterius post septimum irruant,
præuacuata memorabiliter per clysterem aluo, cucur-
bitæ occipitio aut ceruicæ affigatur. Et caput ex olei in-
rigationibus mitigetur, rosacei quidē in calidioribus,
& hora æstatis, cū modico aceto, chamæmelini uero
in non ualde calidis. Anethini autem in frigidioribus
habitibus, & in hyeme, quinta acetii parte addita.
Frons uero illinēda est ex cypheos confectioe in fri-
gidioribus. Crocomagmate autem in calidioribus.

Porro

Porro medelæ doloris capitis ex februm magnitudi-
ne oborti, in febrium tractatione supra descriptæ sunt.

Ad capitis dolorem ex ebrietate & meri
potū. Cap. XLIII.

Vinā temperie calida maximē generant capitis do-
lorem, ut quæ omnino quidē uaporibus caput replēt,
aliquando uero etiam humoribus calidis. Proinde
opus est multitudinē quidem euacuare, caliditatē ue-
ro frigefacere. Rosaceum igitur aut tale quoddā non
ualde frigidū fatis est capiti adhibere. Somnū item ac
quietem. Et ubi talia per totū diem fuerint adhibita, in
uesperā lautare oportet, & boni succi cibus nutrire, non
tamen calefaciētibus. Qualis est prisanæ aut alicæ suc-
tus, & panis ex aqua, & oua sorbilia sine garo, & lactu-
cæ feruesactæ. In potū omnino utendū est aqua. Post
omnem uero cibum, parum dandum est de malo pu-
nico, aut piro, aut pomo, aut uua passa. Sequenti uero
die lauetur, & boni succi cibo nutriatur. Et uinum tes-
tū album modicum detur. Cæterum præsumptā
ebrietatem arcēt hæc. Amygdalæ amaræ quinque aut
septem à ieiuno comestæ. Vinum absinthites aut myr-
teum præsumptum. Et ipsæ myrti bacæ præsumptæ.
Brasicæ cauliculi præcocti. Ebrietatem autē extin-
guunt postea ingesta, centaurei tenuis decoctū, ceruis-
num cornū, uerbenacæ rectæ semen cum aqua.

Perfrigerati capitis medelæ. Cap. XLIII.

In capite recens frigefacto, rutaceo oleo calido sin-
ciput irrigare oportet. Si uehementiore caliditate opus
habuerit, parum euphorbii oleo iniiciatur, aut ungen-
tum irinum illinatur, aut amaracinum, aut laurinum,
aut serpillinum, aut nardinum. Frons quoque talibus
inungatur, & narium ac aurium meatus illinantur.

De capitis dolore à stomacho. Cap. XLV.

Quidam etiam si modicus in uentre, & maxime cit-
ca os ipsius, humor acris fuerit collectus, statim caput

dolent, humoribus in uentre paruos uapores ad caput mittentibus, ut aliquibus ipsorum suffusis similia symptomata accidant & exhalationibus, si non cibum ingesserint. Et propterea famem ferentes læduntur. Augescit enim ipsis huiusmodi humorum malignitas propter inediam. Oportet itaque sic uexatos sanare, ita ut nihil capiti adhibeamus, uerum quam citissime molestos uentris humores euacuemus, aqua tepida exhibita in potu, & immixtis penitus uomitu proritato. Deinde uero post modicum interstitium cibus boni succi & stomacho commodus detur, si fieri potest lotis post uomitum: Sin minus, ante balneum. Atque hic tantus sit ut ne lædantur dum lauantur. A coena uero parum bibant, & sequenti die mane absinthio & eadem diæta utantur. Et de cætero quotidie circa horam tertiam aut quartam modicum panem accipiant cum oliuis albis, aut cum uua passa, aut aliquo huiusmodi, per experientiam reposito, eo quod singulis optimum est. Aliud enim alii optimum est, iuxta naturæ proprietatem. Interpositis autem horis duabus balneum petant. Pessima porro affectio est, ubi uitiosis humoribus in uentris tunicis absorptis, aut ineluibilibiter infartis, nauææ ac lincinationes inducuntur. Quibus optimum auxilium est aloë pharmacum, quod aloës quidem habet drachmas centum, reliquorum uero quæ recipit singulorum drach. vi. croci uero drach. iiii. aut minus, crocus enim caput percellit. Datur ipsis ex hoc pharmaco drach. i. cum aqua cyathis duobus. Cauenda autem sunt in omnibus, & praesertim his, edulia natura capitis dolorem inducunt.

Quæ ex natura capitis dolorem inducunt.

Cap.

X L V I.

Non solum in his qui caput per stomachi consensum dolent, sed etiam in omnibus capitis affectionibus, uitanda sunt quæ natura capitis dolorem inducunt. Sunt autem hæc: uiticis semen, absinthii succus, lactis

lactis potus, glandes quercinæ comestæ, oliuæ nigra, memecyla, eruum. Hoc etiam articulos exoluit. Amplius autem lædunt myrrha, thus, hederæ corymbi. Mentem uero perturbant lentisci fructus, crocus, peucedanum, cyclaminos sicca cum uino potata: styrax modicus quidem potus, tristitiam discutit, multus autem, turbulentos somnos facit.

Ad dolorē capitis ob plagam. Cap. XLVII.

Si uulnus ob plagam factam fuerit, glutinatoris & inflammationem arcentibus pharmacis utendum est, postquam ulceris labia fibulis impositis constrinxerimus. Si uero usque ad pelliculam os caluæ ambientem plaga penetret, diducta pellicula caluariam ambiente, osseque concalpto, iuxta concarnationis modum curare oportet. Contingit autem non parum sæpe, in casu praesertim ex sublimi facto, ut quædam partes circa cerebrum aut membranas eius abrumpantur, quando sanè etiam periculum uehementius & acutius imminet. Optimum itaque fuerit in his, nisi ætas prohibeat, & nisi uitalis facultas debilis appareat, à uenæ sectione curatio in initium facere. Quod si aliquid uenæ sectione impediatur, aluum per clysterem euacuabimus, reuulsionis simul ac euacuationis gratia. Deinde auxiliis ad inflammationes commodis utemur. At uero membranam cerebri sauciata, inquit Archigenes, probe glutinat calaminthæ succus infusus, & farina milii arida inspersa. Deinde butyrum, & rosaceum, & adeps suillus infusus uetus, simul mixta & tepescata infusa.

De cephalæa. Galeni. Cap. XLVIII.

Cephalæa inueteratus & egre cedens capitis dolor appellatur, qui ex facili occasione maximas exacerbationes habet, adeo ut neque strepitus, neque uocem uehementiorem, neque lumen splendidum, neque uini potum, neque odora menta caput replentia tolerare possint, neque item motum. Sed in quiete ac tenebris ob dolorum

magnitudinem decumbere uelint: nam uelut à malleo sibi pertundi uidentur: quidam uero uelut contundantur, aut distendantur & quæ circa caput sunt sentiunt. Nō paucis autem usq; ad oculorū radices, dolor progredditur. Habet autē hæc affectio aliquando cōtinuos dolores, aliquando exacerbationes & interualla, siue ordinata, siue inordinata. Intermitunt enim aliquādo eiusmodi exacerbatiōes, uelut in comitiali morbo correptis, interceditq; tēpus aliquod quod omnino accufari non potest. Manifestū igitur est hanc affectionem consimilem aptitudinem capitis, ut facile lædatur, uelut in cephalalgicis habere. Verum ad maiorem debilitatem deueniunt in hac affecte capitis partes. Et quidam ex eis cerebri mēbranas dolitant. Quidam uero membranam tantū caluariam ambientē. Dolores igitur cum grauitate, humorū multitudinem indicant, cū mordacitate uero, aut humorum, aut uaporū acredinem. Cum pulsū autem inflammationem. Cum tensione uero, siquidem citra grauitatē ac pulsū fiat, status tenuis & uentosi multitudinem demonstrāt. Si uero cum pulsū, membranosi corporis inflammationem. Si uero cum grauitate distentio fiat, humorū multitudinem intra membranas contentam. Et dolores quidem in superficie hærentes, membranæ os caluæ ambientis affectionem significāt. Qui uero in profundo sunt cerebri membranarum. Quibus enim affectio inter caluariam est, his dolores usq; ad oculorum radices procedunt, eo quod oculorum tunica, ex cerebri membranis ortum habeant. Si quidem igitur humorum aut uaporū multitudinem repereris causam, siquidem propter totius corporis repletionem facta est, uniuerso corpore euacuato capitis dolorem sanabis. Si uero uelut debile existens caput, ad se sublatos humores ac uapores susceperit, materiam reuellere oportet in totū corpus, atq; ita particula mederi. Per clysteres itaq; reuulsio

fit, &

fit, & ligaturis extremitatum, & pluribus infernarum partium confrictionibus. Interdū etiam sanguinis detractione. Caput autem curabis, quando quidē reuulsorisi uti oportet, per repulsorias irrigationes. Post totius uero corporis euacuationem, iam caput euacuandis tibus ac discussoriis uationem. Deinde his quæ corroborationem rare possunt. Repellit igitur oleum omphacinum, & rosaceum per se, & cū aceto, & quod ex papaueris capitibus, & oleæ teneris germinibus, & hederę cacuminibus, ac menta uiridi apparatur. Adhibeantur autem remedia tepida quidem, ubi frigidior & crudior fuerit humorū multitudo. Frigida uero, ubi calidior & biliosior extiterit. Discutit autem oleum dulcissimū cassidum, & hoc magis inueteratū, item sicyonium. Si uero crasis fuerit humorū multitudo, spondylium aut serpillū, aut pulegii conā, aut calamintham, aut mentam oleo incoquens, multitudinem euacuabis. Eadem hæc etiā robur parti addunt. Quapropter usq; ad perfectam curationem eis uti conuenit. Omnium porro maxime discutit, & mirifice corroboret, uerberenaca resina, præsertim uiridis. Immo etiam arida cū radicibus, & simul cū serpillo, oleo incocta. Coniicienda etiam ad ea crocodiliadis maximæ circa aquas nascentis radix. Quin & ipsam per se uerberenacā, si oleo, incoxeris, caputq; inde rigaueris, omni capitis dolori antiquo, ex frigiditate aut ex crasis humoribus aborto medeberis. Maxime etiam profunt sub aquario uase nascentes aselli, millepeda appellati, si cum oleo coquantur.

De hemicrania. Ex Galeno. Cap. XLIX.

Affectio dolorosa iuxta dimidiam capitis partem contingit, quam hemicraniam appellant, & ut plurimum per circuitum exacerbatur. Fit autem propter influxum uaporum, aut humorū, siue multorum, siue calidorum, siue frigidorum. Et aliquibus contingit ut extra caluariam doloris sensum perceptent. Quibusdam

autem in capitis profunditatem penetrat. Aliqui uero temporum musculos uehementer dolent. Dinotiones autem ex his quæ de cephalæa dicta sunt fiant. Proinde de purgare ipsos oportet, aut prius uenam secare, atque sic localibus auxiliis uti, ita ut quis tum per digitos suæ manus, tum per lintea, dimidiam frontis partem, & maxime circa temporū musculum, confricando excoalefaciat, ante exacerbationis tēpus hoc faciens. Post exacerbationē uero hemicranicis appellatis pharmacis utendum est, siquidem multa caliditas in doloribus præcipiatur, his quæ refrigerans quippiam habent. nō præsertim uero caliditate, his quæ multum calefaciunt. Vtriusque uero aliquid ex his quæ robur addunt miscetur, quod adstringētum habeat facultatem. Optimum porro est unguentum quod habet euphorbii unci. i. cere quadrantē, olei dulcissimi lib. i. Ex hoc dimidiam frontis partem unā cum temporum musculo illine. Commodissimū est ad frigidās affectiones, ut sæpe ex unguento eius usu ante balneum, dolor cessarit. Sic autem affectus prodest etiam in aurem infusum oleum tepidū, modico euphorbio adiecto. Satis est enim si ad librā olei, drach. iiii. euphorbii addantur. Cæterum naturali quadam ratione aut potentia, euphorbium ad hemicranicos facit sic adhibitum. Terito ipsum cum acetum, & si quidem dextrum tempus dolet, illinito sinistro: si uero sinistrum dolet, illinito dextrum, & certerrimē sanat dolorem. Item intestina terræ terito, & ferrime fanat dolorem. Item intestina terræ terito, & dolens tempus illinito, mirifice faciunt. Similiter utere carne cochlearum. Vtere etiam paulopost describendis communibus. omnis doloris capitis auxiliis.

Communis curatio cephalææ & hemicranicæ.

Ex Archigene & Galeno. Cap. L.

Inueterata & ægre solubili cephalæa aut hemicrania existente, principium curationis à uenæ sectione, aut purgatione facere conuenit, alio prius per clyster

rem euacuata. Manifestum est autem quod multo sanguine refertis uenam secare oportet. Vitiatis autem humoribus referti, purgandi sunt. Et deinde irrigationibus comodis utendum est. Et à naribus sanguis detrahendus. Deinde pituitam per os ducentibus, & his quæ naribus induunt utendum. Postea raso capiti illinendū est id quod ex scāmonia & peucedano ac aloë constat. Epithema uero conuenit ex amygdalis amaris, & thure ac myrrha. Emplastra uero ex agarico, & quod ex scilla cōstat, & nigrum ex cucumere syluestri, conueniunt pustulas locis inducētia, & quæ in profundo sunt ad superficiē transferentia. Non incongruum est etiam malagma ex bacis lauri. Nos autem utimur cataplasmate ex cantharidibus, & mirifice facit, dum per longum tempus ulcuscula ab hoc pharmaco sentiant sanie manant. Oportet autē munitam esse uescicam per lactis potum ac irrigationes, eo quod facile ab uentis ex cantharide lædatur. Perseuerante uero affectione, secandæ sunt arteriæ circa aures, & præsertim quæ in temporibus sunt. Quidam etiam uisione profunda usi sunt in cephalæa, qui hoc solum cauerunt ne quis musculus sub cauterium caderet. Adhibentur autem cauteria nucleiformia, ubi magis dolor hæret. Et licet usque ad os utere quo squamæ discedant. Barbari uero luniformem diuisionem faciunt circa anteriorem capitis partē, supra frōtem, à sinistra aure usque ad dexteram, pelliculam caluam ambientē exoluentes, & capitis os deradentes, caput tamen munientes. Et nō potest temere assumpta esse uideri his qui mali difficilem tractationem nouerunt, propter quā neque talia auxilia maiora quā opus est existunt. Veratrum autem non minus cauteriis prodest, immo etiam magis. Inducendi igitur sunt prius per uomitū à raphanis: Deinde dandū est ueratrum. Ego uero tum his, tum comitialibus, ueratri albi bulbū tritum & in puluere redactum exhibui

exhibui drachmæ unius pōdere, uelut in Sermōne de purgatoris dictum est. Purgantur enim hinc efficaciter cum ualde multa excretionē. Deinde interpositis quibusdam diebus de surculis exhibeo drach.ii. Amplius enim hinc lancinantur quàm excernunt. Et rursus tertio similiter præbeo. Nam ad affectionem iam firmatam, & in ipsis ut ita dicam ossibus fixam, non est alius efficacior modus. Post hæc reparatis uiribus infra purgamus, per interualla quædã per nostram hieram, quo illuc repere cogamus materiam sursum uergentem. Vitare autem oportet frigiditatem, ardorem, lassitudinem tum reliqui corporis, tum ipsius capitis, per uisum, auditum, olfactum & gustum, & præcipue tactum. Vitanda sunt etiam acriora edulia, uelut ceparum, alliorū, & similiarum: Item ea quæ inflant, & quæ difficulter transeunt. uelut sunt casei, lac, fungi, tubera, bulbi, rapa. Eligantur autem uentri cōmoda & quæ facile concoquuntur, friabilia, non pinguis, non uirosa, stomacho grata, urinam cientia. Fugiendum est etiam mel & omnia dulcia. Vinum uero album & tenuē sit, & non ualde uetus, neque ualde odorum, & copia moderatū. At uero stochadem herbam costam cū aqua, aut aqua mulla, in omni capitis dolore, uelut solum & maximum remedium exhibeto. Aliud ad omnem capitis dolorem. Os cerui ustum & tritum cum rosaceo dolenti loco illinito. Aut ocimum tritum imposito. Aut mentam cū aceto tritam bis in die illinito. Aut ruticem syluestrem & gallas simul tritas, temporibus ac fronti illinito, & uestigio sanabis. Aliud. Stercus hircundinū antequam in terram cadat, unã cū luto quod in nido reperitur, aceto in ligneo uase madefacito ac illinito. Aliud. Pilulas caprini stercoris tritas illinito ac alligato, atque hoc mane ac uespero facito, & sanabis. Aut nasturtiū torrefactum cū aceto & rosaceo terito, & cerati crassitudine imposito, & citissime mede-

tis,

ris. Aut intestina terræ trita illine. Aut cochlearum canis cinerem, sterco bubulum, thus, æqualibus portionibus cum aceto trita illine. Quidam uero ex nostris præceptoribus, inquit Galenus, hoc utebatur ad hemicranias, piperis ʒ.ii. crocomagmatis ʒ.ii. euphorbiæ cæcis drachmæ dimidium. Si uero uetus fuerit, drachmam unam, stercoris columbarum in agris degentiū drachmæ dimidium, attramēti scriptorij boni, drachmæ dimidium. Terito cum acerrimo aceto, & illinito temporis musculum & dimidium frōtis, ac totam aestu festam partem. Crocomagmatis præparatio. Croci ʒ. centum, myrrhæ troglodyticæ ʒ. quinquaginta, rosarum siccarum ʒ. quinquaginta, amyli recentis ʒ. quinquaginta, gummi drach. quinquaginta. Teruntur cum uino. Ad capitis dolorem temporibus illinitur. Miscetur etiam in præparationes aliorum pharmacorum. Aliud quod non solum hemicranicis commodat, sed etiam omni inueterato capitis dolori, illinitum. In dolore quidem capitis, à tempore ad tempus per totam frontem, in hemicranis uero dimidiæ parti affectæ, Croci ʒ. xv. atramenti sutorij ʒ. x. aluminis ʒ. iii. myrrhæ ʒ. iii. opij, omphacii sicci, chalcitidis crudæ singulorum drach. iii. gummi drach. xv. Cum uino salernō uelut collyriū terito: & pastillos formato. Et usus tempore cū posca, aut aceto meraco illine. Aliud. Scamoniæ drach. vi. croci drach. ii. comæ hederæ drach. vi. sulphuris uiui drach. iii. anisi drac. viii. feminis apii drac. viii. diligenter terito, & cum ocymi succo pastillos efformato. Hoc multo rosaceo dilutum irrigatio fit capitis lethargicis cōmoda, uerum in capitis dolore cū aceto adhibetur. Aliud pharmacum non solum in his commodum, sed etiam ad uertiginosos faciēs. Radicis peucedani drac. iii. iridis myrice drac. ii. æruginis, acori, singulorum drach. i. spondylii drachm. iii. piperis nigri drac. ii. & dimidiam, serpilli drachm. iii.

myrō

myrrhæ drach.ii. castorii drach.ii. & dimidiam, baccas lauri. xxxv. ruthæ uiridis drachm. viii. mentæ uiridis drach.iiii. opii drachm.i. Vino excipe & forma pastillos. Vfus autem tempore, aceto & rosaceo dilutos illos line. Sed & cerato rosaceo excepti fronti imponuntur, uelut malagma. Pastillus qui non folum hemicranio cis prodest, sed etiam ischiadicis. Thapsiæ drach.iiii. euphorbii 3.iiii. succi medici drac.iii. myrrhæ drach.i. opopanax drac.i. Côtusa simul ac trita cum uino est forma, & utere cum aceto. Alius. Radicis peucedani 3.iiii. croci 3.i. myrrhæ 3.iiii. opii 3.i. Cum aceto formato pastillos, & utere cū aceto in irritationibus. Euestigio soluit dolores. Alius ad omnem capitis dolorem & hemicraniam, per multam experientiam cognitus. Succis absinthii, succi hederæ, stercoris caprini, cochlearum, unà cum testis exustarum, chartæ uisæ, baccarum lauri, bulborum, thuris, euphorbii, atramenti scriptorii crocomagmatis, gallarum, foliorum raphani, uitellorum oui, succi maluæ, æquales portiones terito cum aceto, ac formato pastillos, ac utere cum aceto.

Epiythemata ad capitis dolorem. Cap. LI.

Amygdalarū amararū, floris uiticis, radicis, peucedani, mentæ uiridis, uirgultorū rutæ, baccarum lauri, serpilli, spōdillii, castorii, singulorū 3.i. rosarū siccarum sextatē. Dissolutio cū aceto & excipe cerato rosaceo. Deinde in lintheum infarta, derasis capillis, toti capiti imponito, & p fasciā deligata usq; in sequentē diē seruato, & rursus exoluito, ac renouata imponito. Aliud malagma, ad omnem capitis dolorē. Ferruginis 3.iiii. æris usti 3.iiii. squamę ferri stomomatis appellati 3.ii. terræ cimoliæ 3. iii. chalcitidis crudæ 3.iiii. pumicis crudi 3.iiii. terebinthinæ 3.i. ceræ septuncem, olei ueteris quincuncem. Aridis leuissimè tritis liquabilia liquata affunde, & emollito ac uitior. Si uero durus

rius esse uideatur, oleo amygdalino emolli, & utere uelut dictum est. Facit etiam fronti ac temporibus impositum. Facit quoque mirifice emplastrum nigrum Archigenis corio inductū, & dolenti tempori impositum. Euestigio enim soluit dolores. Habetur autē in auxilia ad orthopnoicos descripta Sermonis octaui capite quinquagesimo septimo.

Quæ naribus indita caput purgant. Cap. LII.

Quod si necessitas postularit etiā per nares caput purgare oportet, post totius corporis euacuationem, anagallidis succo naribus infuso, aut cyclamini. Aut ipsa cyclamini radice insufflata. Aut elaterio cum lacte infuso. Cæterum pharmacum imparabili sæpe usus sum nigella pridiæ in acri aceto macerata, & deinde cum aceto trita, ac naribus infusa. Facit etiam ad narium obstructionem. Aliud. Hederæ succus aut calaminthæ, per narifusorium instrumentum naribus infusus, multum mucum ducit. Aliud. Nucleum specilli in aqua tingito, & eo atramentum sutorii leuissime tritū excipito, & nares penitissime indito. Hoc multū purgat, & dolores euestigio leuat. Aut atramentum sutorium lacte tritū infundito. Purgat maxime ictericos. Aliud. Nigellæ tritæ drach. viii. spumæ nitri drach. i. salis ammoniaci drach. i. oleo ueteri, aut irino, aut cyprino dilue, & tomentū specillo obuolutū medicamento immerge, & ex eo nares assidue illine. Et defluet quicquid caput infestat. Habet autem pharmacum compagē cerati liquidioris, & seruetur in cornea pyxide. Alio quando pro spuma nitri elaterium adiucito, & facit ad diuturnas lippitudines, ac morbum comitalem. Ducit enim multam humiditatem. Aliud citra molestiam purgans, & confestim dolorem eximens. Cyclamini sicca drach. viii. iridis sicca drach. ii. nitri rubri 3.i. Ego uero elaterium pro nitro adiecti, & probe trita per stipulam insufflaui, sursumq; attrahere iussi, & postea

postea deorsum inclinari, ut collectus humor deflueret. Sed & per sternutatoria caput concutere oportet, quæ describentur in Sermone hoc inferius, ubi de narium affectionibus agemus.

Apophlegmausmi pituitam per os à capite detrahentes. Cap. LIII.

Nitri semissem, staphidis syluestris quadrantem, anisi trientem, foliorum lauri uiridium sextantem, uuarum passifarum uinaceis exemptis quantum satis his excipiendis. Ex hoc commanducandum præbe pro una uice quadrantem, & commansa expuere iube. Aliud quod contra malum caput purgat. Pyrethri, piperis, hyssopi, staphidis syluestris, singulorum æquales portiones, uuarum passifarum carne excipe, & manducanda præbe. Verum post horum usum, sale ac melle recurentur. Aliud caput purgans, quod neque caput dolere permittit, neque oculorum caliginem fieri. Prodest & auribus & dentibus. Et qui per tempus ipso utitur, in nullam ex his affectionibus incidet. Est autem optimum. Sampsuchi sicci, iridis illyricæ, pyrethri, hyssopi, nitri, piperis, seminis apii, radicis panacis, staphidis syluestris, singulorum ʒ. iiii. Si uero uim eius intendere uoles, adlice etiam myrrhæ ʒ. iiii. Singula primum seorsim, deinde simul terito cum aqua, & formato pastillos, pauco melle amixto. Vfus autem tempore, melle & aqua diluito, ac pro gargarismate utitor. Aut oleo cyprino, aut irino, aut ueteri ammixto naribus infundito.

Smegmata & puluilli inferfiles caput densantes. Cap. LIIII.

Smegma densans caput, nitri Bernicarii semissem, baccarum lauri, sinapis, sampsuchi, singulorum sextantem, cyperi unc. i. fecis uini ustæ unc. i. Hoc smegmate in balneo illito defricetur, Oculis autem linteam multiplex aut spongia prætendatur. Aliud. Nitri assati lib. i. baccarum lauri lib. ii. staphidis syluestris, sinapis

sinapis singulorum lib. i. radicis cucumeris syluestris semissem: Vtere uelut dictum est in inueteratis affectionibus. Smegma capitis, faciens ad destillationes & aquosam capitis affectionem, experimento constans. Nitri assati uino extincti semissem, iridis, aristochiæ, helenii, singulorum unc. i. acetii multum quantum satis est. Contusa ac cribrata aceto multo permisceto, & præraso sincipiti ante balneum illinito, & breui tempore sininito, ac affricato. Smegma ad omnem capitis dolorem & oculorum fluxionem, experimento constans. Helenii, myrrhæ, calami aromatici, farinæ lupinorum, farinæ erui, sulphuris uiui, spumæ nitri, æquales portiones prærasa succo excipe, & pastillos forma. Vfus uero postulante, prærasa succo dilutis utere. Hoc smegma in balneo sincipiti, inspergere oportet, capillis antea inter se disparatis, ut corpori auxilium adhareat, præcipereque ut os claudatur, quo per nares calidum amare uehementer attrahentes subiectam materiam citius transmittant. Sapo constantini resiccans fluxiones. Balustiorum sextantem, myrrhæ, sandarachæ, spicæ nardi, singulorum sextantem, costi, aloes, galularum, thuris, malicorii, foliorum rosarum, sarcocollæ, singulorum quadrantem, saponis gallici lib. i. decocti lupinorum amarorum sextarium. i. Arida contundito ac cribrato, & cum liquidis conterito, sapone adiecto, & pastillos formato ac utitor, ubi opus fuerit diluens quantum satis est cum uino, & illinens ante balneum sincipiti præraso. Deinde paulo post affricans & abluens. Sapo Andree comitis ualde celebris: Floris iunci odorati, castiæ, cyperi, amomi, folii malabathri, costi, singulorum unc. i. gallarum sesquiunciam, nardi celticæ, aluminis, iridis, fecis uini antiqui ustæ, gypsi usti, nitri, singulorum ʒ. xii. rosarum siccarum ʒ. viii. salis ʒ. viii. testarum purpurarum ustrarum quadrantem, saponis gallici lib. i. lupinorum decocto trita accipe ac utere. Xeros

myron, hoc est unguentum siccum ad capitis fluxione laborantis curationem minime uanum. Iridis helenii, floris iunci odorati, singulorū lib. i. rosarum siccarum quadrantem, amomi, costi folii, gallarum, singulorum semissem. Vtere post balneum, præillito capite ex uino austero, & tunc insperge. Aliud optimum. Iridis quadrantem, gallarum ꝑ. i. castę, costi, folii, spicę nardi, balaustiorum, rosarum siccarum, carpobalsami, singulorum sextantem, myrrhę ꝑ. iiii. Contundito ac cribrato, & præillito capite ex uino austero inspergito, maxime post balneum. Alius puluis inspersilis Theodosii, caput resiccans. Gallarū, balaustiorum, singulorū trientem, cyperi sextantem, spicę nardi, folii, corticis thuris, corticis pinus, nardi celticę, singulorum ꝑ. i. iridis sesquiunciam. Cōtusis ac cribratis utere. Alius ualde bonus. Iridis quadrantem, gallarū, rosarum siccarum, singulorum sextantem, aluminis ꝑ. i. Vtere uelut dictum in capite calidiore. Alius puluis ad caput humidum, a quo tum oculi, tum alię partes fluxione infestantur. Radicis pæonię ꝑ. i. aluminis scisci ꝑ. i. baccarum lauari ꝑ. iiii. cyperi sextantem, nardi celticę semissem, confusa cribrata insperge. Hoc ego sæpe expertus sum. Puluis caput corroborans, facit & ad eos qui oculos a fluxione fluxione laborantes habent. Florum mali punici latui ꝑ. i. gallarum ꝑ. i. cyperi, iridis, helenii, singulorū trientem, seminis rutę syluestris, quod Harmala & Belsasa uocant, sextantem. radicis chamæleonis nigri sextantem, carpobalsami unc. i. floris iunci odorati sextantem, aristolochię, rosarum siccarū, myrti sicca, nardi celticę, singulorum ꝑ. i. xylobalsami sextantem, amomi, malicorii, staphidis syluestris singulorum ꝑ. i. contusis cribratis utere. Aliud smegma resiccans omnigenas fluxiones, & præsertim acres, & subcrassas, multo experimento comprobatum. Milii quadrantem, laudani sextantem, floris iunci odorati sesquiunciam, seminis

minis rosarū sicci sesquiunciam: aluminis liquidi sextantem, spicę nardi unc. i. sinapis sextantem, iridis, acacię, piperis, staphidis syluestris, singulorum sextantem, costi, folii, pyrethri, singulorum unc. i. calami, musci quem sphagnum siue hypnon uocant, singulorum sesquiunciam: nitri rubri lib. ii. Nitrum urito & acetomulso extinguito, & ad reliqua trita ammisceto, ac utitor ita ut fincipiti inspergas, & paulatim affrices.

De Alopecia.

Cap. LV.

Quemadmodum plantę aliquę ob humoris inopiam resiccatae corrumpuntur: Aliquę uero ob humoris alieni ab ipsarum natura attractionem. Eodem modo & capilli, aut propter humorum ex quibus nutriri cōsueuerunt inopiam, aut propter eorundem uitiationem corrumpi solent. Et propter inopiam quidem humorum, caluities contingit: Propter uitiatos uero humores alopecia & ophiasis, unum quidem ambę secundum morbosam affectionem matum, nomina uero iuxta figuram habentes diuersa. Serpenti enim similis læsa capitis pars in ophiasi apparet. Alopecia autem sic appellata est, quodiam uulsius frequenter accidit hæc affectio, uelut tradunt.

Humorum igitur prauorum redundantia causa est affectionis. Quales autem sint hi, ex colore cutis capitis cognosces. Si enim albidior est, pituitam: Si nigrior, bilem atram: Si pallidior, bilem flauam significat. Et sanè redundantes uitiatos humores euacuare oportet, aut per pilulas ex aloe & colocynthide, aut per Galeni hieram ex colocynthide. Siquidem atrabilis humor redundauerit, ueratro nigro ad ipsam amixto. Si uero amara bilis, scammonia: Si pituita, ipsa per seipsam detur: Post totius corporis purgationem, pituitam per os ducere melius est, atque ita localibus auxiliis uti. Hęc autem discussoria uitiatum humoris esse oportet, & essentię tenuium partium. Si ues

ro supra hoc quod discutit uitiosos humores , aptum fuerit pharmacum ad bonū sanguinem attrahendum, optimū sanē tale fuerit. Porro præraso capite locum linteo confricare oportet, ac considerare. Si enim post modicam frictionem pars rubescit, affectionem sanatu facilē putato . Si uero post multam frictionē rubescit, sanatu difficilem . Deinde Thapsiam recentem tritam, uiribus ipsius larga aquæ ammixtione exolutis, illineo re. Cōsiderare autem oportet post thapsiæ illitionē, num ob uehementiā ultra quā conuenit cutē rubescerit. Hoc manifestū erit, si hauior colore euaserit. Periculū est enim ne exuratur cutis , si nos sæpe ipsa utamur . Proinde aut ad aliud moilius transire oportet. Aut si ipsa uti uelimus, uim ipsius exoluere, per cerati aut adipis ammixtionem: Animaduertas aut ne alopecia ulceretur, quod si fiat, anserino adipe aut alio quodam tenuium partū illine. Adhibeantur autē hæc auxilia in aere calido, citra auram frigidā in sole, hyeme uero in balneo. Ex reliquis porro pharmacis, huiusce modi affectionibus conuenientibus calidissimū est euphorbium: Minus autem ipso calida est thapsia, post thapsiam uero sinapi, & nasturtium, iuxta aliū autem modū adarce: Deinde nitrum Berenicariū, & sulphur, & spuma nitri, & utrunq; ueratrum, & erucæ semen, & oleum laurini, & alcyonium utrunq; ustū & non ustū, & pix, & cedria, & radices calami lepiarii, & cortex, ambo usta . Et murinum stercus, & anserinus adeps, & maxime ursinus ac hyenæ . Et amygdalæ amaræ totæ ustæ, & uiperæ pellicis ac caput ustum. Et fortibus ueridem ex his ceratū liquidum ammisce: Imbelliora uero oleo laurino aut pice liquida excipe . Et diuturnas ac ægte curabiles affectiones, per fortia curato, incipientes uero & curatu faciles, per debiliora. Critonis medicamenta ad alopecias. Pilorum ursi ustorū, radicum calami ustarum, adianti usti, foliorū fici ustorū,

rum, panniculi Cedrii usti singulorum æquales partes adipe ursino & cedria excipe . Vfus autem tēpore, loco foto & per fici folia confricto, ac per nitrum deterso, pharmacū illine. Archigenis ad alopecias. Vero benacam restā in sole cum aceto tritā, loco prius per nitrum preparato illine, & rarū linteum superimponere, hoc præmadefacto loco tollendum est. Aliud. Alcyonium clarius ad lucernam exurito, & opobalsamo nō adulterato extinguito, & cum eodē tritum illinito. Adhæret. n. in totū, & non discedit donec pili fuerint exorti. Aliud. Equinos dentes exure, ac utere cū aceto. Ad diuturnas autem alopecias egregie facit thapsiæ succus cerato exceptus, ac loco impositus, ut nihil aliud facere satagas. Decedit enim summa superficies, & sanies effluit, & pili sua sponte enascuntur. Aliud. Squamā ferri stomomatis diu cū aceto in sole tere, & modico oleo addito illine. Aliud, ad alopecias & pilorum desuuium ac utiligines inueteratas. Buccina usta cū oleo ueteri terito, ad frigiditiam crassitudinem, & præraso ac confricto loco illine. Insigne hoc est. Aliud Aselepiadis. Spumæ nitri partes ii. salis ammoniaci partem i. hæc usta & cū acerrimo aceto ad frigiditiam crassitudinem trita, illine & affrica, donec pharmacū in profundū penetret, alopecia prius leuiter conscalpta ut locus pilis cōmode densetur. & hoc bis per diem facimus. Aliud. Marrubiū uiride tritum illine. Aliud. Perdiciū herbæ uiridis foliis locum asidue confrica. Aliud. Spœritidis, hoc est cupressi folia trita cū aceto adhibe. Aliud. Herinaceorum mariorum testas uistas cum melle illine. Aliud. Herinacei terrestris pellem, aut caput ustum, adhibe cum melle. Aliud. Alcyonii ʒ. ii. sulphuris uiui ʒ. i. muscarum tostarum ut resiccantur, cyathos ii. Muscas per se terito, alcyonium uero urito, & sulphur ustum & conuulsū ac cribratum cum aqua cōtere, & fel suillum &

acetum paulatim siccis affunde donec strigmen tolli
 fiat. Deinde axungiam à rotis curruum derasam, & in
 manu emollitam, ut emplastrum forma fiat, ammisceto,
 & prærafis ac confriſtis confideter, uelut optimum, illi
 line. Aliud. Herinacii terreſtris uſti cinis pice liquida
 exceptus, alopecias remouet. Aliud. Sorani, quo etiã
 Archigenes uſus eſt, & id uehementer laudat. Alopec
 ciam præſcalptam & confriſtam, deinde in ſuperficie
 ſcarificatam, ceeparum aut raphanorũ cortice trito in
 tege, addito melle. Aut cum his confrica, & naſturtii
 ſemen, & muſcerdas, & piper, & ueratrum albũ, æquis
 portionibus cum aceto illine. Eſt enim ualde inſigne.
 Aliud Archigenis. Rhois culinaris ʒ.iiii. ſinapis ʒ.ii.
 cum aceto illine. Aliud. Cantharides uſtas, & tritas
 cum melle affrica. Aliud. Corii noui partem lanugis
 noſam, in greo uafe uſtam, cum oleo antiquo, aut melo
 ſe, aut aceto tere ac illine. Cito pilos producit. Aliud.
 Cyclamini radicem uiridem tritam illine. Aut ſiccã
 uſtam adhibe. Aliud. Felis ſtercore cum ſinapi ac pi
 pere, addito aceto utere. Aliud. Allium uſtum cũ ro
 ſaceo illine. Aut betæ radicem eodem modo. Aliud.
 Vngulas aſini uſtas, aphodeli radicem uſtam, aleyo
 nium, nitrũ, æquis portionibus oleo ueteri excipe, ac
 utere. Aliud. Herinaceorum marinorum cum teſtis
 exuſtorum ʒ.ii. muſcerdæ ʒ.i. aceto dilue ac illine lo
 co præfriſto. Aliud. Alcyonii uſti, cornu ceruini uſti,
 cyperi uſti ex toto, æquis portionibus utere cum ace
 to. Aut abrotonum uſtum cum oleo ueuſtiſſimo ad
 hibe. Ad alopecias & caluiciem ac pilorum raritatem
 ægre curabilem, in capite, in mento, & in ſuperciliis.
 Pilorum urſi ʒ.i. radicis calami quadrantem, ſilicis cũ
 radice quadrantem, caſtanearum hiſpidi corticis, qua
 drantem: lanarum ſuccidarum pinguiſſimarum ſex
 uncem, capita muſcarum xxx. muſcas quinque ſine ca
 pitibus, Omnia in nouam ollam conieſta, in furnum
 ponito

ponito ut exurantur. Deinde cinerem terito. Habeas
 autem in uino Aminæo prius trita, ladani ʒ.i. folii ma
 labathi ʒ.i. myrrhæ ſextantem. Et adiciatur his olei
 ueteris ſextans, olei cedrini ʒ.i. atque ita aridis inſper
 ſis excipe. Deinde ubi lineteolo alopeciam perfricæ
 ris, & leui ſcarificatione uſus fueris: Aut cepa, aut ſcilu
 la, aut ſici foliis exſcalperis, pharmacum ipſum illi
 tum affrica. De cætero uero locum rigido ac aſpero
 lineteo confricato, & hoc modo illinendo uſque duos
 meſes progreditor. Quod ſi amplius in hac cura
 tione perſeueraris, etiam caluiciem perſanabis. Aliud
 Oribafii. Muſcerdarum ʒ.i. ſtercoris cameli exuſti, or
 dei uſti, ſingulorum pugillum unum, foliorum lauri
 uſtorum manipulum unum, excipe ſorde ab axibus
 derafa, hoc eſt, qui à rotis curuum deraditur.

De deſtuitio capillorum.

Cap. LVI.

Eſt & alia capillorum affectio, quæ ex raritate cu
 tis, & penuria eſſentiæ pilos generantis conſequi
 tur. Quapropter etiam curatio hoc modo læſorum,
 non eundem ſcopum cum alopeciiis habet. In alo
 peciis enim ſcopus eſt, ut uitiatuſ humor conſuma
 tur. In his uero, ut habitus capitis corroboretur, &
 boni ſucci allatio procuretur, & cutis denſitas ac ra
 ritas moderata reuocetur. Solet autem hæc circa pi
 los affectio plerunque his qui ægrotarunt accide
 re. Raro uero etiam citra morbum. Et pluri
 mĩ ægrotantes citra pharmacum, per reſicientem cor
 pus uſtum breui ſanati ſunt. Quare pharmaca in
 ipſis ſint quæ moderate cutem denſant, unã cum
 hoc ut non perfrigerent ipſam. Quæ enim ualde
 adſtringunt, omnino etiam frigeſaciunt, & alimen
 ti affluxum repellunt. Vnde etiam amplius pili de
 ſiunt. Quapropter moderate adſtringentia ammi
 ſcere oportet humeſtantibus pharmacis, quale eſt.

ladanum, & oleum lentiscinum, quæ ex natura sua adstringunt & moderate calefaciunt. Itaq; neq; expertus sum, neq; mente concipere possum, aliud præstantius fore medicamentum ad defluos pilos, eo quod ex ladano & lentiscino oleo paratur. Si uero non affuerit lentiscinum, crudo & immaturo oleo utendū est. Illud autem manifestū est, quod raso capiti pharmacum crassius adhibere oportet. Verum ad cutem detonso, liquidius. Quod si magnū fuerit pilorum defluuium, & coniectes magnā cutis capitis raritatem factam esse, oleum myrteum pro lentiscino, ad ladanum ammiscere bis. Potes & ungentum nardinum ammiscere in ætate frigida, & tempore hyemali. Commodum est etiam ad hæc pharmacum, ungentum illud diuinitum foeminarum, spicatum appellatum, & quod Salca appellatur. Quare his uel solis diuites uti iubeto. Cleopatra porro inquit, ad defluos pilos utere hoc. Terrā cimoliam solidissimam in uino austero macerato, addito mororum succo tanto quantum combibere potest, & semen hyosciami tenuissimè sufficente mensura aduocato, terito, ac pastillos formato, eosq; in umbra siccatos in fictili nouo reponito. Vsu uero expetente, aqua dilutos affricari iubeto. Deinde resiccatos eluto, & per dies quinque rursus illinito. Vtere hoc in capitibus calidioribus. Facit etiam ad faciei ac colli impetigines. Aliud ad defluos pilos. Verbenacam rectam uiridem unā cum radicibus in oleum omphacitum coniectam per plures dies insolato, & oleo excolato utitor quotidie pro communi. Si uero non affuerit uiridis herba, siccam unā cum radicibus contusam ac cribratam oleo ammiscere, ut strigmentitiam spissitudinem accipiat, & ubi per aliquot dies siueris, utere. Et minime uanum medicamentū comperies. Aliud ad pilos ex morbo defluentes. Chamæleonis nigri radices uino coctas crassius capiti illine. Aliud, Sambucus

cum

tum ustum, & cerato liquidissimo exceptum illine. Auger hoc pilos, & cutem densat, & defluere nō permittit. Sed & narcissinum ungentum illitum pilos defluere non sinit. Aliud. Ladanū & rosas in uino ueteri terito ac illinito. Cōseruat enim pilos, eisdemq; nigros facit. Aliud conseruans pilos: Idem etiam nigrefacit. Myrti baccarum nigrarum sextar. i. uirgultorum myrti sextar. i. seminis apii sextar. i. adianti sextarii dimidiū, ladani tantundem, uini nigri sextar. v. Coquito ad perfectam dissolutionem. Et ubi tertia pars restat, aduocato olei omphacini aut alicuius ungenti sextar. ii. ac rursus coquito. Postquā autem bis aut ter ebullierit, expressum ac excolatum humorem diligenter reponito. Vsu uero expetente, in prærasis omnino utitor, bis per diem illinens ex eo capillos. Cæterum in pueris pulchros ac densos pilos facit, nucis testa usta ac uino trita, & illita. Aliud. Loti arboris folia trita illinito.

Ad supercilia pilis denudata. Cap. LVII.

Vt ne defluant pili neq; a superciliis, neq; alia corporis parte, melanthum ustum & cum aqua tritū impone, ubi pilos emergere uolueris, præsertim uero in superciliis. Aliud. Apes plurimas uistas ac oleo amixtas illine animaduersione habita ne alium locum contingas, ubi pilos enasci non oportet. Aliud. Ad mantem lapidem cū aqua tritum illine, quod si albos producere uoles pilos, cum aceto eundem terito.

Tingentia ac nigrefacientia capillos. Cap. LVIII.

Medicamenta quæ albos pilos tingunt ac nigrefaciunt, ex austeris ac acerbis composita magnopere laedunt. Non enim solum in superficie, sed etiam in profundo cutē alterant, usq; ad locū radicum pilorū. De trimentū uero foeminis utentibus illis accidit, aliquando ad morbum comitalem, aut syderationem, aut uerternum, aut soporem profundiore: Aliquando uero etiam destillationibus ægre solubilibus corripuntur,

pp s ut tabes

ut tabes confequatur . Et fcio multas foeminas mor-
tuas effe, ex perfrigeratione à talibus pharmacis indu-
cta. Magis autem læduntur quæ frigidius temperamen-
tum habent. Cæterum quæ citra læfionem adftrin-
gentiũ pilos nigrefacere uoluunt, cedria illinantur. Il-
linantur autẽ tribus uel quatuor horis ante balneum.
Deinde lotæ confricentur. Oportet autem ipfam citra
olei ammixtionem adhibere, in capitibus uehementi
reficcatione ac calefactione indigentibus . In aliis uero
oleum ammifcendum eft. Nam unã cum hoc quod
conſumit humiditates, etiam pilos nigrefacit, & deſ-
ſuos corrigit, & nõ deſſuos habitiores efficit. Idem
facit & pix liquida cum oleo adhibita . At uero *Ar-
chigenes* pilos nigrefacientia fic deſcribit . Radicis
capparis corticem cum lacte aſinino ad tertias coquit
to, & trita in noctem imponito, pilis antea confrictis.
Aliud. Radicis ilicis corticem aqua coquito donec
mollis euadat, & imponito . Aquam uero cocturæ ab-
ſtricato . Aliud. Quod intrinſecus in anemona nigrum
eſt, cum oleo myrteo tritum illinito . Aliud. Corticis
ſalicis ſuccũ cũ oleo africa, ſumme denigrat. Aliud.
Lapis Alabandicus ſiue Alabandinus uocatus, colore
ſubnigricans cum fuluedine ac pelluciditate, quo mu-
lieres ad ornatum utuntur, tritus & cum uino nigro ac
oleo omphacino affrictus, ſuperficiem pilorũ nigre-
facit. Aliud. Malum punicum uiride immaturum ac-
cipe, & collum eius diligẽter reſera, quo id quod am-
putatum eſt, cõgruum operculum fiat . Deinde eiectis
granis, & tenuibus mēbranis intus relictis, in uacuum
mali calicem ſeſami illoti ʒ.iiii. iniice, & thuris tantũ
dem, utriſq; uiciſſim locatis donec impleatur, & tunc
proprium operculum impone, & luto aut fermento
triticeo obline, & in clibano torre. Poſtea uero lutum
aut fermentum adime, ipſum uero malum punicum
leuiſſime tere, & in uitreo uafe reponẽ, Deinde præ-
frido

frido ac reſiccato capite modicum de pharmaco ad
paucum oleum ammiſce, ac pilos illine . Et hoc quin-
quies repete, hoc etiam criſpos ipſos facit . Quidam
pro ſeſamo ac thure, nigellę ac gallarum contuſarum,
ſingulorũ drach.iiii. in mali punicis calicem coniciunt.
Aliud quod pilos denigrat, ac criſpos facit . Oportet
autem pro terram quomoliam pilos conſcricare, & tunc
tingere . Præſtat quoque caput præraſum eſſe, & craſ-
ſiore medicamento illinere, uitata fronte & omnibus
uicinis partibus. In multis celebre factũ eſt, & eſt ualde
neceſſarium. Sulphuris fullonici, atramenti ſutorii, gal-
larum, calcis uiuæ, ſpumæ argenti, ſingulorum ſextan-
tem : ferruginis unc. i. Singula ſeorſim terito, & cum
aqua ad ungenti formam reducto, ac confidenter uti-
tor nihil ueritus calcem . Non enim urit, eo quod uis
ipſius à reliquis eſt oppreſſa . Hoc & ligna & cornua
& lanas tingit. Aliud efficax experimento cognitum.
Denigrat pilos ad miraculum uſque. Foliorum ſici ni-
græ, foliorum uitis nigræ, foliorum mori, ſingulorum
lib. i. Omnia in aqua pluuiali per diem unum mace-
ra, deinde diligenter coque, & præraſis pilis impone.
Aut ſi hoc nolueris, radicibus pilorum liquidius illi-
ne. Aliud quod pilos nigrefacit . Ladani, gallarum,
amygdalarum amararum depurgatarum, ſecis uini, fo-
liorum adianti, ſingulorum ſexuncem, uini ð uinaceis
expreſſi (quod loram uocant) ſextar. iii. Omnia in
uas æreum ſtanno obductum conice, & ad tertias co-
que . Deinde excola, & in alio uafe paruo ad mellis
conſitentiam coque & ad hæc ungenti Mendefii, aut
alterius huiuſcemodi, parem menſuram adde, & con-
quaſſata reponẽ, & hoc quotidie utere . Sit autem
plumbum potius quàm ſtannum, id metallum quo
æreum uas obducitur . Aliud quod à canis præſer-
uat. Colocynthidem ſylueſtrem perforato, & inter-
na probe repurgato . Deinde ipſam oleo expleto, &
integrum

integrum hyofciami albi semen adificito, & per diem unam finito. Et hoc per annum semel commode illino. Aliud barbam nigrefaciens. Recrementum ferri & plumbum in aceto coquito, donec tertia pars restiterit, & illinito, atq; ab oleo penitus abstineto.

Vt fului pili fiant. Cap. LIX.

Fuluos pilos facit lupini crudi, & nitrum cum aqua illitum: loti arboris ramentorum decoctum. Ligustri folia trita cum herbæ lanariæ succo imposita. Fex uini ueteris usta, & cum oleo balanino trita, ut iustam spissitudinem habeat. Hoc ubi dormitum ire uoles illine, & mane flauī erunt.

Vt albi pili fiant. Cap. LX.

Hirundinis simū cum felle taurinū tritū illine, & albi euadent. Aliud. Verbasci albi florem urito, & acetō extinguito, & ad smegma ammixto utitor.

Vt crispī pili fiant. Cap. LXI.

Spumam salis cum myrrha affricandā præbe. Aliud. Carpasi succum illine, & manebunt crispī ac nigri. Aliud. Asphodeli radices urito, & tritis cum uino utitor. Aliud. Semen lini uino maceratū modice coquito ac excolato, & ad succum oui candidū ammisceto, & ex eo uesperī pilos confricato ac caput obligato. Postea uero die in balneo abluito, & hoc sæpe facito. Uerum in his qui caput habet quod facile perfrigeratur, in balneo illinito, & illa die non abluito. Aliud celebre. Nucē pineam integrā uiridē bonā unā, iridis ꝑ. xii. myrti ꝑ. i. baccarū myrti ꝑ. i. polytrichi sesquiquintā, ladanī sextantem, gallarū ꝑ. i. malthiches æthiopicę ꝑ. i. pampinorum uitis sextantem, lachrymę palmę arboris ꝑ. xii. adipis ursini ꝑ. xii. seminis betæ ꝑ. xii. rhois coriarii scrup. vi. aluminis scissi ꝑ. vi. olei omphacini sextar. iiii. succi artemisię, succi serapiadis tritesticularis, succi polytrichi, succi asphodeli, succi anagallidos, simulorum quadrantem. Misce ac utere.

De his quæ pilos corrumpunt. Cap. LXII.

Eorum quæ pilos corrumpunt tres sunt differentiæ. Nam quædam proprie psilothra appellantur, quædam attenuatoria, quædam omnino ipsos extirpantia. Quæ igitur ipsos penitus extirpant, periculosi usus sunt. Alii quando enim non solum illitas partes corporis, de cætero penitus depiles reddunt, sed & usque ad caput & mentum, superciliâq; ac palpebras, nuditas pilorum procedit. At uero attenuatoria & psilothra minime periculosum usum habent.

Quæ pilos extirpant. Cap. LXIII.

Pilos penitus extirpare dicitur thynni hepar putrefactum, ranarum in arundinetis degentium sanies, testudinis marinæ sanguis, uitis albæ lachryma, lachryma hederæ, itemq; bryoniæ, scolopendra marina, stellæ marinæ. His ammiscetur nitrum, amurca & cedria, & oleum quod insulfum appellatur: Item Alcyonia & sandaracha, & his similia. Aliud. Vriticæ syluestris semen cum oleo tritum fortiter affrica, & defluent piluli. Tardius autem circa pubem puerorum pilos enasci facit, aliquando uero etiam eos qui sunt, extirpat, uitis lachryma cum oleo illita, & humor qui ex uiridī sarmento dum uritur exudat. Aliud. Succū tithymali characitæ cyathum. i. uini & olei singulorū cyathum. i. misce, & illine in balneo: Et ubi modicū sudaueris, & deinde per strigilē confricueris reperies pilos in strigile. Qui uero post dies quadraginta exoriētur, lanuginosi erunt. Aliud. Asellorum sub hydiis stabulantium ꝑ. xii. sandarachæ ꝑ. iiii. calcis uiuæ ꝑ. viii. auripigmenti ꝑ. viii. lixiui ex ligni ficulnei cinere excolati heminas ii. aceti cochlearium ii. Omnia unita in olla coquito, donec experimentum tibi facienti, illita pilos tollunt: Et utere in balneo uelut distum est. Aliud. Buglosi & semperuiui succum, æquis portionibus cum stercore hircino terito, & uitrea tabella excepta densari finito, ac utitor

utitor in balneo . Aliud. Bulbum hyacinthi purp
 reos flores habentis cum thure & amygdalis amaris
 terito , & oleo affuso unito , & in balneo ungitio ex
 hoc : itemq; citra balneum quotidie , & paulatim pi
 li corrumpentur .

Psilothra pilorum. Cap. LXIII.

Ex his quæ pilos denudant , & psilothra appellan
 tur, utile est lixiuium, & auripigmētum, & sandaracha,
 & calx uiua. Manifestum est autem uehementiam ips
 forum frangi, debiliorum & liquidorum ammixtio
 ne, ptisanæ inquam aut orizæ succi. Crito itaque tale
 psilothrum in libris de ornatu describit . Calcis uiuæ
 partes ii. auripigmenti partem i. Hæc in mortarium
 plumbæum coniecta, aqua calida aut ptisanæ succo ab
 fuso terito, & ubi nigra facta fuerint, in balneo illini ius
 beto . Hoc statim corpus glabrum facit , & pilis enas
 scens tenuis emergit. Aliud. Oryzam, fabas, cicer, ptis
 sanam, simul in aqua coquito , & ad hoc decoctum pri
 mum calcem ammisceto sufficientem , & prout mor
 ris est agitato: Et ubi dissoluta fuerint, auripigmētū ʒ. i.
 inspergito, unito, & myrrhæ tenuissimè tritæ ʒ. i. massi
 ches ʒ. i. punicis torrefacti ʒ. iiii. opobalsami cochlear
 ia. ii. adiciat. Aliud. Sandaracham cum hyoscyami
 succo tritam illine. Aliud. Fructus fici syluestris sex
 uncem, & foliorum eius sexuncem, herinacium terre
 stre integrum uiuum, succi aconiti, hoc est, iridis syl
 uestris lib. i. ueratri nigri lib. i. fecis uini ustæ lib. i. caris
 carum pinguium nigrarum, lib. i. auripigmenti auri co
 loris trientem, costi trientem, casie trientem, carpobals
 ami trientem, olei sextar. i. Omnia contusa cum her
 rinatio terrestri uiuo, in duplici uase cum aqua coquito
 to : Sint autem aquæ marinæ lib. v. donec aqua fuerit
 cōsumpta. Et ab igne ablata per triduum finito, & ubi
 sedata fuerint excolato, ac utere oleo in prima balnei
 domo antequam sudare incipiunt.

Quæ pi

Quæ pilos attenuant. Cap. LXV.

His quæ pilos attenuant uti poterit medicus, in his
 qui duros ac magnos pilos habent. Sunt autē talia ex
 terforiæ & attenuatoriæ facultatis. Quemadmodum
 autē in omnibus aliis medicamētis differētia secundū
 excessum & defectū est, ita etiam in exterforiis. Ordei
 itaq; farina & fabarū, & erui, spumaq; nitri ac nitrum,
 moderatiore uim habent. Quæ uero his fortiora sunt,
 in his qui duros ac magnos pilos habent conueniunt:
 Quale est nitrū ustum, & nitri spuma, & aphrolitru, &
 testæ calainæ. Item sepiæ testa usta ac non usta, & fictis
 lium ac cilibani testæ, & pumex ustus ac nō ustus, & mu
 ricum ac purpurarum ac reliquorū ostreorū testæ, ab
 cymiaq; ac herbæ lanariæ radix. Veratrū item utrunq;
 & bryoniæ radix ac dracunculi, aristolochiaq; ac pa
 naxis radix, & canchry ac huiuscemodi. Quod si odo
 rata hæc facere uolueris, cyperum & melilotum, & ros
 as siccas, & iunci odorati florem, & iridem, & meli
 sophyllum, ammiscabis. Diuitibus uero nardum celti
 cam & indicam, amomum, folium malabathi, myr
 rham & costum. Attenuat etiam pilos cinis sarmen
 torum uitis, & ficulneus, & ex tithymalis, tritus & in
 balneo affridus. Et ab exustis uinaceis cinis, & alumen
 scissum, & stercus caninū siccum. Aliud smegma illu
 strans cutem, & pilos lanuginosos faciens, ualde bon
 num. Mora crudissima cū terra cimolia ac nitro, & quis
 portionibus trita adseruato, ac utitor. Puluillus atte
 nuans pilos in balneo, multo experimento constans.
 Punicis costi, testarū sepiæ ustrarū, nitri, cimoliæ, & quis
 portionibus, utere cōfidenter. Alius. Testarū purpu
 rarū ustrarum sextatē, alcyonii sextantē, nitri bessē,
 cimolię bessē, punicis ʒ. i. oia tosta terito, & utitor in
 balneo, ac miraberis. Alius, quo usi sumus in cubicular
 ia. Calcis uiuæ ex marmore factæ lib. i. auripigmenti
 ʒ. i. staphidis syluestris, cimoliæ, testarum sepiæ, radis
 cis

cis bryonia sicca, aluminis scissi, singulorum ꝑ.iiii. ces
 rufæ unc. i. sampluchi, aloes, ueratri nigri, singulorum
 ꝑ. vi. Contusis ac cribratis utere, iniciens ex eo in fa-
 miliare psilothrum ꝑ. iii. & ouorum candida. iii. De
 inde psilothrum abluæ, & rursus siccum affrica, & quos
 tidie in balneo hoc utantur. Aliud smegma attenua-
 torium, & lanuginem producens. Farinæ fabarum, pu-
 micis, similaginis, spumæ nitri albæ, singulorum chœ-
 nices atticæ ii. fœniculi cum ptisana cocti, & postea
 aceto mulso eloti ac siccati, tuisq; ac cribrati chœni-
 ces ii. saponis gallici lib. ii. Saponem reliquis antea tri-
 tis ammisce, ac manibus subige, & utere.

De furfuribus siue porriginē. Cap. LXVI.

Quibusdam se scalpentibus, furfuribus similia sæpe
 ex capitis cute decidunt. Contingit autem hæc affectio
 à uitiosis serosis humoribus, quos consumere scopus
 est in eius curatione. Itaq; discussoria ac extensoria ad-
 hibenda sunt pharmaca, ubi per purgatorium medica-
 mentum prius totum corpus euacuauerimus, si uitia-
 tis humoribus fuerit referum. Quidam etiam aliqua
 adstringētia ad discussoria ammiscuerunt, quo per ipsa
 affecta pars corroboretur, ut ne facile in seipsam sus-
 scipiat influētes serosos humores, sed resistat, eosq; re-
 pellat, ueluti est sutorium atramentū, & similia. Deter-
 get itaq; furfures in capite: Cimolia cū betæ succo aut
 fœnigræci, aut utrisq; simul ammixtis. Aliud, Fabam
 unā cū cortice molito, & cū betæ succo utitor. Aliud,
 Furfurum dimidiam chœnicem in aquæ sextar. i. ma-
 cerato, deinde diu manibus terito, & succum excolat-
 o, & ad ipsum aceti heminam dimidiā addito, & ad
 spissitudinē coquito, & sic affricato. Deinde betæ, aut
 fœnigræci, aut lupinorū decocto abluito. Aliud, Ter-
 ræ cimoliæ, sulphuris uiui, æquales portiones terito
 cum aceto, & affrica in balneo, & calida aqua abluæ,
 & illine nō solum in balneo, sed etiam citra balneum.

Aliud,

Aliud. Spumæ argēti, olei rutacei, aceti, pares portio-
 nes terito & illinito. Hoc multo experimento constat.
 Aliud. Cucumeris syluestris radicē coquito, & deco-
 cto uitior. Archigenes de medicamēto ex bryonia di-
 cit, præ omnibus inquit, hoc tibi paretur. Si igitur iux-
 ta pōdus præparare uoles, sic facito. Cimolij sexcun-
 tem, nitri quincuncem, farinæ fabaceæ quadrantem,
 corticis aridi, radicis cucumeris syluestris sextantem,
 bryoniæ sextantem, farinæ ordeaceæ ac lupinorū, singu-
 lorum ꝑ. i. Aliud. Cymoliæ lib. ii. nitri, bryoniæ corti-
 cis, radicis cucumeris syluestris sicci, farinæ fabarū sin-
 gulorum lib. i. farinæ ordeaceæ ac lupinorum, singulo-
 rum sextarii dimidium. Singula seorsim leuissime teri-
 to, mensurato ac unitis uitior in balneo. Archigenes
 dicit, ad furfures farinam fœni græci, & nitrum, & ci-
 moliam cū betæ succo affrica, & fel bubulum aut suil-
 lum addito aceto illine. Deinde post horam abluæ, &
 atramento sutorio ac nitro cum modico oleo teritis il-
 line. Aut cuminum, & myrobalanum, & fabaceam fa-
 rinam, æquis portionibus cum aqua lixiui terito, & af-
 fricato. Aut amygdalas amaras decorticas, cū aqua
 aut aceto tritas affrica. Postquā uero reficcati fuerint
 pili, calida aqua abluæ. Aut maluā syluestrem in aqua
 marina, donec decima pars supersit terito & affricato.
 Aut nitrum & pumicem, & fecem uini, pari portione
 cum aqua calida affrica. Aut spumam nitri, & atramē-
 tum sutorium, æquis partibus cum uino adhibe, ter
 aut quater in mense. Hoc adeo efficax est, ut nihil reli-
 quum faciat. Aliud. Thus tritum cum aceto illine.
 Aut scorpiuri succum illine. Aut scillam affrato, &
 ubi mollis facta fuerit, expressum succum oleo amix-
 to illine. Vistus sit status exors, nihil ex crasso hu-
 more præditis habens, uelut sunt tubera, fungi, bulbi,
 legumina, & carnes bubulæ ac similes. Sin autem quæ
 ingeruntur uentri commoda, concoctu facilia, & mel

A E T.

q q cibis

cibus addatur. At intinctus confert acetum cum sap. pa. Condimentum sit cuminum, apium, Fœniculum, aliorum parcus sit usus. Et maxime ab omnibus bel. laris abstinentum est. Vinum utile est tenue & albū. Iucunditatis tamen gratia etiam uinum dulce & uinū mulsū permittitur. Ex fructibus uua arefacta optima est, deinde ficus ante cibum. Postea malum punicum post omnem cibum. Et amygdalæ uirides commodæ sunt ante cibum. Et bonæ concoctionis potissimā ratio habenda est. Deambulationes lenes plurimæ mane ac uesperī optimæ sunt. frigidæ lotio balneis præstat. Verum in calida se lauanti incommoda est multa in aere conuersatio. Et capitis persusio solius melior est. Et post hæc large per frigidam refrigera. Dormire ad latitatem commodum est. Ab ira & indignatione, insolatione q; ac uehementi frigore abstineant, itemq; ab omnibus quæ caput replent.

De morbo pediculari. Cap. LXVII.

Pedicularū generatio quibusdā acruatim in capite contingit, multis humoribus moderate calidis in profundo cutis collectis, ubi etiā pediculos generari contingit, non in superficie cutis, in qua furfures consistūt. Itaq; pharmaca ipsorū necessariū est siccātia esse, & quæ magis ex profundo attrahere ac euacuare possunt. Lupinos igitur in aqua coquito, & decoctū ipsorū affricare iubeto. Aut myrice decocto, aut aqua marina, aut muria meraca cū aceto perfundito. Aut hederæ succū melle mixtū illinito. Aut perdicū succū, dormitū eū illinito. Aliud ad pediculos capitis, ac totius corporis. Ligustri florē cum uino tritum, capiti ac toti corpori affrica, ubi dormitum ire uolet. Aut staphidis syluestris partes. ii. sandarachæ & nitri, utriusq; partē. i. adhibe cū aceto. Aut rhoen culinariū cū oleo tritū illine. Aut alumine cū oleo trito utere. Aut ueratrum albu, & staphidē syluestrem, ac nitrū, æquis portionibus

cum

cū oleo trita, in balneo adhibe. Aut rumericis syluestris radice cū oleo in balneo utere. Aut modico pipere cū multo oleo utere. Aut oleum laurinum aut raphanis nū illine. Si uero pili denudati sunt, staphide syluestri cum aceto & oleo utere. Aut alumine liquido cum oleo. Prodest item ipsis potus allii drachmarum duarum, cum origani triti drachma una ex aqua mulla.

De achoribus & reliquis pustulis capitis.

Cap.

LXVIII.

Vlcusculum quod achor Græcis appellatur in capite cute consistit, tenuia foramina habens, per quæ tenuis sanies effluit mediocriter uiscosa. Similis autem est ipsi alia affectio, quæ Coriō, hoc est, fauus appellatur. Quæ quia foramina maiora habet, humores mellis similes cōtinentia Meliceris uocatur, hoc est, fauus mellis. Proinde scopus in his est, ut humores affectionem facientes euacuemus. Si uero adhuc influxerint, ut prius influxionem impediamus, euacuato primū corpore per purgatoriiu medicamentum, initio sumpto à uenæ sectione, si æger ferre potest. Deinde purgatorio utimur sero lactis præparato ex aqua mulla, ammixtis ad ipsum epithymi ʒ. iiii. Relata est autem seri præparatio Sermonis secundi capite nonagesimosexto. Si uero intempestius est lactis usus colocynthidem perfectam accipe, & semen eiice, & in ipsam tomentū siue pulpam adhuc habentem, saram aut uinum mulsū infunde, & per diem ac noctem macerari sine, & postea calefactū exhibe. Deinde uero etiā caput purgandū est per ea quæ naribus induntur, & quæ per os pituitā extrahunt. Conueniūt autē ipsis secantia & discussoria medicamēta, eo quod uiscosus est humor quæ affectionē generat. At uero incipientes achoras, ubi totū corpus superfuitatibus caruerit, per adstringētia ac repellentia curabis. Talia autem sunt myrti, & pini cortex, & rubi folia imposita, plantago imposita, oleæ

syluestris succus affrictus, salicis folia & flos imposita,
 similiter polygonum. Quædam uero prohibent ne
 achores augetur, simul reprimentia quod influit, sicut
 mulg; concoquentia ac discutientia quod iam contu-
 netur, ut quæ mixtas uires habet, quibus sane post prin-
 cipium uti oportet. Tale est oleum myrteum & rosaceum
 & lentilcinum ubi succus cum oleo portulacæ,
 succus cum oleo, ladanum cum uino illitum, ligustrum
 & lentes. Quædam uero antiquis & moderatis auxilian-
 tur, discutientia & extergentia citra sensibilem calidita-
 tem, non tamen aliquid irritans habentia. Quibus uter-
 dum est maxime ubi dolor aliquis cum achoribus affue-
 rit. Sed & in his à debilioribus initium facere conuenit.
 Cimolia igitur ad hanc rem apta est, & Cretica ac Sa-
 mia terra, pompholyx item ac spodiū, & spuma argen-
 ti, & Cadmia tenera, & adiatum cum rosaceo illitum,
 & fœni græci decoctum affrictum, & malua trita cum
 loliacea farina imposita. Aut mellitorum cum farina
 fœni græci ex uino impositum. Item cicerum decoctum
 & ipsius cicer coctum impositum, nuces rancide coman-
 sæ ac illitæ, quod si his nihil effeceris, siccum ex char-
 ta pharmacū illinæ cum aceto. Si uero acrius tibi uideat-
 ur, spumam argenti pari portione adde. Si uero non
 affuerit siccum pharmacū ex charta, chartam ure, & cine-
 rem eius aceto subige ac utere in his qui duram car-
 nem habent. Quædam porrò uehementem adeo uim
 habent, ut ualde crassos ac uisosos humores euacuare
 possint, ipsosq; dissoluere achoras etiam si iam in scier-
 um indurati fuerint. Talia sunt chalcitis, fex uini uista,
 sandaracha, & calx. A petū autē fortissimū est omni tē-
 pore ad achoras, & discutiens & repellens. Sit autem
 acerrimū. Discutit etiam optime lilii radix affricta, &
 thus cum aqua & nitro, & lupinorum amarorū decoctum
 affrictum, & cucumeris syluestris radix cocta, & fici fo-
 lia cum aceto trita, bulbi cum nitro affricti, rutæ folia

impo

imposita, farina fœnigræci cum nitro affricta, thus cum
 aceto illitum, malicorium cum laurino oleo illitum, ali-
 lum cum cauliculo uistum, ac cinere cum oleo illito.
 Hoc ualde bonū est. Aliud. Mulier quædam nuces re-
 gias mandebat, & puero achoras habenti imponebat,
 & sanatus est. Aliud. Radices anchusæ uistas, ac cum
 oleo ad strigenti spissitudinem tritas, illine cum peno-
 na, & sanabis. Aliud. Thymum urito, & cinerem cui ui-
 no & oleo subactum illinito. Aliud. Cnestrū quam in
 Alexandria liparona uocant urito, & cinerem cum uino
 tritum illinito. Aliud. Buccinarū uistarum cinerem cum
 aqua adhibeto. Est hoc salutare pharmacum non solū
 ad achoras, sed etiam ad omnem papularum eruptio-
 nem. Quod si incidaris in achoras inflāmatos & do-
 lentes, dolorem prius liquido medicamento concollo-
 rio mollietq; ac leni mitigabis, quale est parhygrum,
 & omnia ad sedem parata, & quæ ad carcinomata de-
 scripta sunt. Farinam itaq; fabaceam uino madefactam
 ac tritam, ut emplastri formam acquirat imposito. Fa-
 cit & ad feruentiora & aggressia in capite pustularum
 genera. Aliud ad maximos & inflāmatos dolores leo-
 niens, dolorem eximens ac percurans. Collyriū quod
 aster appellatur, aut aliquid ex Libianis appellatis,
 aut cōsimile quoddā cum modico hyoscyami succo teo-
 rito, & adiecta sapa ac rosaceo illinito. Alia pinguis
 compositio, ad achoras, pustulas, papulas feruidas, in-
 tertrigines. Est & ad sedem bona. Spumæ argenti ʒ. viii.
 foliorum rutæ tenerorum ʒ. xxv. Aceto dilue, & rosaceo
 aut myrteo excepta pennis illine. Hoc magno exo-
 perimento nobis constat. Alia similis. Spumæ argen-
 ti ʒ. iiii. cerusæ ʒ. vi. sulphuris uiui ʒ. iiii. ceræ ʒ. iiii. rosas-
 cei aut myrtei quantum satis est, ut liquidi cerati spissi-
 tudinem accipiat. Liquidā siccis affunde, & unitis ure-
 te. Hæc ad totius corporis pustulas cōmoda est. Alia
 ad humidos achoras. Ladani ʒ. viii. cerusæ tantum

dem, sulphuris uiui ʒ. viii. utere cum uino & myrteo oleo. Aliud pharmacum . Ladani, baccarum myrti nigrarum, spumę argęti, sulphuris uiui, seminis hyoscyami, malicorii, æquas portiones terito, & uino ac myrteo, aut rosaceo oleo affuso utitor. Aliud ad feruidas, saniofas & impetiginosas papulas. Verbenacę supinę ʒ. viii. acacię ʒ. viii. myrrę ʒ. ii. uino austero trita illine. Aliud. Facit & ad eas quę in mento sunt . Baccarum myrti, malicorii, atramenti futorii, spumę argęti, æquales partes tritas cū uino & oleo myrteo adhibe . Emplastrum ad achoras uetustissimos . Resinę pinus siccę, cerę, adipis suilli, aut bubuli, æquas portiones simul liquatas in aquam excolato, & diutius manibus emollitis utitor . Aliud. Quo usus est Ægyptius in Palladio Magistrano in Alexandria, ubi medicorum auxilia frustra tentasset . Colophonię semissem, anisimoniaci thymiamatis sextantem, galbani ʒ. iii. opopanax ʒ. iii. olei ʒ. iii. mastiches, cerę, singulorū ʒ. i. resinę pinus lignosę ʒ. iii. æruginis ʒ. iii. Quod si magna affuerit acrimonia, æruginem ne adicias. Hoc abscessus discutit & iam ruptos euacuat ac sanat.

Ad capitis scabriciem. Cap. LXXIX.

Rutam & alumen terito cum melle, & præras pilulis illine. Aliud. Sulphur uiuum & staphidem syluestrem terito, & picis sero ammixto illinito.

Ad parua & densa ac rubicunda capitis ulcuscula. Cap. LXX.

In paruis ac densis & rubicundis capitis ulcusculis, mammaram papillis similibus, à quibus etiã sanies effluit, caput radito, & semen lini tritū ac melle subactū imponito . Aut conchylium urito, & cum aqua tritum imponito. Aut emplastrū ē lolio imponito. Et ubi euacuatī fuerint humores, hoc sublato myrsinatū appellatum imponito. Ceterum ad rubicundas papulas in capite, cerusam cū laurino illine. Aut pini corticem cum cerato.

cerato. Aut testam clibani cum aceto aut uino. Aut be tam costam impone. Aut betę succum ad ceratum rosaceum quantum eius admittit adiace & impone.

Resiccantia & cicatricem inducentia achoribus. Cap. LXXI.

Spumę argenti drach. xxi. calcis uiuę tantundem, aceti unc. i. rosacei tantundem, utere. Aliud ualde bonum, quod humida ulcera resiccant, & cicatrices includit. Spumę argenti, cerussę, ordeī usti, æquales partes cum rosaceo aut myrteo illine . Emplastrum melinum, resiccans omnem fluxionem, & cicatricem inducens, præsertim in antiquis ulceribus. Spumę argenti, cerusę, salis fossilis, singulorum lib. i. aluminis scissi semissem, atramenti futorii semissem, olei lib. ii. aceti sextar. i. oleum, spumam argenti, & salem, ac cerusam coquito, singula per se & simul leuissime trita. Vbi uero non amplius inquinauerint, alumen & atramentum aceto diluta, ad pharmacum ab igne ablatū & aliquo modo frigefactum paulatim adiciito, unito, & in mortarium diffundito, & probe mollito, utitor.

Smegmata ad achoras, furfures, asperitates, ac scabriciem. Cap. LXXII.

Quod si in declinatione fuerit affectio, & omnino ad cicatricem uergat, ad totam affectionem eradicanđam huiusmodi smegmatis in balneo utendū est. Terrę Cimolię lib. ii. nitri rubri tantundem, myrobalani lib. i. myrrhę, iridis, piperis, singulorum unc. i. nardi celticę, costi, casicę, singulorum unc. i. contundito, cribrato, ac utitor in balneo.

De aurium affectionibus. Cap. LXXIII.

Aurium dolores sunt, tum ob frigiditatem à uentis industā, aut à frigidis aquis, aut iisdē medicatis, in quibus homines se lauant: tum ob inflammationem cutis in meatu, aut nerui auditorii in profundo. Fit etiã dolor propter spiritum flatuosum, qui transitum non habet.

Ad dolores ex frigiditate. Cap. LXXIII.

Dolores itaq; à sola frigiditate obortos, calefacientia quàm celerrime curant. Ceba igitur aut allium in oleo feruefactum frigiditates omnes sanat. Ego uero euphorbio modico ad multũ oleum ammixto utor. Aut pipere exactissime trito: cũ uino & oleo. Prodest & amaracinum, & optimum nardinum, & Iaurinum: Sed & ruta in oleo dulcissimo cocta magnifice facit.

Ad dolores ex aqua medicata. Cap. LXXV.

Quum medicata aqua circa auditorium meatum continetur, oleum assidue infundere conuenit, ita ut aurem eluamus, & per mollem lanam detergamus, & deinde rursus infundamus. Magnopere uero ipsos mitigat oui candidum cum lacte muliebris tepidum infusum. Omnia enim quæ adhibentur moderate calida sunt. Prodest ipsis & anserinus adeps. Sed & exustio per os aquam attrahit. Aut per arundinem, uelut per aquæfusorium instrumentum (siphonem Græci dicunt) exustione facta, cepearum succum cum anserino adipe instilla. Valde enim mitigat. Si uero quis uno pede auri affectus, proximo exiliat, inclinans quodam modo seipsum, aquam facile excernit.

Ad dolores aurium ob humorum crassitudinem. Cap. LXXVI.

Si dolor auris cum capitis grauitate obortus fuerit, crassi & pituitosi humores causa doloris existunt. Dinotio autem ex prægressa diæta tibi continget. Nitrum igitur ac spumam nitri auricularibus pharmacis miscebis. Veratrum item album ac nigrum, & amygdalas amaras, & ex aristolochiis eam quæ ad manum est, & cucumeris syluestris ac bryoniæ radicem, & centaurii magni radicem, & parui comam, & iridem, & cassiam. Et in summa, omnia amara citra mordacitatem ac molestiam meatus purgant & extergent, & crassos humores impactos secant.

Ad aurium

Ad aurium sordes. Cap. LXXVII.

Ad aurium sordes unguentum nardinũ tepidum instilla, & sequenti die per specilli concauum eas quæ expositæ magis sunt expurga, & rursus nardinum infunde. Si uero locus durus fuerit, aut etiam sordes duræ, nitrum torrefactũ ac leuissime tritum in aurem duræge, & acetũ calidũ instilla, & apposita lana pernoctare sine. Postera uero die, aqua & oleo calefactis elue.

De sonitu aurium. Cap. LXXVIII.

Sonitus in auribus plerumq; ex flatuoso spiritu generantur. Fiunt etiam aliquando ob sensus auditus subtilitatem, ex euaporationibus. Dinotio cõtingit tibi primum ex tẽperatura & habitu hominis. Deinde etiam ex omni prægressa diæta. Sed & ex eo quod aut paulatim, aut acuatim fit sonitus, inuenire datur affectio nem. Quin & ex eo quod hoc sonitus accidēs aut per interualla redit, aut perpetuo permanet, affectio cognoscitur. Exacta uero dinotio hæc à te fiat. Si enim quis putet à spiritu flatuoso exitum nõ habente, sonitum fieri, & secantia ac attenuantia adhibeat, & nihil proficiat unã cum hoc quod etiam his quæ pituitam per os ducunt utatur. Tunc sanè ob auditus subtilitatem, sonitũ fieri coniectet. Ego uero in talibus ammisceo ex his quæ sensum stupefaciunt, uelut est mandragoræ succus, & opium paucissimũ. Aut oleum in quo intestina terræ cocta sunt in fundo. At uero ad sonitus ob flatuosum spiritum generatos, talia cõmoda sunt. Apollonii ad sonitus ac bombos & sibilos derepente sientes. Acetum acerrimũ calefactum instilla. Aut acetum cũ rosaceo calefactum instilla. Si uero perseuerauerint, cuminũ, rutam, anethum & nigellam, cũ aceto coquito, & rosaceo adiecto utitor. Aut colocynthidis medullã in oleo coquito, & oleum infundito. Si uero adhuc remanet ampliori tẽpore, omnibus amaris & acribus, & attenuatoriis ac discussoriis utere, quæ paulo

qq s antea

antea descripta sunt ad eos qui ob humorum crassitudinem aures dolent, ita ut singula cum aceto coquas, & mel addas. Facit autem ad inueteratos sonitus, castoreum & spica nardi, æquis portionibus cum aceto & rosaceo. Aliud ad sonitus diurnos. Herbe lanarię, croci, castorei, ueratri albi, æquales partes tere cum aceto, & informa pastillos, & utere cum uino. Cæterum ad sonitus ex morbo, fomēto per absinthii decoctum adhibito, acetum cum rosaceo infunde, aut raphani succum cum rosaceo. Aut aloem optimam cum uino mulso. Si uero adhuc perseuerarint, ueratro nigro cum aceto cocto utere.

Ad auditus difficultatem ac surditates.

Cap.

L X X I X.

Qui difficulter audiunt, per hieram ex aloë, aut per catapotia ex colocynthide purgati sunt, & pituita per os detrahenda est, & caput omni modo reficcandum ac corroborandum. Utendum est & attenuatoria diætata. In ipsam uero aurem imittenda sunt pharmaca quæ siccant ac secant, & attenuant uiscosos ac crassos humores. Quorum sylvia iam antea relata est in his qui ob humorum crassitudinem aures dolent. Fomēta ad grauem auditum, Apollonii. Ad audiendi difficultatem de repente abortam, & ex capitis dolore, absinthium cum aqua in olla coctum per arundinem pro fomēto adhibe, ita ut alteram arundinis partem cavitati auris adaptes, alteram uero foramini operculi ollæ inferas, quo uapor qui exhalat ad auditorium meatum allabatur. Aliud. Baccas lauri aut folia in aqua coquito & similiter utere, aut organum, aut hyssopum eodem modo, aut aquam marinam cum aceto similiter. Est & hoc optimum, urina tauri, aut bouis, tertia acetum parte addita, pro fomento adhibeto. Item myrtum contusum similiter coctum adhibeto. At uero circulum ex lana auri circumdare oportet, ut ne loci uicini amburantur. Eloriones porro his conueniunt, acetum acre album, cum pari aquæ

mensura,

mensura, & nitro leuissimum trito calefactum infunde per multos dies. Et postea aqua calida elue, atque sic subscripseris infunde. Quæ auribus in auditus grauitate infundantur. Porri succum irino ungento ammixto infunde. Veratri nigri radicem cum aceto tritam, & melle exceptam, in aurem inde, & per dies quinque sine. Capræ recēs mastatæ cornu urina eiusdem exple, ea maxime quæ in uesica ipsius reperitur, aut alia asseruata, & cornu in fumum ad dies nouem suspende, ac utere. Clauos caligarum ueterum numero centum, in uino Amniæ ad dies septem macerato, & donec septies ebulliant coquito, excolato, & adseruato, & usus tempore quantum satis est calefactum infundito. Hoc usus ego surdum curauim. Aliud. Asphodeli radicem in oleo coctam adhibe. Hoc etiam inueteratam audiendi difficultatem sanat. Optimus est etiam cucumeris syluestris radicem aut foliorum succus cum aceto infusus. Aut capræ urinam & fel eiusdem simul calefacta infunde. Aut castoreum cum baccis lauri & aceto. Aut ueratrum nitro cum aceto terito, & melle diutius cocto excipio, & collyria ad glandis figuram formato, & in meatum indita per triduum finito. Aliud. Nasturtii seminis quantum satis est, & nitri parum, ficus pingues carne granulis exceptis excipe, & collyria meatui auris congrua efforma ac inde, & per triduum sine. Hoc sordes multas ducit, & statim alleuat. Aliquando uero pro nasturtio sinapim coniicimus. Utere hoc etiam ad aurium sordes. Multum quoque opitulatur ad auditus grauitatem spogia in tenues partes concisa ac intorta & melle imbuta meatui indita. Idem commodum est ad enascentem in auditorio meatu superflua carnem. Aliud. Omnis piscis fel infusum prodest, item perdicis, & capræ. Aliud. Fel tauri cum anguis senecta tristissima aceto exceptum, & meatui inditum, grauem auditum soluit. Quidam cum rosaceo induat. Aquæ uero fomentum adhibere oportet.

Aliud.

Aliud. Saluæ succum cum oleo omphacino in aurem
instilla. Vtere, est ualde commodum. Aliud. Heri-
nacei terrestris fel cum oleo infunde. Aliud. Veratri
albi drach.iiii. castorii drach.i.spumæ nitri drach.i.in-
funde cum aceto, & utere uelut optimo. Vtere etiam
pastillo ex amygdalis amaris cum aceto mulso. De
scriptus est ad aures purulentas.

Ad aurium inflammationes. Cap. LXXX.

Moderatas & non pulsantes inflammationes sanat
rosaceum cum aceto tepesactum. Et glaucinum in co-
te medica tritum cum uino dulci ac modico aceto. Si
uero uehementior fuerit inflāmatio, dolores quidem
mitigat, tenue, ac candidum oui cū lacte muliebri tepi-
dum infusum. Optimū uero ad ipsos pharmacum est
nardinum ungentū, cum modico medicamento Basili-
lico appellato, aut cū adipe anserino, aut phasianino.
Vbi uero magnus est dolor, necesse est stupefacientis
bus sensum uti, ita ut ad lac muliebri, & oui candidū,
modicum opii ammisceamus. Ammiscendū est & cas-
torium, ad uehementiores dolores pari mensura, ad
leuiores dupla proportione. Nos autem opium & cas-
torium cū sapa probe conterimus, & tepesacta infun-
dimus. Oportet autem omnino non contingere audit-
torium meatum tempore doloris. Et fomētum adhibe-
re per auricularium specillū, lana mollissima circum-
datum, ita ut lanam tepido Basilico medicamēto cum
nardino aut alio ex his quæ infunduntur tingamus, &
ad principium auditorii meatus indamus, & pharmas
cum in profundum destillare sinamus. Et hoc assidue
facere oportet. Postquā uero repletus est meatus, lanā
superne obdito. Quod si æstas fuerit, & multæ caliditatis
sensus egrum circa inflāmata aurem uexarit, fo-
mentū per rosaceum bonū fiat. Mitigat porro feruentis
inflāmationes tepida cū rosaceo instillata, auriculæ
muris succus, & polygoni, & portulacæ, & ramētorum
cucurbitæ

tucurbitæ succus. Item aranei cum rosaceo cocti, &
aselli sub hydriis stabulantes similiter, & intestina terre
eodem modo. Et blatæ domesticæ interanea cum ro-
saceo. Et oleum amygdalinum ac hyoscyaminum. Me-
dicamentum auriculare è succis, ad inflammationes
quæ ægre transmutantur: cito enim ipsas succurat.
Succi ramentorum cucurbitæ, succi calami, succi perdi-
cii, succi brasiæ, singulorum cyathum unum, nitri to-
sti, myrrhæ, croci singulorum drach.iiii. unguenti nar-
dini unc.i. eluminis liquidi unc.i. aceti scyllitici sextan-
tem, mellis optimi lib.i. excipe & reponē in uitreo ua-
se. Et usu postulante, cum nardino aut rosaceo diluto
utere. Aliud ad diuturnas & ægre transmutabiles in-
flammationes. Galbani drac.vii. leui taurini drach.iiii.
ceræ, colophonix, saponis, singulorum drach.iii. picis
drach.i. Colophoniam, picem, seuum liquefacito, &
galbanum cum cera præmollitum aduicito, & deinde
etiam saponem, & excolatis utitor, ita ut in cote cum
aqua aut oleo aliquo diluas. Ad maximos dolores.
Aloem optimam uino mulso dilutam instilla, aut lan-
nas succidas aceto feruesacto, & instillato, in super-
ipsam lanam in aurem indito. Quod si mitius facere
uelis: cum aceto aut sapa coquito.

Ad aures absq̄ ulceratione humectas, quæ
uelut exudant, & seorsum humorem
excludunt. Cap. LXXXI.

Misy in linteolum illigatū & prunis obrutum, exu-
rito & unā cum exusto linteolo terito & per arundinē
insufflato. Aut gallas terito & linteo illigatas exurito,
ac similiter utitor. Aut alumē in testa exustum & oleo
præaffuso tritum insufflato. Porro postquam penitus
sedata fuerit inflāmatio, castorium cum oleo infun-
datur, quo detrimentum ex afflictione soluatur.

Ad ulcera in meatu auris. Cap. LXXXII.

Recentia quidem ulcera glaucium cura solum cum
aceto

aceto tritum, & omnia ex ipso collyria, & quæ ex croco, itemq; ex rosis fiunt, & appellationem habent. Curat etiã eadem collyriũ Damocratis ex myrrha. Quæ uero pure manant citra dolorẽ, & moderate hoc par-
 tiuntur, per eadem curantur. Quæ uero fortiter pure manãt, per pastillos. Qualis est Andronis & presertim Musæ, cum sapa & modico aceto infusus. Quod si etiã hæc superentur, recrementum ferri cũ acerrimo aceto in caniculari æstu ad solem terito, & pastillos efforma-
 to, & utere cum aceto. Si uero nõ est canicularis effus, recrementum ferri leuissimè tritũ cum aceto ad pur-
 nas coquito donec reficetur, & utere cum aceto. Aurium elotiones. Cæterum Apollonius ad aurium ul-
 cerationes talia scribit. Vino mulso calido frequenter ipsas elue. Aut myrteum cum uino coquito ac utitor. Si uero foetidum fuerit quod prodit, malicoriũ & len-
 tem cũ uino coquito, & tepidum infundito. Post elot-
 tiones autem conueniunt ad infundendum, fel bubu-
 lũ, & maxime porcinum, in malicorio tepesactũ instilla. Idẽ facit & caprinũ fel, & omnis piscis fel rosaceo ammixto. Aliud optimum. A lumen scissum tritum cum sapa & aceto in feruẽti cinere coquito ad mellis spissitudinem ac utitor. Facit etiam omne alumen cũ
 polygони succo, & Erasistrati, Panchrestos appellata ab omnimoda utilitate, liquida. Habetur autem inter
 ocularia medicamenta. Aliud. Aluminis scissi, croci, gallarũ, æquis portionibus utere cum uino. Auricularis cõpositio ad dolores magnos, & pus albũ. Amygdalas amaras decorticas. viii. spumæ nitri albæ 3. iiii. thuris 3. iiii. opii 3. iiii. croci 3. iiii. galbani dra. ii. myrrhæ drac. i. aceto trita excipe, & forma pastillos ac utere, si dolor adest, cum rosaceo. Si pure manant, cum uino mulsa, aut aceto aut sapa. Si uero auditus grauitas affuerit, cũ aceto. Ad diuturnas ulcerationes. Aloes, thuris, myrrhæ, singulorum 3. iiii. misyos drach. ii. efforma-
 cum

cum aceto, & utere resolutis cum aceto aut rosaceo. Ad corruptiones ac foetores aurii. Cap. LXXXIII. Malicorii & lentis decocto elue uelut prædictũ est, & utere subscriptis. Aluminis scissi libram unam, atramenti sutorii 3. viii. myrrhæ 3. viii. crocomagmatis 3. viii. uini ducis myrte sextar. iiii. Alumen cum uino coquito, & ubi ad compagem redactum fuerit, reliqua prius trita cum aceto adicito, & unitis utitor cum sapa & aceto. Aliud, ad purulentas & graueolentes aures. Vrsi fel instilla, si uero aridum fuerit, cum aceto & sapa diluto utere. Summe enim prodest. Ægyptium pharmacum ad omnes relatas affectiones, etiam si fue-
 rit congenitæ. Amygdalarum amararum 3. ii. piperis albi drac. ii. saporum Ægyptiarum internam partem 3. ii. pondere. croci, myrrhæ, opii, thuris, castorii, singulo-
 rum 3. ii. omphacii 3. iiii. atramenti sutorii 3. iiii. spumæ nitri 3. ii. Terito cum aceto in quo malicorium co-
 ctum est, & excipe ad strigmentitiam spissitudinem. Vfus autem tempore quantum satis est de hoc phar-
 maco accipe, & nardino ungento dilutum instilla. Ad superexcrecentes in aurium ulceribus carnes, Heraclidæ Tarentini. Cap. LXXXIII. Æruginis drach. viii. squamæ aris drach. iiii. mellis hemine dimidium, hoc est dodrãtem. Arida trita melle excipe, ac coque ut rubicundum pharmacum euadat, & utere super eminentem locum hoc ponens. Aliud. Æruginis drachmas quatuor, atramenti sutorii drach. iiii. succi marrubii cyathos tres, mellis quantum satis est, prepara & utere uelut dictũ est. Aliud Apollonii Memphitæ. Deprimit omnẽ superexcrecentem carnem, citra dolorem. Aluminis scissi drach. quatuor misyos usti drach. iiii. æruginis drach. ii. lemnii sigilli drach. ii. gummi drach. ii. (alii singulorum tot uncias pro drachmis habent.) Terito cum aceto, & formato pastillos, ac utitor cũ uino aut aqua. Deprimit & cicat-
 tricem

tricem inducit. Facit & ad nares exulceratas.

Ad uermes in auribus. Cap. LXXXV.

Vermes in auribus aut generatos, aut extrinsecus illapfos, amara & acria in summa occidunt, uelut sunt cappariss folium aut succus, cedria, urina humana uetus, singula cum melle: aut arifolochiam tritam infusa: aut calamithæ succum infunde. Aut ucratum album cum uino: aut colocynthidis decoctum, aut centaurei, aut absinthii, aut polii cum uino, aut scordii, aut marrubii succum, aut elaterium cum aceto. Facit & maluæ hortensis aut syluestris succus: maxime in his quæ sunt inflammata.

Ad sanguinis ex auribus eruptiones. Cap. LXXXVI.

Ad sanguinis ex auribus eruptiones, ut ne in grumos coeat, porri succum & acetum mixta infunde, & in sanguinem sistet, & grumos dissoluet. Aut malum puni cum in aceto coctum infunde. Aut gallum in aceto coquito & excolato, & rubi succum misceto ac infundito. Aut polygoni succum cum modico aceto, aut acaciam, aut amurcam, aut lycium cum aceto instillato.

De calculis aut aliis corpusculis in aurem illapsis. Cap. LXXXVII.

Si calculus, aut faba, aut consimile quid in meatum auris illapsum fuerit, elue. Aut specillum lana obuolutum resina tinge, & extrahe. Aut per glutinosum aliquid quod pharmacum aut dropacem idem facito. Quod si non successerit, sternutatorium naribus inde, & os obtura ac nares. Nam iuxta contingentem spiritus extensionem id quod incidit efflatur. Hoc autem assidue fiat donec exciderit. Si uero intus manserit, auris inflammata conuulsiones inducit. Optime uero eorum quæ illapsa sunt eiectionem adiuvat concussio, ita ut si puer fuerit pede teneatur, & cum concussione in caput eleuetur. Si uero perfectæ ætatis quilibet spiam ita fuerit affectus, ipsum in tabulam secundum affectam

affectam aurem reclinatum, caput ad tabulam firmare iubeto: Deinde leuata tabulæ circa caput parte deferri finito, idque sepe repetito. Mouebitur enim quod incidit, & ad expeditiores meatus partes progredietur, atque ita angusta & concaua specilli parte immissa scite extrahito. Si uero faba aut consimile quid in aurem illapsum, in ea maneat, madefactumque ac tumefactum dolores inducat, impossibile est ipsum integrum exire. Quare per specilli cõcauum industrie partiri ac diuidere ipsum oportet, atque sic particulatim extrahere. Deinde sapam aut uinum dulce calidum infundere ac lenire meatum ex lincinatione offensum.

Ad affectiones aurium extra meatum.

Cap. LXXXVIII.

Foramina in pulpis aurium in pueris inflammata, oleo quod in ærea lucerna æruginem contraxit, assidue illine, & sanabis. Ad contusas autem aures, myrrham, mannâ thuris, terram nigram, qua quidam pro smegmate utuntur, cum aceto ad cerati spissitudinem unita imponito, & nequaquam amplius irritato. Aliud. Sulphur uiuum, myrrham, thus, cum piceliquida in splenio imponito. Philagrii ad contusas aures. Mannam thuris aut ipsum thus & aloem, cum uino & rosaceo terito & imponito. his etiã cochleas paruas integras tritas, si haberi possunt, addito. Aliud. Intestina terræ cum modica terra ex qua accepta sunt, tere & impone. In quibus uero fractæ sunt aures, intrinsecam expeditiorem cõcauitatem cartilagineam sigulina terra expleto, & resiccari finito, ac solanum cum cerusa illinito, donec in integrum restituatur. Si uero inflammatio ad contusionem accesserit, meatui quidẽ butyrum tepidum, aut adipem anserinum, aut gallinaceum instilla. Aut etiam ocymi succum cum aliquo ex relatis adipe. Forinsecus uero cerusam cum solani, aut polygoni, aut coriandri succo illine. Aut putamẽ mali pur-

nici dulcis in uino coctum ac tritum obline. Aut glaucio utere. Emplastrum autem hoc adhibeto, Sandycis lib. i. olei lib. i. aquæ semissem. Coquito simul donec non amplius inquinent, & utere.

De parotidibus. Cap. LXXXIX.

Parotides ex genere sunt inflammationum. Fiant autem glandulis circa aures affectis. Non tamen utimur in ipsis, uelut in aliis partibus inflammatis, in principio repellentibus. Immo uice uersa attractoriis utimur, assigētem humorem ex profundo ad cutem attrahere conantes, & naturæ opē ferre, quæ per humorum ex loco in locum, impetuofum illapsum, febres curat. At uero quum uehementi impetu fluxus illabitur, nihil nos curiosus agētes omnia naturæ permittemus. Si enim aut cucurbitam, aut pharmacū quoddam humores ex profundo ad cutem attrahens adhibuerimus, uehemens dolor hominē occupat, ut ex ipso & uigiliæ succedant, & febres intendantur, ac uires exoluuntur. Mitigare igitur tunc potius conuenit, & non humorum influxui opitulari, per cataplasmatum maxime lenientium usum, quæ ad hoc quod moderate humectā habent caliditatem, per quam mitigare dolores ualent, etiam influētes humores concoquere possunt ac suppurare. Vbi uero suppurati fuerint, discutere ipsos aggrediemur. Si uero duricia cū dolore apparuerit: emolliētia attractoria miscbimus. Proinde ubi uehemens dolor obtinet, & humores adhuc influunt, butyro utemur locū asidue illinentes, aut adipe sulto, aut butyrū & adipē simul liquefaciemus, & modica cera adiecta, ut mollius ceratū fiat imponemus. At uero moderatas parotidas, in quibus neq; multa copia influit, neq; dolor uehemens adest, neq; suppuratio exspectatur, facile curabimus per fomenta ex muria, & cataplasmata ac pharmaca discussoria. Quale est Mnasæ emplastrum, & emplastrū ex succis, & his ad

huc magis ea quæ molliora sunt & ceratiformia, ex butyro & celypo parata, quæ assumunt ostrea uista, aut buccina, aut purpuras. Quale est & hoc: Adipis anserini ueteris insuisti sexuncem, butyri unciam unam, ceræ sextantem, ostreorum uistorum tritorum sextantem. Li quabilibus liquatis ostrea insperge, & unitis utere cōfidenter, est enim efficacissimum hoc. Aliud ualde bonum. A pochymatis sexuncem, picis bessem, ceræ quadrantem, colophonæ sextantem, adipis uitulini sesquiunciam, bituminis sextantem. Reliqua liquato ac excolato. Bitumen uero cū modico aceto terito, & liquata ad ipsum affundito, & emollitis utitor. Quin & in induratis iam ac diuturnis parotidibus, buccina uista & omnia ostrea, adipi ueteri porcino liquato amixta uelut dictum est, citra omnem molestiam discutiant omnes diuturnas ac induratas inflammationes. Quapropter utendū est in durioribus parotidibus alio emplastro ex buccinis, quod Ariobarzanium appellatur, & eo quod Dionysia appellatur, & ex misy paratur. Describētur ea in sermōe de emplastris. Ego uero solo leo parotidas puerorū & mulierū solo butyro curare.

De narium affectionibus. Cap. XC.

Ex genere tumorum præter naturam polypi in naribus generantur. E genere uero ulcerum ozænæ. De excretionibus autem præter naturam sunt sanguinis eruptiones. Ozænæ itaq; ex acrium & putredinosorum humorū influxu fiunt. Nam si solū acres fuerint, incurabilia ulcera facere solent, non tamen graueolentia. At polypus appellatus, polypi marini carni iuxta essentia proprietate, & colore & compage similis, ex crasis & uiscosis humoribus generatur. Cæteræ curatio utriusq; cōmunis est, ozænæ & polypo, ut primū caput resiccetur ac corroboretur. Manifestū est enim quod uitioforum humorum redundantia naribus ex capite influit. Quomodo uero caput roborare oportet,

ter, iam dictum est, ubi de capitis dolore egimus, ubi diuersa smegmata & epithemata descripsimus, quæ scincipiti ac toto capiti præarsa imponuntur. Verum ad iam præscripta, optime ad ipsos facit emplastrum ex anemona capiti impositum. Itemq; hoc: Myrrha unc.i. thuris unc.i. cochleas integras v. ouorum candida ii. Omnia in mortario confusa ac mixta illinito, lino teo capiti superimposito, & finito per dies ix. Atq; ita postea localibus auxiliis utere.

Ozænarum curatio.

Cap. XCI.

Postquã itaq; per prædicta caput corroboratũ præparaueris, ad nasi curationem procedes, scopum positum habens in ozænis ut affectam partẽ per pharmacam mixtam uim habentia rescices, repellentia uides licet ac discussoria. Repellunt igitur austerã & acerbã quæ in cõmuni adstringentia appellantur. Discutunt autem siccam & calidã uim habentia. Archigenes autẽ ad dolores in naribus & ozænas talia describit. Calaminthæ succum infunde, aut ipsam siccã tritam insuffla per arundinem. Aut erucę succum assidue infunde. Aut mel in nasum stillato, & per sternutatoriũ consulsione facta, testoria ulcери obducto. Deinde de ueratrum album cum multo nasturtii semine naribus attrahere iubeto, & postea amurcã cũ melle illinito. Aut ranunculi succũ cũ alumine liquido in nasum instillato, & attrahere iubeto, atque hoc facito donec persanaueris. Si uero antiqua fuerit affectio, etiam acetũ acerrimũ ammisceto. Meatus autem nasi ex hoc illinito. Spicam nardi & misy, æquis portionibus trita cũ uino austero ad strigentia ipsissimã illine, & lana obtura. Optime uero facit ad ozænas atramentum sutorium melle cocto exceptum, & chalcitis eodem modo, & ærugo, & squama æris, & floridum medicamentum ori destinatum. Et hoc, calcitidis crudæ

dies

dies sub cuniculæ feruore, & exsiccato utere cum uino sub ipsum diluens, aut siccum insufflans. Aliud. Myrios, chalcitidis, myrrha, singulorũ ʒ.iiii. atramenti sutorii ʒ.iiii. aluminis scissi, gallarum, squamæ æris, singulorum ʒ.iiii. aluminis rotundi ʒ. ii. thuris ʒ. i. acetil lib. i. Omnia trita simul coquito in æneo uase, & ubi ad mellis compagem redacta fuerint ablatis utere, lino namento intincto & naribus penitissime indito. Siccus puluillus ad ozænas. Fructus ericæ, myrrha, nitri, malicorii, singulorum ʒ.iiii. croci, costi, singulorũ ʒ.ii. trita insuffla. Alius. Aluminis scissi, myrrha, singulorum ʒ.iiii. sandarachæ, rhois culinarii, salis ammoniaci, croci, costi singulorũ ʒ.ii. trita insuffla, naribus prius uino mulso collutis. Aliud. Theodori ad graueolentiam narium. Amomi, myrrha, casia, rosarum siccarum, æquales partes tritas cum castoreo nardino dilue ac utere. Aliud. Myrrha, casia, rosarum, singulorum æquales portiones cõtusas ac cribratas melle excipe, & mane ac uesperii illine donec malum cesset. Aliud. Hedychroo cum uino mulso trito utere. Aliud, Iucundum appellatum. Myrrha ʒ.iiii. casia ʒ.iiii. floris iunci odorati ʒ.iiii. rosarũ siccarum ʒ. i. terito cum uino mulso ueteri, reponito ac uitior illinens ex eo naribus. Aliud. Cyperi quadrantem, sandarachæ, aluminis scissi, myrrha, croci, singulorum ʒ. i. aridum insuffla. Aliud Apollonii ad polypos. Veratrum & origanum trita insuffla. Aliud. Veratrum nigrum & sandaracham, æquis portionibus cũ oleo terito, & lana excepta naribus indito. Aliud. Atramentum sutorium, æruginem, laser, æquis portionibus, cũ oleo illine naribus per specillum lana obuolutum, ad dies nouem. Deinde uolsella trahe ac exime. Aliud ad ozænas quo assiduæ utor. Ad pastillum Musæ adice chalcitidis ʒ. vi. aliquãdo etiam. xii. & ueratri albi ʒ. iii. Vtereq; cum uino mulso. Aliud. Auripigmentum tritum per

specillum large admoue. Vbi uero intumuerit & emid-
nuerit, ueratro nigro arido trito moderato utere, & in
septem diebus ut plurimū nasus uacuus redditur. Deo
inde diphryge trito cum melle expurga. Aut auripig-
mentum, calcem, & ueratrum album trita cum melle
adhibe. Aliud celebre. Myrrha 3. iiii. chalcitidis 3. iiii.
casia 3. iiii. spicæ nardi 3. ii. misyos 3. ii. ueratri albi 3. i.
Vtere sicco, & cum uino mulso. Aliud bonum. Mis-
syos torrefacti 3. viii. iridis 3. iiii. croci 3. i. excipe melle
ac illine. Aliud. Aluminis scissi 3. i. myrrha 3. i. thu-
ris sesquiunciam, musci herbæ quæ & dorcadias ap-
pellatur 3. iiii. æruginis 3. ii. salis ammoniaci 3. iiii. reo-
rebinthinæ 3. i. mellis trientem, aceti quantum satis est.
Aliud, facit & ad polypos. Æris usti, squamæ ferri sto-
momatis, aluminis scissi, singulorum 3. i. myrrha 3. i.
thuris sesquiunciam, aristolochiæ, uerbenacæ restæ,
squamæ æris, æruginis, singulorum 3. i. aut omnium
æquas portiones, adhibe aliquando uino diluta, & per
linamentum inde. Aliquando uero cum compositio-
ne ex moris, aliquando cum melle. Aliquando etiam
siccum insufflata, aquam in ore continere iubens. Aliud
cuius uilitatem ne contempseris. Centaurii tenuis usti,
polii usti, chamæmeli usti, singulorum 3. viii. æruginis,
squamæ æris ustæ, radicis cyclamini siccæ, myrrha,
aloes, malicorii, singulorum 3. iiii. tritis utere prout
uoles. Aliud ad ozænas, & erosiones, & nomas &
crassitudinem, & omnia narium uitia: Sicci foliorū ui-
tis albæ quadrantem, mannæ thuris, atramenti futorii,
chalcitidis, aristolochiæ, singulorum 3. iiii. terito & sic-
cato ac insufflato. Pastillus ad ozænas Cyri Archiatri
Edeffæ. Cadmiæ ter ustæ ac uino extinctæ, plumbagi-
nis, plumbi usti, spumæ argenti, spicæ nardi, thuris, fo-
liorum cupressi, herbæ sabinæ, gallarum. Lycii indici,
gummi, singulorū 3. iiii. cerusæ, glaucii, folii, balastio-
rum, floris iunci odorati, malicorii, aloes, acaciæ, singu-
lorum

lorum scrup. viii. florum rosarum & foliorum, singu-
lorum scrup. vi. contusa & cribrata terito cum aceto,
& formato pastillos, ac utere cum uino, aut sapa.

Polyporum curatio. Cap. X C I I.

Iam antea dictum est quod ex crassis ac uiscosis hu-
moribus polypos generatur, & propterea mixta ma-
teria opus habet, adstringente & secante, & discutien-
te ac siccante. Quorum lylyua talis est. Aluminis scissi,
myrrha, sandarachæ, singulorum 3. iiii. atramenti su-
torii usti 3. i. gallarum 3. i. tritis utere, ubi prius nares
uino odorato elueris, ita ut postea per specilli nucleū
illinas. Vtere etiam his quæ ad ozænas præscripta
sunt. Aliud. Soreos 3. ii. chalcitidis tostæ 3. ii. fructus
myricæ 3. i. croci 3. i. myrrha 3. i. trita insufflato uelut
dictum est. Aliud. Chalcitidis tostæ 3. ii. misyos 3. ii.
atramenti futorii usti 3. ii. amomi 3. ii. myrrha 3. iiii.
croci 3. i. terito & utitor siccis. Aliud mirabile. So-
reos quadrantem, aluminis scissi quadrantem, galla-
rum sextantem, myrrha sextantem, utere sicco. Aliud
ad polypos, ozænas, ægilopas, & quæ citra sectio-
nem ac uisionem remouere uoles. Disparat etiam os-
sa corrupta. Ramentorum æris rubri unc. i. salis amo-
niaci sextantem, aluminis rotundi quadrantem,
aceti acerrimi heminas. vi. Arida trita adiecto æris
rubri uase excipe, & ad solem expone, ac pistillo æneo
sub caniculari æstu agita, donec resiccentur. Deinde
trita uase fictili reconde. Vfus autem tempore aquam
in ore teneri iube, & per arundinem naribus insufflata.

Ad polypos & ozænas. Sinapi tritum aquæ mis-
ceto, ac subigito, & collyria glandiformia forma-
to. Deinde gracile linteolum sinapi obducito, quo
ipsum extrahere possis ubi uoles, & naribus indito,
principio lintei foris relicto, & totam diem finito, &
excidet polypos. Aliud ad polypos & ozænas aë-
superexcrecentem carnem. Aluminis scissi scrup. ix.

aluminis rotundi scrup. vi. atramenti sutorii scrup. vi. chalcitidis scrup. xviii. myrrhæ scrup. xviii. squamæ æris scrup. ix. thuris scrup. iiii. gallarū scrup. xii. contusa cris brata terito cum aceto uelut collyrium, & formato pa stillos. Vsu uero postulante, quantum satis est cū melo le contere, & linamentū intinge, ac naribus inde, & ad diem unam sine. Altera uero extrahe, & sequetur poly pus, quod pierunq; fieri solet. Aliud Oribasii. Squa mæ æris drach. viii. sandarachæ drach. iiii. æris drach. vi. ueratri nigri drach. ii. Siccum hoc insufflato, & ues lut optimo uitior. Nam in diebus decem manifestam utilitatem declarat. Nechepfos rex ad carnem in nari bus enatam. Squamā æris, & squamam ferri, ac alumen scissum, æquis portionibus terito ac insufflato, aut per specillū adhibeto, aut in linamento uitior. A selepiadæ ad polypos. Atramenti sutorii drach. i. diphrygis usti drach. ii. calcis uiuæ drach. ii. sandarachæ drach. ii. sic ca adhibe. Aut linamentum intortum aqua madefactū ac pharmaco imbutū inde. Aliud quo Antipater usus est. Atramenti sutorii, sandarachæ, æquales partes tri tas insuffla, & per specillū admoue. Aliud. Atramen ti sutorii usti drach. iiii. rubicæ sinopiceæ drach. i. trita insuffla. Naturale Apollonii ad polypos. Nycticora cem iugulato, & calido ipsius sanguine polypum illi nito: Reliquū uero in sole siccato ac reponito, & aris dum tritum inspergito. Aliud eiusdem ad exulceratos polypos, & ad ozænas. Dracunculi radicem aridam tritam insperge, facit & succus ipsius illitus. Aut cus presi folia, aut pilulæ ficis carne exceptæ. Facit & sal uia imposita. Et laser cum atramenti sutorii, aut æru ginis pari portione. Galenus autē ad polypos inquit, & ozænas comperi egregie facere subscripta. Primum quidem id quod ex malis punicis paratur. Sin autem æquali numero ac magnitudine ex tribus generibus accepta, de austeris, de dulcibus, & de acidis. Oportet

autem

autem ipsa recentia matura cōtundere, ipsaq; tota cō fringere exacte, quo succus ex ipsis exprimi possit. Quem modice codum reponimus in stanneo uase. Quod uero restat solidum & crassum, diligenter in mortario tundito, & ualde bene in pila terito, ac col lyria formato oblonga, & crassitudine & longitudine differentia, eaq; siccato. Et usus tempore cōgruum ex his collyriū in nasi meatum inde, in quo polypos exis sit. Nam citra mordacitatem & cōsensum tollit poly pum longiori tempore. Si uero humidior & mollior polypus tibi uideatur, amplius accipies de austeris pu nicis malis: Si uero durior, de acidis. Q uandoquidem autem molestum est semper collyrium ferre, conuenit ab eius usu interquiescere, & interim dum collyrium non adhibetur, succo expresso uti, & ex ipso internas oris partes illinere, hianti ægro, eo maxime loco quo nasus ad palatum perforatus est, atq; hoc per pēnam, aut lanam specillo obuolutam. Cæterū ex siccis phar macis noui aliquādo diphryge polypum consumptū. Conuenit in ipsis quoq; prædictum collyrium ex ma lis punicis siccum leuissimè tritum ac insufflatum. Aut per specilli nucleum naribus inditum. Omnia autem hæc assidue facere oportet, ut nunquam desit medica mentum loco affecto. Facile enim ab influente humi ditate eluitur. Philagrii. At in eunuchis & molle cor pus habentibus, & propterea nullā mordacitatem fe rentibus, rosas siccas leuissime tritas adhibe. mirifice enim prosunt mollibus & humidis corporibus. Nam pleraq; quæ efficaciter polypos eximunt, exacerbant quodam modo ubi scopum non contingerint. At ues ro in diuite quodam qui odoratū pharmacum expe tebat ad ozænae curationem, pastillo hedychroo usus sum, subegiq; ipsum cum uino ueteri odorato. Et nisi rum est quàm breui affectio curata est. Relata est au tem huius præparatio in theriacis descriptione.

rr s

Ad ulcera

Ad ulcèra in n^oribus. Cap. XCIII.

Vlcera in meatibus nasi simpliciora semper curantur per pastillos Andronii, & Passonis, & Polyide, & Musfæ, & Bithynum appellatum aliquando uino dulci ipsos exoluens, aliquando austero. Et quandoque per acetum uinosum aut acre, ita ut ab affectionum symptomatis, pharmacorum usum inueniamus. Archigenes autem pinguibus emplastris eiusmodi ad ipsa usus est. Plumbi recrementum tritum, cum uino ueteri ac myrteo oleo, æquis partibus in fictili uase coquito ad prunas, semperq; agitato. Et ubi stringentiosum factum fuerit, pharmacum, ablatum in pyxide plumbea seruato. Oribasii ad narium ulcera. Spumæ argenti 3. vi. cerusæ 3. vi. plumbi usti & loti 3. iiii. myrrhæ, aloes, singulorum 3. ii. gallarum 3. i. uino & myrteo oleo dilutis utere. Facit etiã ad sedis uiria. Aliud Oribasii. Atramenti futorii 3. vii. aluminis scissi 3. vi. gallarum 3. iiii. malicorii 3. iiii. Ex uino aut aceto terito. Aliud eiusdem, ad simpliciora in meatibus nasi ulcera. Spumæ argenti 3. vi. cerusæ 3. viii. malicorii 3. iiii. aluminis scissi 3. iiii. terito cū uino & affuso oleo myrteo, in plumbeo uase seruato ac utitor. Optime faciunt ad eadem: Asteris collyria, & Libiana appellata, & presertim Cleonis ac similia, cū uino & oleo myrteo diluta.

Ad sanguinis è naribus eruptionem.

Cap. XCIII.

Sanguinis è naribus eruptionem sistit foliorum urticæ succus per linamentum inditus. Et ipsa folia trita fronti imposita. Item chalcitis arida trita linamèto excepta ac indita. Oportet autem linamentum lucernarium frigida aqua nictum in chalcitide obuoluere. Sicut & lysimachii herbæ succus, & anthyllidis. Et ferule pars lanuginosa cum aceto indita. Thus cum polygotti aut porri succo, asinini stercoris recētis succus, cum porri succo, & aceto per linamentum inditus. Aut ster-

cus idem usum insuffla. Aut spongiam nouam pice liquida imbutam inde. Aut hippureos succu, aut ipsam herbam tritam inde, & fronti impone. Aut saluix folia trita adhibe. Aut ouorū testas urito ac terito, & de his duas partes sumito, & de gallia omphacitide partem unam, & linamèto aqua aut aceto tincto excepta indito. Frōtem uero bulbis tritis cum porri succo aut aceto integito. Aut gypsum oui candido subactū fronti ac naribus imposito. Magis autem facit lapis specularis translucidus cum aceto. Aliud. Cochlearum carnes cum aceto tritas adhibeto. Aut cochleas uistas ac tritas, fronti ac naso cum aceto imposito. Apollonius autem inquit, cochlearum carnes cum thure tritas naribus indito, & sanguis sistetur. Iisdem etiam frontem intege. Aut siccum ex anemona pharmacum emplastrum forma fronti impone. Aut emplastrū ex salicibus. Optimū autem est hoc, ex cuius usu sæpe laudem assequutus sum. Lapidem molarem seruefactū ac ignitum acerrimo aceto extingue, & uaporē naribus ad moue, ac sistetur. Cōmodum est & per spongas frontem frigatefacere, & caput in sublime leuare, & manuum iūcturas inguinaq; ac genua deligare. Apollonius porro ait, pedis è directo naris unde sanguis erumpit, magnum digitum ligato, & multum ac ægre sisti se sinentem sanguinis lationem sedabis. Cōmodum est etiam cera aures obturare, & in ore aquā pluuiam frigidam continere. Sed & cucurbitam occipiti affige cū scarificatione. Et circa uiscera magnam cucurbitā adhibe, si dextra pars sanguine manarit ad hepar: Si sinistra, ad splenem. Aliquando etiam uenam secare cogimur. Summe uero facit hoc. Rhoidarii & ochræ æquales partes cū aceto in oppositam nari aurem instilla. Nō mirum si dexter nasi meatus sanguinem fundit, in sinistram aurem: si sinister, in dextram. Sed & quæ ad sanguinem spuentes describentur potanda præbe.

Quomodo sanguis è naribus eliciatur. Cap. XCV.

Métam tritam melle exceptam ad collyrii formam redige, ac naribus inde. Aut rubiæ radicem leuissime tritam oleo lubige, & naribus penitissime illine. Aut graminis florem, aut summam eius asperiores partem naribus inde, & obtorque donec sanguis erumpat.

De narium obturatione, & odoratus oblatione. Galeni. Cap. XCVI.

Oculis & lingue ac uniuerso corpori sensum ac motum suppeditat cerebrum per nervos. Verum odoratus sensus intra caluariam est in anterioribus cerebri uentriculis uaporosum quendam spiritum habentibus. Ceterum necessarium est prius nosse quomodo nasus constructus est, & quæ corpora meatibus ipsius coherent. Quum itaque nasus habeat medium interseptum, & duos memorabiles meatus, qui sanè apparent, unus in singulis naribus. nosse oportet supra nasi partes utrunque ipsorum dextrum ac sinistrum bifariam findi. Et altera quidem pars ad internam oris partem circa palatum uergit: Altera uero recta uelut ab initio ferebatur, ad ipsam cerebri ascendit. Sunt autem in cerebro duæ propages oblongæ ac cauæ, principium quidem ex anterioribus uentriculis habentes, progredientes autem ad illam caluariam partem, unde nasus in initium habet. Iuxta hanc uero partem etiam ossa coliformia sita sunt, per quæ inspiratio & expiratio iuxta cerebrum contingit, & superfuitates in ipso expurgantur. Sed & crassa cerebri membrana, qua parte coliformia ossa contingit, tenuibus cauernis perforata est. Et per hanc sanè primam excolantur crassiores cerebri superfuitates, quas muscum appellamus. Et hæc deferuntur, primum quidem ipsam membranam penetrant, postea uero per coliformia ossa excolantur, atque sic in nasi meatus incidunt. At in transgressu per hos meatus, aliquando pars alia qua ex his quæ deferuntur, præterfluit in os, per præ-

dicta

dicta foramina ex naso in palatum, & præsertim ubi fuerit mucus ille uiscosus ac crassus. Reliquum autem quod deferitur, per nares euacuatur. A diuimus autem excretionem per os ex palato, per secretum. Excretionem autem ex naso per uolentioris efflationis, ac sterutatoriorum usum. Respirationis equidem ac olfactus gratia facta sunt foramina cerebri in nares. Vtitur autem ipsis natura ad retrimentorum cerebri purgationem. Proinde odoratus lætio non in meatibus nasi est. Sed aut anterioribus cerebri uentriculis ad intemperiem per ductis, aut meatibus in ossibus colatoris obturatis, mucosum ac destillationem uel plurimum progressis, aut his partibus refrigeratis uel humectatis. Nam & aer qui palam per inspirationes attrahitur, tum nares aliquando per refrigerat, tum uicinas ac contiguas partes, & hoc maxime ubi ambiens nos aer frigidus factus est. Archigenis. Primum igitur conuenit eos qui olfaciendi facultatem læsam habent, aut colatorios meatus obturatos, in siccioribus locis diuersari, quales maxime sunt maritimi, & gymnasis pro uiribus uti, itemque unctionibus singulis diebus, ita ut erectum habeant collum, & per alios confortentur. Caput quoque pectine perficere oportet, nitro detergere in balneo, & aqua marina calida ablueret, ac caput perfundere, marina calida affusa. Deinde etiam aquæ frigidæ modice immergere in egressu. Optimum est & in marina aqua assidue natare. Vtendum est & medicamentis quæ naribus indita caput purgant. Ceterum tota uictus ratio attenuatoriam sit facultatis. Quare etiam acrium rerum esus ex interuallis adhibeatur. Domus in qua degunt moderate calida sit, pro temporis anni ratione. Somnus diuturnus incommodus est ipsis. Dum autem dormiunt ceruicalia sublimia habeant, & in latus reclinentur, & non secundum affectam partem, uelut si contingat unum ex colatorii meatibus esse obturatum. Quotidiana itaque uictus ratio talis sit. Claro autem

autem instante aere, primum uentrem expurgare cetera, per Archigenis ex colocynthide hieram. Deinde hirudines sublimiori nasi parti adhibe, & multum sanguinem trahere sine. Post tertium autē diē, splenio ab intermedio superciliorum usq; ad malā, obturatam nasi partem intege, sit autē factum ex emplastris discussoriam uim habentibus. Quale est melinum Serapionis, & emplastrum Icesii, & nigrum Archigenis; & quod ex tithymali succo paratur, & quod ex scilla, ac consimilia. Horum autem usus non fiat infra quindecim dies. Post hæc picra ex aloe assidue uenter subducatur. Commodus est enim frequentior ipsius usus. Postea pituitam per os ducentibus utendū est, ex staphide syluestri ac mastiche. Postquam autem sufficiens euacuatio per os facta est, emplastrum ex agarico, aut ex canchry, aut malagmate ex baccis lauri, aut aliquo cōsimili nasus integatur, & frons usq; cutis rubificationem. Solent enim talia mucosam humiditatem per cutem attrahere. Postea uero sternutatorio utendum est primum simpliciore, deinde efficaciore, quale est uertrum album leuissimè tritum. Tertia deinde aut quarta die à sternutatorii usu, radendum est caput, & sinapismus adhibendus usq; ad frontem. Deinde lauetur. Et post multos rursus dies, si opus fuerit, rursus caput per narifusorium instrumentum purgetur. Sit autem efficax medicamentum quod adhibetur. Quale est elaterium cū lacte, aut cyclamini succus. Aut ipsam cyclaminū siccam tritā insuffla. Aut cucumeris syluestris radicē. Aut nigellā tusam ac cribratā, & oleo uetustissimo addito probe tritā, per nares infunde, & pharmacū cū per respirationē uehementius attrahere iube. A qua autem ægro in ore tenendam exhibe. Hoc ego usus sum in quodam adolescente, qui ex muco ac destillatione diurna olfactus sensum læsum habuit, & ubi consequenter per triduum hoc auxilio usus esset, magis

gnopere auxilium percipiebat. Quarta uero die attractio uehementius per inspirationem pharmaco, fortè mordacitatem in profundo capitis sentiebat, & quum hæc paulatim imminueretur, postera die penitus conualuit. Vtiliter etiam nigella assumitur cū aceto. Conuenit autem post horum usum, post triduum uidelicet, sinapismus fronti adhibere. facieiq; ac naso & postea lauare. Sed & odora menta assidue adhiheantur odorata hæc. Narcisus, silybrium, serpillum, lillii folia, uiolæ, menta, polium, ruta syluestris, & thymbra. Omnium uero utilissimum est castorium aceto dilutum. Quin & potum castorium tritum cum aqua mulsa cyathis tribus, præ multis auxiliis proderit. Efficacius autem redditur, aceti scillitici cyatho dimidio addito. At uero acetum scillinum quotidie à ieiunio tritū cochleariorum mensura acceptum, utilissimum ipsis existit. Cæterum post has omnes lincinationes, si adhuc affectio aliquo auxilio opus habet, adhibendus est etiam à raphanis uomitus, ita ut ipsi concisi aceto mulso aut garo madescant. Sequenti uero à uomitu die, eger abinthii decoctum bibat, aut pulegii. Et post hoc imponendū est naso emplastrum ex scilla, cuius experientiam feci, reliquendumq; aliquo tempore ut uaros in loco exciter, & strigētōsam humiditatē extrahat. Habetur autem hoc emplastrum in Sermonis de emplastris tractatu. Atq; hæc omnia etiā bis ac ter & sæpius adhibēda sunt, ad pertenciores affectiones.

De sternutatoriis. Hippocratis. Cap. XC VII.

Sternutatio fit calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite uacuum est. Aer itaque intus existens erumpit, sonitus autem fit, quoniam per uacuum & angustum spiritus transit. Consideremus autem quomodo sternutationes capitis grauitatem sanant. Fiunt equidem sternutationes, maximis inspirationibus pregressis, & efflatione celerrime sequente. Appellō autem

autem efflationem, acruatam expirationem. Habet enim cerebrum duas has facultates, per quarum alteram superfluitates in anterioribus uentriculis excernit ad seipsum contractas: Per alteram uero alas nasi expãdit, & spiritum attrahit. Quum itaq; à spiritu grauiatur, tunc ipsum excernit per contractionem sui. Si uero obturatis in naribus uis, impeditur excernere grauiantem spiritum, aut mucum: Tunc uiolẽto motu ad sternutationẽ procedit, depellere conans ea quæ meatus obturant. Vnde sternutationes capitis grauitatem, uelut dictum est sanant. Imò etiam affectiones quasdam circa cerebrum consistentes. Quales maxime sunt, lethargus, & profundi sopores, ac consimiles. Tales, n. per sternutoria maxime curantur. Sed & ad solem respicientes ad sternutationẽ irritamur, diffusis uelut arborum à caliditate crasis cerebri spiritibus. Extrudunt autem sternutationes etiam mucos ex cerebro crassos ac uiscosos per uehementem spiritus impetũ, etiã hos foras coeicientes. Porrò sternutationem mouet, uera trum album, herba lanaria, piper, castorium, cyclaminum, euphorbium, nitrũ, herba ptarmica, hoc est, sternutoria appellata, cuminũ, singula seorsim ac simul leuissime trita & admota. Nõ autẽ hæc insufflare oportet, sed motam pyxidẽ naribus admouere, aut per specillum nucleum naribus penitissime indere. Et simplicia quidẽ sunt hæc. Sunt & composita ex ipsis adeo confata quale est hoc. Sternutorium Heraclidæ Tarentini. Cumini Æthiopici, piperis, herbæ lanarię, castorii, singulorum æquas portiones contusas ac cribratas in æreã pyxidem reponere. Vñus autem tempore agitãtam pyxidem aperi & naribus adhibere. Aut per specillum penitissime inde. Aliud. Piperis, ueratri albi, herbæ lanarię, euphorbii, castorii, succi cyclamini sicci, æquis partibus utere uelut dictum est. Aliud ad diurnos capitis dolores, uertiginẽ, capitis grauitatem,

& con

& comitalẽ. Veratri albi drac. iiii. nitrũ rubri, herbæ lanarię, castorii, piperis, singulorum drachmam unam, uterẽ uelut dictum est.

Ad sedandas redundantes sternutationes.

Cap.

XCVIII.

Redundantes sternutationes sedant ea quæ etiam grauedinem sanant, oleum rosaceum naribus insusum & oleum dulce, & unguentum nardinum. Olfactu uero sedant sternutationẽ, anisum, ocymi festucae sicca tusa, nigella sicca trita. Aut thymã fermento oblitum, & cinere obrutum, & ubi tostus est, tritum adhibere. Singula uero hæc raro linteolo illigata olfacienda dato. Sedat sternutationes & grauedinem, etiam myrrha per se, uel cum thure & uino odorato trita, illitis hinc naribus. Facit & menta, & hedychroon, & cyphi. Sed & aqua tepida frõti hæspersa sternutationes sedat. Quin & si ab utraq; nasi parte, iuxta magnos oculos angulos uenas sitas digitis compresseris, sternutationem sedabis. At uero Apollonium naturale auxilium prodit ad hoc, ut pueri non sternutent. Ciconiæ inquit, pennæ in domo habeantur, & impossibile est ut sternutent.

SEXTI SERMONIS
AETII FINIS.

AET.

¶

INDEX

INDEX EORVM QVÆ IN SEPTIMO AETII SERMONE HABENTUR.

DE natura oculorum.	De puncturis oculorū.	21
Cap.	De uulneribus profundi	22
Quot & quæ affectiones	ribus.	22
circa singulas oculi par	De ouiformis humoris	23
tes fiunt.	excretionē.	23
Perturbationis oculorum	De oculi prolapsu.	24
curatio.	De ulcerationibus superfi	25
Inflammationis oculorū	cialibus ex humorum	25
superficialis curatio.	influxu obortis, nubecu	25
De inflammatione ob ple	la, caligine, epicaumate,	25
nitudinē, & de chemosi	encaumate.	25
oculorum.	De argemo.	26
De balneis.	De folliculis, & concauis ul	27
De uini potu.	cerum generibus.	27
De uenæ sectione.	De suppuratione aut un	28
De purgatione.	gue.	28
De fomento.	De pustulis.	29
De frigida oculorum intē	De carbunculis in palpe	30
perie.	bris.	30
De oculorū inflatione.	De canceratis oculorum	31
De tumore oculorum.	ulceribus.	31
De tumore indurato.	De malignis oculorum ul	32
Vlcerum in oculis com	ceribus.	32
munis curatio.	De myocephalis.	33
De ilalabentibus in oculis	De staphylomatis.	34
animalculis aut paleis,	Staphylomatum chirur	35
aut arena.	gia.	35
De calce uiua in oculum	De ulceribus cicatrice in	36
illapsa.	digentibus.	36
De ulcerationib. ab igne.	De cicatricibus & albugi	37
De his quæ oculo insigni	nibus.	37
tur.	Materia attenuans cicatri	38
De sugillatione.	ces & albugines.	38

Auxilia

INDEX.

Auxilia ad cicatrices & al	nis in angulo.	62
bugines.	De sanguinis ex angulis	63
Albuginum tinctura.	eruptione.	63
Ad glaucos oculos ut ni	De concretionē palpebra	64
gras habeant pupillas.	rum ac contractionē.	64
41	De pediculis palpebrarū.	65
De puerorū curatione.	65	
De aspritudinibus, ac den	De pilis pungētibus palpe	66
statibus, sycofiq; ac cal	brarū, & de duplici pi	66
lis.	lorū ordine, itēq; mul	66
De oculorū debilitate.	tiplici quam phalango	66
De myopia.	sam uocant.	66
De nyctalope.	Pharmaca ut euulsi pili	67
De hebetudine oculorū.	non renascantur.	67
rum.	Agglutinatoria pilorū.	68
De obfuscatione oculorū.	De sutura palpebrarum	69
rum.	fursum uersus.	69
De resolutione oculorū.	De sutura palpebrarum	70
De glaucedine.	deorsum uersus.	70
De luffusione.	De euerfione palpebrę.	71
De mydryasi, hoc est pupil	Chirurgia euerfionis pal	72
læ dilatatione.	pebrarum.	72
De tabe pupillæ.	De lagophthalmis.	73
De macie oculi.	De lippitudine dura.	74
De exprefione oculorū.	De lippitudine sicca.	75
55	De lippitudine scabra.	76
De confusione.	Curatio lippitudinis duræ	77
De his quæ in albo oculi	siccæ, scabræ.	77
nascuntur.	De defluuio pilorū palpe	78
De pterygiis.	brarū, qđ uiriū & mada	78
Pharmaca ad pterygia.	rosis, & pilofis, & mil	78
Chirurgia pterygiorū.	phofia, à Græcis appel	78
De carnis in angulo ma	latus.	78
gno incremento.	De abfcessu in palpebris.	79
Chirurgia incremento car	79	

De calculo palpebrarum. 80	Cataplasmata oculorum lippientium. 96
De grandine oculi. 81	Illitiones oculorum. 97
De ordeolo siue præputioli. 82	De aridis collyriis. 98
De gangliis, atheromatibus, steatomatibus, & meliceribus palpebrarum. 83	De liquidis collyriis. 99
De uaricibus palpebrarum & malignis agnatis eminentiis. 84	Collyria ex croco, & ex fuccis diuersa. 100
De ægilope. 85	Collyria unius diei, monohemera appellata. 101
De uisione ægilopis. 86	De collyriis sistētibus. 102
De anchilope. 87	De lenibus collyriis. 103
De carnis in angulo maxillæ decremento. 88	De lenibus & albis collyriis. 104
De his qui tempora inuolunt. 89	Collyria libyana, & stephracis spodiaca. 105
De arteriarum sectione. 90	Collyria ex thure. 106
De caluarie circuncisione. 91	Collyrium Cleonis. 107
De frontis per submissum scalpellum excoriatio, ne. 92	Collyria ex rosis uiridia ac alba. 108
De uasorum sectione. 93	Collyria diasmyrna, & chiacia appellata ex uino. 109
De musculorum temporum cataplasmatibus aglutinatoriis, ac illitionibus. 94	Collyria ad aspretudines, & extersoria. 110
Totius capitis illitiones. 95	Collyria entasta, hoc est, instillatitia appellata. 111
	Collyria ex cornu ceruinis. 112
	Collyria Nardina & Theodotia. 113

AETII SERMO SEPTIMVS.

De morbis oculorum.

DE NATVRA OCVLORVM. CAPVT PRIMVM.



Vratio circa oculos uaria est & diuersa. Nam & ipsa particula, oculus inquam non simplex est, sed compositio nem fortitius est ad suam essentiam constitutendam, tunicis nimirum & humoribus, insuperq; palpebris ornatus.

Natura enim neruos a cerebro ad oculorum regiones descendentes, uisuos uidelicet, & partem duarum membranarum cerebrum complectentium, quæ cum ipsis neruis excurrit, augens & uelut dilatans, tunicis oculorum originem essentia largita est, ut quæ omnium intimam tunicam retiformem appellatam, ex neruo uisuiue construxit. Aciniformem uero tunicam huic præpositam, ex tenui membrana produxit. Similis est enim acino uuæ, & figura, & colore, & rotundiore foramine perforata est iuxta pupillam. At uero tunica quæ ambabus his forinsecus prætenditur corniformis uocata, ex crassa membrana originem habet. Quæ uero his omnibus foris obducta est, alba illa quæ agnatam appellamus, ex pellicula forinsecus ossi capitis circumscissa quæ circumossalis & circumcualis appellatur generationem habet, ex propaginibus corporum oculo circumdatorum. Cæterum humores in oculo tres sunt: Intimus omnium est qui in cavitata retiformis tunicæ continetur, uitriformis dictus: similis est. n. & colore, & substantia uitro fuso. Exterius autem ab hoc situs est ad finem retiformis tunicæ humor glacialis siue crystallinus, qui etiam disciformis & lentiformis appellatur, simi-

lis est enim colore quidem glaciē, figura uero lentī, aut disco. Forinsecus autem circūfusus est, ouatus siue ouiformis humor: similis est enim colore & substantia, humori albo ac tenui in ouis. Omnium igitur intimus humor uitriformis, ad hoc ut glacielem alat constructus est. qui uero forinsecus ipsi circūfusus est ouiformis, ad hoc ut hunc humectet factus est, & ad hoc ut ipsum à solis splendore iniuria affici nō permittat. Palpebras porō constituit tunicā agnata: ex his autem singula è naturali statu emota, oculū ægrotare faciūt.

Quot & quæ affectiones circa singulas oculi partes fiunt. Cap. II.

Quæ propria dicuntur lippitudines, & chæmoses, & perturbationes, & tumores, & suffusiones ex plaga, & pterygia, affectiones sunt tunicæ agnatæ. Eadē etiā ulceratur, & carbunculo infestatur. & cancrōsam affectionē habet. At lippitudo dura & lippitudo sicca, cōmunes affectiones sunt palpebrarū, & ipsius oculi. Cæterum circa externam palpebrarū superficiem, pustulæ aquosæ, melicerides & steatomata. Verum ex his quæ circa internam palpebrarū cōstitunt, est densitas, alpre tines, sycofes, grandines, calculi, concretio, cōclusio. Et lagophthalmi appellantur quibus superna palpebra reuulsa est ut oculum contegere non possit. Ectropii uero quibus inferna palpebra euersa est. Sed & mutilationes & corrosiones, & ulcerationes in palpebris cōstitunt. Circa palpebrę uero extremitatē sit trichiasis, hoc est, pili pūgentes, & defluuium pilorum, quod madarosis & pilosis dicitur. Fit & morbus pedicularis, ac porrigō, & paruus instar ordeī abcessus. Sed & Milphosis, id est, pilorum nuditas, affectio est extremitatis palpebræ. Rubicunda enim his est palpebrę ala, colore miltum, hoc est, miniū referens, unde etiā Milphosis uitiū appellatur. At uero anguli afficiūtur quidē etiā in Ægilopis, sed non soli. Carunculæ autem natura

turalis supra iustum modum incrementum, & eiusdē decrementum, solorum angulorum affectiones sunt. Porō circa tunicam corniformem, cōstitit caligo, nubecula, argemon, epicauma, cœloma, bothriū, ruptio, prolapsio, unguis, pus, pustulæ, carbunculi, canceratæ affectiones. At circa aciniformem tunicam fiunt prolapsio, mycephala, staphylomata, pupillæ dilatatio, quæ mydriasis & platycoria appellatur, tabes, confusio, pupillæ distractiones. Suffusio uero circa ipsum foramen aciniformis siue uniformis tunicæ cōstitit, hoc est, iuxta pupillam. Sed & ouiformis humor amplior seipso factus, aut crassior, exactum uisum impedit. Quin & imminutus idem humorem crystallinū resiccitat. Quæ uero glaucedō appellatur, siccitas est uehementis est nerui uisui, ut omnino non uideat, qui sic affectus est, pura tamen apparente pupilla. Laesos etiā oculos habent, citra hoc ut aliquid mali appareat circa oculos qui nyctilopes appellantur. Totorum uero oculorum manifesta læsio est, quæ expressio uocatur. Est autem prominentia oculi uelut extra positi Catarum curationis tractationē à simplicioribus, & superficialibus morbis in oculis incipiendam putamus.

Perturbationis oculorum curatio. Cap. III.

Perturbationes oculorum à sumo factas, & ardore aut puluere, aut alio consimili, facile curabis, si iusseris ægrum à lædente causa discedere, uelut sole aut fumo aut alio simili: deinde oculos lauare, primum aqua tepida dulci, postea etiā: frigida. Iubendus est etiā splendorem auersari, & oculos claudere. Ex his enim sedatur malum nulla alia re adhibita, sed solum indigentiore uictu. Si uero ex ardore obortæ sunt perturbationes, ampliore potu utendum est. Si enim somnus successerit profundior, etiā lippitudo formidatæ concoquetur. quare neque à balneis abstinendū est.

Verum diata exquisitiore utendum. Perseuerante uero affectione quiescere oportet, & palpebras illinere collyrii ex croco, aut rosis, & maxime collyrio Nili ex rosis. Granas autem, & glutinationes noctu circa oculos sietes expurgat, & probe iuuat posca aquosissima, & ipsa aqua per se frigida affusa. Et aliquod ex sicis de lacrymatis appellatis, præsertim quod croceum procatalepticum, hoc est, præoccupatiuum, siue perseueratiuum, appellatur.

Inflammationis oculorum superficialis curatio.

Cap. IIII.

Quod si inflammatio superficialis fiat in tunica agnata, & dolor uehemens nõ adfit, repulsoria in ipsis adhibenda sunt collyria, ita ut uehementiam mordacitatis ipsorum, per oui ammixtionem mitigemus. Plerumque enim tenuis oui liquor cum collyriis Monohemeris, hoc est, diariis appellatis, sufficit ad curandas superficies & incipientes lippitudines, citra magnam inflammationem, & uehementem dolorem. Sæpe enim ita inflammationes mitigauit, ut homo ad uesperam balneo usus sit, & postridie collyrio nardino ad restitutionem in integrum, & corroborationem se illeuerit. Ammilces tur autem ad collyrii nardinum circa primam illitionem, minimum quiddam ex repulsoriis, circa secundam adhuc minus. In quibus igitur collyriis dominantur adstringentia, plurimum liquorem oui, esse oportet, modicum uero collyrii. In quibus autem præualent concoctoria, uelut est nardinum, ea crassius adhibenda sunt. Fomentum adhibendum est: si per spongiam, si moderatus est dolor, semel aut bis: si uehementior, melius est uel quinque uicibus eo uti, animaduersione tamen habita ad oculi qui curatur sensus subtilitatem aut hebetudinem. Quicumque enim oculi secundum naturam uenas amplas habent, & sanguine plenas, itemque qui glauci sunt, omnino nõ ferunt collyriorum adstrictionem.

Quare

Quare aquosiora in his collyria adhibere oportet.

De inflammatione ob plenitudinem, & chemosi oculorum. Cap. V.

Si plenitudo in toto corpore subiecta est, & inflammatio in oculis magna sit, & dolor uehemens adest, non amplius sufficit collyriorum usus ad talem affectionem. Vario itaque opus habemus in his medicationis ductu. Et oportet prima ac maxima auxilia adhibere. Quorum etiam Hippocrates in aphorismis meminit, ubi ait dolores oculorum soluit meri potus, aut balneum aut fomentum, aut medicamentum purgatorium, aut uenæ sectio. At non eidem homini omnia auxilia hæc adhiberi iubet. Sed alii uenæ sectionem, alii purgatorium pharmacum: alii fomentum, alii balneum, alii uini potum. Itaque à balneo initium faciamus.

De balneis.

Cap. VI.

Balneum conuenit his quibus inflammatio tumida in oculis est. Est autem tumor mole quidem laxus sed ad tactum frigidior, & colore albus, & qui influit fluxus minus mordax est, & minus calidus. Immo neque chemosis in ipso oculo subrubra est, neque distentia. Hæc autem affectio magis in senili ætate contingit & plerumque hyemis tempore, & magis foeminis pinguis: Et ut compendio dicam, omnibus frigidum ac pituitosum cerebrum habentibus, inflammatio tumida contingit. Quum itaque omnia relata signa uideris, confidenter balneum assumito: adeo enim ægrum leuat, ut alio auxilio non habeat opus. Oportet autem magis in aere moram trahere, & oculos plurimum fore uere sicciore fomento per spongias multum expressas. Quod ubi feceris, palam percipies tumorem in calido aere disparuisse, & interim ægros penitus ab affectione liberatos. Si uero quid ad perfectam curationem defuerit, nardinum collyrium in balneum iturco instillato. At si moderatus apparuerit dolor, etiam

¶ crassius

crassius collyrium adhibebis, præcalesfactum uidelicet in cote, ita ut loto, uelut dictum est, & à balneo egresso humiditatem diligenter per spongiam detergeas, & sic idem collyrium illinas, obseruans ne quid ex ipso in oculum præterlabatur. Solet enim magnum dano num excitare. Quare neq; sudantibus illinendum est. Fit enim in balneo humoru diffusio, & præterlapsus collyrium mordacitate quadam inducta, materias facile ad oculum trahit, & duplicat inflammationes. Si uero relata affectio durabilior fiat, & fluxionis essentia, ad frigiditatem magis ducatur, tum smegmata capitis in balneo adhibenda sunt, & pulueres inspersiles post balneum. Et primum quidem simplicibus uti oportet. Si uero causa perseverarit, etiam ad composita transendum est, quorum sylua talis est. Baccæ lauri, nitrû tostum uino extinctum, sampsuchus, fex uini usta, & similia. Puluisculi uero mulieribus præsertim consueti adhibendi sunt, qualis sunt ex iride, & apii semine, & cupressi pilulis, & ungentis siccis appellatis. Oportet autem non immodice calida esse, neq; acria quæ adhibentur, sed leniter calida, & habere, adstrictionem ammixtam. Horum uero compositiones iam relatæ sunt in præcedenti sermone. Smegmata igitur in balneo iniicere oportet sincipiti, pilis prius inter se dispersatis, quo auxilium corpus contingat, præcipiendumq; ut in balneo os claudant, quo calido aere uehementer per nares attracto, subiectam materiam citius transmittent. Post balneum autem detergis capillis, puluisculi inspergantur, uelut dictum est. Et de balneis quidem hætenus. Consequenter etiam de uini potu.

De uini potu.

Cap. VII.

Vinum attenuat, & incrassatos humores transmittit. Et sæpe per accidens aliquod horum euacuatio nem facit. Cõuenit autem esse uinum colore fuluum, & substantia tenue, & non uetus, neq; uehementer

strin

stringens. Dan dum est autem uinum his maxime qui ipsi aduerti sunt, & qui siccam ac frigidam intemperie magis prædominantem habent. Videtur enim societatem quandã ad balneum habere uinum ipsum. Quu igitur euacuatione ac transmutatione humoru opus fuerit, balneum assumendum est. Quum autem transmutatione, & renutritione, ac humectatione & calefactione, moderatq; euacuatione, uino opus habemus: miscere igitur uinum oportet aqua calida non multa. Sit etiam meracius quàm pro consueta temperatura. Sit & aqua quæ adiicitur purissima, & fumi ac odoris exors non ualde feruida, quo etiã seipsa tenuior euadat, & sufficiat ad amplioris uini temperaturam. Sit & poculû in quo exhibetur amplius, & conetur æger oculum inter potandû aperire. Sic enim exoluta obstructione, & multa naturali ac saluberrima lachryma insuente, à dolore liberabitur. Statim enim laxantur palpebræ, & seipsis magis mobiles fiunt ac leuiores. Illud uero considerare oportet, an ne caput hominis facile lædatur. Taliu enim caput facile læditur ex uini potu. Cæterum ad reliquias affectionis oculi, collyrio uti oportet primum leni ac dulci instillato, ad accessoriã perturbatione curandam. Et ubi oculi in quieto statu fuerint, & à feruore inflammationis liberati tunc repulforium collyrium adhibeatur. quale est quod Hermaus appellatur, & consimilia sententia appellata. Dum enim rubor adest, & inflammatio, adstringentibus collyriis uti nõ oportet. Concluis enim per adstrictione materię reliquias, dolorem maiorem faciunt. Et de uini potu hætenus. Dicendum & de uenæ sectione.

De uenæ sectione.

Cap. VIII.

Adhibenda est uenæ sectio, si nihil ex sæpe relatis impediit, in dolore oculoru, in his qbus multa oculoru dissentio est, & multus rubor, & ad contactu resulsus, & ardor, & lachryma multa ac calida, & chemosis

iuxta

juxta corniformem & agnatam tunicam, ut à uehementi inflammatione palpebrę euertatur, ut uix oculos operiant, & subrubra apparet tunica agnata & maiori tumore prædita est, & totū corpus sanguine repletū. Secunda est autem potius superna in cubito uena, humeralis appellata, faciendaq; est maior sectio ad hoc ut crassior sanguis euacuetur, ueloxq; animi deliquium succedat, quo dolor eximatur, & inflammationis feruor extinguatur. Euacuato autē toto corpore, collyriis & reliqua curatione, reliquæ affectionis percurruntur. Utendum est autē collyriis, qualia sunt cygnaria, & Libiana, ita ut aquosiora calida infillimus. Fomenta in his nō ualde adhibēda sunt, sed per spōgia ex aqua tepida leniter deterfio fiat. Alimenta danda sunt lenia, facilia cōcoctū, & ad digerendū, uentri cōmoda, urinā scientia, nihil acre & salum habentia aut crassi humoris, aut ægre cōcoctile. Post inflammationis depulsionē, nardinum aquosius instillandum est usq; ad perfectam sanitatem. Et uenę quidem sectionis hætenus mentio facta sit. Transendum est hinc ad purgationem.

De purgatione.

Cap. IX.

Si neque ætas, neque anni tempus, neque stomachi in primis debilitas, aut alterius cuiusdam uisceris, neque aliud quoddam maximum impedimentum fuerit, purgatio assumēda est, in his quibus tenuis & multa lachryma defertur, aut salsa, aut acris, aut frigida. Et uniuersum corpus uitiatū humoribus refertum, & caput superfluitatibus redundans, & alius assidue superpressa & copiam ex hoc malarum superfluitatum cōgregans. Et ad hæc uehementis doloris uexatio adest. Nam in uenę sectione lippitudinem totius corporis suspectam habemus. In purgatione uero uitiosos humores auersamus. Purgatoriorū autē natura non una est, sed & plures. Iuxta redundantem enim & affligētē humorem, pharmacorum materia euariat. Si quidem

igitur

igitur alius assidue fuerit suppressa, aloë ipsi exhibēda est, cū brasicæ succo trita, & in catapotia redacta. Si uero pituita magis redundarit aquosa exhibe phar macum ex euphorbio, pipere, & sale ammoniaco præparatum. Si uero bilis abundarit, picram ex aloë dato scāmōnię leuissime tritæ duobus scrupulis, aut minus additis, pro uirium ratione. Si autem atrę bilis humor dominatur, addantur ad picræ dosim, epithymi ꝯ. vi. & scammoniæ obol. iiii. Cæterum post sufficientē per purgatorium euacuationem, si quidē simplex & sine uulnere fuerit affectio, adstringentibus collyriis utendū est quale est Hermolæus, & similia. Et hæc per instillationem adhibenda sunt. Si uero uulneratus fuerit oculus teneris utendum est. Qualia sunt cygnaria, & libiana. Iam igitur Aphorismi Hippocratis scopus, quantum in præsens opus est, relatus est, hoc est, quomodo ad maximos dolores ac inflammationes cito instare ac reniti oportet. Quandoquidē uero in multis maxima auxilia relinquuntur, uenę sectio maxime & purgatio: considerandū sanē est quomodo tales tractare oportet. Proinde cū uniuersalibus iā relatis signis, et peculiaria quædā circa oculū signa uidere est totum morbū redarguētia ac indicantia. Gramæ itaq; & lachrymę apparēt, aliquādo glutinosæ ac crassę, aliquādo tenues & cito destillantes. Et aliās salse, aliās acres, aliās mordaces. Et quādoq; calidæ quādoq; frigidæ. Grama itaq; statim in principio lippitudinis apparens magis crudittatis signum est, & diuturnam lippitudinē fore significat. Oportet itaq; in talibus leniter curatio nē facere p dulcia collyria instillata, & reliquū cōsimilem ductū quo tēporis progressu concoctio uere fiat. Nā repulsoria collyria, quā sint ferē uiribus frigidiora, obstructionem & corporum condensationē faciūt, & dum humorum materias concludunt, maximas inflammationes ac graues dolores inducunt. Aliquādo etiam

etiam ruptionem tunicæ corniformis faciunt, propter humorum distentionem & maxime ubi rubor adest, & inflammatio, & materiæ multitudo in oculis subiecta est. talia uero collyria sunt quæ ex uberiore opio & acacia præparantur. Quale est quod Antoninus, & quod Hermolaus appellatur. Et quæ Pelaria appellantur, & his similia. Quidam enim collyrio Antonino amplius usi, una cum dolorum augmento et uim uisuiam iniuria affecerunt. Nam per inmodicam perfrigerationem portulacæ, mortificationem magis induxerunt.

De fomento.

Cap. X.

Fomento utendum est multo maxime si in principio crassissimæ gramæ apparuerint, quo ipsæ extenuentur. A balneis autem penitus abstinendum est. Aliquando etiam à uino. Cibi exhibendi sunt modici, uentri commodi, ac attenuantes. Quod si duriores alium habuerint, per betarum ac fursurum decoctum eluatur, cum melle ac sale. Os autem per pharmacum ex moris illinatur, ad materiæ euacuationem. Aut per collutionem aliquam pituita per os detrahatur: plerique enim maxillares mulculos lesionibus obnoxios habentes, manducationem ægre ferunt. Postea uero uelut dictum est, simplicia collyria infundentur. Et si quidam calida fuerit affectio, Libianis collyriis utendum est. Quale est quod à nobis ad huiusmodi affectiones experientia cognitum est, & in Heratomis reperitur, & ab ipso Tephrum appellatum est, pompholygemque non habet. Unde etiam nos descriptionem ipsius delegimus. Nam pompholyx rara inuenitur, & facile adulteratur. Optima est autem pompholyx colore non alba, sed magis ad liuedinè uergens. Signum optimæ est, si in prunas inspersa, auricolorem ignis speciem efficit. Utendum est igitur collyrio Tephro appellato, ad lippiitudinem à calido humore obortam. Si uero non affuerit hoc alio quodam ex Libianis appellatis utendum est, aut cygnario. Atque

iiii

Inflammatio affuerit, cum lachrymæ calidæ influxu hecatontarchium collyrium aquosius infillare cõducit, si non ulceratus fuerit oculus. Et si quidem inflammatio prædominatur, addenda sunt ad hecatontarchium quædam non adstringentia collyria. Si uero influxus magis præualeat, ipsum per seipsum aquosius infundatur. Omnibus autem præstat, in quibus gramæ crassæ sunt ac uiscosæ, id quod ex uino paratur, & Isotheum inscribitur, cum albumine oui infusum, atque hoc aquosius, ut coloretur solum ouum ex collyrio. Citissimam enim opem affert citra aliud auxiliū. Post collyrium usum, si puncturam aliquam aut mordacitatē, aut caliditatem perceperit, solum albumen oui calefactum infundatur. Nam lachryma ex supernis partibus delata, apud palpebram colligitur & arenæ imaginationem exhibet. Et quidam Medici fidem habentes his quæ ab ægro dicuntur, uelut sit aliquid sub palpebra arenæ, inuersam palpebram spongia detergent. Et uidentur sibi in præsens quidem ægrum ab omni suspicionē liberare. Verum maximū detrimentū in posterū ipsi inducunt. Dum enim exasperant palpebram, puncturam dolorem conduplicant. Proinde his quæ ab ægris dicuntur non ualde attendere oportet. Doloribus enim perturbati, ignorant id quod ipsos lædit. Conuenit igitur post collyrii usum, largo fomento uti: hinc enim lachrymæ influxus dissoluetur. Deinde solum oui candidum præcalectum infundere. Statim enim à punctura liberantur. Rarefacit enim albumen oui meatus & per uiscositatem facile euacuat, lachrymam & meatus obducit, ac humorum acrimoniam contemperat, & ipsorum tenuitatem ad iustam spissitudinem transmutat. Et in summa, siue punctura infestari, siue non, infundendum est oui candidum per seipsum, post collyrii usum. Omnem enim morbosam putredinem detergit. Nam collyriorum essentia quomodocunque tenues

nuis

nuis fuerit, tunicis tamen oculorum ac palpebris infundens, aspretudinem quandam inducit, quæ ubi oculum contigerit minime bona censenda est. Quidam porro dolorem obtundere uolentes, & caliditatem & acrimoniam edulcare, lac pro ouo infundunt. Decipiunt autem seipfos ex ignoratia, pro paruo solatio diuturnam affectionem ægro propinantes. Idem enim faciunt quod hi qui uulnere pinguis adhibent, & carnem superexcrecentem augent. Sed & quum lac facile alteretur, à caliditate in oculo præter naturam acrius euadit. Et de calida quidem lippitudine hætenus. Consequenter etiam de frigida dicendum est.

De frigida oculorum intemperie. Cap. XI.

In frigida oculorum intemperie minus quam in calida dolores sunt. Tardius autem curantur, & si successerit in his inflammatio, tumida fit & colore uelut plúbea. Plerumque autem oculus his non ualde perturbatus est, neque rubicundus. Lachryma uero ipsis destillat per paruum angulum, aliquando etiam per magnam modicam ac frigidissima. Progressu uero temporis etiam palpebræ inflammantur, & puncturæ consequuntur. Constat hæc affectio humoribus pituitosis ac frigidis in capite redundantibus. Aliquando etiã ex mora in aere frigido, & maxime post balneum. His igitur tepèstiuè præuacuatiss per clysterem balneum adhibeatur. Sed & uinum dandum est uelut paulo ante in aphorismo Hippocratis dictum est. Infundendum est autem ipsis incipiente lippitudine collyrium nardinum Zoili ad aquosiores compagem dilutum. Et quantum lachrymæ imminuuntur, tanti collyrii copages inspissetur. Sitque tibi hic uniuersalis scopus curationis oculorum, ut pro decremento influentium humorum, crassifacias compagem collyriorum quæ adhibentur. Declinante uero lippitudine nardinum collyrium aqua dilutum per specilli nucleum palpebræ sublinatur.

De oculi

De oculorum inflatione. Ex Demosthene. Cap. XII.

Inflari oculum dicunt quum absque manifesta causa intumescens, decolorator & pituitosior, ac fortiter pruriginosus fit cum fluxione. Contingit autem hoc plerumque senioribus, pruritu ab angulo ad nasum incipiente, uelut si quis à musca aut culice sit commorsus. Frequens est hæc affectio in ætate. Curatur spongiæ fortu. Deinde palpebram intrinsecus subline melle per se & cum croco trito. Commodat & liquida Erasistrati panchrestos. Illinendæ sunt & palpebræ forinsecus cum melle. Conducit & euacuare aluum. Deinde etiã lauare, & temperata calida aqua caput perfundere. Et post balneum dare uinum. At si pruritus uehemens est, & ætas ac reliqua permiserint, & nihil aliud obstitit, uena secanda est in cubito, aut aluus purganda. Prodest & aqua marina affusa præsertim hyeme.

De tumore oculorum. Cap. XIII.

Tumere oculum dicunt, ubi palpebram forinsecus eleuari contigit, decoloratioremque esse ac grauiorem, & egre mobile. Itemque dum pallidior apparet. Aliquando etiam albam palpebram aliquantulum excedit nigrum. Est autem tumor laxus forinsecus circa palpebram obortus, qui digito compressus cito cedit, & cito rursum repletur. Est & ut plurimum citra dolorem, & cõcolor naturali habitui. Fit autem plerumque à fluxione aquosa. Curandi porro sunt tumores qui circa solas palpebras forinsecus sunt citra oculi consensum præuacuata per clysterem aluo, solis illitionibus, præmissis fomentis per spongiam. Laxi uero tumores & cõcoloris, præuacuata similiter aluo, & præmissis fomentis, melle illinantur intrinsecus palpebræ sublito. Prodest & Erasistrati liquida illita. Ut edum etiã ad ipsos apophlegmatissimis ex melle cocto, uua passa, thymo & pulegio. Acriora uero uitata sunt, uelut est staphisyluestris, & similia. In quibus autem oculus condolet

A E T.

et palpebræ

palpebræ præuacuata aluo, & inedia imperata, spongię fomentum adhibeatur. Aliquando etiã faciei per fusionem utendum est, & præsertim ubi pruritus conlesquitur. Deinde absinthium aut hyssopum tritū superne illinatur cū melle. Si uero corpus debile fuerit, leniter coquito, & per colū culinarium, aut cribrum, aut rarū panniculū seu linteū excolato, & ammixto melle expressum liquore illinito. Quod si æstas fuerit, crocū cū uino mulso illine, aut cum coriandri, aut solani, aut intubi succo. Facit & glaucium. Oculus uero Erasistrati liquida sublinatur aut aliquo alio medicamento quod plurimam humiditatē ex oculis ducere potest.

De tumore indurato. Cap. XIII.

Fiunt etiam indurati tumores forissecus circa oculum, plerunq; renitentes ad contactum ac duri, progredientes usq; ad malas & supercilia. Hoc autem maxime contingit ex carbunculosis affectionibus, & diuturnis lippitudinibus præcipue in mulieribus. Oportet igitur ubi palpebræ simul intrinsecus fuerint crassefactæ, ipsas euertere, & collyriis exasperationi destinatis confricare. Si uero forissecus solum fuerit affectio, nequaquam oculus sublinatur. Sed frictio totius corporis & induratae partis adhibeatur. Post hæc imperandum est ut oculos claudant, quo interim diutius confricentur. Deinde subscriptum collyrium oculis illinatur. Thuris ʒ. vi. gummi ʒ. vi. aluminis scissi ʒ. i. malicorii ʒ. i. Trita ex aqua illine, & sicari per mitte. Ad uesperam autem linteum molle & lana superligetur. Immo etiam interdum, si fuerint. Deambulatione utendum est multa & lenta. Vitanda sunt balnea, sol, & reliqua calfactoria, legumina item & bellaria. Ira etiam & detentio spiritus, & uomitus, & coitus tollatur.

Vlcerum in oculis cõmunis curatio. Seueri. Cap. XV.

Exulceratur oculus aliquando extrinsecus aliqua re illabente. Aliquando ex humorum influxu, aut erosione

fione tunice agnatæ, siue corniformis, aut palpebrarū, aut angulorum. Curanda autem sunt in communi omnia in oculis quomodo uocantur sientia ulcera, uniuersò corpori præ omnibus prouidentia adhibita, quo id quod redundat in habitu tollatur, per uenæ sectionem aut purgationem, aut clysterem. Si uero rei circumstantia omnibus his opus habuerit, omnibus utendum est. Diæta uero cõstituenda est contraria afflictioni, ita ut tenuē humorē inspissemus, crassum autē attenuemus, & uiscosum fecemur, corruptorum & acrium temperamentum inducentes, & undiq; naturale temperamentum ægro exquirentes. Aluus autem facile solubilis semper per cibos reddatur. Et frictio multa infernarum partium fiat. Vtendū & deambulationibus pluribus lentis, & aquæ potu. Et balneum rarissime adhibendum. Collyria uero tenera ulcerato oculo infundantur. Quale est quod Aster appellatur, commodissimum ad ulcera medicamentum. Sed & alba cygnaria à colore appellata, & præsertim quæ ex scœnigræci succo parantur. Si uero sordidum fuerit ulcus, cum scœnigræci succo collyria diluere oportet, & sic infundere. Viscositas enim ipsius facile remouet sordes. Possidet autem cū uiscositate etiam laxatoriam facultatē. Quare sæpe in ulceribus ipso solo scœnigræci succo usi perfecimus quod opus fuit. Si uero multa fuerit sordes, ad scœnigræci succum parum mellis addere cõuenit. Oportet autem scœnumgræcū exactissime purgare, & sæpe abluere, ac pura dulci aqua madefacere in fictili uase probe torrefacto: (uitare. n. cõuenit eneuas ad eius costuram) postera uero die diffusa aqua, aliã purã adiuicere, & ad lentū ignē fumū non edentē coquere. Reiciatur autē primū & secū dum decoctū, quo omnis amaritudo excludatur. Deinde purissima aqua affusa, & olla probe operta, coquito ad cõpagē mellis liquidioris. Postea per linteum excolato scœno

græco non expresso, sed succo sponte defluente cōtētus, utere uelut dictum est. Cæterum decoctum hoc usq; ad secundam, aut ad summum tertiam diem. seruare oportet. Inueteratum enim acrius euadit. Postquam autem pura facta sunt ulcera, à foenigræci succo abstinendum est. Et si profundiora fuerint ulcera libiano utendum, aut potius collyrio ex thure. Vbi uero incarnata fuerint ulcera & explanata, aut etiam adhuc paulo profundiora, adhibenda sunt collyria quæ cicatricem inducere possunt, quale est Cleonis. Et de communi quidem ulcerum curatione sufficiunt relata. Consequens est ut dicamus quomodo ad singulas affectiones instare oportet. Et primum dicendum est de ulceribus ab extrinsecus illabentibus. obortis.

De illabentibus in oculum animalculis, aut paleis, aut arena. Demosthenis. Cap. XVI.

Si in oculum inciderit culex, aut aliud quoddam animalculū, altero oculo clauso, & affecto aperto animalculum sua spōte prodibit. Si uero palea, aut arena, aut tale quid inciderit, tunc etiam idem facere tenta. Si uero permanserit, digito exime. Aut potius aquam, aut lac, aut aquam nullam instilla. Si autē amplius oculo adheferit, per pharmacum quoddam non inquinans, & non acre eripe, quale est quod ex melle paratur.

De calce uiua in oculum illapsa. Cap. XVII.

Si calx uiua in oculum inciderit, aqua quidem & lac infusa attrahunt & exurunt. Verum albumen oui infusum, uim ustoriam calcis obtundit, & eo adhuc magis oleum rosaceum.

De ulcerationibus ab igne. Cap. XVIII.

Quæ ab igne fiunt ulcera, duriores crustas faciunt. Quapropter frequentius humectentur lacte infuso cū albumine oui. Collyriis autem utendum est ex stibio, & quod Cleoni inscribitur.

De his quæ oculo insiguntur. Cap. XIX.

Si in

Si in oculum infixus fuerit aculeus, aut ofsiculum, forcipe extrahatur, atque hoc attente in directum ne frangatur. Si uero nihil eminuerit, sed æquale corpori fuerit, specilla duo accipito, & nucleis ipsorum utrinusque admotis, oculum comprimito, ut quod infixum est in medio consistat. Vbi uero prominuerit, uosella extrahatur. Deinde turturis aut colubæ sanguis infusus datur, aut albumen ei. Si uero statim eximi non poterit, oculis infusus & cataplasmaticis ad inflammationes congruis curetur. Nam post dies aliquot suppuratione punctura, id quod infixum est emerget.

De sugillatione.

Cap. XX.

Sugillatio dicitur quum ex plaga quadā, ruptis aut cōtufis uasis in oculorum tunicis sanguis sub tunicam subierit, & statim quidem cruentus color oculi fuerit, postea uero liuidus. Sic affectos curare oportet cōmuni prædicta ulcerum curatione, per uenæ sectionē, aut purgationē, & quæ consequuntur, infuso candido oui tepido, aut sanguine turturis uel columbæ. Superne uero imponēda est lana uiuo & rosaceo ac ouo imbuta, & deligatio leuis adhibenda. Postera die oculus saepe foueatur per spongiam cū absinthii aut hyssopi decocto, forinsecus autē lana imponatur. Quum uero oculus ab inflammatione liber factus fuerit, melle, aut Erasistrati liquida illinatur, aut collyrio aromatico. Bene facit & solani succus cum melle infusus. Et thus suffitum cū pari bitumine. Cæterū ad inueteratas sugillationes probe facit hoc. In grīs rubri uas pueri incorrupti urinae mittito, & greo pistillo in sole ad multos dies terito, ut multū succum remittat, & siccatum melle excipito, ac utitor. Apollonius autē Memphites ad sugillationes ac uibices, tale collyriū prodit. Lapidis hæmatitæ, sanguinis asinini de corde siccati in sole, æquales portiones cū urina pueri incorrupti tere, & cardamini iberidis appellatæ succum adice ac simul tere, &

infunde.

infunde . Aut collyria ex his efforma, & usus tempore cum muria instilla. Aliud. Lapidis hematitæ ʒ.iiii. sanguinis columbæ sicci ʒ.iiii. sanguinis asinini ʒ.iiii. gummi ʒ.ii. terito ac utitor uelut dictum est.

De puncturis oculorum. Cap. XXI.

Omnes puncturæ in oculo, quales à stilo aut aliqua consimili re fiunt, post cõmunem prædictam curatio nem, sanguine turturis, aut colubæ, statim ab initio iri rigato, aut oui candido . Et ab initio quidem uitanda sunt fomenta & cataplasmata calida. Post quartam ue ro aut tertiam diem, toto corpore præuacuato, spon giis foueto, & cataplasmata ad inflammationes desti nata imponito . Collyria uero adhibeantur leuissima, etiam si impura appareant ulcera . Utendum igitur est spodiaco , & thephro , & æthere, ac similibus . Facit & collyrium Nili ex rosâ aquosum cū ouo instillatum.

De uulneribus profundioribus. Cap. XXII.

Quum profundius & maius factum fuerit in oculo uulnus , ut periculū sit ne effluant ex oculo humores, animaduertēdum est ne inflāmatio succedat, & febris subsequatur. Præ omnibus igitur uenæ sectione uten dum est, si uires sustineant. nullū est enim efficacius aus xiliū ab initio. Si uero uenæ sectio relinquatur, purga torio idoneo utamur. sin minus , clysteribus aliuū sub ducentibus euacuatio fiat. In oculum uero calidū oui instilletur. Et cataplasma adhibeatur ex ouo simul cõ tufo uitello, cū rosaceo & uino, ita ut leniter tepesactū & lana exceptū imponatur. Sequētibus diebus fomen tum fiat ex decocto rosarū aut meliloti , & infundatur lac muliebre cū ouo tepidū. Cataplasmata adhibean tur ad inflāmationes descripta, & maxime id quod ex capitibus papaueris, meliloto , croco, & pane paratur. Illinenda est etiā frons ac tēpora modico apio cū cro co. Sint autem leuia cataplasmata, & superna palpebra sola ex his integatur, quo aperiri possit oculus , & la chrymas

chrymas influentes excernere. Oculus quoque leuiter deligetur . Si uero aliqui cataplasmata ferre non possint, his palpebrę ac tempora, & frons collyrio Nili ex rosâ illinantur: Si uero uehementiores fiunt dolores, caput pilis denudetur , & cucurbita occipiti ac uertici affigatur . Et in noctem quædam dolorem excitemia in potu exhibeatur. Cirea quartā uero aut septimam diem Nili collyrium ex rosâ instilletur aquosissimum usque ad perfectam curationem. Cibis dandus est sor bilis, boni succi, uentri commodus: oportet enim uen trem semper probe solubilem esse. A uino uero abstinendum est usq; ad declinationem . Cauenda sunt autem & quæ caput replent, & fluxionem irritant.

De ouiformis humoris excretionem. Cap. XXIII.
Si pūcto oculo ouiformis humor excernatur, ut etiā oculi uis aliquantulū cõtrahatur, reliqua quidē similiter uelut dictū est fiant, ut ne inflāmatio succedat. Verum post inflāmationis ac ulcerationis declinationē, balneū conducet, & uinū tenue moderatū. Et cibus boni suc ci, quo humor probe renutriatur ac rursus expleatur.

De oculi prolapsu. Cap. XXIII.

Prolapsus totius oculi, ex uiolenta quadam capitis plaga contingit, aut ex ulceribus carbunculosis, aut ino ternis uasis ac pelliculis, quibus adhæret oculus, rup tis aut laxatis. Procidit enim quibusdam totus ocu lus foras, ut à palpebris contegi non possit . Aliquan do etiam usque ad malas & supercilia procidit. Atque hoc maxime contingit ex casu ab alto loco, aut ex pla gis capitis uiolentis. Periculosa est uolens affectio. Ita que curatio statim adhibenda est, per uenæ sectionem, aut purgationem. Sed & reliqua adhibeantur quæ res lata sunt in cõmuni ulcerum curatione. Contrahendus est cibus, & postea in ouo & rosaceo ac uino simul contusis lanam imbue & impone. Deinde uero cata plasma ex meliloto & papaueris capitibus adhibe, cui

addita sunt hyofcyami folia cum pane aut psyllio modo dice madefacto. Afsidue uero alterentur cataplasma, ut ne calefactæ partes suppurentur. Sequētibus diebus remittente inflammatione, cucurbita occipiti cum scarificatione affigatur. Præfente uero inflammatione, cucurbitæ sunt ineptæ. Afsidue autem ouum & lac tepida instillētur. Remittente uero inflammatione, collyrio Nili ex rosis cum ouo utendum est. Aut etiam mellis sumi exortis parum ipsi ammiscendum, ad fariniam excernendam. Simul autem sub palpebram superbiiciendus est specilli. nucleus, ut ne concretio aliqua fiat: quod si prolapsus magnus factus fuerit, & nulla spes est ut uisus restituatur, cataplasmatibus suppurationibus utendum est, qualia sunt quæ ex polline fiunt. Sed & lentem cum melle imponere oportet. Et inflammatione declinante balneum petendum est.

De ulcerationibus superficialibus, ex humorum influxu abortis nubecula, caligine, epicaumate & encaumate. Cap. XXV.

Quæ ex humorū influxu fiunt superficiales ulcerationes: diuersimode nominantur: caligo enim est ulcus superficiale in nigro oculi factum, cōsimile caliginoso aeri colore cæruleo, quod multū locū nigri occupat. Quum uero in pupilla factū fuerit, non facile ægri uident. Nubecula autē uocatur profundius ac minus caligine ulcus in nigro, & est colore albius. Epicauma uero dicitur, quum nigrū oculi in superficie exasperatū, inustum fuerit, & colorem cinereum præ se tulerit. Encauma uero est ulcus ut plurimū ex febre fiens, cū crassa impura, in nigra aut albo. Et in nigro dū fit in profundo, plerumq; in purgatione, maiore tunicarū corrosione contingente humores paulatim foras effunduntur, & totus oculus effluit. Has igitur superficialissimas ulcerationes, cū febre aut sine febre fientes sanare oportet, alio per clysterem præuacuata, ita ut collyrium

Nili ex rosis aquosius instillemus, & in ipsis interuallis infusionis collyrii, lac infundamus. Præteritis deinde aliquot diebus, ammiscendum est ad Nili collyrium, chiacum appellatū Apollonii, aut aromaticū. Deinde uero etiā meracis his utendū. Cito enim cicatrices, easq; tenues & ferè non apparentes inducunt.

De argemo.

Cap. XXVI.

Argemum est ulcusculum circa iridis circumferentiam, partem albi, & partem nigri occupans, & album apparens. Quum igitur profundius & sordidum factum fuerit circa iridis circumferentiam, & citius repurgatum, aliquando procidit tunica uniformis. Quapropter meatibus obducentibus pharmacis in ipsis à principio utendum est, quo ulcera ab inflammatione liberentur, & tunica oculi subnutrita crustam reiciat.

De fossulis & concauis ulcerum generibus. Cap. XXVII.

Fossulæ appellantur quæ in nigro fiunt caua, angustæ, & pura ulcera, puncturis similia. Concaua uero uocantur, rotunda & ampliora fossulis ulcera, & minus profunda. Non igitur ipsa purgare oportet per acria collyria, sed potius per mitia renutrire, & maxime ea quæ fossulæ appellantur. Concaua uero diuturna primum leniter detergētibus curabimus, & deinde ad res nutrientia transibimus, qualia sunt quæ ex thure fiunt. Vbi uero explanata fuerint, aut etiam adhuc cauiora sunt, Cleonis collyrio utendū est. Si uero sordes multæ ulceribus insitæ fuerint aqua multa infundatur. Nos autem ad cœnigræci decoctū paratum uelut antea dictum est, modicum mellis ammiscuimus, & citius remque sita assequuti sumus. Utimur etiā in cauis ac fordidis ulceribus collyrio Theodotii Seneri aquosiore cū ouo, & citra omnem dolorem repurgat, & celerissime ad cicatricem perducit. Meminisse uero etiā in his oportet prædictæ communis ulcerum curationis.

De suppuratione, aut ungue. Cap. XXVIII.

Suppurationes in ulceribus sientes diuersas appellationes habent. Vnguis enim dicitur quum à profundiore ulcere pus defluens, & inter tunicas illapsam, & in circulo iridis figuratū, similem ungui resecto imaginem præ se fert. Ampliore uero pure collecto, & dimidiū nigri occupante, aut per totā corneam tunicā pelliculente, suppuratū esse oculū dicimus. Fiunt autē hæc etiā circa exulcerationē, dolore capitis, aut lippitudine prægressa. Cōtingunt etiā inflammatione prægressa, propter ampliorem humorū repletionē disruptis quibusdam uasis, & sanguine ex ipsis profuso suppurato. Cōsequitur autem ad suppurationē dolor uehemens pulsatorius, & rubor circa oculum totū, & temporum dolor. Curatio facienda est ab initio resectis fomentis, per alui per clysterem euacuationē. Deinde per uenam supernā in cubito sectionem. Ita ut postea etiā uenam circa magnū oculi angulū secemus, citra colli ligationem, aliā fieri solitam. Sed & cucurbitā occipiti affigimus, aut hirudines temporibus. Deinde collyris ad inflammationē destinatis utendū est, & maxime Nili ex rosis, cū ouo aut lacte aquosius instillato. Post tertiam uero diem fomentum per spongiam adhibendum est, moderate primū, deinde paulatim semper facta maiore accessione. Et collyria quidem meatus obstruentia uitanda sunt. Utendū autem discussoriis ac lenientibus, maxime chiacō Apollonii, & similibus ex myrrha paratis, quæ diasmirna appellantur: Quæ enim uehementer discutiunt ac resiccant, statim quidem multam tenuioris euacuationē faciunt. Quod uero reliquū est, & crassius condensat, & ut ægre dissolui possit resiccant. Galeni. Medicus quidā apud nos expertissimus ophthalmicus, etiam capitis concussionē multos sanauit. Et locabat quidē ipsos in sella erectos, & utrumq; à lateribus caput apprehendebat, atq; ita cōcutiebat, ut nos

manifeste

manifeste uideremus pus deorsum ferri, & infra manere, propter grauitatem uidelicet. Quum igitur in superficie fuerit pus & ulceri contiguum, dum purgatur ulcus omnino etiā in uaporem exhalat pus: quum uero ulcus superficialiū fuerit, superius. Pus autem amplius, & in profundo inferius ulcere, & à pharmacis non excolatur, oculum sub pure perpingere oportet, acu oblique circa iridem & coronam appellatam immisso, & pus excernere. Atq; hanc chirurgiā locis non inflammationis adhibere oportet, suppurationes autē in albo tunicæ agnatæ sientes, scalpro uenę sectorio ex inferna parte diuidito, & tunicam agnatam leniter subexcoriato. Cæterum post humoris euacuationem, in utrisq; oui candidum instillato. Deinde integrū ouum cum uino multo conuassato, & molli lana exceptam oculo superposito ac deligato. Postera uero die fomento ex aqua calida per spongiam adhibito, & ouo infuso, rursus prædictum lanæ hapsum imponito, & post triduum collyrio Dionis illimito, aut quopiam ex his quæ ad perpunctiones adhibentur. Est autem Dionis collyriū, hoc. Spodii drach. iiii. thuris, squamæ æris, myrrhæ, acaciæ, spicæ nardi, opii, singulorū ʒ. i. gummi ʒ. vi. excipe aqua pluuiali. Vsu uero expetente infunde cū candido oui, & prædictū lanæ hapsum superpone. Si uero postquā inflammatio cessauit, caro ex diuisione prominuerit, prædictū collyrium cū lacte dilutū illine. Probe etiā deprimit & repurgat chiacom Apollonii.

De pustulis.

Cap. XXXIX.

Pustulæ sunt & in albo, & in palpebris. Plerunq; uero circa corniformem tunicam. Et aliæ in superficie sunt, aliæ in profundo: constat enim tunica corniformis ex quatuor uelut membranis corpusculis, densissimis ac fortissimis. Aliquando igitur sub prima membrana pustulæ fieri contingit, quando etiā colorem nigriorem præ se fert. Aliquando sub secunda aut tertia consistit

confisit, quando sanè etiam albidior pustulæ color fit, eo quod in profundo tunicæ corniformis occultatur: naturalis enim pustulæ color niger est. Tunica uero corniformis alba est, & cornibus simillima. In quantum igitur in profundo corniformis tunicæ pustula occultatur, tantum colorem assimilat, & maiorem dolorem inducit, & molestior est. Nam siue ob plenitudinè rupta fuerit pustula, siue ab acrimonia corrosa, ut tunica ulceretur, facilis curatu est superficialia ulceratio. Difficilis autem profunda. Periculum est enim ne reliquum corniformis in profundo tenue existens rumpatur, & uiformis procidat, ac effluent oculi humores. Præsertim si iuxta pupillam ruptio fiat. Facta enim iuxta pupillam ruptione, etiam si pro more ægri tamen aliquid graue consequitur. Nam indurata ulceribus cicatrice, homo non uidebit, propter induratas cicatrices. Quandoquidem uero aliquando etiã ob corniformis corrosionem uiformis tunica procidit, & superficialis pustulæ imaginationem facit, operæpretium est de his exactius distinguere. Pustula itaque superficialis, si militet undique nigra est, non tamen nigredine exade saturata. At in uiformi tunica pars quæ procidit, aut nigra est, aut cærulea. Quod uero maximè signum est, fundum prolapsæ uiformis per circulum reperies album. Alba est. n. colore corniformis tunica, qua rupta uiformis procidit. Sed & pupillæ magnitudo imminuitur in uiformis prolapsu, aut sanè omnino euariat secundam figuram: nõ enim pupilla exade conseruat rotundam figuram in prolapsu, sed iuxta partem quandam uelut diuisa apparet. Proinde relatis signis diligenter intendere oportet, & affectiones inter se distinguere. Nam iuxta affectionum differetias, et curationem uariare oportet. In prolapsu. n. uiformis, magis adstringentibus ac repulsoriis utimur. In pustulis uero, his que leniter discutuntur. Curadè igitur sunt pustule ita ut caueamus primum

num multiloquium, sternutationes, iras, spiritus, detentiones, clarum splendorem, deinde contrahendus est etiã potus ac cibus, & ad alui euacuationem acri clystere utendū est. Tentandū quoque ut lacte aluus soluatur, in quibus id neque acersit, neque in hidore uertitur, neque uomitū reicitur. In talibus. n. uitandum est lac, & utendū gallinæ iure, aut cnicu succo, aut aloe, aut per simplicius quoddam aluus soluenda. Vitanda sunt et uehemētiora purgatiua, & maxime quæ stomacho sunt magis infesta. Deligationes autem & multos lanæ haplos in his reprobamus. Valde enim nocēt non solum in his, sed etiã in omni lippitudine, ex humorum acrimonia facta. Cataplasmata igitur adhibere oportet ubi inflammatio affuerit, maxime in principio leuia quidem, sed lata. Sunt enim cataplasmata tenuibus ac mollibus linteolis illinenda, & super totum oculum imponenda, supercilio ac mala & tempore simul comprehenso, & sinenda, quam diu fuerint madida. Postquam uero sic cata fuerint, tollenda & alia imponenda. Adhibeantur ea quæ ad inflammationes congruunt, uelut est tenue ouorum, & uitelli ouorum triti cum croco ac modico opio, moderatèque passo ac pane. Conueniunt etiã ad stringentia, uelut sunt mala cydonia cocta, aut malicorium in aqua coctum. Verū uitandum est, uelut dixi, ne oculum in his diutius deligetur: est enim nocentissimum hoc. Mitigata uero inflammatione, etiam ab emplastris abstinendū est, propter grauitatē. Collyria uero in principio conueniunt, Nili ex rosis cum lacte dilutum & infusum. Proficiente autem curatione, adhibendum est id quod ex thure, myrrha, ac croco paratur. Postea etiã nardina. Forinsecus autem illinendæ sunt palpebræ collyrio Nili ex rosis, frons uero acacia & hypocistide, cum croco & modico opio. Fometa ab initio tepida adhibeantur. Nam intenta à principio inflammationes exacerbant. Postea uero caliditatem intendere

intendere oportet. Deambulationes & alii motus ab initio non conueniunt. Balnea uero & reliqua uaporatoria fomenta post principium. A uino abstinere oportet per omnem curationem, & aqua calida in potu uti, & cibos molles ac facile concoctiles accipere. Fugienda est, in his sanguinis ex fronte aut uenis angularibus de tractio, procidit enim oculus, & maxime si inflammatio simul affuerit, aut profundior exulceratio.

De carbunculis in palpebris. Seueri.

Cap.

X X X.

Quandoquidem carbunculi sunt ex genere pustularum, & fiunt hi quoque aliquando in palpebris, oculisque ad maximum consensum perducunt, age & ad hos pauca auxilia proferamus, dinationes ipsorum primum exponentes, quum sint etiam alii quidam abscessus palpebrarum, qui imperitis carbunculi uideri possint. Nam & ordeolum tuberculum, & pani, & uari circa palpebras fiunt, sed cum tumore quodam hæc, & ferre citra inflammationem, & non cum uehementi dolore. Carbunculi uero ruborem ab initio habent, ut oculum sibi peruri putent: tumorem uero aut eminentiam non statim inducunt. Nam ob immodicam caliditatem, uelut ruptionem quandam carbunculus sustinet, & quod effluit ex ipso quum sit acre ac mordax, superficiem quidem carbunculi resiccat, & crustam inducit, uicinis uero locis morbum inferit. Consequitur igitur ad ipsos fortis inflammatio, tum ipsius oculi, tum partium circumsitaram, & maxime glandularum circa aures, ut quandoque magnarum ulcerationum, & ruptionum oculi causa fiant, insuperque prolapsuum, & nuditatis palpebrarum. Et cicatrices à carbunculis crassæ fiunt, & alsidue ulcerantur. Et in reliquo quidem corpore sanguis qui effluit ex carbunculis niger reperitur, propter superaffationem. In oculis autem sanguis non omnino ex carbunculis manat, eo quod neque

res
dun

induct in oculo sanguis. Vnde plerumque etiam albi colore sunt carbunculi in palpebris. Et si quidem emotio affectionis citra contigerit per conuenientem curationem, carbunculus penitus disparet: si uero durauerit, & ægre discuti poterit, necessario locus nigrescit. Proinde incipientibus carbunculis non statim ad cataplasmata & illitiones progredi oportet, sed per clysterem primum aluum euacuare. Deinde lacte moderate cocto purgare. In sanguineis corporibus etiam uena secanda est. Postea per spongas fomentum adhibendum, primum ex simplicioribus. Adstringentibus enim & frigefacientibus, & aliquando etiam resiccantibus pharmacis usi, hos sanabimus. In principio igitur quum feruor adest, humorem extinguere conantes, coriandro trito ruborem oculi illinimus. Et solanum cum passo tritum & carbunculo adhibitum, statim ipsum abolet. Atque hic ductus in principis magnopere prodest. At frigefacientia cataplasmata oculo in carbunculis adhibita, repellunt quidem id quod influit carbunculo, & externas inflammationes sedant, uerum periculum est ne in ipsum oculum impetum faciant, hoc enim solanum aliquando perpetravit. Adhibitum enim cum passo statim quidem tumorem aboleuit, oculus autem hinc repletus est. Ceterum carbunculos iam depascentes uarie curare oportet. Nam quod defluit acre ac mordax existit, ut etiam uicinos locos depascatur, & periculum sit ne oculus lædatur, solet enim erosio his contingere. Conuenit igitur spongia detergere, & oculum moderate perfundere, rosarum, aut rubi, aut pampinorum uitis decocto. Sit autem tepidius decoctum, aut potius lactei teporis. Quod si etiam sordidi fiant loci, ex eo quod nome depascentis præualuit, (sæpe enim etiam palpebræ excidunt) ad huiusmodi fluxiones etiam hypocisthidis succum aquæ ammiscemus, & myrtum & acacia passo diluta locis illinimus. Oportet enim pro corporis curandi ratione, etiam materias eligere

maxime

maxime medias. Valde enim efficacia pharmaca loci non sustinent, qualis est ærugo, & similia. Per mordacitatem enim etiam si salutis spem habeat oculus, hac quoque priuatur: neruosa enim partes & præsertim carnibus denudata, à uehementer mordacibus læduntur, ut etiam cariem inducant. Maliciorum itaque ex malis punicis acidis cum lenticula feruefacimus, & derafa interna parte cum modico melle terimus, & ex eius usu magnopere proficimus: celerem enim purgationem facit, & humores qui oculis inferuntur, quodam modo supprimit. Nam pinguia nomas augent. Aucta uero noma, in uino maliciorum coquere oportet, & per se citra lenticulam imponere. Crustas autem magis maliciorum coctum tritum cum melle impositum resoluunt. Sunt & composita pharmaca carbunculis conuenientissima. In principiis enim feruorum, pastillum ex halicacabis illitis excellenter extinguit. Frigefacit enim & resiccatur moderate. Si uero contrahere oportet carnem superexcrecentem, Musæ pastillum aridum tritum adhibemus. Si uero incarnatione opus est, ipsum Musæ pastillum cum sapa dissolutum illinimus. At si cicatricem inducere intendimus, rursus pastillum ex halicacabis assumimus. Apollonius autem ait: Ad carbunculos oculorum hoc pharmaco utimur. Spodii ʒ.iiii. lapidis scissilis ʒ.ii. croci obo.iii. myrrha paululum torrefacta obol.iii. Terito cum uino odorato donec arefiant, & passim creta, aut alterius non acris heminam ammiscere, contere ex parte ac subline. Disparat crustas, & purgat ulcera, si ue extra palpebras affectio fuerit, siue intrinsecus in profundo. Facit & ad fluxionem ac inflammationes. Si uero dolor oculum uexarit, hoc collyrium illine, & eue stigio sistet nomen. Recremeti plumbi triti loti & exsiccati ʒ.iiii. spicæ nardi drac.i. gummi drach.ii. foliorum oleæ centum uiginti succum. Succum aquæ hennina ad folia adiecta exprimito, excolatoque; & ad res

liqua

liqua conterenda utitor. Facit & collyrium Nili ex rosis cum ouo infusum. Maxime uero Nardinum candido inscriptum, per submissionem palpebræ sublitum, usque ad perfectam curationem: oportet enim ubi pura facta sunt ulcera, fomento præmissio specilli nucleum late tingere, & palpebris submittere, atque angulos inter se disparare, ne distorta concretio fiat. Et ob hoc neque oculum deligare oportet maxime post ulcerum purgationem. Nam circa principia si inflammationes maximæ & distentiones fuerint, lenticule coctæ cataplasma cum pane imponere cogimur. Sed & psyllium impositum inflammationes mitigat. In doloribus enim aliarum oculi inflammationum adhibitum, somnum inducit. Sint autem leuissima cataplasmata. Sed neque diu in cataplasmatum usu perseuerare oportet. Augent enim putrefactionem, & oculum magnopere lædunt, uelut etiam in pustulis prædictum est. Postquam igitur aliquantulum mitigauimus inflammationes, statim à cataplasmatibus, tum in carbunculis tum in pustulis abstinemus. At uero in locis circa aures per consensum inflammatis, splenium ex cerato butyrum imposito. De canceratis oculorum ulceribus. Cap. XXXI.

Vlcuscula in nigro oculi sientia, cicatricem non recipientia, parua, dolorosa, parua uasa habentia uaricosa, cancerata dicuntur. Et aliquando quum cicatricem accepisse putantur, resoluuntur citra manifestam causam. Fiunt autem in his punctorii discursus usque ad tempora. Et consequitur in ipsis fluxio humoris moderate acris ac tenuis. Et album in oculo itemque; nigrum semper rubicundum est. Et auersantur cibum. Augentur autem ipsis uehementer dolores, illitis acrioribus medicamentis. Contingit hæc affectio maxime senioribus, ex diuturnis lippitudinibus. Et foeminis quibus menses defecerunt. Curatio porro adhibenda est, habita totius corporis cura, cum prædictione quod fieri non

possit ut perfecte sanentur, sed fieri posse ut mitigetur primum per conuenientem dietam : deinde etiā per pharmaca dolores lenire potētia. Diēta igitur huiusmodi sit. Postquam a lecto surrexerunt, corpus moderate illinat oleo dulci. Caput autem modico rosaceo aut omphacino. Et uiridi sindone oculo prætenta, deambulare iubeto in tenebroso ac non uentoso loco, cum silentio & absq; alia distentione, ita ut neq; caput agitent, quantum eius fieri potest. Postquam autē ampliore & lenta deambulatione usi fuerint, ad domicilium tenebrosum & nō ualde lucidum se recipiant, & rursus ab alio corpus ipsorum illinatur, excepto capite, confrictis maxime lūbis ac infernis partibus. Postea uerō lactis moderate cocti, remota concretionē superstante, hemina mensuram, accipiant. Nā acrimonia quæ affluunt hebetat, & aluum facile solubilem facit. Si uero ineptus sit ad lactis potum, pollinem polentæ passo moderate calido diluto inspergito, & sorbendum dato: Postea si fame uexentur, duobus ouis sorbilibus utantur, & somnū diurnū uitent. Circa decimam autem horā confricti assument panē purum, cū obsonio quodam uiscosum quippiam habente, uelut sunt oua sorbilia, cerebellū porcinū duabus aquis coctum. Ex piscibus muræna, torpedo, glauciscus. Ex oleis malua, atriplex, lactuca. Assumenda etiam alica ac oryza, & laganum in gallinæ iusculo coctum, & pedes suilli ac tali probe cocti. Omnia uero sint moderata. Vinum bibant & tenue subadstringens, & ipsū moderatim. Ab omnibus autem salsamentis & leguminibus penitus abstineant. Item a balneo, nisi necessarium hoc fuerit, aut lassitudinis gratia, aut tardæ concoctionis. Atq; tunc tardādum in ipso est, sed cito exeundū. Dolore uero & fluxione oborta illinatur pharmacalenia ad pura ulcera conuenientia, uelut est spodiaceum, & collyriū Cleonis, & similia. In oculū autē assidue in-

funt

fundendum est ouum, aut lac muliebre tepidum. Mitigat etiam lentis decoctum infusum, aut plantaginis, aut portulaca. Verum ad temporum dolores utendū est collyrio Nili ex rosis. Si uero ad uehementes inflammationes cataplasmatibus uti cogamur, cataplasmate ex papaueris capitibus utendum est leuissimo. Antea enim dictū est quod fugere oportet calaplasmata in oculis calidam affectionem habentibus. Ammiscendum est autem cataplasmati ex papaueris capitibus, in his & crocus, & lac muliebre.

De malignis oculorum ulceribus. Cap. XXXII.

Fiunt & alia maligna ulcera, partim a magno angulo initium sumētia, partim a nigro, partim ab albo, & oculū cito corrodunt, & præsertim in corporibus uisiosis humoribus refertis, & quæ acriū rerum esu uita sunt. Sanies ēt ab ulcere manat multa ac graueolēs, & sequuntur dolores uehementēs ac febres. Sæpe etiā alui fluxus. Depascuntur etiā aliquādo ulcera uicinos oculis locos. Curandæ uero sunt etiā huiusmodi nomæ, per prædictæ dietæ usum. Veruntamen eiusmodi exhibenda sunt quæ aluum non soluūt. Vnde in his magis uolucrum genere utendum est, maxime montanarum. In oculum uerō infundendum est lac, aut ouum, & prædicta collyria. Si uero nome transgressa fuerit oculos, curatio ita fiat. Pompholigē optime lotam, ex muliebri lacte illinere oportet, & superimponere, sanie prius per aquā elota, deinde per lac. Facit similiter & cerusa lota ac siccata, & cū lacte adhibita. Et plūbi lotura sicca, quæ confricta plūbeo mortario cū plūbeo pistillo colligitur. Facit & plūbi cremētū lotū, & amylium. Singula cum lacte muliebri. Cataplasmata uero si coacti fuerimus adhibere, mala cydonia cocta adhibeantur, aut rosæ uirides, aut siccæ uino macerata, poligonum itē ac solanū, & temperuium, & seris cū polentæ polline. Si uero uasa in frōte ac temporibus

uu 2 fuerint

fuerint eleuata, etiam sectionis ualorum rationem habere oportet.

De myocephalis.

Cap. XXXIII.

Quum ulcera quæ propter erosionem aut ruptionem corniformis tunicæ sunt, profunda euadunt, pars aciniformis tunicæ procidit, & quod prolapsum est nigrum aut cæruleum apparet. In circuitu uero circa fundum eius partis quæ procidit, labia corrosæ corniformis tunicæ alba apparent. Et si adhuc magis pars prolapsa durauerit, labia ruptionis tunicæ corniformis callosiora facta adhuc magis alba apparent. Diuisa est autem omnino uiformis siue aciniformis tunicæ prolapsum pupilla ipsa, ut omnino non appareat, aut & situ & figura immutata. Et per hæc discriminatur myocephalon à pustula. Dicitur autem myocephalon, quoniã figura simile est capiti muscæ. Repulsiuus autem & adstringentibus opus habet pharmacis, qualia sunt maxime quæ ex uino sunt. Est autem & hoc celebræ ad ipsum. Cadmiæ, æris, chalcitidis crudæ, singulorum ʒ. i. eruginis ʒ. iiii. myrrhæ troglodyticæ ʒ. ii. & dimidiam, croci ʒ. iiii. salis ammoniaci ʒ. iiii. gummi ʒ. iiii. Excipe uino ueteri adstringente. Aliud, ad pterygia, carnis incrementum iuxta magnam oculi angulum, aspritudines. Excipit etiam cicatrices. In alio exemplari reperi, etiam staphylomata facere. Misys crudi ʒ. xii. cum aquæ cochleario terito, deinde croci leuissime triti ʒ. xx. adiecto, ac rursus terito, & additis myrrhæ ʒ. iiii. excipiro ac utitur. Post illitionem uero ex ipso factam, spongiam teneram imposito ac deligato. Aliud bonum. Facit & ad data staphylomata. Misys crudi sextantem, croci ʒ. i. gummi ʒ. i. tere cum uino & utere. Mirifice etiam facit in ipsis theodorum Seueri, & si quidem inflammatio non affuerit, crassius illine, si uero affuerit, cum ouo infunde. Adhibeatur ipsis quoque conueniens deligatio. Et inflammatis cataplasma ex papaueris capitibus

pitibus impones. Aut psylliū aqua calida madefactū. Collyrium Hori faciens ad myocephala cū Theodoro fito. Facit & ad diuturnas tenues fluxiones. Cadmiæ, squamæ æris, croci singulorū ʒ. viii. opii. ʒ. xii. misys uili, myrrhæ, acaciæ, gummi singu. ʒ. iiii. Excipe aqua.

De staphylomate.

Cap. XXXIII.

Differentiæ staphylomatū plures sunt: Nam & causæ affectionis uariæ sunt, plerumque tamen quomodo docunque factum fuerit staphyloma, uisum destruit. Appellatur autem staphyloma, quum corniformis tunicæ fuerit eleuata, & eminentiam acino uuæ similem fecerit. Fit autem aliquando humoribus sub aliquam corniformis tunicæ striam collectis, à quibus humoribus coactam corniformem tunicam sustinere contingit ac eleuari & incuruari, facereque staphyloma citra ruptionem. Fit hoc etiam ex pustula quadam inter strias corniformis tunicæ satis profunde consistente, quæ tunicam eleuauit, non tamen rupit. Appellatur etiam staphyloma quum ob corniformis tunicæ rupturam, magnus uiformis tunicæ prolapsus factus fuerit. Differt hoc à primo, quoniam in illo eleuatio sola est tunicæ corniformis, unde etiam tota moles albidior apparet. In hoc uero ruptura quoque facta est tunicæ corniformis, & quod prolapsum est, cæruleum aut nigrum apparet. Quum autem maximum factum fuerit staphyloma, ut extra palpebras transgrediatur, & induretur, ita ut ipsa corniformis circumcirca callosa facta sit, & talem affectionem constringat, clauus appellatur, quoniã per omnia clauis capiti similis existit. Hæc igitur affectio quomodocunque fiat, duobus malis subiacet, uisus uidelicet detrimento, & figuræ deformitati. Et sic quidem affectum oculum ad naturalem statum reducere, impossibile est arti. Figuræ uero deformitati consilium contingere potest, maxime per chirurgiã. Quæcumque igitur staphylomata recetia

sunt, & propter inflammationem eleuata sunt tunicae, curanda sunt cataplasmatum ad inflammationes descriptorum usu, & simili quoque diæta. In quibus autem sub corniformis strias humores aliqui collecti eleuatione fecerunt: si dolor affuerit, semen lini cum fœnogræco ex aqua multa cocta imponemus. Declinatibus uero doloribus, farinam fabaceam cum rosis aut semine lini ex aqua impone. Aut rubi folia, aut bryoniae botros immaturus, cum butyro & terebinthina, æqualibus portionibus impone, & deliga. Ad dolores uero conuenit et solani succus cum lactæ muliebri infusus. Collyrium autem ad non inflammata staphylomata commodum hoc est. Alcyonii ʒ.iiii. salis ammoniaci ʒ. i. spumę nitri ʒ. i. lachrymæ oleæ syluestris ʒ. i. gummi sextantem. Excipe aqua. At Theodotii Seueri brasiacæ succo diluito, & crassius oculo adhibitur, unā cum spongiæ deligatione, molē dissipat, si non diuturna fuerit affectio. Cæterum ægre curantur staphylomata quæ ampliorum rem fundum habent, & quæ uenas sanguine plenas habent. Incurabilia autem sunt eminentia, & colore uaria, & temporum dolores induentia. His sanè nihil aliud adhibendum est, quàm ea quæ dolores mitigare possunt, quæ in malignis ulceribus iam ante relata sunt.

Staphylomatum chirurgia. Cap. XXXV.

In staphylomatibus quæ angustum habent, & non maligna sunt, commoda est actio secundum constrictionem appellata, cuius hic est modus. Duas acies accipere oportet filum duplex intortum habentes æquali profus longitudine. Deinde hominem ad pedes suos collocato, capite ipsius reflexo, ita ut occiput ipsius genibus suis innitatur. Et deinde disparatis palpebris, per medium staphylomatibus fundum, ex superioribus deorsum aciem transmittito. Sit autem non ualde crassa, neque oblonga. deinde dum detinetur oculus ab acie transmissa, alteram aciem duplex filum habentem

fimit

similiter transmittito à paruo angulo ad magnum, per medium itidem staphylomatis fundum, quo figura duarum acium transmissarum cruciformis fiat aut literæ græcæ X. similis. Nam quum paulo obliquior facta fuerit transmissio, facilius acies extrahuntur. Deinde incisis duplicatorum florum principiis, superna duo principia, superno acies principio subiicientes, inferna uero inferno, arenue cōstringimus. similiter autem & obliquæ acies principia cōstringimus, optima uero cōstrictio fit, rectis principii ad obliqua ductis, & hoc modo colligatis. Deinde apicem staphylomatis refecimus, solo fundo ipsius relicto gratia florum, ut ne elapsis ipsis humores oculi effundantur, & oculus cauior fiat. Cur autem staphyloma excindimus: primū quidem compendiarie curationis gratia. Citius enim filia excidunt, & ulceratio curatur. Deinde etiā minori dolore æger affigitur per totum curationis tempus, quum & corpora transpirent, & neque magna inflammatio cōsequatur. Post refectionem uero apicis staphylomatis, acies extrahere oportet, filis uelut dictum est cōstrictis, & tunc lac infundere, aut oui candidum. Superne uero oculo imponatur ouum cum rosaceo ac modico uino concussum, & molli lana exceptum. Imponatur etiam tempore alius lanæ hapsus iisdem imbutus. Et facta deligatione, æger in quiete seruetur. Postera die fomentum fiat per spongas probe expressas, & lacte infuso, lana ouo imbuta imponatur & deligetur. Atque hoc faciendum est per plures dies, donec filia excidant. Elapsis autem filis illinatur tenera ad ulcera descripta, ut pura exulceratio fiat. Deinde cicatricem inducentibus utendum est.

De ulceribus cicatrice indigentibus. Cap. XXXVI.

Purgatis oculorum ulceribus, & expletionem indigentibus, animaduertere oportet ut ne carne redundent, sed aliquanto cauius ad cicatricem perueniant, præsertim si in pupilla fuerit uleus. Nam supereminetes

cicatrices uisum impediunt, & deformitatem afferunt, & dum ex palpebris punguntur, fluxiones inducunt. Quæ uero aliquantulum cauæ sunt, melius apparent ac splendorem excipiunt, & decoræ si fuerint partim concolores. Tales autem consequuntur, si à mollibus & meatus obstruentibus pharmacis, compendio ad cicatricem inducentia transeamus. Præstat autem si aliquid quando clâdestine caro superexcreuit, cito reprimere ac eminétias attenuare, & sic cicatricem inducere. Vitanda autem sunt tingentia cicatrices pharmaca, & maxime si iuxta pupillam fuerit ulcus, dum enim denigantur impediunt uisum. Sed & deligationes. oculorû in ulcerationibus uitandæ sunt, quibus aliqui utuntur uolentes humiliare cicatrices. Deligatus enim exulceratus oculus, & immobilis factus, sæpe palpebris agnoscuntur. Porrò ulcera ad cicatricem perducta diligenter notare oportet. Quidam enim decipiuntur, & cauiores factas cicatrices, caua ulcera esse putantes, mollia & resplendentia collyria illinunt. Deinde cõtingit locos quidẽ nõ impleri, uerum tunicas ex hoc crassas fieri. Quum itaq; superficiem ulceris claram factã uideris, & albã ac leuem: & albũ oculi naturale colorem recepisse, & totum oculum à fluxione liberatum, scito cessasse iam ulcus, & cicatricem inductam esse. Est autem optimum collyrium quo usi sumus in puris ulceribus & cicatrice indigentibus, quod Cleoni inscribitur.

De cicatricibus & albuginibus. Cap. XXXVII.

Omnes cicatrices in nigro oculi albæ apparent. Dẽsata enim cornuformi tunica subiectus ipsi cæruleus color non translucet. Maxime tamen supereminentes albescunt. Æquales autem minus sunt albæ. Cauiores uero quodammodo concolores sunt nigro. Quæ uero adstringentibus pharmacis usq; ad inductam cicatricem curantur, magis obscurantur, eo quod pelliculæ per adstrictionem multum densantur. At uero cal-

losas

losas ac diuturnas & crassas cicatrices curare nõ oportet. Necessè est enim in talibus collyriis ualde acribus uti, & à uehementi mordacitate aliæ oculi partes ulcerabuntur. Si uero etiam suffusio aut glacedo affuerit, uanũ est cicatrices extergere. Oportet autem eum qui cicatricem exterere uelit, per uisum corpus accõmodare, quo moderata materia & boni succi, in toto corpore adsit. Itaq; ab omnibus acribus abstinere oportet, salisq; ac crassi succi cibus, & à multo uino. Et bonæ cõcoctionis maxime curã gerere, & moderate boni succi eduliis uti. A balneo uero curationis tempore abstinendum est. Illitio autẽ faciendã est ante cibum, ubi probe cõcoxit, & capite ac toto corpore leuis est, uentris onere prius deposito, & non statim à lecto ad uilitionem transeundum, neq; ante cenam. Vitanda sunt excoriantia cicatrices pharmaca. Quidam enim illinentes ipsas acribus medicamentis, & excoriantes, ac candida ramenta per spongas detrahentes, ea in coticulis nigris circumferetes ostentant. Deinde illinunt aliquod medicamentum quod tingere potest. Verum fluxionibus succedentibus ex pharmacorum acrimonia, itemq; inflammationibus, & aliquando resolutis cicatricibus, ulcera magis profunda fiunt. Deinde cõgantur rursus adstringentibus ac meatus obstruentibus collyriis uti, & cicatrices magis crassas faciunt.

Materia attenuans cicatrices & albugines.

Galen.

Cap. XXXVIII.

Proinde in his quæ attenuari possunt, utendum est pharmacis moderate extergentibus. Exterforia autem non minima facultate participat æs ustũ, & squama æris, & flos eiusdem, & chalcitis usta. Si uero lota fuerint talia, exterforia quidem adhuc manent. Tanto uero imbecilliora actionibus fiunt, quanto etiam leuiora. Securius est autem leuioribus uti. At fortiora his sunt, Misly, & ærugo. Quare etiam ad sycofes &

uu s callos

callos conueniunt si ammifcentur. Quidam his adiciunt etiam gallas, pharmacum uehementer adstringens. Sed uehementius est adstrictione simulque acrimonia atramentum futuriu. Multo uero moderatius euadit uisum ac lotum. Eiusdem materiae est & squama ferri stomomatis. Quaecumque igitur ex adstringentibus multum terream copagem habent, aspritudines sycosifque ac callos eliquant, uelut sunt Misy, & erugo, & similia. Quae uero ex succori genere sunt, uelut omphaciu & hypocistis, glauciumque & acacia, in subliationibus facile cum lachryma eluuntur. Citra mordacitate autem extergit, cornu cerui uisum, & cornua caprarum. At thus tardissimae particeps est extergendi facultatis, eximitque dolorem ac concoquit. Praedictorum uero animalium cornua, exteriora quidem sunt, sed neque uim eximendi dolorem neque concoctoriam habent, quoniam frigida ac sicca sunt temperaturae. Thuris autem cortex adstringit quidem & ipse non instrenue, sed multum omnibus praedictis inferior est. Thuris uero inter onera contracti pollen, quod manna dicunt, differt a thure, eo quod modicam adstrictionem assumpsit. Parua enim quaedam corticis segmenta ipsi ammixa reperiuntur. Habet & armeniu appellatum uim extergendi, quo uidelicet utuntur praedictores. Item atrametum indicum, & propterea ulceribus non inflammatis citra molestiam adhibetur. At aloemixtae facultatis est, uelut etiam rosa. Habet enim amarum quiddam, quod extergit. Habet & adstringens quiddam, quo contrahit ulcera & ad cicatricem ducit. Sal uero ammoniacus, & lapis Asius, & flos ipsius, fortissimum sunt pharmaca. Quare etiam ad scabras oculorum affectiones conueniunt. Caeterum ex aromaticis commode his miscentur, casta & malabarium, ac amomum, discussoria quidem facultate praedita, uerum etiam adstrictione participantia. Nam in communi de omnibus exterioriis medicamentis

nosse oportet, quae moderata sunt, & quae sycosif ac callos consumunt, ea omnia etiam ad cicatrices crassas conueniunt.

Auxilia ad cicatrices & albugines. Cap. XXXIX.

Ad albugines dracunculi semen habentis occultatum in terra simile piperi, id ipsum semen accipe, & tritum cum melle illine. Aliud, ad cicatrices & hebetudinem uisus. Seminis rutae .ii. armeniaci .viii. salis ammoniaci .iiii. ammoniaci thymiamatis scrupul. iiii. utere sicco. Aliud. Cicatrices recentes extertit citra omnem molestiam, lac equinum cum modico melle asidae illitum. Aut anethi florem purpurascetem cum modica aqua terito, & per linteum excolato, ac succum oculo bis in die instillato. Et postea cucumeris hortensis semen commande, & expressum per linteolum succum in oculum instilla, & hoc assidue facito. Aliud ad albugines. Sideritidis herbae fructum leuissime tritum insuffla. Deinde comprahensum manu oculum, frigida aqua paululum prolue. Exterget etiam generose: Alcyoniū milesum cum melle. Ammoniacum thymiamata tritum cum uino & melle. Quod si puero paruo albugo facta fuerit in oculo, Mater pueri ammoniacum commendet, & in pueri oculum sufflet. Facit & Anemones radix bulbiformis leuissime trita illita. Et anagalididis caeruleum florem habentis succus cum melle. Aliud Capniū Chelidonii appellati succus cum melle. Nitrum cum oleo ueteri, mentae succus mirifice facit. Columbæ simus in cote cum aqua dilutus praeter opinionem facit. Item felis fel illitum. Aliud ad albugines certum. Butyrum liquefactum solum illine, summe prodest, & utere. De hoc plura promittere non oportet, omnem enim promissionem uincit. Aliud optimum, Lac muliebre, melantheriam ex clauis uetustis ac aceto paratam, mel bonum, haec tria aequis portioibus simul mixta & excolata adhibe uelut diuinum pharmacum.

Aliud. Rumicis hortenſis & plantaginis ſemen in terra exurito, & cinerem exacte terito, ac utitor. Aliud. Crocum, piper, æquali pōdere leuiſſime trita, cum felis felle in collyria redigito, ac utitor. Aliud. Pullorū hirundinum capita detracta in olla exurito ac terito, & in corneo uale reponito, ac utitor. Eſt enim utiliſſimum auxilium etiā ad percuſſos oculos illitū. Aliud. Lapidem ſarcophagum appellatum, ex quo loculos defunctorum magnos faciunt, tundito, cribrato, & cū ſputo ipſius ægri præſertim ieiuni terito, ac confidenter illinito. Aliud. Vitulę fel hemine meſura ad ignē modice coquito, & optimi mellis parem meſuram adiicito, & myrrhæ ʒ.ii. croci ʒ.ii. ſimul terito, ac ruruſus in æneo uale ſufficienter coquito, & in pyxidem ſeam reponito, ac utitor. Aliud. Lapidis magnetis uſui, lapidis ophitæ, ſibii, æquas portiones tuſas, cribratas, ac ruruſus probe tritas, niſteridis herbæ ſucco ac optimo melle addito, illine per ſpecillum ex lapide ſarcophago factū. Aliud. Galbanum cum melle lique factum ac ſimul tritum adhibeto. Aliud collyrium, tollit albugines mirifice ac cito. Squamæ ferri ſtomomatidis ʒ.iii. aluminis ſciſi ʒ.ii. gummi uermiculati ʒ.iii. terito ex aqua, & formatis collyriis utitor. Aliud. Rhanni ſuccum, ſi fieri poteſt de ſemine, ſin minus, de foliis ſextantem, ammoniaci thymiamatis unc. i. teſtarum ſepiæ unc. i. mellis atticæ ſextantem. Trita excipe ac utere. Quidam ſolum ammoniacum cum rhanni ſucco terentes illinunt. Ipſe uero ſuccus per ſe illitus cicatrices tingit. Archigenis collyrium ad albugines, quod ex una illitione plurimā albuginis partem tollit. Summe etiam facit ad omnem periculofam ac diuturnam lippitudinem. Cochlearum uſtarum ʒ.iii. æris uſti ʒ.iiii. ſquamæ æris ʒ. vi. ſquamę feri ſtomomatidis drach. xii. æruginis drach. vi. lapidis ſciſi drach. i. aloes drach. i. omphacii ſicci drach. ii. lycii indicæ drach. iii. chalcitidis

ʒ.iii.

ʒ.iii. myrrhæ ʒ.iii. thuris ʒ.iii. corticis thuris ʒ.ii. croci ʒ.ii. crocomagmatis ʒ.ii. ſpicę nardi ʒ.iii. cytinorum ʒ.ii. gummi ʒ. viii. terito cum aqua, & formato collyria, ac utere cum aqua. Quod ſi aridum facere uoles, trito collyrio utere ſiccō. Facit & harmatium collyrium, & præſcriptū ad mycephala ex uino, & his ſimilia. Probe etiam facit ad cicatrices, inquit Apollonius, collyrium pepieſmenon, id eſt preſſum appellatū, quę omnia in tractatu de multi uſus collyriorum compoſitione deſcribentur. At uero theodotium Seueri cū aqua craſſum illitum, ad tantam tenuitatem perducit cicatrices ut ſenſu cognoſci nō poſſint. Optimum autem in ipſis eſt ſiccum collyrium Alexandro regi inſcriptū ex croco, ſpica celtica, & terra ampelitte paratum. Habetur autem inter ſicca multi uſus collyria.

Albuginam tincturā.

Cap. XL.

Iam ante dictū eſt quod abſtinere oportet à pharmacis cicatrices tingentibus. Verum ut ne ignorentur ea quę hoc facere poſſunt, etiam horum mentio faciēda eſt. Gallam inquit tritam repositam habe, & uſus tempore nucleum ſpecilli calefacito, & eo de pharmaco excipito, ac albugini admoueto. Poſtea uero atramentum ſutorium aqua dilutum adhibeto. Aliud. Malicorium tritum admoueto, & poſtea atramentum ſutorium cum aqua tritum. Aliud. Mali punicæ dulcis carnem tritam modicam aqua adſtillata, & leuiſſimam factam reponito. Et uſus tempore, ubi hanc ſæpe affricaueris, & præadſtrinxeris, hyoſcyami ſuccum illinito, ad dies xv. hoc & tingit albugines, & diſſipat, multoties illitum. Aliud. Facit & ad glaucos oculos. Miſy cum aqua tritum in collyria redigito. Similiter autem aliud collyrium ex galla formato. Uſus autem tempore, ubi per collyrium ex galla præadſtrinxeris, collyrium ex miſy illinito. Aliud ſiccum. Gallæ ʒ. i. acaciæ drach. i. atramenti ſutorii ʒ. ii. Vtere.

Aliud

Aliud collyrium. Flores mali puniceæ, atramenti sur-
torii, acaciæ, gummi, singulorum ʒ.iiii. stibii ʒ.iiii. galla-
rum ʒ.ii. Aqua excipe. Si uero flores puniceæ non affue-
rint, id quod in ipsis malis inter grana membranæ spe-
ciem præfert iniice.

Ad glaucos oculos, ut nigras habeant
pupillas. Cap. XLI.

Malicorii puniceæ dulcis succum infunde. Deinde in
terstitio facto hyoscyami cæruleum florem cum uino
tritum instilla, aut hyoscyami succum. Oportet autem
debito tempore flores colligere ac reponere. Aliud.
Acaciæ fructum, & parum gallarum diligenter terere,
& anemones succo excipe, ut mellis crassitudo fiat
Deinde liquorem per linteum diligenter exprime, ac
reponere, & utere uelut dictum est. Aliud. Cucu-
meris sylvestris succum illine. Hic mulieres glaucocu-
las oculis nigricantibus facit. Aliud: Hyoscyami cæ-
ruleum florem in umbra siccato ac reponito. Vfus au-
tem tempore florem uino austero dilutum præillinit
to: Et postea ipsum florem leuiter tritum per se illinit
to. Hoc uim suam statim declarat.

De puerorum curatione. Seueri. Cap. XLII.

Ingens grammarum copia in oculis puerorum reperitur,
& infantur plerumque horum palpebræ à materiæ
multitudine. Sunt enim pueri natura humidiores ac ca-
lidiores. Itaque horum collyria perfrigeratoria sunt: & ali-
quo modo reficcatoria, participantia etiã nõ modica
adstrictione, quo sordium copiam influentem repellere pos-
sunt. Ad tantam enim adstringendi facultatem progressa
sunt puerilia collyria, ut etiã aspritudines tollant. He-
betatur enim in pueris collyriorum acrimonia à loca-
li humiditate & grammarum multitudine. Sed & per al-
labentium humorum copiam, propter ploratum sientem,
collyria eluuntur. Est autem nobis experientia cognitum
in ipsis primum & mirabile collyrium, quod recipit
lapidis

lapidis scissi ʒ. xx. lapidis hæmatitæ ʒ. xx. æruginis ʒ.
iiii. chalcitidis crudæ ʒ.iiii. eris usti ʒ.iiii. opii ʒ. vi. myr-
rhæ ʒ. vi. gummi ʒ. xvi. Hæc est collyrii compositio,
ratione approbata, & experientia utilis cognita. Tes-
tatur ex aqua. Sed & aliud collyrium ad ipsos utile
experientia constat, quod recipit: Lapidis scissi drac.
xxiiii. Lapidis hæmatitæ ʒ. xxiiii. æris usti ʒ. viii. amy-
moniæ thymiamatis drac. viii. misyos usti drach. viii.
opii drach. iiii. feminis hyoscyami drachm. iiii. gummi
ʒ. viii. Excipe aqua. Oportet autem & in his à princi-
pio ammiscere lenia collyria, atque sic paulatim ad
efficacem auxiliorum facultatem progredi. Mirifice
etiã ad ipsos facit theophilium collyrium, & quod
Mono inscriptum est, quæ inter multi usus collyria
habentur.

De aspritudinibus, ac densitatibus, sycosisque
ac callis. Seueri. Cap. XLIII.

Quandoquidem ratio auxiliorum cognationem
respicit, & uelut inter se cõdependentes facultates res-
perit, admonet sanè eadem ut nihil aliud ab ipsis inter-
ponamus. Proinde asperitates quæ etiã ab aliqubus
densitates uocantur, ex mala curatione sæpe fiunt, dũ
medici diutius collyria instillant. Quemadmodum enim
in externis uulneribus pinguium adhibitio, carni-
um quarundam inutilium causa est: Sic etiã in præsentĩ
fieri cogitare oportet. Sint autem & ex fluxione diu-
turna minime mordaci: Si enim acris esset, citius oculo
damnum induceret, quam palpebris affectionem
inseminaret. Fit etiã aliquando non prægressis flux-
ionibus, neque manifesta causa præfente. Et sunt
huiusmodi non similes his quæ ex fluxionibus fiunt.
In illis enim densiores & asperiores ac cruentiores
euerse palpebræ apparèt: In his uero uelut milii gras-
na, aut erui parua semina uidere est, intra palpebras
exurgētia. Estque hæc species reliquis curatu difficilior.
Differunt

Differunt tamen hæc inter se: Nam densitas in superfi-
cie est & cum rubore. Aspritudo uero maiorem inaz/
qualitatem ac eminentiã habet, cum dolore simul ac
grauitate. Ambæ autem oculis humectant. Quæ uero
Sycosis dicitur, altiores eminentias habet & uelut in-
cisas, & cui alii rei quàm ficui hianti similis est: Callosi-
tas uero aspritudo est diuturna, induratas & callosas
inequalitates habens. Quidam igitur aspritudines ra-
dere conantur, partim ferro, partim foliis fici. Est autè
hic conatus nociuus. Amplius enim ipsas augent, &
duras cicatrices inducunt, & absiduorum fluxionum
auctores fiunt, dum semper oculi ex succedentibus du-
rioribus cicatricibus punguntur. Curare uero oportet
aspritudines, nullo ulcere circa oculum existente, col-
lyriis ad pueros relatis: ita ut euerfis palpebris si non
inflammata fuerint, illinantur, & per specilli nucleum
diu affricentur. Qui enim cito ab affricitione desistunt,
densant magis, & oculis fluxionem inducunt. Si uero
permanerit causa, efficacioribus uti conuenit. Quale
est hoc. Testæ sepia ʒ. viii. puniceis ʒ. viii. rubricæ sino-
picæ, ammoniaci thymiamatis, singulorum ʒ. x. gum-
mi ʒ. viii. Excipe aqua. Ex huius usu magnam laudem
reperies. Statim enim ab illitione, cuticulæ quædam in
spongæ admotione excidunt. Oportet autè post col-
lyrii illitionem, aquã frigidam per spongiam adhibe-
re. Est & aliud collyrium ad huiusmodi affectiones,
quod recipit cadmiæ ʒ. iiii. squamæ æris ʒ. iiii. salis am-
moniaci ʒ. iiii. opii ʒ. ii. gummi drach. xii. Excipe aqua.
Ego uero seueriano sicco collyrio usus profeci, cuius
& tu experientiam magistram habebis. Apollonius
autem dicit, ad exasperatas palpebras utendum est
pharmacis, quibus etiam crassissimas cicatrices des-
purgamus. Quale est hoc. Æris usti drach. viii. mir-
thæ drachm. i. squamæ æris drach. i. acaciæ drach. ii.
cadmiæ drachm. ii. spicæ nardi drachm. i. cinamomi
drach. i.

ʒ. i. croci ʒ. i. piperis grana xvi. hyperici ʒ. iiii. ammoniaci
thymiamatis drach. iiii. æruginis oboios duos, gum-
mi drachmam unam, terito cum uino ueteri austero, &
collyria formato, ac utitor. Aliud. Ad fluxiones an-
tiquas, & palpebras densas. Cadmiæ drach. xvi. æris usti
drach. iiii. seminis hyoscyami drach. i. opii drach. ii. myr-
rhæ, fructus ericæ, acaciæ, singulorum drach. iiii. gum-
mi drach. viii. Omnia sicca leuissime terito, & lac mu-
liebre adiiçito, ac simul trita in collyria efformato. Et
ea similiter lacte trita crasse illinito, adhibito prius fo-
mento. Liquida compositio ad aspritudines: Facit &
ad oculos suppuratos. Chalcitidis ustæ drach. iiii. cro-
ci drach. viii. mellis drach. ix. Arida cum aqua terito,
& ubi probe siccata fuerint, mel ammisceto ac utitor.
Theopholi liquida. Ad omnes ficosas eminentias, &
omnem carnis extuberantiam. Aeris usti drach. ii. mi-
syos usti drach. i. myrrhæ, croci, omphacii, singulorum
drach. i. uini chii aut alterius adstringentis ueteris odo-
rati, unc. xvi. mellis Attici dextantem. Sunt & alia col-
lyria facientia ad aspritudines. Quale est phœnix, &
dionysus, & similia, quæ inter multi usus collyria descri-
bentur. Cæterum in quibus cum palpebrarum aspritu-
dine, etiam tunicæ oculorum inflammata dolore ue-
xantur, ammiscere oportet aliquid de exterforiis, ad
propria inflammationi medicameta: Qualia sunt col-
lyria ex uino parata. Sedata uero oculorum inflamma-
tione aspritudines exterere oportet. Verum in his qui
ulcus habent cum fluxione mordaci, fieri nõ potest ut
huiusmodi medicamento utamur. Corniformis enim
amplius corrodetur, & uiformis prolapsus maior
fiet, & uehemens dolor hominem apprehendet. Au-
gebitur autem & malignus fluxus. In his igitur colly-
rium huiusmodi parare oportet. Punicæ leuissime tri-
tum tragacatho aut gummi madefacto excipimus, &
parua collyria formamus. Deinde euerfis leuiter pal-
pebris

pebris diutius affricamus. Et postea lac infundimus, & collyriis ad pustulas ac ulcera destinatis utimur. Cessante uero in temporis progressu fluxione, acriora collyria transimus, ac cū ipsi palpebras uelut dictū est confricamus. Miscemus etiam ad ea quæ ulceribus conueniunt, collyria ex uino, paulatim augētes ipsorū mixturam, quo neq; palpebræ uexent tunicas oculorum, & ulcera pura facta impleantur ac cicatricem recipiant.

De oculorū debilitate. Demosthenis. Cap. XLIII.

Debiles oculi dicuntur, qui neq; album, neq; splensidum, neq; igneum uidere sustinet, sed ex quauis occasione uisum continent, & lachrymantur, præsertim inter legendum. Differunt autem hi à fluentibus propter carunculæ naturalis circa magnum angulum decrementum: fluentes enim hoc modo, etiam circa aliam quam externam causam lachrymantur, hi uero occasione aliqua oblata. Curandi uero sunt deambulationibus, cursibus, exercitiis supernarum partium, cū fritione & spiritus detentione, capitisq; rasura, ac leui oculorum fritione post exercitia, & frigidæ in caput perfusione. Utendū est & aquæ potu, & uictus ratione media. Conducit & legere cū clamore, itemq; sic scribere. Si uero pharmacis opus fuerit, adstringentibus & perfrigerantibus ac meatus obstruentibus utemur.

De myopia. Cap. XLV.

Myopes dicuntur qui ex natiuitate parua quidē prope uidet, magna uero procul uidere nō possunt. Et qui scripta admotis oculis legunt. Et alii quidem inæquales, alii æquales oculos habent. Incurabilis est autem talis affectio.

De Nyctalope. Cap. XLVI.

Nyctalopas uocant qui die quidem uident, occidente uero sole obscurius. Deinde noctu penitus nihil ceperunt. Hoc autem magis fieri uidetur propter aliquam capitis debilitatem, & maxime uisui spiritus crassitudinem

dinem, itemq; reliquorum oculi humorum ac tunicarum. Quibusdam uero contingit, ut noctu quidem melius uideant, interdiu autem deterius. Et si noctu luna appareat, nihil cernunt. Sed hoc rarum est, illud autem prius plurimis contingit. Curandi porro sunt qui in nocte non uident: Si bono habitu præditi fuerint, ueni cubiti sectione, itemq; ab angulis oculorum: qui uero uitiosis humoribus redundant, conuenienti pharmaco purgantur. Postea post uniuersalem euacuationem utendum est his quæ pituitam per os ducunt, & quæ per nares purgant, & sternutationes ciendæ. Narisusorium autem pharmacum ipsis commo- dum hoc fuerit. Piperis, staphidis syluestris, singulorum scrup. ii. sinapis scrup. i. tundito ac cribrato, & radicem betæ succum adiicito, ut mellis liquidi compages fiat, & contrita naribus infunde, ac attrahere iube. Atq; hoc ad dies v. aut vii. facito. Vere etiā aliis quæ in nares mittuntur, in Sermone de nariū affectionibus præscriptis. Ante cibum uero bibant hyssoptum, originum, rutam. Dieta autem attenuatoria sit ex toto. Si uero per hæc non successerit, rursus purgatorium dandum est, quale est hoc. Scammonia obol. iii. castorii obol. ii. salis obol. iii. In debilibus autem scammonia obol. ii. iniice. Talis enim purgatio sæpe euestigio ab affectione liberauit, aut multo meliorem dispositionem induxit. Post paucos autem dies dandum est purgatorium pituitam & bilem ducens, quale est hoc. Colocynthidis obol. ii. scammonia obol. iii. salis obol. iii. Excipe in catapotia sex, & mediis habitibus triprebe, soribus autē omnia. Oculi uero illinantur melle cocto, & ad continendū liquorem immissum claudantur. Aut oleo uetustissimo similiter illinantur. Aut aluminis scisci in testa exusti ʒ. ii. salis ammoniaci aut cappadocici ʒ. i. terito & cū melle illinito, aut cum laste muliebri. Aut hyænæ fel cū melle. Vitandus tamen

est frequentior acriorum pharmacorum usus. Assidue uero utèdum est oleo uetustissimo. Putatur ipsi prodesse hepar hirci assatum, cū sale citra oleum, calidissimum comestum. Quidam etiam destillante ex hepate dum assatur sanie ipsos illinūt. Aliqui hepar coquant, & oculos super elatum uaporem detinentes, hoc fomento utuntur. Auxiliatur etiam elateriū ex interualis cū melle illitum. Et perdicis fel, aut capre syluestris, aut hirci. Buglossi etiam piscis fel illitum ualde prodest. At uero diætā tota attenuatoria sit. Et ab initio etiam à uino abstinendū est. Et uitanda omnia crasse scientia. Ceterum in his qui noctu melius uident, interdū autē deterius, nos coniectamus spiritum multū attenuari, aut tunicas rarefieri, atq; ex hoc spiritū dissipari, ac uisum obscurari. Noctu uero crasse fieri colligiq; ac sensum mouere. Et oportet in his robur oculis addere. Herophilus tamē uice uersa in libro de oculis dicit, ad eos qui in die nō uident, gummi, crocodili terre stris stercus, misy, hyenæ fel, trita cum melle illimito bis in die, & ieiunis hirci hepar edendū præbe. Ego uero coniecto hoc magis facere ad eos qui noctu nō uident.

De hebetudine oculorum. Galeni. Cap. XLVII.

Hebetudo oculorum est obscuritas uidēdi, ob plurimas causas contingens. Aut dum uisuius spiritus in crassatur, aut dum tunica densantur ac crassescunt. Aut dum humores in oculo crassi ac uiscosi fiunt. Contingit etiam his hebetudo qui diuturno morbo detenti fuerunt, & tristitia ingenti. At in senibus unā cum hoc quod crassi facti sunt humores, & tunicae, & spiritus uisuius, etiam debilitas adest spiritus uisui, & imminutio multa, ac collapsio, & uelut corrugatio nerui uisui ac tunicarum in oculo densatarum ac crassefactarum. Nam dum imminuuntur humores in oculo senibus ipsis, & minus de spiritu ex supernis ad pupillam defertur, usq; adeo rugosa fit sæpe corniformis tunica, ut

senes

senes partim omnino non uideant, partim male & uix adhuc cernant. Corrugationes enim mutuo inter se incidunt, & tunica uelut conduplicatur, & aliam crassitudinem aduentitiam assumit. Porro auxilia in comuni ad hebetudinem, ex eadem materia componuntur, ex qua etiam in incipientibus suffusionibus, & partim in collyriorum formas effinguntur, partim liquida sunt, quæ etiam induratis inflammationibus tunicarum conueniunt: partim sicca. Horum compositiones in fine huius Sermonis habentur.

De obfuscatione oculorum. Demosthenis & Galeni. Cap. XLVIII.

Obfuscatio est perfectum plurimum uidendi impedimentū, citra manifestam circa oculum affectionem, pura uidelicet apparente pupilla. Et quibusdam paulatim affectio consatur, aliis confertim incidit, ut minime aut semel in totum nō uideant. Et obfuscatio nis quidē paulatim constatae plures causæ sunt, de hebetudine iam relatæ. Eius uero quæ confertim incidit, causa est obturatio nerui uisui, crassis ac uiscosis humoribus confertim ipsis illapsis, aut eiusdem nerui resolutio. Præcedunt affectionem assidua cruditates, & meri potus, insolatio, capitis inuitio ac ardor, aut perfrigeratio. Aut assidua lectio post cibum, aut balnea similiter assidua post cibum. Et uomitus intempestiui, coitus immodicus ac intempestiuus, spiritus detentio uiolenta, quemadmodū in tubicinibus contingit. Hæc enim & his similia, dum modice fiunt, uisus hebetudinem efficiunt: dum uero immodice, obfuscatio nem. Fit etiam aliquando obfuscatio ob fortes capitis plagas, aut casus ex alto, resolutio quandoq; neruo uisui, aut rupto, aut quod omnium mitissimū est, humorum copia per uehementem concussionem illata, & uisuum neruum obturante. In resolutionibus igitur nerui, tarde mouetur oculus, aut omnino non.

Quum uero ex uiolenta plaga in caput facta, aut ex ca-
 fu, à cerebri connexu ruptus fuerit neruus, primū qui-
 dem oculus prominētior fit, deinde cauatur & alimen-
 tum non sentit. Quum autē ob humorum crassorū aut
 uiscosorū copiam, neruus confertim obstructionē sus-
 tinuerit, absq; alia causa, necesse est capitis grauitatem
 consequi, maxime in profundo iuxta radices oculorū.
 Eos igitur quibus oculi confertim obfuscantur curare
 oportet, uena cubiti incisa, si plenitudine grauatus fue-
 rit æger. Validissimū enim auxilium in ipsis est uenæ
 sectio. Deinde interpositis aliquot diebus, fasciam col-
 lo circumdabimus ac cōstringemus, & postquam fron-
 tis uenæ eleuatae fuerint, rursum exoluemus, & hoc ite-
 rum atq; iterū faciemus: quo per spiritus motū, humo-
 res obturati uiolēter concutiantur. Postea eleuatas an-
 gulares uenas, ab utraque nasi parte secare oportet, &
 fortem euacuationem facere. Ego enim ad tres hemi-
 nas ex angularibus uenis aliquādo euacuauī. Post hæc
 confertim cucurbita occipitio affigenda est cū scarifi-
 catione. Contingit enim plerūq; statim incumbente
 adhuc cucurbita hominem respicere. Sed non oportet
 hoc auxilio cōtentum esse, uerū reparatis uiribus, post
 tertiam diem purgare. Deinde ad diætā deducere: At
 uero in his quibus paulatim per multū tempus oculi
 obfuscantur, præmissa resta uictus ratione, à uenis an-
 gularibus euacuationem, uelut dictum est, faciemus. Et
 in his qui nō multo sanguine abundant, statim ab ini-
 tio ab angulis auferatur. Deinde cucurbita occipitio
 affigatur. Et postea purgatio fiat. Per diætā uero maxi-
 me aluum facile solubile facito per cibos bonæ cōco-
 sionis, præ omnibus ratione habita. Per aliquot autē
 dies danda est aloe deuorāda, terebinthina excepta in
 catapotia, facit & cnici succus cū melle: Utendū est &
 exercitiis infernarū partiū, & deambulationibus pluri-
 bus in umbrosis locis. Vitandus est uini potus, & aque

potio,

potio, uiriliter tolerāda. Vitandus est etiam omnis ci-
 bus crassefaciens, & alsidius coitus, & capitis insola-
 tio. Neq; uero balneū conuenit, neq; somnus diurnus,
 neq; uehemētior à cibo motus, neq; legere aut scribe-
 re. Vitādæ sunt iræ, indignationes, & curæ pertinaces,
 & uehementes perturbationes, ac timores, præsertim
 post cibū, & alsidui uomitus. Quotidie autē proluēda
 est facies aqua frigida, præsertim pluuiali, & illinendū
 corpus per alios. Perseuerante uero affectione, etiam
 per narifusoria caput purgetur, ita ut naribus infunda-
 mus quæ ad capitis dolorem dicta sunt. Utendū est &
 pituita per os detrahentibus ibidē relatis. At uero illi-
 tio oculorū, diuturna iam existēte affectione, primum
 per simplicia fiat, ueluti per mel nō fumosum, aut oleū
 uetus: postea etiam cōpositis utendū est. Nos autē lau-
 dem assequuti sumus in ipsis, ex Diacēteti collyrii usu,
 & liquida Aglaidæ cōpositione ad suffusiones destina-
 ta. Cōmune uero ad omnem obfuscationē ac hebetu-
 dinem hoc est. Videtur autem & ad mēbranarū crassi-
 tudines facere. Croci ʒ. i. myrrhæ ʒ. i. pipēris grana xv.
 spica nardi obol. ii. succi foeniculi ʒ. xvi. ammoniaci
 thymiamatis ʒ. i. mellis quincuncem. Ad omnia leuiss-
 sime trita foeniculi succū affunde, deinde tere ac resic-
 ca, & amixto melle ænea pyxide excipe, ac utere. Ante
 illitionem uero, fomentū per spongiam in aqua calida
 marina tinctum oculis adhibendū est. Aliquando etiā
 tota facies in marinam tepidam immittenda est. Atq;
 hæc quidem communia in omni obfuscatione. Cetero-
 rum his quibus ob coarctationem mutorum aut cras-
 sorum humorū ad neruum delatorum, uisus impedi-
 tur, post uenæ sectionem, & cucurbitæ admotionem,
 & purgationem, caput sinapismo integendum est. Et
 postea etiā caustico pharmaco occiput exulcerādum.
 Et capitis ex aqua calida perfusione urendum. Præstat
 autem saluginosam aut nitrosam esse aquam.

De resolutione oculorum. Cap. XLIX.

Non solum neruus uisus, uelut prædictum est, sed etiam totus oculus aliquando resoluitur, aliquando cum reliqui corporis dextris aut sinistris partibus resolutis. Aliquando uero priuatim circa solam palpebram fit resolutio. Aliquando uero etiam totus oculus resoluitur. Et siquidem palpebra fuerit resoluta, oculus semper conclusus est, & palpebra non sentit. Si uero totus oculus resolutus fuerit, motus ad dextram ac ad sinistram, sursumque ac deorsum perficere non potest. Et si quis acrius pharmacum sublinat, non percipit morsum. Si igitur palpebræ solius fuerit resolutio, præpurcato per aloedaria uniuerso corpore, & post aquam potus & frequentior deambulationis, ac multæ infernarium partium frictionis usum, palpebra assidue alumine scisso cum aceto illinatur, & collyriis calidioribus, aut eo quod ex sandice constat. Quod si hinc non restituitur, sursum suere ipsum oportet. Totius autem oculi resolutiones ægre curabiles sunt, maxime in ætate prouectis. Si uero ex natiuitate contigerit resolutio, impossibile est hæc corrigere. In quibus igitur salutis spes est, talis curatio facienda est præ omnibus: si bono habitu præditus fuerit, uena cubiti secetur: Deinde anus per clyster eluatur. Postea purgatorio corpus euacuetur. Deinde pituita per os ducentibus utendum. Deinde per ea quæ naribus induntur purgandum. Postea cucurbita occipitio affigenda cum scarificatione. Et hirudines temporibus admouenda. Propinandum etiam castorium per se, & cum absinthio. Dandum & pulegium, hyssopum, ruta, cum aceto mulso ac sale. Postea caput castorio illinatur, cum rosaceo & aceto. Et ex eodem ungento, mollis lana imbuta, oculo clauso imponatur, cauendo ne in oculum insillat. Atque hæc curatio bis in die fiat. Palpebræ uero forinsecus & frons, castorio cum croco ex aceto illinantur. Mihi uero uidetur liquidam ex castorio ac melle ad

le ad affectionem comoda, quæ compositiones & sublinenda & superlinenda sunt. A uino uero, & carnoso multumque nutriente ac crassi succi cibo omnino abstinendum est, & assumendi qui excretionem facile solubiles faciunt, ac humores attenuant. In primis temporibus uisanda sunt etiam balnea, & uaporaria, & iniectiones. Vomitus autem ex interuallis utendum ieiunium à raphanis, deligato oculo, & citra multam lincinationem.

De glaucedine. Cap. L.

Glaucedo duobus modis dicitur. Glaucedo, n. proprie mutatio est crystallini humoris ad glaucum colorem, siccitasque ac concretio. Altera autem glaucedinis species ex prægressa suffusione, fit humore iuxta pupillam uehementissime congesto ac resicato. Et hæc species incurabilis est. At proprie dictam glaucedinem incipientem aliquando sanare datur, ex deambulatione pro uiribus, & totius corporis frictione, ac lauacris maxime capitis. Æstate uero etiam frigide lauacrum conuenit, & tonsura capitis ad curam. Oculi uero solo oleo antiquo sublinantur.

De suffusione. Ex Demosthene. Cap. LI.

Suffusio est præterfusio humorum circa pupillam congestorum, ut ubi perfecta fuerit, uisum impedit. Incipiente uero suffusione talia ægris accidunt. Velut culices parui caliginosa quædam oculis sepe obuersari uidentur. Et quidam ex ipsis piliformia uident, alii uelut lanarum filamenta, aut araneorum texturas. Quibusdam circa lucernas circuli apparent. Hæc autem ubi apparuerint, aliquando pura pupilla apparet his qui negligenter considerant. Aliquando uero coloris maris refert. Augescete deinde affectione, augescunt etiam accidemia: perfecta uero eadem, homo non uidebit, pupillaque colorem ad albedinem mutat, & omnino non translucet. Plures autem sunt coloris species. Quædam enim suffusiones aerem assimulant, aliquæ uitrum referunt, aliæ albicantes sunt, aliæ ad caruleum colorem magis mutantur,

tur, alia glaucescunt, quæ etiã incurabiles sunt. Curandi autem sunt qui suffusione tentantur, in principio sanguinis de cubito detractione. Et si nihil impedit, etiam clysteribus acrioribus, & purgationibus. Deinde quoque cucurbita occipitio affigenda est cù scarificatione, & pituitã per os detrahentibus, ac naribus foriis, ex intervallo utendum. A uino uero abstinendũ est per totam curationem, & ab omnibus replentibus caput. Itemq; à balneo, nisi quis lassitudinis ac tardæ cõcoctionis gratia ad lauandũ se cogatur. Et tunc omnino nõ in aere balnei moretur, neq; in folio moram trahat. Sed paululum inscendat, & cito exeat. Diætã uero omnis sit attenuatoria. Medicamētis aut utendum est, primũ simplicibus, uelut melle, & oleo ueteri, ac fœniculi succo. Deinde etiam compositis liquidis ac siccis collyriis, quæ paulo post describentur inter communia auxilia.

De midryasi, hoc est pupillæ dilatatione. Cap. LII.

Pupillæ dilatatio appellatur, quum pupilla colore quidẽ nihil abalienatur, multo uero latior quàm pro naturali modo euadit, ut aliquando ad iridis circumum accedat, & quandoque in totũ uisum impediãt. Aliquando tamen uident, uerũ obscure, & quæ uidentur ab ipsis, omnia minora putantur, diffuso uidelicet spiritu uisui suo. fit hæc affectio propter humorũ allapsũ, qui aut aceruatim, aut paulatim ferũtur, à quibus citra sensum uiformis tunica distẽditur, & pupilla amplius dilatatur. Est autẽ affectio ualde ægre curabilis. Quum enim membranosa sit tunica uiformis, ubi semel distenta fuerit induratur, neque facile amplius contrahi potest. Accidit autẽ affectio hæc magis pueris, propter tunicarum debilitatem. Sunt & qui ex natura nigros oculos habent, magnas etiam pupillas habent. Quapropter facile in hanc affectiõẽ delabuntur. Curanda est autẽ affectio, si nihil impederit, uene sectiõẽ in cubito, aut purgatione. Si uero hoc fieri non poterit, angulares uenæ soluantur.

soluantur. Deinde cucurbita occipitio affigatur. Vtendũ est & deambulationibus lentis ac pluribus, in locis umbrosis. Et omni modo conandũ ut materia ad infernas partes detrahatur. Quapropter in principio etiam clysteri utendũ est, & infernarum partium frictione per alios. Post deambulationem & inunctionẽ, facies aqua marina proluatur, hyeme tepida, æstate frigida. Totã etiã facies in aquã mittatur, oculis per tẽpus quoddam apertis. Quod si marina non adfit, parũ salis aquæ miscetur, aut posca aquosa assumatur. A uino abstinendũ est, donec affectio fuerit soluta. Et totã diætã tenuior sit & uentri cõmoda. Balnei usus rarior sit, & tunc caput nõ ualde pfundatur. Pharmacis utendũ est subadstringentibus, uelut rosa, croceo, nardo, thuris cortice, põpholyge, spodio & acacia. Nam ualde acres pharmacorũ facultates, humorũ copiam attrahẽtes, distendunt membranas, & latiorẽ pupillã efficiunt. Quapropter & quæ uehemẽter adstringunt, uelut est chalcitis, misy: & quæ amplius frigefaciunt, uelut cicuta, mēbranas indurant. Sed & amplius contrahere ac coarctare pupillam in cõmodum est. Nam hæc res pupillã ad tabem perducit.

De tabe pupillæ. Cap. LIII.

Tabes pupillæ dicitur, quũ angustior & hebetior facta fuerit. Hoc autẽ plerisque cõtingit ex periculosis debilitatibus, aut ingenti capitis dolore. His autẽ maiorã apparent quàm pro naturali modo, quæ ab ipsis uidentur, propter pupillæ angustiam. Curationem porro in his contrariã midryasi facere oportet, ita ut exerceamus supernas partes, humores ac maner, cum spiritus detentione. Et caput ac faciem diligenter confricemus. Deinde oculos summis digitis. Facies etiã aqua calida proluatur. Et caput ungeto quodam moderate calefacere potente illinatur, quale est irinũ. Et modico factio interstitio, oculi, rarefaciente, & acriore, ac humiditate attrahente pharmaco sublinatur. Quale est hoc collyrium.

collyrium. Ammoniaci thymiamatis ʒ.i. crocomagma
tis ʒ.iiii. croci ʒ.ii. aruginis ʒ.iiii. Trita cum aqua effor
ma & utere. Facit & Erasistrati liquida compositio.
Vistus sit optimi succi & sorbilis. Vinum fuluum &
odorum. Somnus excipiat cibum. Sed & balnea con
ueniunt, & capitis ex aqua calida perfusio.

De Macie oculi. Cap. L I I I.

Oculus macer esse, & alimentum nō sentire dicitur,
quū ex uehementi capitis dolore, aut in febris acutis,
paulatim humiliatur & cauatur, & in totum minor
fit, & aliquanto obscurior, & uisum impedit. Cōtingit
autem hoc sæpe ex caluæ incisione & perforatione,
quando sanè etiam egre curatur. Differt autem macies
à tabe, quod tabes pupillam solam minorem facit: ma
cies autem totum oculū minorem & humiliorem est
facit. Curandi porro sunt sic affecti, spongiarum ex ca
lida aqua expressarū circa oculos fomento. Lac quoq;
tepidum ipsis infundendum, & ab omni collyrii adhibi
tione abstinendum. Cibi dentur ipsis multum nutriens
tes & optimi succi. Vinum sit fuluum & tenue. Vtens
dum est balneis, & capitis ex calida aqua perfusione.
Exercitiis item partiuū supernarū, & spiritus detētiōne.

De expressiōe oculorum. Cap. LV.

Exprimuntur oculi aliquando ut prominētes per
maneant. Et hoc contingit his qui strangulantur, & in
athleticis certaminibus, & foeminis quæ in partus dor
loribus amplius distenduntur. Aut ex fluxionibus plu
rimis, quæ acruatim à capite defluerunt. Qui igitur
ex strangulatione in hoc inciderūt, his uena cubiti se
cetur. Si uero aliàs crassi humores influentes oculos
impetierunt, purgentur ueratro nigro, aut scammonia.
At expressiōes oculorum in foeminis ex partus
doloribus sæpe contingentes, purgationes per locos
muliebres soluunt. Quare has procurare oportet. In
uiris autem post uenæ sectionem, aut purgationem, si
permanet

permanerit affectio, cucurbita occipitio affigatur, &
aquæ potus exhibeatur, & cibi contrahantur. Oculo
uero imponatur lana melle imbuta cum modico cro
co, & haplus lanæ superimponatur, & placida com
pessione deligetur. Conducit his etiam post princip
pium, aqua marina frigida faciei affusa, & intybi suc
tus, ac polygoni, & pplylii cum opio illitus. Et quæ
cunque alia comprimere ac contrahere possunt.

De confusione. Cap. LVI.

Confusio oculi plerunq; ad uehementēs plagas cō
sequitur. Sed & ex uniformis tunicæ inflammatione
contingit, ruptis in ipsa uasis. Pupilla uero colore tur
bida fit, & aut maior, aut minor seipsa euadit. Curan
dæ igitur sunt confusiones ex plaga, per uenæ in cu
bito sectionem. Et totus oculus sanguine recens ma
ctati turturis, aut in illius penuria, columbæ expleatur.
Et mollis lana in ouo cum uino & rosaceo conuuls
fato madefacta imponatur, ac diligitur. Et postera die
idem fiat. Tertia uero fomentum adhibeatur, & lac in
stilletur. Postea ouorum assatorū uitelli imponatur,
cum melle & croco trito, linteolo illiti. Quum autem
pupilla iam purgata fuerit, collyria ad antiquas affe
ctiōnes destinata sublinantur, quale est aromaticum, &
chiacum Apollonii, & similia. Facilius autem curatu
est confusio in his quibus pupilla sola ampliatur, co
lore uero & figura simili permanet. Difficulus autem
curatur in his quibus pupilla diuisa est.

De his quæ in albo oculi nascuntur. Cap. LVII.

Omnia quæ præter naturā in albo oculi nascuntur,
quæ quidem doloris exortia sunt, in quibus pili sæpe
exoriuntur, & quæ non ualde à naturali colore euas
riant, curabis hamo appræhendens ac extendens, &
postea scalpro pterygiis destinato resecans. Deinde sa
lem tenuem inspergens, & lanæ hapsum imponens ac
deligās, & reliquā curam adhibens uelut in pterygio
rum

tum refectione. Quæ uero subrubra, & tumida, ac uari-
ricosa sunt, dolorificaq; & aspera, & tempora per consen-
sum afficiunt, ea omnia fugere oportet uelut ma-
ligna, & pericula ac oculorum prolapsus inducentia
in chirurgia.

De pterygiis. Cap. LVIII.

Pterygium, unguis latinis quibusdam uocatus, dicitur
quum album in oculo amplius augetur, aut carne
superexcreuit, ex scabra quadam lippitudine, aut alius-
modis fluxionibus. Incipit autem huius augmentum, sepe
quidem ab angulo magno appellato iuxta nasum:
Pariis autè à paruo: Et adhuc rarius generatur à su-
perna aut inferna palpebra. Extenditurq; usq; ad nigrum.
Quum uero maius factum fuerit, etiam pupillam con-
tingit, & uisum impedit. Facilia uero curatu sunt ptery-
gia albicantia, & angustum fundum habentia. His ue-
ro contraria, ægre curantur. Nam subrubra post cura-
tionem chirurgicam, cariem ac dolores dimidiæ capi-
tis parti inducunt, attamen post symptomatum subla-
tionem oculus liberatur. At pterygia in quibus etiam
principia sunt suffusionis curare non oportet. His enim
sublatis, citius suffusio consistatur. Sed neq; crassa ptery-
gia curanda sunt, & euerfa, & eminètia, ac indurata, &
quæ tempora per consensum afficiunt. Sunt enim ma-
ligna & cancerata. Quæ uero usq; ad pupillam pertina-
gunt, & propterea uisum impediunt, si tollantur liberant
quidem oculum à fluxionibus, cicatrix autè quæ ex chir-
urgia iuxta pupillam succedit, nihilominus uisum impe-
dit. Cæterum ex pterygiis ea manu curare oportet, quæ
aucta ad nigrum se extendunt: Quæ uero parua & in al-
bo sunt, ea conandum est ut pharmacia comprimamus.

Pharmacia ad pterygia. Cap. LIX.

Pterygia probe deprimit siccum ad scabiem destina-
tum, ex chalciride & cadmia compositum, quod ad sca-
bros angulos descriptum est. Et theodotium collyrium

Seueri

Seueri tritum ac siccum adhibitum, & omnia exterso-
ria collyria, ad aspritudines & lycofes descripta, & quæ
ad myocephala & staphylomata conueniunt, maxime
ex uino parata. Archigenes autem ad pterygia inquit,
atramenti futorii 3.ii. salis ammoniaci 3.ii. gummi 3.i.
terito ex aceto, & collyria formato ac utitor. Aliud ce-
lebre quod celerrime ipsa consumit. Chalcitidis uisæ
ut sulua euadat, 3.iiii. croci 3.i. tritis utere siccis. Aliud
experientia cognitum. Chalcitidis uisæ 3.xx. cadmiæ
3.x. squamæ aris rubri 3.i. piperis 3.i. utere. Aliud. ex
fundo tollis pterygia. Attramenti futorii torrefacti 3.ii.
aris uti 3.i. siccum adhibe. Et post detractionem, col-
lyrio ex rosis cura, aut ex croco collyria. Aliud. Ma-
gnetem lapidem uiuum diligenter terito, & semel in
die utitor. Aliud. Populi nigre succum cum duplici
melle illine. Aliud. Atramentum futorium cum felle
sullo, æquali pondere trita illine. Aliud. Sepiæ testas
uistas, cum sale ammoniaco, æquis portionibus tere ac
utere. Aliud. facit & ad sugillationes & hebetudines,
lapidis magnetis uiui 3.iiii. ærginis 3.i. minii Sinopi-
ci 3.iiii. ammoniaci thymiamatis 3.iiii. croci 3.ii. Mel-
lis quincuncem. Hoc etiam ad albugines facit. Aliud.
Glaucium tundito, cribrato, & modica aqua terito, &
sufficièti pompholygis cinere addito, collyria forma-
to. Et utere cum aqua bis per diem. Aliud. Æs usum
cum pueri incorrupti urina terito ac utitor. Aliud.
Squamæ aris rubri, nitri rubri, piperis, cimolix, singu-
lorum 3.iiii. Terito ex aceto donec siccantur, & utere.
Reponito autem in testaceo uase puro.

Chirurgia pterygiorum. Cap. LX.

Ad pterygia uero sublationem ita chirurgiam ag-
gredimur. Palpebras inter se disparamus, & hamu-
lo circa medium pterygii transfixo, leuiter distendit-
mus, ut ne cuticula corniformis tunice eleuetur. Simul
enim sublata maximas inflammationes inducit. Deinde
acum

acum accipimus, quæ filum & pilum equinū transmissum habet, & hanc distēto per hamulum pterygio subbiciamus. Deinde deligatum per subiectum filum pterygium distendimus, filum leuiter sursum trahentes, & huius principium ministro industrie tenendum præbentes. Nos autem utraq; manu pilum tenentes, sursum ac deorsum ipsum commouemus, & pterygium subexcoriamus, initio à nigro facto usque ad angulum. Deinde continuitate ipsius ad nigrum exoluta per pilum, & distenta per filum, scalp pro ad pterygia destino funditus auferimus pterygii partem iuxta angulū, palpebras & angulum cauentes. Quibus enim palpebræ simul inciduntur, his concreciones fiunt. Quibus autem funditus angulus refecatur, his naturalis eius loci carnis decrementum succedit. Si uero fundum pterygii fuerit relictum, regeneratur, si non pharmaco alio quo ex prædictis fuerit consumptum. Cōgruentis igitur modi coniecturā facere oportet. Quod si ægri formidolosi oculos aperire non fuerint ausi, hamulo superna palpebræ submissio, leniter ipsam extra distendimus, atq; sic uelut distū est operamur. Post detractionem uero, muriam acriorem oculo infundimus, deinde lanam ouo imbutam imponimus, & oculum deligamus. Sequenti deinde die soluimus, & moderato fomento adhibito, album ac tenerum Seueri collyrium infundimus. Quarta uero collyriis ad affectiones commodis utimur, de cætero uitantes tenera & incarnantia collyria. Sunt autē ad affectiones cōmoda, nardina & theodotia, & omnia ex uino sientia collyria.

De carnis in angulo magno incremento.

Cap.

L X I.

Encanthisdem uocant, quum magnus oculi angulus ad nasum auctus carne superexcreuit, id quod maxime in canibus contingit. Verum in hominibus redudat, qui in mari uersantur. Proinde si benignum fuerit hoc

rit hoc carnis incrementum, dolore uacat, & tenerum est ac laxum: Si uero malignum, durum erit & inæquale, & dolores punctorios inducet. Oportet autem benignum curare ac paruū pharmacis siccis, tum eo quod ex cadmia & chalcitide ad scabros angulos paratur, cū hoc ipso quod optimū est. Aluminiis scisci, misyos torrefacti, atramenti sutorii, partes æquales. Hoc egregie consumit omne carnis angulorum incrementum. Vtere etiam theodotio Seueri collyrio, sicco trito adhibito, & eo quod ad myocephala ex uino paratur.

Chirurgia incrementi carnis in angulo.

Cap.

L X I I.

At uero maius & malignum carnis in angulo incrementum, uollesla apprehensum refecare oportet. Si uero maior fuerit eminentia, acum duplex filum habentem transmittere ad fundum oportet, deinde filum cōstringere, & paruo interstitio facto, donec caro liuescat, scalp pro auferre, & siccum scabiei destinatum adhibere: & hapsum lanæ aut conduplicatū linteum superimponere. Postera uero die fomētū adhibere. Est post tertiā mellis usu curam absolueri. Cauendū est autem ne unā cum carne præter naturam aucta, etiam ipsum angulum funditus tollamus, alioqui rhœas, hoc est naturalis carnis in angulo decrementum succedet.

De sanguinis ex angulis eruptione.

Cap.

L X I I I.

Fit & sanguinis ab angulis eruptio, maxime pueris ob assiduos euilatus ac distentiones apertis circa palpebras uasis. Curandi autem sunt postea frigidæ aut aquæ frigidæ perfusione, tum super angulos, tum super caput facta. Infundendum etiam oui candidū per se, & cum aliquo collyrio ad tenues fluxiones conueniente. Vtendum & infernarum partium deligatura & cibo crassefaciente. In perfectis autem ætatibus cucurbita occipiti affigenda est cum scarificatione.

A E T.

y y

De con/

De concretionē palpebrarum ac contra-
ctione. Cap. LXIII.

Concreſcunt & agglutinantur palpebræ ad album aut nigrum in oculo, aut inter ſe, ulceratione prægreſſa. Quum igitur ad album concretio palpebrarum facta fuerit, & oculi motus impeditur, affectionem hanc Ancyloſim uocant, hoc eſt contractionem. Quæcunq; igitur concretiones iuxta angulum factæ ſunt, utriuſq; palpebræ, eas hamulis diſtentas diſſecare oportet, & linamento indito diſparare. Et poſtea uelut communia ulcera curare. Quæcunq; uero concretiones factæ fuerint extremitatis palpebrarum ad oculi tunicas, eas cæto hamulo diſtendere oportet, & ſcalpro pterygiis deſtinato concretionē exolueret, deinde carnis incrementum ſicco aliquo deprimere, & ære leuiſſime trito palpebras ſublinere, & oculum uſq; ad perfectam curationem indeligitum ſinere.

De pediculis palpebrarum. Cap. LXV.

Pediculi generantur in palpebris lati, parui, multi, ex ingluuie, & illuuię ac mala diæta ortū habentes. Cura igitur adhibenda eſt primū, ut pediculi diligenter expurgentur. Deinde aqua marina tepida affundatur. Et poſtea ſubſcriptū pharmacū loco adhibeatur. Aluminis ſciſi drach. ii. ſtaphidis ſylueſtris obol. i. piperis obol. ii. æris uſti ʒ. i. myrrhæ obol. ii. lapidis ſciſi obolos tres, miſſos torrefacti ʒ. i. terito ac utere ſicco. Adhibenda præterea ſunt balnea, & caput diſcutientibus ac corroborantibus confricandum. Et exercendæ infernæ partes, & uicū boni ſucci utendum. Similibus autem cura lentiſſimis quoq; palpebrarum adhibeatur.

De pilis pungentibus palpebrarum, & de duplici pilorū ordine, itemq; multiplici, quam phalangosim dicunt. Cap. LXVI.

Pilorum pungentium in palpebris exortum, Trichiaſim græci uocant, quam ſane ſub pilis naturalibus in pal-

in palpebris alii exorti, & intro nuentes, tunicas pun-
gunt, & oculorum fluxiones concitant. Dicitur etiam
trichiaſis, quum ipſæ palpebræ laxatæ ſunt, aut ipſarum
extremitas intro nutat, ut pili non facile appar-
teant, niſi quis diſtendat ac diſparet palpebras. Vocant
autem medici palpebrę laxationē phalangosim,
aut caſum. Pilorum uero ſubcretionem, duplicem pi-
lorum ordinem, hoc eſt diſtrichiaſim. Fiunt autem hæ
affectiones, & præſertim duplex ordo, ex multa humi-
ditate. Quemadmodum enim in terra largitas aquarum
plurimas herbas proferit: Sic etiam in palpebris,
maxime ubi influentes humores minime mordaces
fuerint. Si enim id quod inſluit falſum fuerit, etiam natu-
rales pilos reiiciet. Perfecta igitur pilorum pun-
gentium curatio, eſt coſuitio palpebrarum ſurſum uerſus.
Quandoquidem uero aliqui ob molliciem non au-
dent ſeipſos chirurgiæ ſubmittere, auxilium ferendū
eſt ipſis quantum eius fieri poteſt. Veteres itaque hu-
iuſmodi auxilia ad ipſos conſcripſerunt.

Pharmaca ut euulſi pili non renaſcantur.

Cap.

LXVII.

Pungentes pilos euellito, & euerſa palpebra, ſanguinem ranarum recentem illimito, & frigeſieri finito.
Aut cimicum ſanguine ſimiliter uitior. Aut chamaeleo-
nem album urito, & cinerem ſanguine ranarum exci-
pito. Et uſus tempore ſaliua diluito, & præeuulſis pi-
lis loco illimito. Aliud. Succū Chelidonii herbæ quæ
etiam capnium dicitur, ſufficiēte gummi excipito, ſiccato,
ac parua collyria formato, & uitior uelut prædiſ-
tum eſt. Aliud. Cochlearum carnes cū uiridium ranarum
in harundinibus degentiū ſanguine, aut herinæ
cei terreſtris cruore terito, & atramento ſcriptorio mo-
derato adiecto ſiccari finito. Et utere uelut dictum eſt,
uitata pupilla. Aliud. Hirūdines urito ac terito, & uitior
aſidue pilis præeuulſis. Aliud. Intestina teriæ in

testa ad cinerem exusta, ac leuissime trita, præuulsis pilis inspergito. Aliud lacertam in olla exurito, & ad cinerem tritum par pōdus sandarachæ adicio, ac utitor. Aliud bonum minime molestum. Siliquas siccas non antiquas diffringito, & humorem qui in ipsarum cavitatibus uiscosior, modicus, ac melleus reperitur, specilli nucleo exceptū, præuulsis pilis loco illinito. Atque hoc alsidue facito. Summe autem facit inquit, Archigenes, herinacæ terrestris fel, & sanguis pari mēsurā, cum modico castorio. Castorium itaque leuissimē tritum sanguine ac felle excipito, & uelut piscium squamas formato. Vtere autem ita ut pilos radicitus euellas, deinde squamam unam salua ex ore ieiuni dilutam euersæ palpebræ illinas, & ad dimidium horæ in loco detineas donec siccetur. Dolore quidem afficiuntur ægri, sed pili non amplius enascuntur. Aliud. Psyllium & cicuta semen, ac cedriam, pari portione uespertilionis sanguine excipe, ac utere uelut dictum est, ne oculum contingas. Aliud. Linteum ex nauis ut accipe, & in lucernam pro funiculo lucernario inde, & lucerna ex oleo cyprino impleta, fuliginem in æreo uase collige, ac utere pilos euellens, & locū alsidue illinens. Et si renati fuerint, idem repetito. Aliud. Potamogitonis succum & artemisij succū, æquis partibus adhibeto. Aliud. Fel uituli, & castorii, & gummi, æquis portionibus citra aquam conterito, efformato ac utitor, præuulsis pilis illinens ter in die, & comperies successum. Aliud. Porci masculi fel, & adipem eiusdem, in fictile uas nouum densissimum ac leuissimū mittito, & aceti acerrimi heminæ quartam partem, & olei aleni tantundem affundito, & densoluto obligatum ad dies septem finito, & postea dilufusa in mortarium terito, & uelut ungentum excipito. Idem etiam in toto corpore probe facit. At uero Aleinum oleum, amygdalinum oleum esse dicitur.

Agglutinatio

Agglutinatio pilorum. Cap. LXVIII.

Pilos in palpebris præter naturam introrsum refractos, glutinat mastiche per specillum calidum admota, & sic pilis ad proprium ordinem refractis. Bitumen eodem modo. Glutinum similiter. Cochleæ glutinositas acu excepta. Hieracii succus. Medicamentorum agglutinatoriorum appellationum liquor. Ammoniacum thymiama. Compositum autem hoc. Resina sicca, picis sicca, sulphuris uiui, bituminis, singulorum drach. i. ceræ drachmæ dimidium. Liquta reponito. Et usus tempore specillum igne feruefacito, & pharvacum contingito, ac eo pilos reglutinato.

De futura palpebrarū sursum uersus. Cap. LXIX.

Ad futuram palpebrarum sursum uersus faciendam, æger desideat ad sinistram chirurgi partem, humilior ipso, ad splendidam lucē. Sint autē ministri duo prope periti adstantes, alter retrorsum, alter à latere. Et chirurgus primū per collyrium, aut superficiarias scarificationes, notet sufficienter quantum in palpebra redundat, & corrugatae cutis reflectionem, ut neq; plus neq; minus quam oportet rescindatur. Si enim latius reflecta fuerit, æger lagophthalmus euadit. Si uero angustius, rursus palpebra laxatur, & pili similiter pungūt. Notetur etiā circa mediū palpebræ iuxta extremitatem locus superficiariae celsura. Post factam uero notationem, euersa palpebra, subsektionē intrinsecus facimus ultra pilos præter naturā exortos, quo ipsi ad naturales foras tēdant. Aliquādo uero in ipsos pilos præternaturales, si penitus insiti fuerint, subsektionem facimus, ut succedens cicatrix ipsos rursus enasci prohibeat. Nihil autē uetat etiam duas subsektiones facere, unā ultra pilos præter naturā exortos, quo extremitatis palpebræ fiat rescicatio. Alterā super ipsos præternaturales pilos. Sit autē profundior subsektionis: A diuati enim refractionē & palpebræ leuitatē: & ab altero extremitatis

yy 3

tremittatis

tremittatis siue marginis palpebræ termino usq; ad alterum procedat. Deinde linteola parua duplicata, figura triangulari imponantur, unum iuxta magnū angulum, alterū prope paruum. Super hæc autem linteola minister qui retro adstat apices magnorum digitorū firmet, & uno impetu palpebrā distendat, imprimens digitū sub supercilio, quo æqualis palpebræ tensio fiat. Signum aut sit tibi optimæ tensionis palpebræ, quum media nota propriū seruarit locū, hoc est circa mediū fuerit reperta. Post distentionem uero, primū facienda est obliqua, & ad uerū similitudinem sectio superficialis inferne, ut ne ex superna influens sanguis chirurgiā impediatur. Sitq; hæc sectio propinqua palpebræ extremitati. Deinde superne luniformis sectio fiat. Initiū autem & ipsa sumat ex infernis à magni anguli loco, & delata ad notā, rursum deorsum uergat ad paruum angulum. Sitq; etiā ipsa superficialior, ut ne musculi laesentur. Deinde minister qui à latere stat, palpebrā distendat. Postea hamulus in circumscriptæ fasciolæ principium transfigatur in sinistro oculo, ad paruum angulum, in dextro ad magnū. Distento aut hamulo per sinistra manū, fasciola scalpro ad hanc rem destinato subexcoretur, animaduersione habita ne si profundior excoriatio fiat, musculi uulnerentur, & incurabilē habeant palpebræ laxitatē. Post cutis autem excisionē, ad futuram sursum uersus ueniendū est. Et prima sutura media fiat. Deinde utrinq; alię duę, ut in totū quinque fiant future. Post futurā, distenta palpebra propter uulnera, moderatum spleniū glutinosum suturis sub supercilio imponere. Super ipsas uero sectiones spleniola parua glutinosa & inflammationē arcētē uim habentia imponantur. Postea lana ouo imbuta toti oculo imponatur, ac deligetur. Quandoquidē uero augetens & acris ac salsa fluxio illota, pilos naturales reiecit, & palpebræ marginem durā efficit: pilis aut præter naturā subnatis etiam

tis etiam augmentū præbet: difficilisq; fit in his palpebræ euersio: conuenit acum robustū filum habentem, per mediam marginē palpebræ transmittere, & filum sursum trahere, atq; sic per specillū palpebram pro ut moris euertere, & sectionem uelut dictum est, facere.

De futura palpebrarum deorsum uersus.

Cap.

L X X.

Quod si inferna palpebra pilos pungētes produxerit, futura deorsum uersus probatur. Et prius quoq; in his sufficiens laxatæ superflue cutis resectio notetur. Nam & hic latiore fasciola excisa, euersio contingit: angustiore uero, inutilis est chirurgia. Post factā notationem, linteola complicata uelut dictum est angulis imponantur, & palpebra distendatur. Postea minister digito male impresso, ipsam detrahat. Fiat autem prima sectio luniformis inferior. Deinde ad uerū similitudinem & obliqua appellata circa palpebræ marginem. Facienda est autem excoriatio, & futura, & uelut antea dictū, & reliqua eodem modo. Cæterū sola deorsum uersus futura contenti sumus in inferna palpebra, uitata subfectione, ut ne palpebræ euersio contingat.

De euerfione palpebræ. Demosthenis.

Cap.

L X X I.

Palpebræ amplius euerfi solent, ulceratione prægressa, & carne ipsarum superaucta. Aliquando etiam à duriore cicatrice palpebra contrahitur ac euerfitur. Contingit autem hoc magis circa infernas palpebras. Curanda uero sunt moderata carnis incrementa, arido subiecto. Aeris ulti drachm. i. atramenti futorii mysos tostæ, chalcitidis tostæ, singulorū drach. i. Aliud. Aeris ulti drach. viii. mysos torrefacti drach. ii. chalcitidis tostæ drach. i. atramenti futorii drach. i. Aliud. Ad inueteratas iam euerfiones. Aeruginem in testa torrefactam terito, & per se adhibeto. Aut plumbi ulti partem portionem ammisceto.

Chirurgia euerſionis palpebrarum . Anſ
tyli. Cap. LXXII.

Maiora uero carnis incremēta ſcalpro auferre oportet, deinde ære uſto trito contingere, aut aloë cū manna thuris . Et ſequenti die fomento adhibito ſimiliter curare. Tertia uero die poſt fomentū melle utendū eſt uſq; ad perfectam curationē. Si uero maior fuerit euerſio, ſic chirurgiā faciendā eſt. Ex interna palpebræ parte duæ ſectiōnes ſiant, literæ græcæ Δ, figurā habētes, ita ut anguſta literæ Δ pars inferne ſit ad malā, lata uero ſuperne ad palpebrę marginem. Deinde ſcaciola illa literæ Δ, figuram referens excindatur, reſecta ſimul etiam ſubiecta carne. Nō eſt enim charilaginofa inferna palpebra. Cutis tamen indiuiſa ſeruanda eſt, Deinſ de labia exciſionis ſutura contrahenda . Sufficit .n. una ſutura iuxta partes marginis palpebrarum facta. Sic .n. incuruata & eleuata palpebra, ad internas partes reuertetur. Si uero cicatrix ex aliqua cauſa extra palpebram facta, palpebram euerterit, tollenda quidē eſt, uelut diſtū eſt, ex internis partibus palpebræ ſcaciola illa literæ Δ, figurā referens, nō profunda ſectiōne facta, & labia ſectiōnis uelut diſtū eſt, per ſuturam contrahenda. Poſtea cicatrice forniſecus per hamū diſtēta, acum duplex ſilum habentem, ſub totius cicatricis carnoſam molem tranſmittimus, à paruo angulo initium facientes, & ad magnū iplam acum ducentes. Deinde acu ſic poſita, ſilū utriſq; ipſius partibus ſubiicimus, & per ipſum totam carnoſam cicatricis molem diſtēdimus. Et ſic ipſius exectionem facimus, tollentes ſimul cū carnoſa mole, etiam infixam acū . Poſt chirurgiā autem, externā ſectiōnem linamentis diſparamus, & cōduplīcato linteo ex frigida aqua impoſito, deligatione utimur uſq; ad tertiam, frigida irrorantes, & linteum cōplicitū incumbere ſinentes. Tertia uero die ſoluimus, & ſpōgias ex aqua tepida adhibemus. Fomentū enim

in his

in his nō conducit. Cauere enim oportet, ne forte glutinatio intrinſecus non ſuccedat. Poſtquam uero exciſerit futuræ, corporibus glutinatis, de cætero impauis de fomentum adhibeatur, ad hoc ut etiam cicatrix tenuior fiat, & oculus mitigetur. Deinde reſreſiua collyria palpebræ intrinſecus ſublinātur. Externa uero ſectio diſparata ſeruetur, per omnē curationem mollioribus pharmacis adhibitis. Contingit enim ex intrinſeco cutis incremēto, auxilium quoddam, ut palpebra intro uertatur . Si uero propter carnis in angulo magno incrementum, facta fuerit palpebræ euerſio, exciſo eo incremento, palpebra ad naturalem habitum reuertetur . Cæterum illud noſſe conuenit, quod ſuperne palpebræ euerſio curabilis eſt . Sed & illa quæ ob infernæ palpebræ reſolutionem contingit, ſanari non poteſt. Similiter & ea quæ propter reſectionem latioris ſcaciolæ in futuris deorſum uerſus cōtingit. Et quæ ob latam cicatricem ſit, ulceratione uidelicet prægreſſa, quemadmodum in carbunculis contingit.

De lagophthalmis. Demoſthenis. Cap. LXXIII.

Lagophthalmi appellantur, in quibus ſuperna palpebra reuulſa eſt, & apertus eſt oculus inter dormiendum, uelut in leporibus fieri ſolet. Cōtingit autē aſectio aliquando ex ſutura ſurſum uerſus, palpebra plus iuſto reuulſa, ut oculum cōtegere non poſſit, aliquando ulceratione ſpontanea prægreſſa, uelut in carbunculis. Curādi uero ſunt hi lūniformi ſectiōne in totam cicatricē facta, ut ſuperior ſectiōnis circunferentia ſurſum tendat, apices autem deorſum ad margines palpebrarū ſpectent. Poſtea ramētis linteolorū ſectio diſparetur, & palpebra deorſum detrahatur, & æqualis naturalis figuræ fiat . At uero in conuulſis palpebris qua parte contrahuntur, iſtic ſectio fiat, & palpebra ſimiliter laxetur. Verū in curatione fugere oportet reſiccantia medicamenta, & aquam muſſam. Adhibendum eſt

yy s autem

autem emplastrum tetrapharmacū, & succo foenigræ
ci perfundantur. Et in summa totus curationis ductus
laxatorius ac impinguans in his assumatur.

De lippitudine dura. Demosthenis.

Cap. LXXIIII.

Lippitudo dura est, quum palpebræ duriores fue-
rint, & ipse oculus durior, & ad motum pigrior fue-
rit, dolensq; ac rubicundus, & præsertim quum post
surrectionem ex somno, palpebræ difficulter aperi-
ri possunt, & nulla humiditas euacuatur, gramæ uero in
angulis consistunt parux, contortæ, subaridæ. Et quum
ipsas palpebras euertere uolumus, non facile à nobis
ueriti possunt, ob duriciam.

De lippitudine sicca. Cap. LXXV.

Lippitudo sicca est, quum subaridus factus fuerit
oculus, & pruriginosus, & leniter dolens, citra durici-
am palpebrarum.

De lippitudine scabra. Cap. LXXVI.

Lippitudo scabra est, quum anguli ulcerosi sunt, ac
rubicundi, & ualde pruriginosi, & palpebræ rubicun-
dæ, & lachrymæ salis ac nitrosæ destillant.

Curatio lippitudinis duræ, sicæ, scabræ.

Cap. LXXVII.

Prædictarum affectionū diligens cura habenda est.
Neglectæ enim suffusionum, glaucedinis, & lippitudi-
nis diurnæ, ulcerationumq; ac staphylomatum cau-
sa sunt. Curanda itaq; est lippitudo sicca, cum reliqua
corporis cura, etiam per ea quæ humiditatem ad oculos
prouocant, qualia sunt sicca pharmaca postea des-
cribenda, stratiotica appellata, & collyriū diacentetū,
ac similia. Dura uero lippitudo similiter curanda est,
per pharmaca humiditatem excernere potentia, subli-
ta Erasistrati liquida cōpositione ac similibus. Ad hæc
etiam molliētibus ac humectantibus utendū est, uelut
calidæ leniter temperatæ prolutione. Et fomentū per
spongias

spongias assidue adhibendū. Vitanda uero sunt phar-
maca frigefaciētia, meatus obstruētia, & agglutinatos
ria, & aquæ frigidæ affusio. Ex his enim oculus magis
induratur. Si uero simul fuerit scabra ac dura lippitudo,
(ex humorū enim acrimonia palpebræ indurari so-
lent, ut anguli quidē erodantur & ulcerosi sint, oculus
autem & palpebræ ægre moueantur & indurentur) in
talibus præmisso spongiæ fomento, primū per siccam
ad scabriciem paratū medicamentū, anguli contingan-
tur. Et moderato tēpore interposito, rursus spōgia fo-
mentum adhibeatur, & pharmacum humiditatem deo-
trahere potens sublinatur. Quale est Erasistrati liquidū,
& collyriū stratioticum, & diacentetū. Est autem cōpo-
sitiō sicci ad scabros angulos medicamētū hæc. Chal-
citudis crudæ ʒ. v. cadmiæ ʒ. v. Hæc trita in ollā indun-
tur, quæ addito operculo, gypso oblinitur, & in uas
acetū dilutū habens imponitur, ut olla forinsecus qui-
dem madefiat, nō diffuset autē in ipsam humor, & fini-
tur ad dies. vii. Deinde ficcatur in sole, ac teritur. Aliud
Philoxeni sicci, Acharistō appellatū, (eo quod digna
ipsi gratia referri non possit) ad corrosos angulos, &
scabras affectiones, & lippitudines siccas. Cadmiæ ʒ. ii.
chalcitudis crudæ ʒ. i. aloes obol. ii. æruginis obol. ii. pi-
peris grana. x. florū rosarum ʒ. iii. Tritis utere. Aliud.
Ad scabrā lippitudinem. Cadmiæ ʒ. i. aris usti ʒ. i. spice
nardi ʒ. i. piperis torrefacti obol. ii. Terito cū aceto in
sole, & siccato utere uelut pbato. Aliud. Menedis, ad
corrosos angulos, facit ad delachrymationem. Spodii
ʒ. iii. omphacii sicci ʒ. ii. spice nardi obol. iii. piperis
torrefacti grana. xv. tritis utere. Aliud. Cadmiæ sextans
tē, salis ammoniaci sextatē, folii malabathri sextatē, pi-
peris ʒ. i. utere. Aliud. Facit & ad carnis in angulo deo-
cremētū. Costi quadratē, aris sextatē, fuliginis cedriæ
ʒ. i. misce ac utere. Aliud. Ad scabras lippitudines, sycos-
ses, putredines, & carnē super ex crescētē. Cadmiæ ʒ. iii.
chalcitudis

chalcitidis ʒ.viii. piperis grana quinquaginta, spice nardi ʒ.i. Cadmiā & chalcitidem terito cum uino, & ubi siccata fuerint, nardum & piper leuissime trita adiicito, & in puluillum redactis utitor. Aliud Capitonis ad lippitudinem siccam, & corrosos angulos, ac oculos humectos, & palpebras ficosas. Cadmiā ad potulentā magnitudinem confringimus, deinde melle Africo subactam in fistile uas mittimus, & operculo foramen habente imposito, eoq; luto oblito, uas rectū inter prunas locamus, ac uentilamus. Quum autem albidior factus fuerit uapor exhalans, sublatam ollam aperimus, & cadmiā uino uetere extinguimus. Deinde eius accipimus ʒ.viii. aris usti ʒ.viii. stibii ʒ.iiii. Et armenii si affuerit ʒ.viii. & hæc contusa ac cribrata, cum uino uelut collyrium terimus, & resiccatum tollimus ac utimur, per specillum nucleum subnidentes palpebras, mane ac uesper. Nos autem cadmiā, & reliqua omnia simul adipe uiperæ subacta torrefacimus, & potestea uino extinctis siccatisq; ac tritis utimur. Aliud, Tomenti purpuræ ueræ ʒ.viii. cadmiæ ʒ. xx. aris usti ʒ.x. lapidis hæmatitæ ʒ. x. Omnia trita ac melle subacta, uelut prædictum est torreto, & extinctis uino, ac tritis & arefactis utitor. Aliud. Archigenis, ad omnia prædicta. Amurcam coctam terito cum melle, & utere. Utendum etiam collyriis & siccis medicamentis, infra inter multi usus pharmaca describendis.

De defluuio pilorum palpebrarum, quod uitium

& Madarosis, & Ptilosis, & Milphosis à græcis dicitur. Cap. LXXVIII.

Madarosis & ptilosis extremitatis siue marginis palpebrarum affectiones sunt. Et Madarosis quidem ipsū solum pilorū defluuuium est, ex acri fluxione obortum. In ptilosi uero & crassescunt & callescunt hæ partes, ut composita sit affectio ex madarosi & lippitudine dura, Quare etiam auxilia in hac similia sunt re-

latis

latis ad illam. Optimum autem est ad ipsos pilos, sic cum Philoxeni ad pruriginosos ac corrosos angulos. Facit & ad uisus hebetudinem. Cadmiæ ʒ.viii. salis ammoniaci ʒ.ii. croci ʒ.ii. spice nardi drach.ii. piperis albi drachmam.i. utere. Aliud stibium muliebre, facit ad corrosos angulos, ac ptilos. Stibii usti & lacte muliebri extincti drach. xiii. aloes, myrrhæ, spice nardi, singulorum drach. ii. ordeii usti leuissime triti drach. iiii. utere sicco. Aliud. Ad pilos & corrosas palpebras. Medullam bubulam ex anteriore dextro pede, cum fuliginine terito ac utitor. fuliginem autem sic facito. Papyrum pro funiculo lucernario in lucernam inde, & oleo sesamino repletum accende, & supra lucernam leue testaceum aut æneum uasculum pone, eoq; fuliginem excipe, & paulatim per prunam collige, ipsaq; cum medulla trita utere. Facit etiam egregie uituli coagulum. Aliud Sofandri, ad milphosis, & inueteratas affectiones. Facit etiam ad carnis in angulo incrementum. Cadmiæ, stibii, chalcitidis crudæ, misyos crudi, singulorum drach. viii. Hæc contusa & melle subacta torre uelut dictum est, deinde uino extinctis ac tritis, adice spice nardi drach.ii. croci torrefacti drach.ii. piperis drach.i. & simul contritis, utere. Cæterum similia ad ptilos, & corrosas palpebras facientia hæc sunt: Amurca cocta, lycium indicum, armenium quopictores utuntur: Nam cum aqua illitum consumit uiosos humores, & pilos naturales auget: Rubigo ferri ad multos dies in sole trita, & cum uino ac myrrha in collyria redacta. Spodiū ceparum succo exceptum.

De abscessu in palpebris. Demosthenis.

Cap. LXXIX.

Abscessus in palpebris internos, apice ipsorum inciso, & humoris expressione, curare oportet. Deinde de muria infundatur, & lana ouo imbuta imposita deligetur, Posterea die fomentū adhibeatur, & mel sublinatur

linatur, & de cætero collyrium repressum infillitur. Externos uero post sectionem & humoris euacuatio- nem, impositis linteorum ramentis ex melle, & addita lana deligabimus. Quicumque uero abscessus palpe- bræ chartilaginem corruperint, si quidem extrinsecus fuerint, eos possibile est ouo, ac melle purgatos, capi- tali sicco medicamento incarnare. Si uero intrinsecus fuerint, euerfa palpebra, & nudata chartilaginis parte derasa, æs leuissime trituma adhibeatur, & supra palpe- bram ouum cum uino & rosaceo cōquassatum impos- natur. Postera die fomento adhibito æs leuissime tri- tum inspergatur, & rursus supra palpebram ouum pos- natur. Tertia uero die mel palpebræ sublinatur. Et po- stea collyrium repressuum adhibeatur.

De calculo palpebrarum. Cap. LXXX.

Calculum in palpebris dicunt, quum euerfis palpe- bris, tofis similia circa ipsas extiterint alba ac aspera, na- rorū speciem præ se ferentia. Eorū curam facere oportet euerfis palpebris, & cute iuxta apicē tenui scalpro dissecta, ita ut per specilli concauitatē tumorem molis collectæ exscalpamus. Deinde æs ustum tritū adhibea- mus. Et ouum cū uino & rosaceo in lana exceptū im- ponamus ac deligemus. Postera uero die, eadem cura- tio repetatur. Tertia mel sublinatur. At uero in tofis fo- rinsecus palpebris innascētibus, post dissectionē & scal- pturam, splenium emplastri tetrapharmaci imposito.

De grandine oculi. Cap. LXXXI.

Grandine affici dicunt palpebras, quum euerfis ipsis rotundæ quadam eminentiæ pellucidæ grandini simi- les apparent, quibus distectis humor euacuatur similis candido oui. Curatio autem facienda est euerfis palpe- bris, & incisione per scalprum facta, ita ut humore ext- creto subiectum aridum pharmacum affricetur. Aris usti ʒ. ii. squamæ aris ʒ. i. sandarachæ ʒ. i. æruginis, sal- lis ammoniaci, croci, singulorum ʒ. iii. myrrhæ obolos duos,

duos, utere tritis. Fiunt etiam aliquando extra palpe- bras grandines subduræ, fabis similes. Has si quis uio- lentius contingat, dolores intentos inducit. Et quan- doque animi exolutionem. Has, autem curare oportet cute iuxta apicem incisa, & scalpura per specillum concuum facta. Sanatur facile mellis & ramentorum ex linteis impositione, & fomentis. Si uero pharmacis ad grandines uti uelis, his utaris. Fici syluestris gros- sos costos impone. Aut fici folia. Alia illitio optima. Pollinis tritici quadrantem, sulphuris uiui unc. i. terito cum aqua, & formato pastillos, ac utitor. Faciunt & ea quæ ad ordeola descripta sunt.

De ordeolo siue præputiolo. Cap. LXXXII.

Ordeolum, aut præputiolum uocant, quū in palpe- bris forinsecus iuxta pilos maxime suppuratū quod- dam tuberculum factum fuerit, figura ordeo simile. Facile uero curatur nuclei specilli calefacti fomen- to. Sed & ceræ albæ calidæ fomento id discuties. Aut de musca capite abiecto, reliquo corpore ordeolum confica. Aut galbanum mollium modico nitro ad- dito impone. Aut cū cera emollita parum misyos cru- di cōmolliato, ac imposito. Faciunt & ficus siccæ cum uino mulso costæ, & cum modo galbano tritæ. Aut sa- gapenum cū aceto tritum illine. Facit etiam ad grandi- nes. Fomentum uero loco adhibeatur per spongiam, & per panem calidū. Post humoris excretionem mel illinatur. Deinde collyria ulceribus commoda.

De gangliis, atheromatis, steatomatis, & melice- ridibus palpebrarum. Cap. LXXXIII.

Fiunt aliquibus extra palpebras etiam hæ affectio- nes. Curantur autem ganglia ceratis & malagmatis ad ganglia describendis, & aquæ calidæ affusione. Est enim nerui cōtortio ganglium: Melicerides autem, & parua steatomata, ac atheromata, curantur aliquando ustorio medicamento apici ipsorum imposito, donec incumbens

incumbēs cutis in profundū crustam accipiat. Deinde post crustæ casum, exscalpta tunica humorem continente per specilli concavitatem. Si uero tunica eximī non possit, per subiectum pharmacum erosiū consumatur. Sandarachæ drach. ii. arsenici drach. i. squame æris drach. i. ueratri nigri drach. i. elateri drach. ii. chartæ in cinerem exustæ, drach. ii. utere cum rosaceo. Magna uero chirurgia curantur, quemadmodum in reliquo corpore ex fundo ablata, unā cum tunica humorem continente. Deinde labia cutis per suturam contracta curentur, uelut in sutura palpebrarū sursum uersus fieri solet. Cauendum autem ne lata fasciola cutis in chirurgia auferatur, ut ne lagophthalmi fiant.

De uaricibus palpebrarum, & malignis agnatis eminentiis. Cap. LXXXIII.

Varices in palpebris ne cures: Sunt. n. maligni. Neque etiā agnatas eminentias in palpebris tumidas, dolētes & subrubras, & ad digitorū cōpessione in seipsas se contrahentes. Sunt. n. etiā hæc malignæ ac incurabiles.

De Ægilope. Seueri. Cap. LXXXV.

Ægilops abscessus est iuxta magnum angulum. Est autem affectio ægre curabilis, propter corporū tenuitatem subiecto osse corrupto. Ob situs autē uicinitatem etiam ipsi oculo damnū infert aliquando, per naturale paruum iuxta angulum foramē. Incipiente itaq; inflāmatione, statim in prima die conandum est ut repellatur, ipso solo inflāmato loco illito ex collyrio Antonino, aut alio quodam uehementer repellente, ac stupesciēte. Solet enim hæc illitio id quod cōfluxit dissiipare. Si uero perseverarit inflāmatio, tentandū est ut similiter uelut aliæ inflāmationes curentur, per disculforia medicamēta, quæ citra mordacitatē agunt. Coasficitur enim oculus ex acribus, & in ipsa affecta parte inflāmatio augetur. Nos autē in inflāmationibus nō dum trāsmutatīs, ex emplāstri Barbari, aut Leænz, aut Athenæ,

Athenæ, aut ex salicibus, aut ex aceto & oleo parati usu, abscessum discutimus ac resiccamus. Asclepiades autem ad ægilopas pharmaca talia conscripsit. Succus illecebræ, quam quidam portulacam syluestre uocat, aut semperuiuum paruum, succi solani, singulorū sex uncem, thuris 3. viii. galbani sex uncem, mastiches quadrantem, thus tritum cum succis coquito, & ubi dissolutum fuerit galbanum præmolitum adiecit. Mastichen enim improbamus. Aliud Thuris 3. viii. myrrhæ 3. viii. ladani 3. i. ceræ 3. viii. aluminis scissi 3. iii. spumæ nitri 3. iii. coaguli leporis 3. iii. Tūdito, hoc pharmacum, & cum fece ugenti irini emollito. Si uero uictis disculforiis medicamentis inflāmatio suppurabitur, quā celerrime secare oportet, & humorem euacuarē, ac subscriptis uti. Bdellii, myrrhæ, ladani, spumæ nitri, colophonix, singulorum drach. iiii. ceræ 3. x. ungenti irini quantum latis est. Alii pro colophonix, oleæ folia trita habent. Et cum axungia ægilopi imponunt. Et sordes subalares ouium cum axungia eodem modo. Aut ueratri nigri radicem madefactam impone. Aut perdicium herbam pro cataplasmate adhibe. Aut farinam erui cum melle. Aut cinerem lignorum uitis aceto subactum impone. Aut staphidem syluestrem & ammoniacum thymiamā cū melle impone. Aut alumen scissum cū terebinthina uelut spleniū impone. Si uero ad angulum perferit, ad superficiem autem omnino non processerit, tunc scalpro ad uenæ sectionem, aut pterygiis destinato, mediū anguli corpus diducere oportet, & bonam carnem ex profundo producere. Deinde ipsam enatam carnem resiccarē. Id quod continget si penitus non pingua loco adhibuerimus. Quare sanē in principio post apertionem lenticula cocta, aut malicorio cum melle utemur. Resurgato uero loco, & nascente iam carne, uitrum leuissime tritum, siccum inspergimus, & in eius usu per-

feueramus usque ad absolutam curationem. Est enim admirandum auxilium, cuius efficacia satis expedit non potest. Sed & alumen scissum leuissime tritum, & modica terebinthina exceptum, ad emplastri formam, purgat & incarnat ac cicatricem tuto inducit. Oportet autem & in ulceris cauitate de pharmaco indere, & fornicus paruorum splenium ex ipso imponere. Profecto nos hoc curationis ductu usi, alio auxilio ad recentes ægilopas non indiguimus. At uero quæ ab antiquis ad hanc affectionem descripta sunt auxilia, huiusmodi sunt. Ægilopa curant, si non per profundum corruptum fuerit os, chamæmeli folia commansa imposita. Aut maluæ folia commansa cum sale impone. Post apertionem uero ipsa malua trita utere usque ad cicatricem ductam. Aut solanum maxime halicacabum, aut myrrum commansam impone. Aut cenanthes, aut auriculæ muris folia. Facit & ægilopis frumetacei succus cum farina frumeti impositus. Et plantaginis folia manducata ac imposita. Thus item & columbinum stercus commiscetur ac imponuntur, & lapidescunt ac inhaerent usque ad inductam cicatricem. Aliud. Proposim terebinthinam & thus, paribus portionibus splenio illita adhibe. Facit & siccum pharmacum ex eruo cum melle. Aliud. Fel porci fumo resiccatum terito, ac exulcerato ægilopi imposito. Aliud. Thus tritum pice liquida excipe, & emplastri forma impone. Incipientes enim ægilopas hoc pharmacum dissipat. Iam uero ruptos sanat, ulceri inditum, & superimpositum. Aliud ad ægilopas experientia cognitum. Itemque ad strumas. Radicem liliu recentem ad emplastri formam terito, & imposito. Rumpit enim & repurgat & usque ad perfectam curationem cicatrice includit.

De uestione Ægilopis. Cap. LXXXVI.

At in quibus affectio diurna os corruptit, aut ad angulum in fistulam abiit, cicatrice superficiei, inducta,

in

in his triangulari incumbentis carnis detractioe facta & angusta sectionis parte ad angulum adaptata, & deinde spogia oculo imposita, cauteria ignita ipsi sectioni adhibemus, usque ad os squamæ remotionem inurentes, ita ut etiam obliquas in ulceris cauitate partes, & maxime supernas inuramus. Si enim post primi cauterii admotionem spectaueris, apparebit tibi angustissima cauenucla, quæ superne ex obliquis humorem ulceri transmittit, uelut lachrymam. Quare oportet cauterium cauenuclæ fortiter apprimere. Et ubi sufficiens facta fuerit uestio, lenticulam coctam cum melle adhibere. Elapsa uero crusta, & ulcere aliquo modo purgato, alumen scissum tritum terebinthina liquida exceptum modica, ut emplastri forma fiat, cauitati ulceris indimus, & splenium ex eodem factum, supra ulceris cauitatem imponimus. Celerrime enim repurgat, incarnat, & cicatricem inducit. Probe etiam incarnat uistrum leuissime tritum inspersum. Vtere, & probabis.

De anchilope. Cap. LXXXVII.

Circa prædictum locum ubi ægilops sit colligitur etiam lentus humor melleus aut pultaceus: plerumque in tunica contentus, dolore non inducens, paulatimque augetur. Curatur autem chirurgia, quemadmodum etiam reliqua circa corpus atheromata, ita ut superficialis dissectetur, & subexcorietur, & tunica humorem continens funditus tollatur. Post sublationem autem ipsius, quo secunda curatio fiat, & affectio non regeneretur, cauteriis ignitis crustas loco inurimus: Et deinde lenticula cum melle curamus. Elapsa uero crusta, alumine cum terebinthina, uelut antea dictum est, usque ad cicatricem ductam.

De carnis in angulo magno decremento.

Cap. LXXXVIII.

Carnis in angulo oculi magno imminutio ac decrementum fit, quum exulceratione, aut pterygii,

aut incrementi carnis ablatione, totus angulus fundi
 tus fuerit sublatus, & allabentem lachrymam continere
 non poterit, sed ad malas defluit. Cōtingit hoc etiam
 aliquando ex male curatis ægyptopis. Et uocatur hoc
 uitium græcis Rhœas. Dicitur autem etiam Rhœas
 des, qui ob asiduas fluxiones oculorū, semper lachry
 mētur. Curadi uero sunt illi quibus angulus funditus
 sublatus est, adhibito pharmaco locos densare potēte
 ac cōsolidare, quale est quod tephrum dicitur. Si uero
 callus fuerit, præirritare oportet per aliquod acrius me
 dicamentum, sed et chirurgia utendum est. Collum. n.
 fascia circumdata cōstringitur, & uas circa nasum nota
 tur. Deinde uas illud scalpro biāgulari dissectur. De
 inde spongia oculo imposita, cauterium loco apprimi
 tur, non usque ad os, sed ut cutis & sectio solū flammam
 sentiat. Sit autem cauterium triangulare. Postea
 lenticula cū melle adhibetur. Vbi uero pura facta sunt
 ulcera, oculus disparatus seruatur. donec angulus carne
 pura fuerit repletus, ut ne cōcretio fiat. Probe facit
 in ipsis etiā alumē cum terebinthina. At uero oculos
 præ diuturna lippitudine sētēs, aut humectos, curare
 oportet præ omnibus aque potu, & parco cibo, exerci
 tiisq; ac deambulationibus, & capitis frictione ac rasura
 & frigida perfusione. Est & diætā optimi succi ac in
 crassate utēdū, et oculi sublinēdi ex medicamētis mea
 tus obstructiuis, frigefacientibusq; ac adstringētibis.
 Post aggressionem uero frigida aqua & posca oculi
 proiciantur. Optimū autē pharmacū ad hos experimē
 to constans hoc est: Plantaginis folia exsuccato & ex
 colato, ipsūq; succū in fictili nouo ad solē exponito,
 & linteo tenui puro uelato, quotidieq; agitato et relic
 catū tritū reponito, et pro collyrio sicco utitor. Stybiū
 ad anguli magni decrementū Alexandri regis ualde
 bonum. Facit etiam ad ptilosis palpebrarum. Terræ
 ampelididis, croci, nardi celticæ, æquales portiones tu

fas melle subigito, & in ollam missa, addito operculo
 foramē habente, eoq; oblito, prunis imposito, & nō
 uentilato. Quū autē non amplius caliginosus uapor
 per foramina exhalarit, ab igne tollito ac frigefieri fini
 to. Deinde tusa, cribrata, ac trita in tenuissimum pul
 uillū pro stibio adhibeto. Aliud. Stibiū ad Rhœadas.
 Aeris usti sesquitiā, stibii sexquitiā, croci ʒ. i. spi
 cæ nardi ʒ. i. folii malabathri trientē, rosarum uiridiū
 sesquitiā. Reliqua leuissime terito. Deinde rosas per
 se bene leuigatas aridis unito, & simul tritis donec sic
 centur utitor. Aliud stibiū multa experientia cognitū.
 Aeris, cadmiæ, stibii, singulorū sextantē, piperis grana.
 xiiii. chareophyli ʒ. i. spongiarum nouarum quadrans
 tem, mellis quantum satis est. Aeris, cadmiam, stibium tu
 sa sufficiente melle subigito. Deinde ipsa spongia ex
 cepta in ollam mittito, oblito, urito. Et ad cinerem
 exactissime tritum piper & chareophilum adice, &
 tuis, cribratis rursus exactissime tritis utere.

De his qui tempora inurunt. Cap. LXXXIX.

Quidam barbaris legibus seruietes: in diuturnis
 oculorum fluxionibus, tempora inurunt, aut per phar
 macum, aut per medullam lignorum nucis iuglandiis
 quod hyscas appellant. Quidam etiam ferrum candens
 faciunt & ustionem perficiunt. Ego itaque eiusmodi
 affectionem ex temporum ustione constatam uidi. Hi
 enim immodeste pharmaco usi, & ustione usque ad
 profundum facta, unā cum alienis humoribus, etiam
 naturales consumperunt, & ad extremam siccitatem
 oculum dederunt, & non intelligebant se morbum
 incurabilem præparare. Quid enim aliud contingere
 poterat, quam quod hic contigit: Primum dolor mor
 lestus & immodicus ardor. Quum igitur tentassemus
 per collyria obundere dolores, amplius ægrum gra
 uauimus. Liquidum enim collyrium oculo illitum, ue
 lut arenulas quasdam producit, ab immodica calidi

tate torrefactum. Et quū rursus per ouū mitigare uel
lemus, rursus per caliditatem etiā ipsum crassefactum
est, & uelut ad membranas quasdā redactū quæ ægre
ab oculis secedebāt. Sed & lacte usi sumus, & ipsum si
militer inspissabatur, & i summa, uelut ab igne humo
res coacti inspissabātur. Proinde multo labore insum
pto, quū foenigræci succum instillassemus, moderate
dolorem mitigauimus. Nā & hic à morbo superaba
tur. Postea uero rationē ducē sequuti, ad rosacei usum
deuenimus, tepefacientes hoc ac infundentes, ut etiā
gger nobis absentibus, ipsius solius usu ab accedētib⁹
alleuaretur. Quin & ad alia multa utile nobis uisum
est rosaceū ad oculos. Si enim ex natura siccitas affue
rit, ut ægre, mobilis & penitus lachrymarum exors sit
oculus, etiam his cōmodū est pro collyrio sublitum.

De arteriarum sectione. Seueri. Cap. XC.

In chirurgiis circa caput & frontem, unus genera
tissimus nobis scopus est, ut ægrum à fluxionis affe
ctione liberemus. Verū priuatas & uelut particulares
aggressiones facimus, propter uires, propter acciden
tia, propter locos, propter materiæ fluxionū qualita
tem. Quum igitur arteriarū genus, unum sit, loci uero
diuersi, nunc de posterioribus expendemus. Hęc enim
uelut principia quædam earum sunt, quæ circa super
ficiem capitis existūt. Cōuenit igitur in magnis dolo
ribus, cario, staphylomatis & prolapsibus, arterias in
posterioribus capitis partibus secare. Statim. n. utilita
tem inde percipiunt ægri. Præradendū autem sunt lo
ci, & sic pulsus exacte per tactum notandus, & spatii
dimetiendum ab auribus trium digitorum, ad caluā
posteriorem appellatam. Conuenit autē secare non
oblique, sed transuersim, usq; ad os, & mēbranā caluā
ambientē exactissime radere, & sanguis excretionem
usq; ad animi deliquiū expectare, in quibus uidelicet
uires robustæ sunt, & dolor uehemens, Sic enim soā

pies

pies accidens symptoma. Deinde cuneolum sectioni
parem indimus, & linamēta conuulsa plurimo cuneo
lo imponimus & lanæ hapsō posca imbuto pro lina
mentorū custode utimur. Deinde ligamēto utimur
sufficenter adstringētes, & ad frōtem ambo principia
ducentes ac deligantes. Postera die uino & oleo liga
mentum rigamus, & non soluimus. Tertia die solui
mus, & uibices moderate proluimus, & os deradi
mus. Et postea quoq; olsis rasura utimur, & hoc faci
mus, usq; ad quatuor aut quinque dies, donec os san
guinem emisserit. Hoc enim signum est sufficientis
rasuræ. Cæterum medicamentis quæ linamentis illi
nuntur utendū est in his, ex pumice & cera ac oleo pa
ratis. Et postea cephalico sicco appellato ex eruo utē
dum est. Sed & id quod à nobis præparatur unice ad
hos facit. Statim enim post olsis rasuram impositum,
carnē producit. Accipit autē farine triticæ tenuissimę
partes. ii. colophonię liquidissimæ partem. i. Hoc ubi
siccum inspersum est linamentis & splenio, cultos lina
menti adhibendus est. ex aliquo pharmaco è cerussa
parato. Nam & ad cicatricem inducendam confert.

De caluariæ circuncisione. Cap. XCI.

Sed & caluariæ circuncisionē, periscyphium grę
cis dictum, assumimus, in quibus diuturna & tenuis
oculorum fluxio existit, & multa uasa fluxionē dele
gantia. Oportet igitur rasos locos notare, ut ne in co
ronalem suturam, aut temporum musculos, sectio
fiat. Facienda autem est sectio paululum supra frontē
transuersa initio à tempore ad tempus facta, ita ut mē
brana caluam ambiens simul dissecetur, & diligenter
radatur. Deinde cuneolis sectioni inditis linamēta ad
hibemus, & reliqua consequenter facimus, uelut præ
dictū est in arteriarū sectione assumpta ex uino & oleo
irrigatione. A tertio die curatio suppuratoria fiat. De
inde ea quæ reficcationē pmittit. Si quidē igitur à so

lo incipite oculi fluxione infestatur, predicta sectione contenti sumus. Si uero una cum supernis uasis, etiam ex temporibus fluxio feratur, post factam relatam supernam sectionem, alias duas luniformes assumimus, unam ab utraque parte. Habeat autem principium, tum ea quae à dextris sit, tum quae à sinistris, à principiis transversae sectionis superne factae, ita ut ex supernis ad tempora deferatur, usque ad medium frontis. Procedant autem luniformiter ad supercilia conuersae, ut ne temporum musculos iniuria afficiant. Sit autem figura trium harum sectionum similibus litterae graecae π. ita tamen ut apices ad internas partes incuruatos habeat hoc modo ☽. Oportebit autem & hic cuneolos sectionis indere, & consequentia facere, uelut antea dictum est: Porro dicitur Aethiopus à natiuitate frōtem circuncidere, ut ne oculorum fluxione infestetur.

De frontis per submissum scalpellum excoriatione. Cap. XCII.

Frontis per submissum scalpellum excoriationem hypospatium graecis appellatum, assumunt qui de formitate cicatricis maximae per circulum fientis in frontis circuncisione, deuitant. Verum haec curatio imperfectior illa est. Vnde magis frontis circuncisione pericyphismo appellato utendum est, ita ut rei magis necessariae curam habeamus.

De uasorum sectione. Cap. XCIII.

Vasorum sectionem assumimus uno oculo affecto, & in oculorum perpetuis lachrymis, & in hemiplegia, assumimus autem in his, quibus manifesta & eleuata sunt in fronte uasa. Vas uero atramento notamus, & summis utriusque manus digitis, frontis cutem ab utraque parte nota parte eleuamus, superficiali sectionem in ipsam notam, ex directo uasis facimus. Et rursus paulatim subiacentes cuti membranas diffecamus, donec nudum uas apparuerit. Atque sic hamulis duobus trans fixis labia sectionis eleuamus, & paulatim per scalpelli sub

subradentes, uas à circumstitis membranis liberamus. Et cepto hamulo subiecto, uas ex profundo attollimus, & ita eleuato acum duplex filum habentem submittimus, & mox ablata acu filum dimittimus. Idem etiam in altero uasis termino facimus. Et postea uas perpingimus, & euacuationem fieri sinimus. Sufficienti uero sanguine euacuato, utroque termino uasis, per subiecta iam fila deligamus, & medium ipsius refecamus: atque ita linamentis inditis, & hapsio lane ex aqua frigida imposito, deligatioe utemur. Postera die uino & oleo irrigamus. Tertia uero exoluimus, & moderata perfusione facta, linamenta ex aqua multa indimus, donec exciderint fila. Et usque ad perfectam incarnationem eadem utimur. Est enim bonum auxilium. At uero cicatrices inductionem per emplastrum melinum facimus aut per id quod ex cadmia paratur. Leonides porro, soleo inquit, ubi mixta est fluxio, & à frōte, & à musculis temporum, iuxta paruos oculorum angulos temporibus uicinos, supra fines superciliarum crustas inurere per cauteris nucleiformes, id uehementer cauens ut ne temporum musculos contingat. At in fluxionibus à incipite, constringo collum, & uasa in frōte magis eleuata noto, & haec ipsa praerasis pilis inuro. Illitio ualde celebris ad diurnas fluxiones. Viperarum capita in olla probe exurito, & cinerem cum lupinorum amarorum decocto tritum temporibus illinito. Et miraberis de medicamenti efficacia.

De musculorum temporum cataplasmatibus, agglutinatoriis, ac illitionibus. Seueri. Cap. XCIIII.

Quandoquidem fluxiones ad oculos ex superincumbentibus locis suppeditantur: Nam hemiplegiae, & caries, & fluxiones capitis, dolores oculorum auerunt: operae precium esse puto etiam ad hos pauca auxilia referre. Vtendum igitur est agglutinatoriis & illitionibus, uelut dictum est, in his quibus oculi fluxione

infestantur, & in quibus uasa circa frontem ac tempora eleuata distenduntur. Nam si influxio non ex uasis circa frontem, & tempora, ac palpebras contingit, sed ex profundius sitis, agglutinationes & illitiones magis lædunt. Insuper autem si citra inflammationem, fluxiones oculorum fiunt, agglutinatoria ipsas cohibet. Si uero inflammatio affuerit, humores ex circumsitis locis ad inflammatos impulsos, per compressionem magis distendent. Itaque agglutinatoria ex similigine & ouis ac thure composita uitanda sunt. Resiccata enim distendunt uasa, & fluxiones augent. Quæ uero mollia permanent, aut distentionem non efficiunt, & tunc frigidityate, tunc adstrictione, uasa deprimunt, his utendum est. Si calida fuerit intemperies, quæ lædit, Crocum, opium, myrrham, thus, ex aqua trita, & ad frigiditatem spissitudinem redacta illinimus, & statim inducto somno, dolorem depellimus. Idem præstant & fluuiatiles stratiotæ cum aloë contriti. Sed & polygonum cum mastiche tritum ac illitum, dolorem mitigat, & mandragoræ cortex cum thure mirifice facit. Et mastiche cum succo brassicæ illotæ trita mirifice resiccant. Item fabrorum fuligo, quæ uulcaniam appellant, leniter cum ouo subacta. Et calx uiua cum ouo in frigidis intemperiebus. Et hirundinum sterminus cum mastiche & oui candido.

Totius capitis illitiones. Seueri. Cap. XCV.

Totum caput intemperie calida affectum, acacia, cum uino trita illinendum est. Nam acetum in huiusmodi capitis illitionibus uitare oportet. Facit & Samia terra, cum plantagineis aut solani succo trita. Si uero frigidior fuerit causa, ut æger clare frigiditatem in capite sentiat, & lachrymas frigidas deferri, contraria calidæ affectioni auxilia adhibenda sunt. Nasturtio enim cum ouo tritum multum profecimus. Et per erucæ semen cum aceto tritum idem effecimus. Sed & thapsia cum sumpsi aceto trita, magnopere prodest. Et cocleæ Aphricæ

næ cum thure ex aceto tritæ, multam fluxionis illationem relidunt ac excidunt. Et hirundinum nidus cum stercore in ipso reperto, aceto subactus graues dimidiæ capitis dolores sanat. Et euphorbium cum aceto tritum. Vtere etiam smegmatis & puluillis inspersilibus, supra ad diuturnum capitis dolorem descriptis.

Cataplasmata oculorum lippientium. Dio-
scoridis. Cap. XCVI.

Cataplasmati uice imposita mitigat oculorum inflammationes, folia rubi aut auriculæ muris, aut tribuli uiridis, aut portulacæ, aut semperuiui, aut polygoni, aut intybi, aut coriandri, aut cupressi. Aut hyoscyami folia trita. Aut cucurbitæ ramenta. Aut peponis caro. Aut calicum papaueris decoctum assutum. Aut ipsi calices codi triti impositi. Commodus est etiam panis aqua madidus tritus cum modico rosaceo impositus. Et ouum cum rosaceo ac uino compositum, & hapso lanæ exceptum ac impositum. Aut ouorum assatorum uel coctorum uitellos, cum modico croco, & opio phaseoli magnitudine, ex sapâ tere ac impone. Aliud Asclepiadæ, ad maximos humores influxus ac dolores. Rosarum siccarum 3. i. opii 3. i. croci draci. efforma in pastillos cum passo in quo melis lotum coctum est. Et usus tempore ex ipsis terito cum passo, & ammixto pane imposito. Aliud ad maximos dolores ac uigilias. Psylli semen in feruentem aquam coniectum, paululum finito. Et ubi dissolutum fuerit conuassato ut emplastri formam acquirat, & ex eo oculum integito. Sua uenim somnum inducit. Aliud demosthenis, ad dolores & prolapsus oculorum, egregie facit. Calices papaueris in aqua mulso coquito, & ipsos quidem expressos abiicito, aquam mulsam autem triticeo, aut ordeaceo polline ammixto imposito, modico etiam rosaceo adiecto. Aut polente florem, pro polline, aut panem puram accipito.

Cæterum

Cæterum cataplasmata omnino tempora compræhendant, & supercilia cū fronte . Solā autem supernā palpebram cataplasmate integimus, infernam non comprimētes, quo aperiri oculus possit, & lachrymā illatā excernere. A sīdūe uero permūtetur, & maxime æstas te, ut ne feruefacta exacerbent. Ad contactū autē summe tepida apponantur: hyme uero leuiter calida.

Illitiones oculorum. Cap. XC VII.

In uehementibus doloribus palpebras forinsecus illinire oportet, maxime quidem collyrio Nili ex rosis, aut aliquo dolore eximente ex croco parato, aut croco trito cum modico papaueris succo, affuso lacte aut hyoscyami succo. Alia illitio. Asclepiadæ, ad doloris uexationes . Aloes, lycii indicii, rosarum uiridum, croci, opii, myrrhæ, singulorum æquales portiones terito cum uino, & formato pastillos, ac siccato in umbra . Vsu uero expetente, passo dilue, & oculus ac tēpora illine. Alia illitio repulsoria optima. Foliorum mali ficcorum tusorum ac cribratorum lib. i. myrrhæ sextantem, glaucii sextantem, gummi sexuncem, Excipe aqua . Illitio Asclepiadæ mordax, euestigio fluxionem compescens . Facit & ad lippitudines scabrosas. Æris usti ʒ. iiii. croci ʒ. iiii. piperis ʒ. ii. opii ʒ. ii. gūmi ʒ. iiii. Excipe aqua. Hæc forinsecus illita maximos humorum illapsus relidit . Verum uitare oportet ne quid de pharmaco in oculum præterlabatur . Aliud phloginum inscriptum linimentum . Æris usti ac loti ʒ. xii. croci ʒ. vi. piperis ʒ. iiii . myrrhæ ʒ. iiii. opii ʒ. iiii. gummi ʒ. xii. Terito cum uino ueteri odorato adstringente. Alia illitio ex sandyce, ad perfrigerationes & resolutiones palpebrarum, quales contingunt & in his qui canino more conuelluntur. Facit etiam ad acuedum uisum ante balneum illita. Sandicis ʒ. xiiii. croco magmatis ʒ. vi. piperis ʒ. iiii. gūmi ʒ. vi. Excipe aqua. Aliqui adiiciūt etiam opobalsami ʒ. iiii. & illinunt ad hebetudinem uisus.

De aridis collyriis. Galeni. Cap. XCVIII.

Ex aridis pharmacis quædam affectionem in oculis congregari prohibent, humorum uidelicet influxiones impediunt, ex quibus oculi affligi solent. Præstantissimum autem ex his apparuit, & experientia iudicatum est, quod ego composui, inquit Galenus: & ob id apud multos in usu est, ac ferè per omnes gentes quibus Romani imperant. Ac primum sanè ipsius compositionem scribam quum præstantius esse putè, nullis omnino affectionibus corripì, quàm eas quæ iam præoccuparunt sanare. Utilissimum autem est sanis oculis pharmacum. Vritur lapis phrygius in fabaceas magnitudines contractus. Eum uero in ollam nouam missum, deinde forinsecus luto oblita olla, addito operculo foramen habente, eoque oblito, ollam prunis imponimus. Quum autem lapis ignitus factus fuerit, tunc iam ollam in aliud uas purum euacuare oportet, & recenti butyro extinguere. Facta autem extinctione, rursus in eandem ollam missum, prunis adhibemus, ac uentilamus. Ignito uero lapide, ubi purum uaporem efferri uiderimus, rursus euacuatum extinguimus uino ueteri fuluo odorato . Deinde rursus missum in ollam lapidem, tertio urimus, & rursus extinguimus melle Attico non multo. Postremum autem melle extinguitur, ut mellis qualitas in lapide permaneat. Cæterum diebus trita ac prælaugata in promptu habere oportet, ita ut in tenuissimum puluerem redacta sint subscripta. Æris usti unc. i. piperis albi ʒ. i. folii malabathri unciam. i. stibii ʒ. xii. His ammisce lapidis usti, tusti, cribrati ac triti lib. i. Et postquam omnia simul probe fuerint unita, & reponere medicamentum uoles, adice opobalsami primarii drachm. xii. Sit autem opobalsamum tenue, & pellucens compage, non crassum. Impedit enim crassitudo, ne siccū pharma

pharmacum euadat. Utendum autem est ipso ad palpebras solas, inducto specillo citra tunicarū oculi contactum. Iubendusq; est homo cui hoc sublinitur palpebras apertas habere. Hoc itaq; a me compositum est, non permittens hominē qui ipso recte utatur, oculorum lippitudine apprehendi. Stibium ornādis palpebris preseruatiuum, pueris maxime commodum. Stibii ʒ. xvi. plumbi usti ac loti ʒ. viii. squamæ æris ʒ. i. croci ʒ. i. florum rosarum myrrhe, spicæ nardi, thuris, piperis, singulorum drach. i. palmularum ossa decem. Omnia in hētile uas coniecta diligēter torrefacito, deinde inde tuis ac tritis opobalsami primarii compage tenuioris cochlearia duo adiecto: Et tritis ac siccatis utitor. Aliud Seueri, facit ad oculorum & palpebrarum pulchritudinem. Stibii quadrantem, purpuræ ueræ ustæ sextantem, spicæ nardi unc. i. Vtere. Stibium ornans palpebras. Stibii usti & loti ʒ. viii. ossium palmularum ustorum ʒ. viii. atramenti lutorii drach. ii. nardi celticæ ʒ. ii. Vtere, constat experimento. Aliud, faciens ad decorē, angulos rarefactos, ac humectos moderate resiccans. Cornu ceruini usti, purpuræ ustæ, singulorum drach. iii. foli scylmatis unc. i. Vtere. Stibium optimum ad tenuem fluxum, & corrosos angulos. Nutrit hoc etiam oculos debilitatos, in multis affectionibus comprobatum, & mirifice omnibus se opponens. Facit etiam ad ornatum. Inductum enim multo tempore in angulis permanet. Habet autem hoc modo. Carnis purpuræ torrefactæ ʒ. iiiii. succi anemones ʒ. vi. stibii usti & uino extincti drach. iii. succi baccharum sambuci ʒ. iii. spinæ ægyptiæ ʒ. ii. ordeī usti ʒ. ii. gallarum nigrarum drach. ii. acaciæ drach. ii. mororum rubi aridorum tuorum drach. iii. costi tusi drach. iii. folii tusi drach. iiiii. Singula seorsim terito, & simul in uase plumbeo reposito, ac utitor. Aridum Darnai, quod uelut res sacra in regia urbe uenditum est

numis

numismatis. cxx. & cum multo labore ab eo impetratum. Præseruat ab omni lippitudine, palpebris inductum. Æris usti unc. i. ungues siue onychas aromaticos ustos magnos tres, piperis grana. xxi. ordeī usti grana. xxi. palmularum ossa usta. ix. æreas mulcas. xxi. folii ʒ. ix. sanguinis draconis ʒ. iiiii. Æs accipe quod ab æreis uasis deraditur, & in hētile uas missum ac prunis impositum, ad triduum ure, ita ut quotidie ter ipsum uirna pueri incorrupti extinguas, & postremū aqua dulci. Æreas aut mulcas accipe ex locis ubi boues degunt, aut si ibi non reperias, ex mortuis animalibus. Aliud palpebras ornans, pharmacū quod prospere accōmōdatur. Facit & ad diuturnas lippitudines. Stibii usti & uino extincti ʒ. iii. plūbi usti ac loti drach. viii. fuliginis thuris, spicæ nardi, myrrhæ tostæ, croci tosti, squamæ æris, & singulorum ʒ. i. Tritis utere. Aridum ad angulos calidiores & rubicundos ac exasperatos: Seueri croci drachm. iiiii. cadmiæ lotæ drachm. ii. cerusæ drachm. i. Aliud Seueriani cerusæ bellem, cadmiæ trientem, salis ammoniaci sextantem, piperis sextantem, folii trientem. Aliud palpebras ornans, facit & ad lippitudinem siccam. Sanat etiam omnem lippitudinem, post mitigatos dolores illitum. Æris usti leuissime triti unc. i. cedriæ puræ trientem. Æs cum cedria ad strigmentitiam spissitudinem terito, & in arundinem mitto, & hanc obturatam forinsecus totam luto oblinito, & in clibano prunis obruito, & per diem ac noctem finito, & exemptam terito, & collyrii Pelarii drachm. xxxiiii. adiecto, & croci drach. ii. & folii scrup. ii. Et utitor. Aliud siccum collyrium celebre, resiccans multas fluxiones, & uisum acutens. Optime quoque attenuat cicatrices. Æruginis unc. i. cadmiæ unciam unam, chalcitidis unc. i. stibii unc. i. mellis mensuram congruam. Omnia leuissime trita, & melle subacta, in ollam mitto, & addito

addito operculo foramen habente, oblitino, ac urito donec tenuis uapor progrediatur. Deinde exempto ac trito utere. Quod si ipsum paululum mordax face re uolueris, post unctione adice piperis gra. xxv. Aliud aridū ualde bonum: Cadmiæ sextantem, mellis sextātem, aris usti 3.iiii. salis ammoniaci 3.ii. piperis 3.iiii. spicæ nardi 3.ii. Cadmiā leuissime tritam melle subige, ure, & uino austero extingue, & cum reliquis tere ac utere. Est delachrymatium. Facit & ad asperas palpebras. Aliud siccū ad lachrymantes oculis, & eos qui à longa lippitudine non probæ sanati sunt. Est etiam præoccupatium. Cadmiæ 3.viii. aris usti 3.viii. stibii 3.iiii. Cadmiam cum ære in frusta crassiora cōtusam, & melle subactam in olla exurita, uelut antea dictum est, & uino ueteri odorato extinguito, ac siccato. Et de inde stibium per se ustum in olla ammisceto, & tuis cribratis ac tenuissime tritis utitor. Quidam etiam armeniaci 3.ii. ammiscent. Hoc siccum pharmacū sæpe cum uino uelut collyrium cōtrui, & siccato usus sum, inducem ipsum palpebris mane & uespero. Aliquādo autem etiam stibii 3.viii. inieci. Aliud siccum croceū, procatalepticon, id est, præseruatium. Aloes, croci, glauci, sarcocollæ, singulorum unc. i. leuissime tritis utere. Aliud, quo utor, & affectiones illino. Siftit fluxionem in una die, si dense ac sæpe illinatur. Facit etiā ad ægilopas, & palpebras corrosas, & pilos pungentes in palpebris, post euulsos pilos, pilorum locis illitum. Sarcocollæ, croci, glauci flaui, aloes, chelidoniz, singul. unc. i. myrrhæ trogloditicæ drach. iiii. Chelidoniam tufam cribratā, reliquis adice, & contritis utere. Ego cum aqua uelut collyrium contero, & sicco utor. Aliud siccum collyrium celebre, uisum acuens, inoffensos cōseruans oculos. Stibii scrup. iiii. fuliginis purpuræ ueræ, rosarū siccarum, sing. scrup. ii. croci scrup. iii. folii scrup. iii. spicæ nardi scrup. iii. Tritis utere. Fur

lignem

lignem autem sic facito. Lanam purpuræ cedria tinctam incende, & pelui leuissimo, aut æreo uase contege, & conflatam fuliginē penna collige, ac utere. Aridum album, uisum acuens. Facit ad pruritus, & unctiones ex sole, & lippitudines incipientes ex frigiditate, ante & post cibum. Cadmiæ drach. ii. salis ammoniaci drach. i. piperis drach. ii. aluminis scisci drachm. ii. folii drach. ii. cerusæ oboli dimidium. Terito cum uino albo, & siccato utitor. Aliud siccū acre. Cadmiæ 3. xxiiii. salis ammoniaci drach. ii. spicæ nardi drach. i. piperis albi drachm. i. tritis utere. Aliud optimum. Cadmiæ drach. viii. croci drach. ii. salis ammoniaci drach. ii. spicæ nardi drach. i. piperis albi drachm. vi. Tritis utere. Aridum Seueriani. Cadmiæ uisæ & lotæ drach. viii. salis ammoniaci drach. ii. piperis albi drach. ii. folii 3. i. contusis, cribratis, ac probe tritis utere. Aliud aridum acre. Cadmiæ drach. viii. testarum sepia sextantem, salis ammoniaci unc. i. piperis unc. i. folii unc. i. utere. cōstat experientia. Aliud aridum uisum acuens, Oribasi. Radicis chelidoniz sextantem, aloes sextantem, folii unc. i. piperis decortici drach. iiii. ueratri albi 3. i. Utere. Aridum Apollonii ad uisus hebetudinē. Cadmiæ drach. viii. fecis uini ueteris siccæ uisæ drach. v. piperis albi drach. v. salis ammoniaci drach. x. sandarachæ drach. ii. folii drachm. ii. nitri usti drach. iiii. Aliud aridum ad suffusiones & hebetudines. Viperam masculam totam uiuam in ollam mitto, & succi foeniculi cyathum unū adii cito, & thuris non secti granum magnum addito. Deinde totam ollam forinsecus luto oblitā, urito donec in cinerē redigātur indita, teritoq; ac utitor hoc arido medicamēto uelut celebri. Faciunt & uiperæ capita uisā, trita, & inducta. Aliud. Incomparabile. Veratri albi & piperis, æquas portiones tufas ac tritas adhibe per tridū, purgatione prius per uentrem facta, & per os ac nares. Aridum ad incipientes

fuffufiones, glaucedines, & pellicularum crassitiem. Cadmiæ drachm. xxiiii. salis ammoniaci drach. x. sandarachæ drach. iiii. ueratri albi drach. ii. folii drach. ii. utere. Ego si aliquando opus habeo arido collyrio ad præsentem affectionem commodo, hoc trito & in leuissimum puluillum redacto utor. Aliud siccum acuens uisum, experientia cognitum. Cadmiæ drach. viii. folii drach. viii. spicæ nardi, drach. ii. piperis, croci, auripigmenti, salis ammoniaci, chelidonis, singulorum ʒ. ii. artemisiæ, folii malabathri, singulorum drach. i. utere.

De liquidis collyriis. Galeni. Cap. XCIX.

Liquida ocularia medicamenta componuntur ex succis, & liquoribus, felleq; ac melle, & ammoniaco thymiamate, ita ut ammiscantur ipsi etiam moderatio ra quædam, uerum uicibus non repugnantia, myrrha inquam, & thus, & crocus, & galbanum, & quæcunque alia huiusmodi, quæ tunicas rarefacere, & crassitudinem humorum ac spiritus attenuare possunt, & humiditatem præternaturalem discutere, & tunicis oculorum per suum temperamentum, robur præbere. Liquidum acuens uisum. Succum ex malis punicis expressum, in uas fictile Atticum leuissimum ac densissimum mittito, & tenui linteo obligatam ad solem exponito, donec mellis crassitudinem acquirat, & parem mensuram mellis ad succum adiecit, & fictili uase expressum reponito. Inueteratum enim melius euadit. Quum autem dormire uolueris, ex hoc leuiter oculos sublinito. Hoc pictoribus, & scriptoribus, & aurifusoribus ac senibus conuenit. Aliud. Ampullam uitream oleo expleto, & iniectis foeniculi foliis teneris in solem exponito ad dies quadraginta. Et expresso foeniculo, oleo utitor. Aliud uisum acuens. A dipem uiperæ in uitream ampullam mittito, & ubi liquatus fuerit, specillum in eo tingito, ac illinito. Hoc ualde commodum est. Aliud uisum acuens. Colocynthidis seminum,

sum, cribratum, ac leuissime tritum cum melle adhibetur. Experimento constat. Aliud ad uisum acuendum, & ad fuffufiones ac cicatrices oculorum. Chameleonis nigri radicem uisam, ac leuissime tritam illinito. Aliud. Intestina terræ in testa ad cinerem exure, & cinere trito cum melle utere. Ego hoc arido usus sum ad albugines. Aliud ad inchoantes fuffufiones. Mei, olei uetus, & foeniculi succum, æquis portionibus misce ac utere. Aliud. Sagapeni drach. ii. spumæ nitri drach. v. mellis lib. ii. Aliud Demosthenis. Ego uero subscripto utor: Caucalidis succum, coronopodis succum, chamædryos succum, æquis portionibus excolato, siccato, collyria formato, ac utitor. Si uero liquido uti uoles, cum melle tritis utere. Aglaida liquidum ad principium fuffufionis. Floris aris obol. v. piperis obol. v. croci drach. ii. castorii drach. ii. fellis galli drach. i. omphacii drach. iiii. & dimidiam, spicæ nardi obol. i. lapidis hæmatitæ obol. ii. spumæ nitri obol. ii. floris salis drach. xxxii. opobalsami drach. xxxii. mellis quincuncem. Omnia trita in argenteo uase reponito. Erassistrati panchrestos liquida compositio. Ad inflationes puriginosas, & lippitudinem scabram, aures purulentas, ulcera ægre recipientia cicatricem, cynanchen siue anginam, & ad nomas in ore ac pudendis. Aris usti ʒ. ii. myrrhæ drach. iiii. misyos tosti drach. iiii. piperis drach. i. croci sesquidrach. uini austeri ueteris cochlearia. iiii. passu cretici cochlearia. ii. trita rursus terito cum uino, & ubi id combiberint, passum adiecit, & unita in greo uase ad mollem ignem coquito, usque ad mellis spissitudinem, & in ænea pyxide reponito. Alia liquida ex succo uerbenacæ. Facit ad hebetudinē uisus, pupilulæ & debilitatē & obfuscationem, facit & ad corrosos angulos, ad tenuem fluxum, & inchoates fuffufiones. Fellis capræ ʒ. viii. mellis atticæ sexuncē, lycii indicii ʒ. iiii. piperis ʒ. iiii. succi uerbenacæ rectæ deuncem, & sicci succi

ci succi drach.viii. piper tulum ac angustissimo cribro excretum, postea diu in mortario terito, & sicco succo adiecto, simul terito. Deinde etiam liquidum succum, & mox lyciū addito. Et ubi leuigata fuerint, mel adiecto, & mox fel ipsum & unita excipe, ac utere. Quidam ipsam herbam, uerberacam dico, tundunt ac cribrant, & drach.viii. adijciunt. Si uero siccus medicamentum euadat, collyrium efformato ac utitor. Siccum casii, ad uisum acuendum & ad glaucedines, antiquas lippitudines, uisus hebetudines, ac obscuraciones. Fel taurinum totum in æneam pyxidem euacuatum, ad dies.x. finito, deinde trita adiecto, croci, myrrhæ, opobalsami, singulorum drach.i. piperis grana. xx. mellis Attici duplum fellis. Et omnia simul trita in uas æneum iniicit, & ad mollem cinerem ad mellis spissitudinē coquito, & in ænea pyxide reponito, ac utitor uelut bono. Simul enim ut illitum est, efficaciam suam declarat. Alia liquida. Bolæ inscripta, ad suffusiones. Fells felis partem unam, mellis Attici duplum, succi hieracii parem mellis mensurā, misce & utere. Alia ad suffusiones pares celebris. Fells coruorum recentium trientem, Sagapeni perfici drach.i. succi cyrenaici unc.i. opobalsami unc.i. mellis dodrantem. Alia ualde celebris, ex cuius usu successum habui. Fells capræ drach.iiii. opobalsami drach.ii. croci drachm.ii. spicæ nardi, casæ, lachrymæ oleæ æthiopicæ, aluminis scissi, medullæ struthocameli, myrrhæ, singulorum drach.i. mellis 3. xviii. preparato diligētē, & reponito in pyxide aris cyprii, ac utere. Alia. Theriaces Andromachi 3. iiii. succi cyrenaici 3. vi. opobalsami 3. ii. mellis non fumosi drac. v. Theriacam primū uino ueteri dulci dissolue, & opobalsamum ac mel adijce. Et utere. Alia liquida Apollo nii, ualida cōpositio ad suffusiones. Sagapeni 3. ii. succi cyrenaici obol. ii. ueratri albi drach. ix. rutæ syluestris drach. i. spumę nitri obol. iiii. mellis quadrantem. Alia,

Omphacii

Omphacii drach. i. myrrhæ drachm. i. salis ammoniaci drach. i. opobalsami, lachrymæ oleæ æthiopicæ, ammoniaci thymiamatis, singulorum drach. i. fellis hyænæ drach. ii. Excipe melle & utere. Alia. Fells hyænæ, adipis uiperæ singulorum sesquidrachmam, croci 3. i. omphacii drach. i. opobalsami drach. i. myrrhæ 3. iiii. & dimidiam. Mellis quantum satis est. Alia, ad suffusiones, etiam si fuerint diuturnæ. Lapidem Scythicum cū felle aspidis tritum illine. Breui liberat. Sit autē Aspiscuæ Acontias appellatur. Fel eius reperitur ad dorsum hepatis annexum. Alia, ad omnem uisus hebetudinem ac suffusiones, facit etiam ad palpebras pungentes pilos producentes. Mellis sextantem, opobalsami drach. ii. myrrhæ drach. ii. succi cyrenaici 3. i. opopanax 3. i. Vtere. Alia, ad suffusiones, ut æger intra quinque dies uisum recipiat, adeo magnū ac admirandum auxilium est. Facit etiam ad asperitates palpebrarum. Et raro quis tale habere potest. Adipis uiperæ, fellis galli albi, floris æris, succi rutæ syluestris, lactis canini, opobalsami, æquis portionibus tritis utere. Aliquando uero pro quæris flore, atramentum futorii conuicio. Alia liquida nigra. Ad hebetudines, & fluxiones, ac affectiones. Clauorum caligarum ueterum præloretorum ac probe siccatorum libram. i. in sextar. i. acetum acerrimum mittito, & per dies quinque finito. Deinde in olla fistili aut ferrea, lento igne donec ter ebulliat coquito & excolato, & mellis despumati & colati lib. i. adiecto, & ad mollem ignem usque ad strigentitiam spissitudinem coquito, ramulis fortibus absinthii tribus simul colligatis, agitando. Deinde ubi coactū fuerit medicamentum, atramentū futorii leuissime triti 3. i. inspergito, ac utitor per spicilli nucleum angulos inde contingens. Alia repellens fluxiones, & detergens oculorum tunicas. Attenuat etiam cicatrices, & forinsecus supernæ palpebræ illita repellit fluxiones, si statim

tim ab initio illita fuerit. Melantheria, uelut iam diximus de clauis, præparata, & mellis parem mensuram, & succi fœnigræci tantundem, simul mixta & excolata, ad lentum ignem coquito, alsidue agitando donec mellis compagem acceperint, & repositis utere. Cate rum fœnigræci succum præpara uelut dictū est in uicrum oculorum tractatu. Sed & dum excolas fœnigræci succum, ne exprimas ipsum, sed sponte defluentem iniice. Si uero ubi paratum fuerit pharmacum & frige factum, grumi in ipso fuerint, totum paulatim in mortarium transfundito, & dissolutis grumis reponito ac utitor. Alia liquida, ad fcosas eminentias, & omnem carnis extuberantiam, & ad carnis in angulis incrementum, & ad incipientes lippitudines. Misyos tosti ʒ. viii. myrrhæ drach. ii. mellis quod satis est. Alia. Misyos tosti drach. vi. atramenti futorii drach. iiii. myrrhæ ʒ. iiii. mellis quod satis est. Oribasii liquida ad suppuratos ex ulceratione. Atramenti futorii ʒ. viii. croci drac. viii. myrrhæ drachm. iiii. mellis lib. i. Alia liquida eiusdem. Mellis sextantem, opobalsami drach. ii. succi cyrenæici sesquidrach. opoponacis sesquidrach. Ex eodem liquida Balsi, ad suppuratos oculos. Croci, aloes, myrrhæ, singul. sesquiunciam, uini quadrantē, mellis sexunciam: Crocus teritur cū modico uino: Deinde aloes & myrrhæ, & ubi ad cōpagem redacta fuerint, inspissata meli adiiuntur, & unita reponuntur in uitreo uase. Vtere hoc bis illinens in die, aut si res urgeat, etiam ter, & oculum deliga. Repurgat, incarnat, cicatricem inducit, usq; ad finem illita. In plerisque uero post repurgationem, ad collyria transfusum, & maxime id quod inscriptum est Scutulare, capræ faciem præferens. In alia liquida experimento constans. Succu uerbenacæ recte, lycii indici, æquales partes, hoc est, singulorum unc. i. mellis tantundem. Alia liquida ex adipe uiperæ. Misrice facit ad incipientes suffusiones, & hebetudines

oculorum

oculorum sanat. Succu rutæ, opobalsami, succi fœniculi, succi chelidonie circa sepes nascentis, adipis uiperæ in duplici uase eliquati, mellis non fumosi, singulorum æquas portiones simul mixtas per purum linteum excolato, & utere confidenter, ita ut aliquando mellis sesquiunciam, & reliquorum unc. i. conicias. Collyria ex croco, & ex succis diuersa. Cap. C. Collyrium ex croco ad initium lippitudinū. Glauccii drach. xxiiii. sarcocollæ drach. xvi. croci drach. viii. gummi drach. viii. tragacanthæ drach. iiii. Arida omnia trita ac leuissima facta, tragacantha madefacta excipe. Aut sic præpara. Sarcocollam aqua terito, deinde glaucium cribratum adiicito, ac rursus terito. Deinde de crocum sicum leuissimum tritum, & tragacantham siccam in tenuissimum puluillum redactam, & gummi similiter insperge, quo eadem die aut postera in collyria redigantur. Nam collyria diu in mortario manentia nigrescunt, & uires immutant. Vtere autem ipso, aquolum infundens per ouum, lippitudine incipiente. Incipiente uero declinatione crustum instilla. Constante autem declinatione siente, cum aqua illine. Aliud ex myrrhæ. Glaucci drach. xlviii. sarcocollæ drach. xlviii. croci drach. xxiiii. opii drach. vi. myrrhæ drach. vi. tragacanthæ drach. xlviii. lapidis hæmatitæ drac. vi. gummi drach. xvi. Excipe aqua. Vtus est per ouum. Aliud Phosphorus appellatum, ad dolorem, & omnem inflammationem, & intentos humorum influxus. Glauccii drach. xxiiii. sarcocollæ drach. viii. croci drach. viii. opii drach. viii. myrrhæ drach. viii. misyos usti drac. viii. gummi drach. xii. Excipe aqua. Aliud Euchron à colore bono dictū. Facit ad ea quæ Phosphorus. Comodat & asperis palpebris. Est & pueris cōmodum. Glaucci drac. lxxiiii. sarcocollæ drac. xxii. croci ʒ. xxiiii. opii drach. vi. myrrhæ drach. vi. hæmatitæ drachm. vi. tragacanthæ drach. xvi. gummi, drachm. sedecim. Ex

cipe aqua, & instilla in principio per ouum. Aliud do-
lorem eximens ex succis ad omnem doloris uexatio-
nem. somnum inducit confestim. Glaucii drach. xlviii.
sarcocollæ drach. xvi. croci drach. viii. opii drach. iiii.
Lycii indicii drach. iiii. succi rosarum drachm. iiii. succi
mandragoræ drach. iiii. succi hyoseyami drach. iiii. suc-
ci cicutæ drachm. iiii. tragacanthæ drachm. xvi. gummi
drach. xlviii. Excipe decocto meliloti. Cōponitur au-
tem hoc modo. Accipe meliloti lib. i. aquæ pluuiialis
fextar. vi. Coquito ad tertias, & excola liquorem ad
pharmaci præparationem. Collyrium ex succo poly-
goni. Succu polygoni sexuncem, lycii indicii drachm. vi.
aloes drach. iiii. myrrhæ drach. iiii. thuris drachm. iiii.
opii drach. iiii. acaciæ nigræ primariæ drach. xii. Vini
ueteris odorati quantū satis est. Facit ad omnes in o-
culis affectiones, reprimit fluxiones, & sedat dolores.
Amat autem balneum. Quare ubi illeuisti, lauari iube.
Facit & ad ulcera. Collyriū ex succo Rhamii, ad che-
moses & dolores, de quo quidā magnopere gloriantur.
Æris sextantem, cadmiæ sextantem, opii sextantē,
aloes scrup. xii. croci scrup. xii. acaciæ bessēm, gummi
bessēm, succi fructus rhamni lib. i. Aquæ quantum satis
est. Si uero abundas, succum fructus totū iniice, & gum-
mi aqua macera. Collyrium è succo uerbenacæ, quod
maximas humorū influxiones intra secundam illitio-
nem exoluit. Croci drach. iiii. meliloti drach. vi. glaucii
drach. xii. opii scrup. iiii. amyli drach. iiii. gūmi drach. i.
terito, & succum uerbenacæ rectæ affundito, efforma-
toq; ac utitor. Est & alia efficax compositio, ut uix cre-
di possit, facit ad lippitudinem, tumores laxos, & infla-
tiones, omnemq; humorum influxionem, & despera-
tas in oculis affectiones intra triduum remouet. Croci
drach. xiiii. amyli drach. xii. glauci drac. xvi. albuminis
oui drach. iiii. tragacanthi drach. iiii. tere, & succū uer-
benacæ rectæ affunde, efforma; ac utere, Collyriū ex
succo

succo fœniculi. Cadmiæ dodrantem, stibii bessēm,
misysos crudi sexuncem, omphacii sesquiunciam, chalo-
citis unc. i. croci sesquidrachmam, folii unc. i. succi
fœniculi bessēm. Et rursus aliud fœniculum cum aqua
pluuiali decoquito, & cum eo decocto prædicta teris-
to ac efformato. Hoc multi præparatum habent.

Collyria unius diei, monohemera ap-
pellata. Cap. C I.

Collyria unius diei cum cādido oui illita, plerunq;
statim ab initio lippitudines absque humorū multitu-
dine factas curant. Reuera enim non parum sæpe hæc
magnas inflammationes mitigauerunt, ut in uesperam
quidem homo balneo usus sit, postera uero die colly-
rio nardino illitus fuerit ad infestationem ac corrob-
rationem. Ammisecetur autem ad nardinū in prima illi-
tione, parum quiddam de acribus ac sistentibus ap-
pellatis collyriis. In secunda uero illitione paulo am-
plius quiddam de iisdem. Sufficiunt enim duæ phar-
maci adhibitiones, & deambulatiuncula aliqua non
multa ante balneum, ad perfectam restitutionem. Col-
lyria igitur unius diei, quæ priuatim seculenta nomi-
nantur, multam habent acaciā. Quædā uero aut om-
nino modicam, aut omnino nō habent. Cōplectuntur
autem in se, alia æris squamā, alia es usū modicum, cū
multis aliis quæ moderate adstringunt, & concoquunt
ac discutunt. Talia aut sunt, crocus, myrrha, lycium in-
dicum. Sed & castoriū ac thus citra adstrictionē conco-
quunt, simulq; discutunt. In quibus igitur adstringētia
prædominantur, plurimū oui liquorem, & parum de
pharmaco esse oportet, & præsertim si quid ex metal-
licis pharmacū in se cōplectatur. In quibus uero cro-
cus, & myrrha, castoriumq; ac thus, & lyciū præualent,
paulo crassiore pharmaco utendū est. Fomentū præ-
tereā omnino adhibēdum est ipsis per spōgiam, si quis
dem mediocris sit dolor, semel aut bis in die: Si uero

uehemētiōr dolor urgeat, præstat ter aut quater, & sepius uti, in longis præsertim æstiuis diebus. Fiat autem fomentum per meliloti ac fœnigræci decoctū. Oportet tamen horum collyriorum usum uitare, in quibus humorū multitudo in toto corpore adest. Nam mox nohemera quum sint facultate frigida, obstructionem corporum, & densationem meatuum faciunt. Si uero materiæ multitudo in oculis fuerit, ruptionis corniformis tunicę causa sunt. Nos autem in recentibus lippitudinibus, Theodotio Seueri illito ex aqua, & spongia forinsecus oculo imposita ægrum ab affectione liberauimus. Et plerunque balneo uti iubemus statim post primam illitionem. Cæterum Monohemera collyria hæc sunt. Collyrium Monomelum appellatur, eo quod ex unica specilli inductione, inquit, curat. Est autem multi usus. Facit ad diuturnas ac ægre solubiles affectiones, & maxime in quibus etiam palpebrę exasperatę sunt, per subiectionem illitum. Oportet autem post illitionem diu claudere oculum. Facit etiam ad cõfusiones oculorū, & ad staphylomata. Est etiam pueris cõmodum. Vtere cum aqua diluto in his qui mordacitatem ferre possunt, in aliis cum ouo. In omnibus autem per subiectionem palpebrę subline. Si uero uehemens fuerit inflāmatio, cum ouo infunde. Habet hoc modo. Cadmiæ drach. xxiiii. æris drach. xii. chalcithidis tostę drach. xii. opii drach. xi. piperis grana. xxiiii. mellis sesquiunciam, gummi drac. xxiiii. Excipe aqua. Mel postremum adiucit. Pelarium, quod in principiis aquosum cum aqua dilutū adhibetur. In uigore uero aquosum cum ouo. Ad diuturnas autem affectiones crassius cum ouo. Deinde sensim progressu facto, etiam aqua ad ouum ammiscetur. Ad finē uero ex aqua sola diluitur. In ulcerationibus tamen minus efficax est. Cadmiæ drach. xvi. cerusę drach. xlviii. acacię ʒ. xxiiii. opii drac. iiii. amyli, tragacanthę, gummi, sine

mi, singulorum drac. xii. æris usti sesquidrachmā, myrrhę drachm. iiii. croci sesquidrachmam. Excipe aqua. Aliud pelarium Antoninus appellatū. Cadmię drach. xxiiii. cerusę ʒ. xxiiii. acacię, opii, singulorum drach. xviii. gummi, tragacanthę, amyli, singulorum drach. ix. myrrhę drachm. iiii. æris usti sesquidrachmam. Excipe aqua. Hoc magis facit ad exulcerationes. Aliud pelarium, quod Comitum uiæ uocant. Cadmię quadrans, cerusę quincuncem, pompholygis quadrantem, opii sesquiunciam, acacię, myrrhę, gummi, singulorū drach. viii. tragacanthę quadrantem, amyli sexuncem, æris usti drach. iiii. croci drachm. iiii. Excipe aqua. Est autem optimū ad chemoses, & reliquas lippitudines etiam in uigore; & ad omnes ulcerationes in quibus densitas facta sunt palpebrę. Repurgat enim & replet ac cicatricem inducit. Maxime uero hoc utor, si pompholygę, cadmia ter uita ammixta fuerit. Pelarium Edessenum. Tragacanthę, gummi, acacię, amyli, sarcocollę, singulorum drach. ii. opii drachm. iiii. cerusę drachm. viii. cadmię drach. xvi. Excipe aqua.

De collyriis sistentibus. Seueri. Cap. CII.

Collyria quoque quæ sistentia appellantur, repulsoria sunt. Sistent enim inordinatum fluxionis impetum. Et quædam ex ipsis Hermolai uocantur, quædam uero Hexacontarchia, ex eo, uelut puto, quod uniuersus ipsorum apparatus sit sexaginta drachmarum. Quædam autem Hecacontarchia. Multa uero sunt etiam horum materiæ, ob quorum copiam medicus indignatus, uelut in pelago uertigine affectus, à scopo aberrat. Oportet igitur omnium facultates discernere, & ad unum finem horum efficacias adaptare. Nolle enim oportet quod omnia sistentia collyria frigefaciunt & adstringunt, alia magis, alia minus. Sed & resiccant aliquo modo. Proinde ad calidiores lippitudines talia commodant, non tamen statim à prin-

à principio, priusquam concoctio apparuerit. Optimū uero & admirandum nobis uisum est : Album Seueri collyriū, quod ex fœnigræci succo præparatur, & cadmia, & cerusa, ac tragacantha. Et quod post ipsum scriptum habetur . At ubi ad concoctionē perducta est affectio, rursus ex multis sistentibus cōmodū reperimus Hecatontarchium, & adhuc magis ipso, id quod post ipsum scriptum habetur. Recipit autem Hecatontarchium: Æris drach. xii. cadmiæ drac. xv. myrrhæ ʒ. iiii. acaciæ drach. xxxii. opii drach. iiii. gūmi drach. xxxii. Quidam etiam croci drach. i. Excipe aqua. Hoc collyrium aquosum ad illitionem assumptum, ad complicatas affectiones cōmodum asportū est, in quibus est inflammatio, & distentio, & fluoris influxio. Attenuat enim palpebras, & ipsarum densitates ac aspritudines exæquat, cum aqua illitū. Sed & uisus hebetudines sistit, adstringens ac uelut exprimens incumbentes oculo humores . In his tamen qui subtili oculorum sensu præditi sunt, cum oui candido collyrium diluere oportet . Si uero oui candidum desit, panem purum non aridum, neque multi salis participem, aqua maceramus, & aquam excolatam ad illitionem accipimus. Siminus, farinam puram madefacimus excolamusq; ac cremore utimur. Conuenit autem ut ne aceruatim auxiliorum mutationes faciamus, neque aliud illinamus, & aliud superillinamus. Oculus enim à peregrina in nouatione magis perturbatus iniuria afficitur. Itaq; hecatontarchio, uelut dictum est, utendum est ad complicatas affectiones, ita ut aquosum ipsum faciamus in usu. Hic enim est admirandus ipsius ductus. Est & aliud collyrium sistens, ex eadem materia constans, sed dissoluantiam solum in apponderatione habens. Excedit autem præcedens in sua actione . Vidimus enim operum ipsius euentum . Sed & hoc à uulgo medicorum ignoratur. Accipit autē, Æris usti quadrātem, cadmiæ quadrantem,

quadrantem, opii, myrrhæ, singulorum ʒ. iiii. acaciæ, gummi, singulorum septuncem, & uncia dimidiū. Excipe aqua. Hoc collyrium inenarrabilem quandā uim habet, & tempestiue adhibitum, desperatas affectiones sanat, & graues dolores mitigat ac sedat. Tempus autem adhibitionis eius est, lipitudinis uigor, quando concoctio facta fuerit, & gramæ in oculo conspectæ, & uelut subruentū quiddā in oculo apparuerit . Siue enim chemosis fuerit id quod affigit, siue palpebrarū inflammatio, congruum est ipsis hoc auxiliū . Tantam enim quietem ex eius usu ægri cōsequuntur, ut quum antea diu uigilias tolerarint, statim ab illitione somnū assequuntur. Considerent igitur ad pharmacum accurre, considerans num tenuis lachryma post collyri illitionem defluat . Habebis enim & in hoc successus signum, si omnino nō post illitionem lachryma defluat. In quibus enim ex prima illitione lachryma sistitur, sed inadstricti permanent, & uelut somnus succedit, in his statim sanitas expectanda est, ut non opus sit secunda illitione. Si uero adstrictio fiat in prima illitione, infundendum est ipsis oui candidum per se moderate cales factum. Verū in secunda illitione aut tertia, ab eo symptomatis accidente liberabuntur . Primum enim oculus uelut re peregrina offensus, mordetur: Deinde uelut aduersus, magis delectatur . Pruritus enim modicus ipsis oboritur cum quadam uoluptate. Atque hoc est signum successus. Nam corpora in profundo liberata, causas ad superficiem propellant. Præcipiendum est autem ut quibus illitum est pharmacum, oculos ne aperiant ante collyrii concoctionem. Commoti enim meatus rarefiunt, & collyrium ad profundum descendens, mordacitatē inducit. Post concoctionem autem collyrii spongias adhibere oportet, non magno facto fomento, & ipsum collyrium aquosius illinere. Disseditur enim palpebra in crassioribus illitionibus, ut ægre

ut ægre ferat æger, & palpebræ grauentur. In principio igitur cum ouo illinatur aquosius dilutum. (At uero coactio eius fiat in feruida cote, calefactum. n. crassius seipso euadit.) Nam sic adhibitum in dolore ad mirandum collyrium compertum est. Etenim ex hoc ductu etiam paruam in ipso apparerem adstrictionem penitus excludimus. In uigore uero itidem cum aqua adhibeatur. In declinatione autem cum aqua, & sub palpebram illinatur. Etiam si enim densitas reiecta fuerit, & hanc itidem sanat. Magnopere quoque pueris confert. Curat enim etiam horum ardores. Possimus porro plura auxilia recensendo, maiorem legentibus difficultatem parere, uerum quum paruam labore susceperimus, immo potius experientia inuenerimus præscripta collyria, efficacias ipsorum simul cum præparatio nis modo candide exposuimus. Collyrium sistens ex oleo. Oribasii. Cadmiæ ustæ & lotæ drachm. xl. æris usti & loti ʒ. viii. opii, myrrhæ, singulorum ʒ. x. acaciæ drach. centum, gummi drach. centum uiginti. Terito ex aqua, & ad excipiendum adiace olei omphacini quatuor drantem, & drac. iiii. Adhibetur in principio aquosius cum ouo. Aliud ex oleo, uelut expertus sum, facit ad principia lippitudinis, & fluxiones, & ueteres affectiones, & ad corrosas palpebras. Cadmiæ drach. xxiiii. æris drach. xxiiii. myrrhæ drach. vi. opii drach. i. acaciæ, gummi, singulorum drach. xlviii. olei omphacini sextantem. Terito cum aqua. Collyrium Scutulare appellatum, capræ faciem preferens, & sistendi uim habens, in principio quidem cum ouo crassum, & ad declinationes similiter. Ad uigores autem aquosum. Facit mirifice ad suppuratos oculos, & fordida ulcera paulatim repurgat, & dolorem euestigio eximit. Cadmiæ sesquiunciam, æris sesquiunciam, croci drach. iiii. aloes bessem, lycii indici sextantem, acaciæ sexuncem, opii sesquiunciam, myrrhæ drachm. iiii. tragacanthæ unc. i. gummi

gummi sexuncem. Hermolaus paruus. Cadmiæ unc. i. croci drach. iiii. myrrhæ drach. iiii. aloes drach. viii. acaciæ drach. viii. gummi drach. xx. Excipe aqua. Vtere hoc ammixto aliis collyriis lenibus, & infunde in principio cum ouo. Hermolaus magnus. Facit ad prædicta multo melius. Cadmiæ bessem, spicæ nardi sesquiunciam, æris sesquiunc. croci trientem, aloes bessem, lycii indici sextantem, acaciæ sexuncem, opii trientem, myrrhæ trientem, tragacanthæ unc. i. gummi sexuncem. Excipe aqua. Collyrium Olympionici. Facit ad maximas doloris uexationes, & chemoses, & in summa est ex collyriis prosperi successus, statim enim liberat. Cadmiæ lotæ drachm. viii. stibii loti drachm. viii. aloes drach. viii. myrrhæ drachm. iiii. croci drachm. iiii. opii drach. iiii. gummi drachm. viii. Excipe aqua. Vfus est cum ouo. Temperatura uero crassior sit. Ego pomopholygis drachmas quatuor, & thuris drachmas quatuor, adiicio. Collyrium Ericerum Achariston appellatum, ab erica, & dignæ gratiæ desperatione. Facit ad maximas humorum influxiones. Ex huius usu in Ægyptum succellum sentiunt, præsertim in agrestioribus corporibus. Cadmiæ drach. xvi. æris usti ac loti drachm. viii. opii drachmas quatuor, seminis ericæ drachmas quatuor, acaciæ drach. viii. myrrhæ drachmas quatuor, gummi drach. xvi. Terito cum aqua & excipe. Vfus est cum lacte muliebri. Temperatura sit media. Vbi uero circa oculos affectio est, à collyrio abstinere oportet. Ego porro hoc usum sum. Cadmiæ drachm. xvi. æris usti loti drachmas quatuor, seminis ericæ drach. ii. opii drachm. ii. myrrhæ drach. i. acaciæ drach. i. gummi drach. viii. Excipe aqua. Vfus in principiiis sit aquosus, & lauato. In declinationibus autem crassum cum ouo illine. Aliud Ericerum, quod cum magno labore accipi, uelut magnum donum. Facit ad prædicta multo melius. Et ad asperas palpebras. Et ad ipsorum

ad ipsorum debilitatem. Si non prius mercedem acciperis, ne illinas. Cadmiæ drach. viii. æris usti drach. iiii. chalcitidis crudæ drach. viii. aloes drach. vi. opii z. iiii. croci drach. iiii. feminis ericæ drach. iiii. acaciæ drach. xii. gummi drach. xii. Excipe aqua. Aliud Ericerum celesbre, quod appellatur fissum Achariston, eo quod digna gratia ipsi rependi non potest. Facit ad fluxiones antiquas, & dolores maximos qui sunt citra ulcerationem, ab initio usq; ad finem cum aqua cohibet diuturnos fluxus in ulcerationibus aquosum cum ouo. Aspritudines autem attenuat cum aqua, & albugines deterrit, & diuturnas uisus turbationes sanat: Et post sublata pterygia commodum est. Attenuat enim pelliculas, & cicatrices planas efficit. Valde utile est in suffusis post perfusionem. Per lenem enim adstrictionem, robur oculo addit. Est etiam pueris commodum. Cadmiæ drach. xvi. æris drach. iiii. feminis ericæ, opii, myrrhæ, singulorum drach. viii. acaciæ drach. iiii. gummi z. viii. Huius equidem periculum ego non feci. Quæ uero de ipso dicta sunt, præstat id quod ipsum præcedit.

De Ienibus collyriis. Galeni. Cap. CIII.

Ex collyriis lenibus appellatis quædam terream essentiam habent citra frigiditatem aut caliditatem manifestam, in medio quodammodo horum consistentia. Et ex his ipsis aliqua, modica frigiditate aut caliditate participant. Aliqua uero omnino nullam tantalem uim præ se ferunt. Totum itaque genus ipsorum obstruendi uim habet, contrariam his quæ ab obturatione liberant. Qualis est Samius aster appellatus, qui tenuiorum partium est quàm terra simpliciter sania nominata. Et pompholyx lota, & cinis ipsius lotus. Et cadmia usta ac lota. Huic autem parum quiddam facultatis exterioriæ adest, siue post uestionem, siue sine hac lauetur. Pompholyx autem & spodium modicam adstringendi uim habent, quemadmodum etiam

ustum ac lotum plumbum est enim mordacitatis exors. habet autem & adstrictionis quippiam. Est & amyli lene, & cerussa lota, uicina est facultati plumbi usti ac loti. Lene est item fœnigræci decoctum. Et quod in ouis est album ac tenue. Et lac boni succi in horum genere esse putandum est, itemq; gummi ac tragacantham. At sibiium non lotum quidem, fortem adstringendi uim ostendit. lotum autem exoluitur, ut prope mordacitatis exors euadat. Alterum porro genus est eorum quæ paruam habent mordacitatem, ex eo quod ammixta sunt ipsis quædam ex modice adstringentibus: qualia sunt rosæ & thus. quum modicam quidem adstrictionem habeant rosæ, & parum de exterioria facultate ipsium thus. Quum autem moderate calidum sit thus, ob id quandam concoquendi ac dolores eximendi uim habet. Ex eodem uero genere cum ipso, in concoquendo ac moderate discutiendo, putandus est crocus, & myrrha, quæ inter se differunt, eo quod crocus moderate adstringit, myrrha uero citra adstrictionem discutit, & humiditates non instrenue resiccet. Adhibentur igitur à medicis lenissima ad affectiones ægrius curabiles, in quibus ulcus est aut solum, aut cum tunica conformis corrosione, & uiformis prolapsu, sanie mordacissima effluente. In his enim nullum aliud pharmacum conuenire uidetur. Quum adstringentia quidem effluentem saniem detineant, & propter hoc ex mordacitate dolorē augeant. Acris uero affectionē intendunt. Laxatoriorum autem ac discussoriorum pharmacorum facultas, euacuare quidem potest quod generatur: neq; autem ulceratum renutrire, aut cicatricem inducere, neq; quod prolapsum est reprimere ac concludere. Quemadmodum neq; concoctoriorum facultas, etiam si concoquere affectiones non parum possit. Quid uero dicere amplius opus est de pharmacis acidas aut amaras uires habentibus, quod huiusmodi affectiones

tionones mordent ac exacerbant : Ad maiorem autem malignitatem procedunt , quæ nitrosam ac salfam uim habent . Ad has igitur affectiones conuenire uis detur relatorum lenium pharmacorum genus , quod citra mordacitatem curare potest ulcera cum acri fluxione , per multum tempus uitiatos humores in affecta parte cõsumens ac resiccans , qui sanè uitati humores bonum sanguinem locis influentem corrumpunt . Vocantur autem talia collyria à Medicis Libyana & Cygni , adhibentq; ipsa oculis trita cum lacte mulieris boni succi , eò quod uitare cupiunt obstructoriam uim ouorum . Quam enim serosa quædam extersoria pars in lacte contineatur , uis ipsius congrua sit ad propositam curationem . Vlcera enim quæ in pte non indigent , extersoriis citra mordacitatem opus habent . Si uero non affuerit tale lac , per scœnigrani decoctum talia collyria terere præstat , quam etiam ipsium aliquam extersoriam uim habeat . Proinde quæ ipodiaca ac tephrica collyria , à cinere & spodio appellantur , communem habent uim leniendi ac frige faciendi , & moderatè mordacitatis exortem .

De lenibus ac albis collyriis . Cap. CIIII.

Aliud porrò est albū collyrium , quod multos latet , ob præparationis utilitatem , putatumq; est à plerisq; hoc nihil posse . Magnam uero ex hoc utilitatem percipi ad propositam affectionem . Egregie itaq; facit ad omnè calidam lippitudinè . Efficax est etiã ad pruriginosas ac corrosas palpebras . Nos .n. sæpe multis per petratis in tali intemperie , nullū succellum habuimus . sero autem aliquãdo huius copiã adepti , magnã uim cõperimus in ipso , in ægre curabili ac ferè incurabili affectione . In tantū enim mitigatus est æger , ut ex deo esse collyriū diceret . Sed & ad suppuratos oculos exitiè facit . Resiccat enim humorem ipsorū citra mordacitatem in breui tẽpore , & oculum imperturbatum conferuat .

conferuat . Curat etiam cõpendio rubores sub paruis angulis in albo oculi , sientes . Adest aut ipsi iuxta mœdium uelut pustula quædam , à qua etiam totus rubor cõtingit . In prædictis igitur affectionibus , inter quas etiã ulcerationè posuimus , exitiè facit , ut neq; scœnigraco opus habeamus . Nam & hoc in collyrii cõpositiõnem recipitur . Vimus autè ipso aliàs aliter , in doloris uexatione , cū oculi candido : sic enim ipsum statim mitigat . In quibus aut dolor non præualet , palpebræ uero crassæ factæ sunt , etiã cum aqua infundimus . Aliquãdo etiã illinimus . Et in summa ad omne lippitudinis principium , reliquam collyriorū materiam superfluã ducimus . Excedit enim ut sua omnia eiusdem generis . Est enim lenius ac doloris magis mitigatiuum quam alia : alia enim opium recipiètia & amyli , & quandoq; etiã myrrha , adstrictionem aliquã inducunt . Hoc aut collyrium ad his liberū est , nam croceum excedit in efficacia , & ad feruores ac ardores palpebrarū facit . Et ad solis æstus . Sed & tenues ac acres fluxiones obundit cū aqua illita , aliquando & cū rosarum decocto . Et glaucos oculos habentes , & eos qui prominentem habent crystallini humoris situm , bene illustrat a quosum infusum . Et in quibus oculorū natura nō fert adstrictionè , his omnibus optimū est assilium . Cõpositio autem collyrii hæc est . Cerusæ lib . i . cadmiæ semissim , tragaçanthæ quadrantè . Præparatur hoc modo : Cadmiã racemosam prunis ignitis obruimus , & flãmam uentilando excitamus . Et ubi ignita fuerit cadmia , ablata m lacte afinino extinguimus . Deinde rursus prunis ipsam obruimus , & ignitam rursus lacte extinguimus . Et tertio idem facimus . Deinde tandim & angusto cribro excernimus , & in profundū quoddam mortariū coniectam , aqua fontana pura affusa terimus . Et postea desiderantes , per aquæ fusoriū instrumentum , aquam unã cū superstante concretione extrahimus , & rursus

aliam puram aquam infundimus, & ubi satis contriui-
mus, & rursus desiderare suimus, rursus aquam per idē
instrumentum extrahimus. Et hoc sæpe facimus, donec
nō amplius cōcretio a quæ superstat. Postea uero cad-
miam exacte siccamus, & semissem siue sexuncem ap-
ponderamus, ipsamq; in mortarium collyriacum con-
iectam, aqua pluuiali purissima affusa, exactissime teri-
mus, ut nulla asperitas linguæ occurrat. Atq; sic ad ces-
russam prædicto modo ablutā, cadmiam adiicimus, &
ipsa, ad dies. xv. cum aqua pluuiali conterimus. Et tunc
tragacanthā albā ac lucidissimam accipimus, eamq;
lotam, & reiecto quod in ipsa est arenoso, in scœnigræ-
ci decocto maceramus, & per diem ac noctem solum
macerari sinimus. Plurimum autem iniicere oportet de
scœnigræci succo, præparato uelut dictum est in princi-
pio huius Sermonis capite decimo quinto. Nam à tra-
gacantha, uelut à spongia, absorbetur. Postera igitur
die in mortario puro paulatim tragacantham leuiga-
mus, & alia prius trita in mortarium adiicimus, & pro-
be permixta patinis uitreis excipimus, & tenui linteo
contecta, in locum humiditatis exortem, ubi uentus
spirat, reponimus. Dehiscit enim collyrium, & efforma-
tionem moratur, si in humido depositum fuerit loco.
Non enim tantum temporis postulat ad contritiōē,
quantum ad efformationem. Est itaq; hæc collyrii præ-
paratio. Et poteris ex hac methodo, ad eiusdem gene-
ris materias transire. Talia autem sunt libyana, & te-
phra ac spodiaca appellata, itemq; cygnaria, & alba
quæ ex rosis, & quæ ex coriandri succo præparantur.
Quibus omnibus præferendum compertum est pro-
positum collyrium. Optimum uero experientia iudi-
catum est & hoc. Cadmiæ ustæ ac lotæ uelut dictum
est trientem, cerusæ similiter lotæ unc. xvi. amyli recen-
tis unc. xvi. opii. drach. iiii. tragacanthæ trientem, reli-
qua cum aqua terito. Tragacantham autē scœnigræci
succo

succo diligenter uelut dictum est præparatā, macera-
to. Amylum uero neq; acidum sit, neque graueolens.
Aliud. Nilamnon appellatum, tenerum, dolorem exi-
mens, stupefactiuum, ex genere cygnariorum. Facit &
ad ulcerationes, post primum uigorem dolore præsen-
te crassum illitum. Cerusæ lotæ sexuncē, cadmiæ ustæ
& lotæ trientem, pompholygis per linteum lotæ sex-
tantem, opii sextantem, tragacanthæ sextantem, gūmi
sextantem. Excipe aqua. Aliud collyrium Aaclepiadæ
dolorem eximens, facit ad fluxionem omnis generis,
ulcera, doloris uexationes, pustulas, prolapsum, chemo-
ses, affectiones, omnis generis. Cerusæ lotæ ʒ. viii. terre
Samæ ʒ. viii. cineris pompholygis lotæ ʒ. ii. tragacan-
thæ drac. ii. opii drach. ii. gummi dra. iiii. Excipe aqua.
Vfus est cum ouo. Aliud. Athanasia appellatum. Cad-
miæ uste & lacte asinino extinctæ, ac lotæ lib. i. opii qua-
drantem, cerusæ lib. i. succi mandragoræ lib. i. amyli or-
deacei lib. i. Tere cum aqua, & ad efformationē adii-
ce ouorum recentium albumina, quantum satis est. Colly-
rium, Cygnus reginæ, ad maximos dolores ac affectio-
nes: Cadmiæ lotæ drac. xvi. cerusæ lotæ drac. viii. aca-
tiæ flauæ drachm. ii. opii flauæ drachm. ii. tragacanthæ
drach. ii. gummi albi drachm. ii. amyli drachm. ii. Teri-
to cum aqua. Et amyllum postremum insperge. Nam
si moram traxerit in mortario, acescit, & collyrium
acre facit. Ad excipiendum uero adii-
ce ouorum recentium quatuor candidum. Collyrium Bolæ, miti-
gat & concoquit omnem inflammationem. Ceru-
sæ tostæ drach. xxxii. croci drachm. iii. opii drachmas
quatuor, amyli recentis drach. viii. gummi drac. xxxii.
Excipe aqua. Aliud collyrium ex spuma argenti
quod Augustum uocant. Spumæ argenti ustæ ac lo-
tæ sextantem, pompholygis lotæ unc. i. cadmiæ ustæ
ac lotæ sextantem, amyli sextantem, gummi sextantē,
tragacanthæ unc. i. Excipe aqua. Hoc maxime & do-

lores eximit, & fluxiones intercipit, & oculum imper-
turbatum feruat.

Collyria libyana, & tephra, ac spodiaca. Cap. CV.

Collyrium libyanū Aſclepiadę. Ad puſtulas, epicau-
mata, ruptiones, cœlomata, oculos ſuppuratos, the-
moſes, ſtaphylomata, dolores, uexationes, & affectione-
nes. Deterit etiam cicatrices. Cadmię uſtę ac lotę
drach. xvi. ceruſę uſtę ac lotę drach. xvi. ſtibii uſti ac
ſoti drach. xii. amyli drachm. xii. cineris pompholygis
drach. viii. plumbi uſti ac loti drach. viii. tragacanthę
drach. viii. opii drachm. ii. gummi drach. vi. Et ad exci-
piendum ouorum candida. viii. Oriballi m exuperabi-
le, collyrium inquit, Philumeni tenerum libyanum, ad
ſuppuratos oculos, in uigore, ulcera, dolores, chemofes.
Cadmię, ceruſę, pompholygis ſingulorum 3. xvi.
ſtibii drach. xii. amyli drach. xii. plumbi uſti, terrę Sa-
mię, tragacanthę, ſingulorum drach. viii. gummi 3. vi.
myrrhę drach. ii. opii drachm. ii. Excipe aqua. Vſus eſt
cum lacte muliebris, aut cum ouo. Aliud libyanum Ori-
baſi. Ad principia, & ulcerationes. Cadmię uſtę & lo-
tę drach. xii. amyli drach. xii. plumbi uſti & loti 3. viii.
ceruſę lotę drach. viii. tragacanthę drach. xvi. gum-
mi drach. xiiii. ſtibii uſti ac loti drach. xii. terrę Samię,
pompholygis lotę, ſingulorum drachm. viii. myrrhę
drach. ii. opii drach. ii. Excipe aqua. Aliud collyrium,
Aſter Magni, quod præparari ſolet. Cadmię lotę
drach. xxxii. plumbi uſti ac loti drach. xxxvi. ceruſę lo-
tę drach. xxxii. ſtibii uſti ac loti drach. xxiiii. pompho-
lygis lotę drach. xxxii. thuris drach. viii. terrę quę aſter
appellatur drach. viii. myrrhę, opii, ſingulorū drach. iii.
tragacanthę, gummi, ſingulorum 3. xvi. amyli 3. xxxvi.
Excipe aqua. Aſclepiadę, aſter in exuperabilis, dolo-
rem eximens. Facit ad doloris uexationes puſtulas, ſta-
phylomata, ulcera ſordida & ſerpentia, facit ad inuete-
ratas affectiones. Et cicatrices exterit. Cadmię uſtę ac
lotę

lotę drach. xvi. ſtibii uſti drach. xii. cineris pompholy-
gis lotę drach. viii. myrrhę drach. ii. opii drach. ii. tra-
gacanthę drach. viii. gummi drach. vi. Excipe aqua.
Aliud collyrium Vranium, uelut Oribafius habet, ſta-
phylomata, oculos ſuppuratos, corroſiones, nomas,
carbunculos, & ad omnes magnas affectiones. Maxi-
me conuenit ad ruborem ac glaucedinem oculorum.
In principiis aquoſius infunditur. Quum autem tenuis
fuerit & mordax & feruida fluxio, utere cū lacte. Vbi
uero craſſam fluxionem diſſoluere uolueris, cū aqua.
Cadmię uſtę ac lotę ſextantē, ſquamę æris lotę trien-
tem, terrę Samię uſtę ac lotę ſextantem, cineris pom-
pholygis lotę unc. i. opii 3. vi. gummi trientem, ſtibii
loti, ſextantē. Excipe aqua, & utere confidenter. Colly-
rium Spodiicum Demotheſis. Facit ad inflamationes
& fluxiones. cadmię drach. xxiiii. ſtibii loti 3. vii.
ceruſę lotę drach. xxiiii. terrę Aſteris drach. vi. thuris
drach. iii. opii drach. vi. gummi drach. v. Terito cum
ſucco foliorum oleę. Succum autem ſic facito. Tene-
ra oleę folia lauat, deinde in pila tundito moderata
aqua aſuſa, ut ſufficientem ſuccum remittant, deinde
exprimito, & per linteum purum excolato, ac uitior.
Aliud Spodiicum admirandum, tenerum, faciens ad
fluxiones & epiphoras humorum impetuofas, ulcera,
inſuſiones, puſtulas. Cadmię uſtę ac lotę drach. viii.
ſtibii uſti ac loti drach. ii. terrę Aſteris drach. iii. opii
drach. ii. gummi drach. ii. Excipe aqua. Collyrium Te-
phron, inſpiſſat ac adglutinat tenues fluxiones uelut
præcedens. Optimum uero eſt hoc ad calidas fluxio-
nes. Cadmię uſtę ac lotę drach. xxv. ſtibii loti 3. vi.
terrę Samię 3. vi. ceruſę, drach. vi. opii drach. v. gūmi
3. viii. ouorum recentium albumina ſex. Excipe aqua.
Collyrium Philagrii penitus leue. Obuſcat enim flux-
ionum mordacitatem. Quapropter obuſcatur ipſo
utendum

utendum est in acribus ac tenuibus fluxionibus . Ob-
tundit enim has & resiccac . Hoc Syricum aut Sandi-
cem appellant . Pompholygis lotæ ʒ .xxv . cerussæ usq̃
ac lotæ ʒ .xxv . terræ Asteris . plumbi usti ac loti , singul.
drach .xxv . gummi albi drach .xl . aque pluuiialis puriss̃
simæ non olentis quod satis est . Singula seorsim usta
lota , siccata , pōderata , adiccito ac terito . Et in fine gū-
mi addito , deinde amyllum . Aliud eiusdem , ad ulcerū
repletionem , præsertim malignorum . Cadmiæ ustæ
ac lotæ , drac .xxv . pompholygis lotæ drac .xxv . traga-
canthæ drac .x . Excipe aqua .

Collyria ex thure .

Cap. CVI.

Collyrium ex thure ad fluxiones , & chemoses , &
caua ulcera . Cadmiæ ʒ .viii . thuris ʒ .viii . cerussæ ʒ .xl .
opii ʒ .vi . terræ Asteris ʒ .vi . gummi ʒ .vi . Excipe aqua .
Vsus est cum ouo . Aliud Delicatum inscriptum . Ad
influxiones , pustulas , chemoses , præsertim in his qui
nullam omnino mordacitatem ferre possunt . Cadmiæ
lotæ drac .viii . cerussæ lotæ drac .xlviiii . thuris drac .viii .
opii drach .vi . amyli drach .viii . gummi drach .xvi . Excipe
aqua . Vsus est cum ouo .

Collyrium Cleonis .

Cap. CVII.

Collyrium Cleonis , uelut Demosthenes habet , ad
ulcera pura & iam cicatrice indigentia , ex cuius usu
nos ualde laudati sumus . Nam profundissima ulcera
& pura celerrime replet , & compendioso ad cicatricem
perducit : tenuibus & obscuris cicatricibus relictis , &
ulcera absq̃ inflammatione conseruat . Habet hoc mo-
do . Spodii loti ʒ .iiii . plumbi usti ac loti ʒ .iiii . squamæ
ferri stomomatis lotæ ʒ .i . gummi ʒ .ii . Excipe aqua . Et
uterè cum lacte aut ouo . Vtimur autem ipso , inquit
Apollonius in profundiore ulceratione , cum cremo-
re tragacanthæ aquoso . Quidam croci sesquidrachmā
iniiciunt , & pro spodio pompholygis , cadmiam ter-
ustam accipiunt . Est autem lene quidem & mordacita

tis

tis exors , uerum graue . Quare nunquam crasso ipso
utendum est , sed aquoso .

Collyria ex rosis uiridia ac alba . Cap. CVIII.

Collyrium Nili ex rosis , ad dolores , fluxionem te-
nuè ac multam , pustulas , prolapsus , & ulcera sordida ,
& palpebras asperas . Rosarum uiridium resectis uno
gubibus ʒ .xxiiii . croci corycii ʒ .xii . opii ʒ .i . spicæ nardi
ʒ .i . gummi ʒ .vi . Excipe aqua . Vsus est cum ouo . Tem-
peratura sit liquosissima . Quidam etiam ad confusio-
nes , & pupillæ dilatationem ipso utuntur . Collyrium
ex rosis Diagoræ , quod Magnum appellatur , aut uirid-
e ex septuaginta duabus rosarum drachmis . Ad che-
moses , & doloris uexationes , pustulas , epicaumata , si-
ue influxiones , staphylomata , prolapsus , oculos suppu-
ratos , fluxiones antiquas , lippitudines inueteratas , &
affectiones ægre curabiles . Rosarum uiridium ex uno
gubium drac .lxxii . cadmiæ lotæ ʒ .xxiiii . croci ʒ .vi . sti-
bii ʒ .vi . æruginis drach .ii . spicæ nardi drach .ii . opii ʒ .
iii . myrrhæ drach .iii . gummi drach .xxiiii . squamæ æris
drach .ii . Excipe aqua . Collyrium quo usus est Flo-
rus in Drusi matræ , quæ paruum absuit ut ab aliis Me-
dicis excæcata fuisset . A caciæ ʒ .xlviiii . rosarum sicca-
rum drachm .xlviiii . meliloti drach .xlviiii . spodii pom-
pholygis ʒ .xxiiii . croci drach .xxiiii . malorū mandra-
goræ drachm .xii . feminis hyoscyami drach .vi . opii
drach .vi . myrrhæ drach .iiii . æris usti drach .iiii . gummi
drach .xl . Vini falerni heminas .iii . aquæ pluuiæ hemi-
nas .iii . Aquam & uinum misceto . Et in hæc rosas , me-
lilotum , hyoscyami semen , & mandragoræ mala , aut
si hæc non adsint , corticem iniicito , & ad triduum ma-
cerari finito . Deinde expresso liquore ad phamaci
compositionem utitor . Vtere hoc uelut probatissi-
mo . Aliud Philagrii ex rosis , ad inflammationes
congruum , si supra relato leni Philagrii collyrio fue-
rit ammixtum . Rosarum uiridium exunguium drach .

bbb 5 lxxx.

lxxx.æris usti drach.xxxii.Tere cum uino odorato ue
teri adstringente,& utere . Collyrium album ex rosif
nostrum inquit Oribafius, ad uigores & ulcera,& ocu
los suppuratos , inuisiones crustas,& ulcerum sordes.
Cadmia uſta ac lotæ, ſtibii uſta ac loti, roſarum recen
tium exunguium , ſingulorum drach.xvi. ceruſæ lotæ
drach.viii.croci drach.viii.opii drac.iiii. gummi ʒ.xvi.
Excipe aqua. Vſus eſt cum ouo aut lacte . In declina
tione cum aqua. Aliud eiufdem.Facit ad uigores.Cad
mia uſta ac lotæ,drach.xvi.roſarum recentium exun
guium drach.viii.opii drach.iiii.lactis drach.iiii.gum
mi drach.iiii. tragacanthæ drach.iiii. amyli drach.iiii.
Aliqui etiam ſamii Aſteris drach.ii. Collyrium ex ro
ſis album , quod cum hyoſcyami ſucco præparatur.
Ceruſæ uncias.xxv. croci quincuncem,opii lib.i.myrr
hæ quincuncem, roſarum uiridium exunguium lib.i.
cadmia uſta ac lotæ beſſem , gummi lib.i.Cadmiam,
crocum,roſas cum aqua terito . Deinde ceruſam adiu
cito.Succos autem & gumi,in hyoſcyami ſucco mace
rato,& efformato . Vtere ad tenuiſſimas ac acres flu
xiones , & in his quæ ſunt cum ulceratione , generoſe
repellit.Collyrium uiride ex Galbano.Ad doloris ue
xationes & affectiones ueteres . Cadmia lotæ drach.
viii.spodii loti drach.viii.æris uſti ac loti drachm.viii.
opii drac.viii.galbani drac.viii.myrrhæ ʒ.viii. gummi
ʒ.viii. Excipe aqua. Quidam ſpodium non adiciunt.

Collyria diaſmyrna,& chiacia appellata ex
uino.

Cap. CIX.

Collyrium diaſmyrnum odoratum Sinerotis, phar
macum accommodatum ad inueteratas affectiones. Fa
cit & ad rhœadas,hoc eſt,angulos antroſos , ſue car
nis in angulo magno decrementum , & ad ægilopas.
Cadmia lotæ ʒ.xxviii. lapidis hæmatitæ loti ʒ.xxviii.
ſpodii pompholygis drach.xxiiii.myrrhæ drac.xlviii.
croci drach.xiiii. opii drachm.viii. piperis grana.xxx.
gummi

gummi drach.vi. Terito cum uino ueteri adstringente.
Vſus eſt cum ouo in recentibus affectionibus.Tempe
ratura ſit aquoſa. Aliud Aſclepiadeum Paccii.Ad do
loris uexationes , fluxum tenuem & multum, inuſio
nes,puſtulas,pellicularum eminentias, aſpitudines,dia
urnas affectiones , & eos qui à multis illitionibus læſi
ſunt,confeſtim opitulatur . Cadmia lotæ drachm.xii.
æris uſti drach.xii. croci drach.xii. ſquamæ æris lotæ
drach.xii.myrrhæ drach.iiii. lapidis hæmatitæ drach.
iiii.ſpicæ nardi drach.iiii.piperis grana.xxiiii.roſarum
ſiccaram drach.iiii.opii drach.iiii.gummi drachm.xii.
Terito cum uino ueteri odorato adstringente. Vſus
eſt cum ouo. Temperatura uero aquoſa. Collyrium
Iſophoron,hoc eſt,uiro par, ab aliquibus autem Iſo
theon,hoc eſt; deo par appellatum . Facit ad oculos
ſuppuratos,& ulcera impura,ac caua,& fluxionum prin
cipia, præſertim in corporibus repletis, in quibus gra
marum copia craſſiſſimarum in oculis reperitur . Eſt &
pueris commodum, & ad aſpitudines bonum. Cad
mia drachm.viii.æris uſti drach.iiii. roſarum ſiccaram
drach.iiii. croci drach.i. folii drach.i. lapidis ſciſi ʒ.i.
myrrhæ drach.i.gummi drach.vi. Tere cum uino uete
re odorato adstringere,& utere in omnibus prædiſtis
cum ouo aquoſus per ſe infundes . Poſt perfectam ue
ro reſtitutionem cum ouo dilutum illine per ſubieſtio
nem,& lauati . Si uero adstringantur poſt illitionem,
candidum oui infunde. Verum ad attenuandas cicatri
ces,cum ouo aquoſus illine. Quidam etiam piperis gra
na nouem ſcripturæ adiciunt. Nos autem in his piper
reſicimus.Collyrium Dionyſius. Facit ad myocephal
a,aſpitudines, fluxiones,hebetudines . Maxime autē
facit ad fluxiones inueteratas.Cadmia ʒ.xiii.æris ʒ.v.
lapidis ſciſi drach.iiii. lapidis hæmatitæ drach.iiii.ca
ſiæ drac.i.aloes drach.ii.croci drac.ii.ſpicæ nardi ʒ.iiii.
folii drac.ii.lycii drac.i.piperis grana.xxi.opii drach.i.
myrrhæ

myrrhæ 3.iiii. acaciæ 3.ii. gummi 3.vi. Tere cum uino Chio, aut alio austero ueteri, & utere uelut efficacissimmo, etiam ad oculos purulētos, & aspritudines, in principis cum ouo, deinde cum aqua. Efficacia eius superat omnem pollicitationem. Collyrium Chiacum. Ex Demosthene, inquit Apollonius, & ad pura ulcera & pro serpētia, & eminentias, & ueteres affectiones, asperas palpebras, sycofes, euerfiones, clauos, staphylomata, omnes doloris uexationes, lippitudines scabras. Facit etiam cicatrices obscuras, & recentes ac crassas cicatrices attenuat. Oportet autem modo crassum, modo medium, modo aquosissimum sublinere. Et quandoque ex interuallis, quandoque assidue. Facit ad carbunculos & suppurationes: pus enim percolat. Et in summa ad omnia oculorum uitia optimum est. Spodii 3.iiii. æris usti drac. ii. croci drac. i. mirrhæ obol. iiii. opii tantundem, piperis grana. xii. gummi 3. i. Terito cum uino Chio, aut alio austero uetere. Aliud Chiacum Oris basii. Ad staphylomata & oculos purulentos, ulcera pura & sordida, & ad antiquas affectiones. Cadmiæ, rubricæ sinopicæ, gallæ omphacitidis, croci, rosarum recentium exiguū, gummi, singulorum quadrantem, opii unc. i. Tere cum uino chio, aut alio austero uetere maris exorte. In principis ad cygnarium aut pelarium quoddam miscetur. Cicatricem quoque optime inducit cum aliquo horum, & per se. Fuscum nostrum inquit Oris basius. Ad oculos purulentos, & magnas affectiones, & omnem ulcerationem, præsertim diuturnam: Rosarum exunguium sextantem, cadmiæ teneræ 3. xxiiii. cerusæ drach. xvi. opii drach. xxiiii. æruginis 3. xii. æris drach. i. feminis ericæ drac. xii. stibii drach. viii. myrrhæ drach. vi. spicæ nardi drach. iiii. croci drachm. iiii. acaciæ drach. iiii. nitri drach. iiii. lycii drach. iiii. aluminis scissi drach. iiii. chalcitidis ustæ drach. iiii. castorei drac. iiii. omphacii. drac. ii. gummi drac. xxxiiii. Terito cum

tum uino austero ueteri odorato, & utere aquoso, per scenigraci succū, aut ouum diluto. In progressu uero crassius adhibe. Collyrium Aromaticū, ex Demosthene. Ad inflammationes ex humorum crassorum multitudine obortas. Attenuat breui ac diffundit, & discutit humores. Facit & ad impura ulcera. Pompholygis 3. i. æris usti drach. ii. myrrhæ 3. iii. lapidis hematitæ 3. iiii. opii 3. iiii. piperis grana. xviii. croci 3. ii. gummi 3. iii. Tere cum uino chio, aut alio austero. Collyrium Scylacium inscriptum, ex semine hyoscyami. Facit ad chemoses, & affectiones fluidas diuturnas omnigenas. Facit etiam ad staphylomata, & repellit fluxiones. Primum cum ouo aquosum, deinde etiam solidum illitū cum ouo. Cadmiæ, æris usti, lapidis hæmatitæ, chalcitidis ustæ, singulorum quadrantem, misyos sesquiunciam, ammoniaci thymiamatis sesquiunciam, myrrhæ sesquiunciam, opii sesquiunciam, hyoscyami feminis unciam unam, aloes sexuncem, gummi sexuncem. Tere cum uino austero. Aliud collyrium mirifice faciens ad myocephala. Consumit etiam pterygia, & carnis in angulo magno incrementum dedit, itemq; cicatrices. Est & ad aspritudines commodum. Cadmiæ unc. i. æris usti unc. i. chalcitidis crudæ unc. i. æruginis rasæ drach. iiii. myrrhæ sesquidrachmam, croci drach. ii. salis ammoniaci drach. i. gummi drach. iiii. Terito cum uino austero. Collyrium Philagrii, de quo ita scribit: Tertium ab his est meum collyrium, quod appellamus Præseruatiuum, repellens in principio fluxiones & roborare potens debiles & lesioni obnoxios oculos. Quare non solum in principis lippitudinis, sed etiā sanis, præseruationis gratia ipsum adhibere oportet. Cytinorum, hoc est, florum mali punicæ, qui floribus anemones similes sunt drachm. xxv. acaciæ flauæ 3. xxxv. glaucii drachm. xvi. aloes 3. v. myrrhæ trogliticis drac. iiii. atramenti Indici 3. vii. folii malabathi 3. i. omphacii

omphacii sicci drach.iii. gummi drach.v. opobalsami ad excipiendum drach.v. Terito cum uino uetere aufero. Collyrium ex Bdelio & Styrace concoctorium. Philagrii. Cuius multam experientiam habeo, non solum probe concoquentis, sed etiam laciones ex frigore obortas citra inflammationem sanantis. Bdelii 3. vi. thuris masculi drach. x. myrrhæ drachm. x. sarcocollæ drach. v. castorii drach. ii. galbani drachmas. v. styracis drach. v. croci. drach. v. lycii drach. ii. ammoniaci thymiamatis drachm. ii. gummi drachm. ii. Excipe aqua.

Collyria ad aspritudines, & exterforia. Cap. C X.

Collyrium ad aspritudines Phoenix appellatus. Facit & ad milphos, & diurnas affectiones, & ad eos qui palpebras & angulos exacerbatos habent. Lapidis hæmatitæ usti ac loti drach. xxxii. æris usti ac loti drach. xvi. lapidis scissi usti ac loti drach. xvi. æruginis drach. xvi. Cadmiæ racemosæ drac. iiii. opii drachmas sex, chalcitidis tostæ drach. iiii. gummi drach. xvi. Excipe aqua. Collyriū ad aspritudines Mono inscriptū. Lapidis hæmatitæ sexuncem, lapidis scissi sexuncem, æris usti quadrātem. Cadmiæ lib. i. æruginis rasæ quadrātem, chalcitidis tostæ unciā unā, opii sextāntem, gummi sextāntem. Excipe aqua. Est & pueris commodissimum. Collyrium Theophilium, ad pueros mirificum, & aspritudinibus commodum. Cadmiæ lib. i. æris unc. xiiii. æruginis quadrātem, opii lib. i. gummi lib. i. Excipe aqua: Vfus est cū ouo in principio aquosū. In declinatione uero cū ouo crassius illinito. Aliud collyrium, Xyster à deradendo appellatum. Facit ad albugines. Cicatrices attenuat, & oculum imperturbatum conseruat. Ammoniaci thymiamatis, miniū sinopici, singulorum quadrāntem, cerussæ, gummi, singulorum sextāntem, pumicis tosti unciā unā, excipe aqua. Collyriū aliud ad aspritudines. Facit ad milphos,

ses, ulcera, fossulas, ualde uetusta uulnera, staphylomata, mycephala. Lapidis hæmatitæ trientem, lapidis scissi trientem, æris usti trientem, cadmiæ sextāntem, æruginis sextāntem, chalcitidis ustæ unc. i. opii trientem. Rosas uirides si affuerint, sin minus, siccas, per diem ac noctem aqua macerato, & cū expresso ac excolato cremore terito. Aliud collyrium Xyster appellatū, celebre ad aspritudines. Pumicis usti, ostreorum ustorum, misyos usti, gummi æquales portiones aqua excipe. Collyrium ad aspritudines Eutonum, ab effuscaciæ pertinacia uocatum. Ex Oribasio. Æris usti drac. xxiiii. cadmiæ drachm. xxiiii. æruginis drachm. ii. croci drach. iii. opii drach. iii. myrrhæ drach. iii. gūmi drachmas nouem. Excipe aqua. Egregie facit ad asperas palpebras ac callosas, lippitudines scabras, euerisiones, fluxus diurnos, citra ulcerationem, ammixto cygnario, aut collyrio ex croco, facit ad uigores. Sit autem quod ammiscetur decima ipsius pars. In summa palpebras euertere non est opus, sed simpliciter illinere. Hoc alii Harmation, id est, currū. Alii opisthobares à grauitate. Nos autem Eutonum uocamus. Aliud eiusdem collyrium exterforium inquit, Gryali, ad aspritudines ex duobus lapidibus. Hæmatitæ lapidis drach. xviii. scissi lapidis drach. xviii. æris usti drachm. ix. cadmiæ drachm. ix. æruginis drachm. ix. chalcitidis ustæ drachm. iii. opii drachm. vi. gummi drachm. ix. Tere cum aqua & illine donec tolerarit æger, non confricans palpebras, neq; subiiciens specillum, sed per specilli nucleum explens oculum. Aliud eiusdem, ad multas affectiones. Chalcitidis drac. xxvii. cadmiæ drach. xxii. æris usti drachm. xvi. lapidis hæmatitæ drachm. xiii. croci drachmas xvi. misyos drachmas xvi. myrrhæ drach. sedecim, opii drachm. xiii. gummi drachm. xiii. Tere cum uino uetere. Collyrium ex oleæ foliis. Facit ad diurnas fluxiones. Deprimit etiam aspritudines, & oculum

& oculum corroborat. Sirici sexuncem, æris quadrans
 tem, opii trientem, gummi 3. viii. Foliorum oleæ tene
 rorum à fibris depuratorum 3. viii. Cum uino spathte
 teruntur folia exacte fibris exemptis, ita ut per se in
 mortario biduum probe teras, uinum paulatim intro
 rans. Quum autem leuissima facta fuerint, æs adicito,
 & simul diu terito, & sic uinum affundito. Si enim ab
 initio infusum fuerit uinum, folia innatantia incontri
 ta permanent. Contrito autem ære, lycicum adicce, de
 inde opium, postea gummi, & efforma, ac utere ab ini
 tio infundens. In declinatione uero etiam illinēs. Ego
 uero, uelut Demothenes iubet, folia in mortario mit
 to, ac cōtundo, uino sufficiente paulatim infillato, ex
 primoq; ac excolo, & cum uino excolato reliqua tero
 retrimento foliorum reiecto. Collyrium Harmation,
 id est, Currus inscriptum: Quo usus est Ptolemæus
 rex. Exerit cicatrices. A cuit uisum, & ad aspritudines
 commodum est. Æris usti ac loti drach. viii. ammoni
 aci thymiamatis drach. viii. corticis thuris drachm. viii.
 gummi drachm. viii. Excipe aqua. Vfus est cum aqua.
 Quædã descriptiones habent etiã æruginis drachm. ii.
 Aliud ex lapide Hæmatite, ad uisum acuendum, cicatri
 ces & callos exterit. Ammoniaci thymiamatis drach.
 xxiiii. æris usti ac loti drach. xxiiii. lapidis hæmatitæ
 drachm. xxiiii. æruginis drachm. viii. gummi drachm.
 xxiiii. Excipe aqua. Exterforium Oribasii. Facit in prin
 cipis, & ad chemosofes, aquosum cū ouo infusum. Cad
 miæ drachm. viii. æris drachmas duodecim, croci dra
 iii. myrrhæ drach. iii. opii drach. vi. lapidis hæmatitæ
 drach. xviii. lapidis scissi drach. xviii. chalcitidis tostæ
 drachm. vi. æruginis drach. xii. gummi drach. ix. Teri
 to cum uino, & utere cum ouo. Collyrium exterforiū
 Philagrii per se adhibitum, & cum collyrio supraferi
 pto Philagrii ex rosis. Æruginis drachm. vi. pumicis
 drach. xvi. testarum sepiæ drach. xvi. gummi drachm.

xxxii.

xxxii. His ego inquit adicicio, squamæ eris drach. xvi.
 ubi fortius ipsum efficere uoluero. Collyrium Rines
 ma, hoc est lima inscriptum. Facit ad callosas affectio
 nes, & cicatrices exterit. Facit etiã ad suffusiones. Cad
 miæ drach. xlviii. ammoniaci thymiamatis drac. xlviii.
 opii drach. xvi. lapidis hæmatitæ drach. xxiiii. galbani
 drach. xvi. aloes drach. xvi. opopanaxi drach. viii. felo
 lis taurini drach. viii. salis ammoniaci drach. iii. ærugin
 nis drach. xvi. myrrhæ drach. xvi. gummi drachm. xl.
 Excipe aqua. Temperatura sit aquosa. Collyrium ex
 terforium albuginum, per unã dilutionem multam ef
 ficaciam ostendens. Facit ad pterygia, & carnis in an
 gulo magno incrementum. Est autem collyrium lene
 & mordacitatis exors. Conchylīi purpuræ carnis ustæ
 drachmas decem, æris usti drachmam unam, squamæ
 æris drachm. ii. æruginis drachm. vi. atramenti futorii
 drachm. iii. aluminis scissi obolum unum. Lapidis scissi
 drach. i. lapidis hæmatitæ drachmam unam, stercoris
 crocodili drachmam unam, lycii drachm. i. succi om
 phacii ficci drach. v. chalcitidis obolos duos, myrrhæ
 drach. iii. thuris masculi obolos duos, corticis thuris
 drachmam unam, florum mali punicæ drach. i. Excip
 pe aqua. Collyrium Heliadæ, albugines tollens ualde
 cito, ut mireris. Lapidis armenii quo pictores utuntur,
 gypsi, atramenti futorii, floris æris, æruginis, testarum
 sæpiæ ustarū, ammoniaci thymiamatis, lapidis magne
 tis trahentis, lithospermi, gummi æqualibus portioni
 bus utere, & excipe aqua. Aliud quod præparat Pe
 trus Archiathros, & ipsi bonum testimonium præbet.
 Salis ammoniaci scrup. vi. lapidis armeniaci scrupulos
 duodecim, seminis raphani scrupulum unum, seminis
 uiolæ albæ scrupul. vi. ammoniaci thymiamatis scrup
 pulos nouem, gummi scrupu. xii. Excipe succo rutæ.
 Facit & ad suffusiones incipientes. Collyrium Pres
 sum. De quo Apollonius dicit, optimū esse pharma

A E T.

ccc cū ad

cum ad cicatrices, & superexcreſcentem carnem. Et ad
 aſperas palpebras, & ſycoſes, & euerſiones palpebra-
 rum: calculos item ac grandines, & induratas affectio-
 nes, & pterygia, & carnis in angulo magno incremen-
 ta, & lippitudines ſcabras, & pellicularum craſtitudi-
 nes, & multæ ac craſſæ fluxionis depurgationem. Sed
 & aquoſum ac multum fluxu cohibet. Conſumit autē
 & depurgat ſecure, attēuatq; ac exterit ſufficiēter mor-
 dens. Verum oculum in perturbatum ſeruat, iucundis
 ſinumq; ac leuiſſimum eſt, & quod debet facit. Eſt au-
 tem hoc. Aeris uſi ac loti obol. v. croci dra. ii. myrrhæ
 trogloditidis obol. iii. ſpicæ nardi obo. ii. caſſi obolos
 tres, cinnamomi obo. ii. opii obol. ii. piperis grana. xv.
 gummi dra. i. uini Chii aut alterius auſteri odorati
 quod ſatis eſt. Quod ſi ad hanc deſcriptionem ſpodii
 ꝓ. iiii. addere uolueris, ad omnē fluxionem ac lippitu-
 dinem optimū euadet. Collyrium Iſidori Memphi-
 thæ ad acuendū uisum. Inungebam inquit, non uidē-
 tes, & incipiebant uidere. Appellatur Rhinariū, id eſt,
 limula. Ego hoc præparauit. Ammoniaci thymiamatis
 dra. xvi. æruginis uermiculatæ dra. xii. teſtarū ſepiæ
 ꝓ. quod molle eſt dra. viii. ſagapeni dra. viii. opo-
 panacis dra. duas, ſucci cyrenaici dra. i. gummi
 dra. i. Omnibus aqua prætritit, ſucci ſceniculi dra-
 xii. adiice, & mellis Attici dra. xii. Et efforma colly-
 rium ac utere. At uero quidam amicus ipſum nunc ſic
 præparat. Ammoniaci thymiamatis unc. xv. æruginis
 raſæ deuncem, & dra. ii. teſtarum ſepiæ trientem, &
 unciæ dimidium, ſagapeni quadrantem & dra. ſex,
 opopanacis ſextantem, ſucci cyrenaici ſextantem.
 Excipe aqua. Gummi autem non recipit. Aliud, ad uis-
 ſus hebetudinem, albugines, ſuffuſiones, Harmatiū, id
 eſt, curruſ appellatum. Fellis hyenæ dra. iii. ſpumæ
 nitrī dra. iii. gummi dra. ii. æruginis dra. iii. ſaga-
 peni dra. iii. galbani dra. ii. ammoniaci thymia-
 matis

matis dra. ii. baccarum lauri decorficatarum dra-
 ch. lxx. aristoſochiæ rotundæ dra. i. Excipe aqua. Colly-
 rium ad incipientes ſuffuſiones, ut aqua etiam ex auri-
 bus fluat, uocatur Aureum. Sagapeni perſici puri dra-
 yiii. æruginis dra. ſex, ammoniaci thymiamatis
 dra. ii. gummi dra. ii. Excipe aqua. Tere & utere
 aquoſum illinens, & intra quinque dies efficaciā ſuam
 tibi comprobabit: ſplendidam enim reddet pupillam
 ac claram. Collyrium Martiani, quo inquit, in me ipſo
 uſus ſum ad imminentem mihi ſuffuſionem. Chelido-
 nii capnitidis circa ſepes naſcentis, rutæ, ſceniculi, co-
 riā dri, herbas ſingulas per ſe exuccato & excolato, &
 de ſucco uniuſcuuſq; quadrantē conſiſcito, & opobal-
 ſami dra. iii. mellis Attici dra. iii. adiciito, ac te-
 rito, donec ſtrigmentitiā habuerint ſpiſſitudinem, &
 tunc ſucci conyzae tenuia folia habentis unciā unam
 addito, ac terito. Et ubi probe habuerint ad accipien-
 dum, gummi puri tuſi ac cribrati quantum ſatis eſt pro-
 tua uelut Medici coniectura adde quo collyrium fiat,
 efforma ac utere, ad incipiētes ſuffuſiones cū uino. Ad
 hebetudines uisus cum aqua, illitū autē ad ſolē locato.
 Collyrium Proteus, Cui nullū ſimile eſt ad initia ſuffu-
 ſionis, & ad omnē uisus hebetudinē. Cicatrices etiam
 ac callos exterit. Cadmiæ dra. xl. ceruſæ dra. xl. pi-
 peris albi dra. i. ſucci cyrenaici dra. oſto, croci dra-
 ſex, opii dra. ſex, ſagapeni dra. xii. lachry-
 mæ oleæ Ætiopicæ dra. ſex, auripig-
 menti dra. viii. myrrhæ dra. xii. ammoniaci thymia-
 matis dra. viii. gummi dra. viii. opopana-
 cis dra. xvi. opobalſami dra. xii. Excipe aqua
 pluuiali. Uſus eſt cum aqua. Collyrium Hermo-
 philii Thalasterum, hoc eſt, marinum, ad omnem he-
 betudinem accommodatum, & ad omnem incipien-
 tem ſuffuſionem. Eſtq; odoratiſſimum. Cadmiæ dra-
 xvi. æruginis dra. ſex, iiii. atramenti Indici dra. ꝓ.

mas sedecim, piperis albi drach.viii. succi Medici ʒ.iii.
 opobalsami drachmas quatuor, gummi drach. xii. Ex
 cipe aqua, & utere cum aqua. Temperatura diuersa est
 iuxta affectiones. Collyrium Indicum Regium inscrip
 ptum. Facit ad principia suffusionum, & omnem uisus
 hebetudinem. Et cicatrices exterit. Cadmiæ ustæ & lo
 tæ lib. i. & trientem, atramenti Indici sexuncem, cerusæ
 sæ trientem, piperis albi sexuncem, fel hyenæ integrū
 quantum est, fel scarorum piscium decem, fel perdicū,
 iiii. opii unciā unā, opobalsami sextantem, opopa
 nacis sextantem, sagapeni sextantem, gummi lib. i. Ex
 cipe succo foeniculi. Collyrium fuluum Panchreston,
 ab omnimoda utilitate inscriptum, accommodatum
 ad scabros ac corrosos angulos, & intentos pruritus,
 & palpebras ficosas, cadmiæ drachm. lxxx. chalcitidis
 ustæ drach. xl. piperis albi drach. xl. gummi drach. xl.
 Excipe aqua. Quidam adiiciunt his etiam croci drac.
 xii. myrrhæ drachm. xii. Collyrium psoricum Ptole
 mæi, accommodatum ad scabros ac corrosos, angulos,
 & intentos pruritus, milphoses, hebetudines: Psorici
 drach. xl. sandarachæ drach. xxx. chalcitidis ustæ drac.
 xxviii. croci drach. xxiii. myrrhæ drach. xii. opii drac.
 ix. castæ drach. xii. piperis albi drachm. xl. piperis nigri
 drach. xvii. omphacii drach. xvi. misyos usti drach. iiii.
 folii drachmam. i. gummi drach. xxxvi. Excipe aqua.
 Collyrium Hygieni Aureum, ad corrosos angulos, &
 scabras affectiones, sandarachæ drachm. xxiii. piperis
 albi grana. xii. myrrhæ drach. vi. croci drachm. vi. gum
 mi drach. xii. Excipe aqua, & utere cum aqua. Colly
 riū. Diacenteton. Ex Demosthene. Æruginis obol. iiii.
 misyos tantundem, succi papaueris tantundē, gummi
 drach. iiii. Excipe aqua. Facit ad prædictas affectiones,
 & ad uisus hebetudinē, & incipientes suffusiones. Atte
 nuat etiā cicatrices. Sit autē calidū. Collyrii Stratiotæ
 compositio hæc est. Cadmiæ ʒ. viii. cerusæ drach. xvi.
 piperis

piperis albi drach. ii. æruginis, opii, omphacii, singulo
 rum drach. ii. gummi drach. iiii. Facit etiam ad asperas
 palpebras. Collyrium extersorium. Æris usti, croci, am
 moniaci thymiamatis, singulorum sextantem, gummi
 unc. i. Excipe aqua. Facit ad oculos purulentos, arge
 ma, nubeculas, caligines. Ad aspritudines ueto cum
 melle. Collyriū celebre, priuatim ad cicatrices in oculo
 faciens. Facit etiam ad uisus hebetudines, aspritu
 dines, & pterygia. Testarū sepię, pumicis, squamę æris,
 ammoniaci thymiamatis, æruginis, cornu ceruini usti,
 sing. lib. i. myrrhę sextantem, thuris sextantē, opii qua
 drantem, gummi bessem, ossium palmularū ustorū
 dextantē, mellis sextantem. Excipe aqua. Hoc præpa
 rat Afer, & ualde ipsi cōfidebat. Nominabat autem
 ipsum Phœnicę nigrum, eo quod ossiū ustorū palmu
 larum, (quæ phœnices appellantur) dextantē recipit.

Collyria enstahta, hoc est, instillatitia appel
 lata. Cap. CXI.

Collyrium instillatitium Paccianū appellatū. Cad
 miæ drach. lxiiii. misyos drac. xxxii. stibii drach. xxxii.
 atramenti futorii drachm. xxxii. piperis albi drachm.
 xxxii. æruginis drachm. xvi. opii drachm. xvi. opobal
 sami drachm. xvi. gummi drachm. lxiiii. Excipe aqua
 pluuiali. Facit ad acuendum uisum, & callos exterit.
 Collyrium Aromaticum inscriptum. Æris usti drach.
 xvi. æruginis drach. iiii. myrrhæ drach. iiii. spicæ nardi
 drach. ii. piperis albi drach. iiii. opii drachm. iiii. croci
 drachm. iiii. opobalsami drach. ii. gummi drachm. iiii.
 Excipe aqua. Aliud instillatitium non perturbans, Ori
 basi. Cadmiæ drachm. xvi. cerusæ drachm. viii. opii
 drach. iiii. opobalsami drach. iiii. æruginis drach. ii. oms
 phacli drach. ii. piperis albi drach. ii. gummi drach. v.
 Aliud instillatitium, uisum acuens, cadmiæ ustæ & uris
 na pueri extinctę drach. x. stibii drach. vi. atramenti sus
 torii sesquidrach. æruginis sesquidrachmam, piperis
 drach.

drach.ii. misyos drachm.ii. opii drachm.i. opobalsam.
drach.i. gummi drach.vi. Excipe aqua . Aliud nigrum,
uisum acuens. Facit & ad corrofos angulos. Stibii usti
ac loti drac. xl. acacię drac. xl. gummi drach. xl. cadmię
drach. xvi. nardi celticę drachm. viii. myrrhę drachm.
viii. croci drach. viii. omphacii drach. vi. opii drach. vi.
Excipe aqua.

Collyria ex cornu ceruino. Cap. CXII.

Collyrium Asclepiadę ex cornu ceruino. Ad ulce-
ra, & pustulas, & cicatrices exterit. Cornu ceruini usti
ac loti drach. iiii. plumbi usti ac loti drach. iiii. squamę
ęris lotę drach. ii. thuris drachm. iiii. opii drachman-
unam, gummi drachmas quatuor. Excipe aqua. Aliud,
ad calidiores affectiones, & acerimas fluxiones cum
ulceratione. Cornu ceruini usti ac loti drac. xvi. spodię
pompholygis lotę drac. viii. squamę ęris drac. ii. cro-
ci drach. ii. acacię drac. viii. thuris drach. viii. opii drac.
ii. myrrhę drach. i. gummi drac. viii. tragacanthę drac.
i. amyli drach. iiii. terito cum hyoscyami cremore. Col-
lyrium ex cornu ceruino, uelut Oribasius habet, maxi-
me quidem ad ulcerationes in uigore, clauosq; ac sta-
phylomata, & huiusmodi omnia, ut non simul sint pal-
pebrę densatę. Et ad ulcera ęgre recipientia cicatri-
cem, & resolutas cicatrices. Cadmię drachmas sex, ac-
cię drac. xl. stibii drach. xxxii. plumbi usti ac loti drach-
mas octo, cornu ceruini usti ac loti drachm. viii. gum-
mi drachm. viii. ęris drachmas xvi. opii drachm. xvi.
myrrhę drachmas quatuor, thuris drachm. iiii. Excipe
aqua. Vtere uero ad caua ulcera cum lacte, ad sordida
cum succo fęnigręci. Aliud collyriũ e cornu cerui, est
sicatissime exterit cicatrices in oculis, cum aqua illitũ.
Vtere etiam ad exulceratos oculos, cum ouo instil-
lans. ęris usti ac loti deuncem, & scrupul. vi. cornu cer-
uini usti ac loti tantundem, stibii loti sextantem, & un-
cię dimidium, testarum sepiaę trientem, & uncię dimi-
dium,

dium, ęruginis sextantem, ammoniaci thymiamatis
sextantę, & uncię dimidiũ, myrrhę sextantę, & uncię
dimidium, thuris sextantę & uncię dimidiũ. Opii sex-
tantem, & uncię dimidium, acacię quin cuncem, &
scrupul. xv. gummi deuncem. Excipe aqua.

Collyria Nardina & Theodotia. Cap. CXIII.

Collyrium nardinum Zoili, ad ueteres lippitudines
& myocephala, & ulcera uetera ac staphylomata. Cad-
mię drac. viii. ęris usti drach. viii. stibii drac. viii. cerusę
drach. iiii. castorii drac. iiii. spicę nardi sesquidrachmã,
aloes sesquidrachmam, folii, croci, chalcitidis tostę,
atramenti futorii, lycii Indici, opii, singulorũ ę. i. myr-
rhę drac. ii. acacię drac. xx. gummi drach. xx. Excipe
aqua. Collyrium nardinum Candidi leuisimum ac ua-
lidissime resticcans. Facit ad myocephala & staphylo-
mata mirifice, & maxime glaucis oculis conuenit. Vte-
re etiam in his qui nullam omnino collyrii mordacita-
tem sustinere possunt. Cadmię ustę & lotę lib. i. cerusę
septuncem, stibii loti sextantem, croci trientem, myr-
rhę troglodyticę trientem, aloes unci. i. acacię ę. i. opii
sextantem, spicę nardi unci. i. gummi bestem. Excipe
aqua. Theodotium nardinum. Cuius multam experię-
tiam habemus in myocephalis, & diuturnis ulceribus
oculorũ & confusionibus. Maximum exterforium est
& uehementer corroborat debiles oculos. Cadmię lo-
tę, stibii loti, acacię, gummi, singulorum drach. xxv. ro-
sarum sicarum depurgatarum drach. xii. ęris usti lo-
ti drachm. viii. myrrhę troglodyticę drachm. viii. ca-
storii, lycii indici, croci, folii, spicę nardi, calcitidis too-
stę, cerusę, glaucii, seminis ericę, opii, gallarum om-
phacinarum, singulorum drach. ii. Excipe aqua. Vtere
in principiis cũ ouo instillans. In declinationibus cum
aqua. Collyrium Nicarium Zoili, ex lacte nardinum.
Ad affectiones & fluxiones diurnas, ulcera, fossu-
las, myocephala, staphilomata, ueteres lippitudines.

Tingit etiam cicatrices, & ipsas inconspicuas facit. Cadmiæ ter ustæ, & muliebris lacte extinctæ ac lotæ drach. cviii. stibii usti ac muliebris lacte extincti ac loti drach. x. æris usti & extincti ac loti drach. xxxvi. cerusæ lotæ drach. xxiiii. myrrhæ drach. xii. opii drach. xii. spicæ nardi drach. iiii. aloes drach. iiii. acaciæ drach. cviii. gummi drach. cviii. Excipe aqua. Collyriū Higidium, quod quidam Ammonii dixerunt. Facit ad incipientes suffusiones, & inustiones. Et ad omne ulcus, & oculos purulentos, cōfusions, chemoses, prolapsus, & ad diuturna myocophala, staphylomata, unguis ulceris genus. Repurgat, replet, & ad cicatricē perducit. Eos uero qui ob aliquam causam, aut propter capitis aut oculi dolorē, dormire non possunt, præclare ad somnum perducit, uelut somniferum medicamentū. Vtere cum ouo, aut lacte, aut aqua, temperatura sit media aut crassior, pro sensus egrorum subtilitate. Habet autem hoc modo: Cadmiæ lotæ drach. xvi. cerusæ lotæ drach. xvi. castorii drach. vi. nardi indicæ drach. iiii. stibii loti drach. xl. æris usti loti drach. xv. rosarii drach. xx. squamæ æris ustæ drach. v. aloes drachm. vi. casisæ drach. iiii. myrrhæ drach. vi. lycii indicati drach. iiii. lapidis scissi loti drach. iiii. & dimidiam, croci drachm. vi. plumbi usti ac loti drach. viii. & dimidiam, opii drach. iiii. acaciæ drach. xl. gummi drach. xl. Excipe aqua. Est ex ualde celebribus. Collyrium Indarium: Piperis drach. ii. cadmiæ drach. iiii. costi drachm. i. stibii drach. viii. gallarum drach. iiii. spicæ nardi drachm. iiii. nardi drach. iiii. acaciæ drach. iiii. gummi drach. iiii. opobalsami drach. ii. Excipe aqua. Facit ad uisus hebetudinē. Exerit etiam cicatrices. Collyriū Theodotium Pacianum. Facit ad maximos humorum illapsus, & doloris molestias. Liberat citra uenæ sectionē. Cadmiæ ustæ ac lotæ drach. viii. æris usti ac loti drach. viii. stibii loti drach. xvi. croci drach. iiii. castorii drach. iiii. ærugis

nis

nis drach. i. aloes drach. iiii. myrrhæ trogloditicæ 3. iiii. lycii indicati drach. ii. opii drach. ii. acaciæ drach. xxiiii. gummi drach. xxiiii. Excipe aqua. Vfus est cum ouo. Temperatura sit crassior. Collyrium quod tumorem laxum palpebris inducit, appellatur Testamentū Aurifabri. reliquit hoc mories templo Ephesio dicatum, quo hi qui à Medicis relictis essent, in templo sanitate consequerentur. Inuentum est autem ab Adriano Cæsare. Facit ad humorum illapsus, & aspritudines, & ad omnes desperatas affectiones, pustulas sanat, caua ulcera explanat, cicatrices inconspicuas facit, oculum imperturbatum cōseruat. Instillatur cum ouo aut lacte, prout necessitas expetit. Sit autem in omnibus dilutum aquosum. Optimum est insuper ad acuedum usum. Habet hoc modo: Cadmiæ lotæ drach. viii. stibii loti drach. xvi. spicæ nardi drachm. iiii. myrrhæ troglodyticæ drach. ii. croci drach. i. castorii drach. ii. squamæ ferri stomomatis drach. iiii. æris usti ac loti drach. xii. æruginis drach. ii. cerusæ drach. iiii. piperis lycii, indicati, opii, thuris, opobalsami, casisæ, singulorū drach. ii. lapidis scissi, drac. iiii. æruginis uermiculatæ drach. iiii. atramenti futorii drach. ii. succi fœniculi drach. iiii. fellis capræ drach. iiii. gummi drac. viii. Terito cum uino Amineo aut Falerno, aut alio austero ueteri odorato. Collyrium Testamentū, uelut habetur apud Asterium. Cadmiæ drach. lxx. stibii drach. iiii. myrrhæ drach. v. & dimidiam, spicæ nardi drach. x. croci drach. x. castorii drach. vii. squamæ ferri stomomatis drach. xiii. folii drach. xiiii. eris usti drach. v. & dimidiam, piperis 3. vii. cerusæ drach. xiiii. lycii, thuris, casisæ, opobalsami, singulorum drach. xiiii. opii drach. vii. lapidis scissi drachm. xiiii. æruginis uermiculatæ drach. viii. atramenti futorii drach. xiiii. gummi drach. lxx. succi fœniculi drach. xiiii. fellis caprimi drach. xiiii. Terito cum uino Amineo. Collyrium Theodotium Magnū. Cadmiæ lotæ

ccc s beffem,

bessem, æris loti bessem, stibii loti unc. xxv. rosarum
 siccarum, cerulle, calcitidis, gallarum, eruginis, lycii in
 dici, croci, aloes, spicæ nardi, myrrhæ troglodytæ, ra
 mentorum ebeni, castorii, atrameti Indici, thuris, opii,
 sarcocolle, pompholygis, singulorum unc. i. cornu cer
 uini usti ac loti unc. i. acaciæ unc. xxv. gummi unc. xxv.
 Excipe aqua. Quidam uero etiam folii unciam unam
 adiiciunt, & amomi unciam unam, rosarum uero qua
 drantem, gummi uero & acaciæ singulorum unc. xxiiii.
 Reliqua autem eodem modo. Facit ad incipientes
 lippitudines, & exulcerationes omnes, & fluxum recē
 tem, ac ueterem, inflammationes, carbunculos, oculos
 purulētos, nomas, puncturas, prolapsus, myocephala,
 staphylomata, palpebras asperas, & ad desperatas as
 fectiones. Et ad ardores solis, aut calcis, aut pulueris,
 aut similis rei. Tollit etiam pterygia inflammata cum
 butyro. Ad ulcera uero cum ouo adhibetur. Ad mali
 gna autem cum lacte muliebri. Theodotium Seueri.
 Aliud quoddam collyrium etiam apud nos reperitur
 inquit Seuerus, à ueteri quodam descriptum. Et hoc
 quidem compositam materiam habet, uerum efficaciam
 diuersam. Nam omnibus simul relatis collyriis com
 modius compertum est. Quare etiam ipsius præpara
 tionem referre necessarium puto, quum neq; omni
 bus hoc sit notum. Recipit autem cadmiæ dra. xxiiii.
 æris usti 3. xii. stibii 3. xl. cerulæ 3. viii. calcitidis tostæ
 drac. iiii. misyos tosti 3. iiii. ramentorum ebeni 3. ii. nar
 di celticæ 3. iiii. folii 3. iiii. spicæ nardi 3. iiii. croci drac.
 iiii. castorii drach. vi. aloes drach. viii. lycii Indici drach.
 iiii. rosarum siccarum drach. iiii. gallarum drachm. ii.
 opii drachmas duas, myrrhæ drach. viii. acaciæ drach.
 xl. gummi uermiculati drach. xl. Cadmiam prunis
 obruimus, & uentilamus, & ubi ignita facta fuerit,
 ablatam, lacte asinino extinguimus. Stibium uero in
 fictile uas coniectum, addito operculo, foramen ha
 bente

bente urimus, & similiter lacte extinguimus. Vsta uero
 singula per se tusa ac cribrata lauamus, & diligen
 ter siccamus, & deinde ponderata ad præparationem
 adiicimus. Cæterum gummi non contusum inspergi
 mus siccum, sed madefacimus: sic enim neq; lignosum
 quiddam neq; arenosum, cum ipso penetrabit dum ex
 colatur, & optima coactio collyrii fiet. Quidam ad re
 latam præparationem adiiciunt etiam costi 3. viii. Et
 magis ita cicatrices exerit inquit, & pterygia ac carnis
 in angulo incrementum consumit. Verum ad inflama
 tiones & ulcera incommodus est costus. Huius igitur
 auxili actiones ac efficaciam dicere non est facile. Au
 dientes enim uix crediderint. Nam desperatas affectio
 nes, ad naturalē statū reuocat. Et ut in summa dicam,
 omnia que Theodotius appellatis nardinis, & his que
 ex cornu ceruino parantur adfunt; multo plus in hoc
 comperuntur: in recentibus enim affectionibus eo illi
 ro, & spongia oculo imposita, ægrum ab affectione li
 berauimus. In diurnis autem ac desperatis, partim
 instillantes, partim illinentes, scopum attingimus. Nam
 in facili solubilibus oculi affectionibus ipsum illini
 mus. In cauis autem & sordidis ulceribus, diluto ipso
 utimur, cum ouo aut foenigræci succo. Quandoq; etiā
 cum aqua mulla. In myocephalis autem, crassius cum
 aqua sublinimus per subiectionem. Sed & cicatrices si
 militer attenuamus. Ad tantam autem tenuitatem per
 ducit cicatrices, ut penitus non cognoscantur per sen
 sum. Et in summa, inenarrabile quandā uim possidet.
 Etenim in staphylomatis, brassicæ succo dilutum colly
 rium, & crassa copia oculo adhibitum, unā cum spon
 giæ deligatione, molem inconspicuum facit. Quum &
 carnis in angulo magno incrementum consumere pos
 test hoc collyriū tenuiter tritum, & in siccum puluillū
 redactum, itemq; pterygia attenuare. Sed & ad alia mi
 nificum compertum est collyrium. Et nos quoque
 permitto

I N D E X.

permittimus posteris per experientiam deductis, ut auxilio testimonii præbeant: iam enim quidam ad diuturna ulcera ac fistulas sedis ipso usi, scopum attigerunt. Unde non absurdum fuerit etiam ad polypos ac ozæ nas narium ipsum adhibere. Collyrium ex succo fœniculi. Cadmiæ dodrantem, stibii bessem, misyos crudi sexuncem, æruginis sexuncem, piperis quincuncem, atramenti sutorii sesquiciam, chalcitidis unc. i. croci sesquiciam, folii unc. i. omphacii sesquiciam, spicæ nardi trientem & uncia dimidium, opii quincuncem, & uncia dimidium, opobalsami trientem, gummi sextantem, succi fœniculi bessem. Et rursus aliud fœniculū in aqua pluuiali decoquit, & cum decocto illa terito ac efformato. Hoc à multis præparatur.

SEPTIMI SERMONIS
AETII FINIS.

I N D E X E O R V M Q V Æ
in Octauo Aëtii Sermone continentur.

Ad superciliorum ornatum. Caput. 1.
De hypopiis, hoc est, iis quæ sub oculis fiunt sugillationibus. 2
Vngenta præferuantia faciem ne à sole aut uento exuratur. 3
Vt ne rugosa fiat facies. 4
Ad faciei nigredines. 5
Smegmata & medicamenta faciem nitidam reddentia. 6
Cataplasmata æstiuæ odorum corpus reddentia. 7
Potiones ad eos qui tetrū habēt corporis odorē. 8
Ad menti scabriciem. 9
Ad faciei lentigines remedia, quibus etiam ad maculas à sole prouocatas, & ad uaros uti licet. 10
De maculis à sole prouocatis, quas Græci φηγάδες appellant. 11

De stig

I N D E X.

397

De stigmatibus siue notis explaga illatis. 12
De uaris faciei, qui tū Ionthi, tum Acnæ Græcis uocantur. 13
De siccosis faciei tumoribus. 14
Ad manantes menti papularum eruptiones. Ex Critone. 15
De impetiginosis tumenti, tum reliqui corporis tumoribus. 16
Ad molestum oris odorem. 17
Ad labiorum fissuras. 18
De dentium affectionibus. 19
Ad inflammatas gingiuas. 20
Ad cruentas gingiuas. 21
Ad excrecentes gingiuas putrescentesq; ac tumentes. 22
Ad corrosas & ab ulcere serpente infestatas gingiuas. 23
Ad parulidas, hoc est, gingiuarum inflammationes. 24
De epulide, hoc est, excrementi gingiuarum carum. 25
De gingiuarum fistulis. 26
Cura dentium à calido morbo doloroso affectorum, ex Adamanto sospita. 27
Cura eorum quibus ex frigiditate dentes dolore afficiuntur. 28
Cura dentium ab humiditate dolore affectorum & laxatorum. 29
De dentibus lima atterendis. 30
Cura dentium à siccitate dolore affectorum. 31
Cura dentium ob caliditatem & humiditatem dolore affectorum. 32
Curatio ero forum dentium. 33
Vt dens citra dolorem, & absq; ferro tollatur. 34
Smegmata uaria ad denigratos liuentesq; ac raris refactos dentes. 35
De ancyloglossis, & qui uix loqui possunt. 36
Ad ranunculum sub lingua. 37
Ad linguam inflammatam, desquamatam ac tumore inflatam. 38
Ad aphthas hoc est oris ulcera. 39
De gurgulionis affectionibus. 40
De ablatione colūnellæ. 41
De oris

De oris inflammationibus.	42	sis, & ægre spiritum ducuntibus.	57
Illitiones ori commodæ.	43	De cordis tremoribus.	58
Summaria doctrina de usu omnium illitionum ad os apparatusum.	44	De sanguinis reiectione.	59
De tonsillarum inflammationibus.	45	Curatio eorum qui ob destillationem sanguinem expuunt.	60
De crustosis & pestilentibus tonsillarum ulceribus.	46	De his qui ob frigiditatem organorum respiratorum sanguinem expuunt.	61
De angina & eius speciebus.	47	Curatio eorum qui iuxta alium quemcunque tandem modum sanguinem ex pulmone reieciunt.	62
De glandulis.	48	Communes methodi exhibendorum auxiliorum in singulis reiectionis sanguinis speciebus. post sanguinis inhibitionem.	63
De suffocatorum reuocatione.	49	De asperæ arteriæ ulceribus.	64
De deuoratis in tonsillis spinis, atque his quæ in asperam arteriam delabuntur.	50	De pectore suppuratis.	65
De arteriarum pharmacis.	51	De peripneumonicis.	66
Ad inueteratas affectiones uariæ arteriæ.	52	De phthisicis seu tabidis.	67
De destillatione siue catharro, & narium mucositate.	53	De pleuritide seu laterum morbo.	68
De tussi.	54	De ea quæ pleuritis esse putatur, quum tamen non sit.	69
De pharmacis dolorem leuantibus & conferentibus tussi.	55		
De suffusionibus.	56		
De orthopnoicis, anhelationibus.			

De faciei, oris, & tonsillarum affectionibus: Cui annexum est, De destillatione, & tussi, asperæ arteriæ, pulmonis, ac thoracis affectionibus.

AD SVPERCILIORVM ORNAMENTVM. CAPVT I.



Vanquam quod ad hanc rem attinet, iam ante à nobis dictum sit, ubi de defluuio capillorum capitis, Sermones sexto, mentionem fecimus, dicemus tamen & hic non importune, sed ut habet, paucis. Illitio augens superciliarum capillos, atque etiam aliarum corporis partium, eadem etiam eosdem nigros reddit. Nuccum ponticarum interiora in uase figulino torrefacta contere, & pinguedine capræ syluestris excipe, atque cum hoc ipso partes iungenti præcipe. Aliud. Adiantum unam, ladani sextantem, pasci cretici hemiantiam, contunde ac subige cum passo: deinde torre, ut dictum est, ac rursus cum pingui capræ syluestris, aut ursi contere, & utere. Potes & huc accommodare ea, quorum meminimus Sermones sexto. Item ex armentaco lapide de quo Sermones secundo capite duodecimo diximus, sicco trito supercilia insperge.

De hypopiis, hoc est, his quæ sub oculis sunt saggillationibus. Cap. II.

Quod hypopia sub oculis fiant, ipsum nomen indiget: siquidem hypopium Græcis hypophthalmium significat, quod Latinis, sub oculis sonat. Sunt autem hypopia ex genere suffusionum sanguinis in locum contusum: fiuntque ex plaga, quam tenuibus sub cute uenulis contusis, sanguis per fissuras sub cutem,

cutem, affatim effunditur, neque id uno loco. In grus
 mos enim coit statim, & liuet locus, progressuq; tem
 poris nigrescit. Quare medela occurrendum est, ante
 quam nigrescat, cura potissimum ad hoc adhibita, ut
 concretus sanguis discutiat. Quod si tuniula quoq;
 rumpatur uenularū, ex quibus effunditur sanguis, mi
 scendum est his quæ discutendi uim obtinent, parum
 quiddam ex constringentibus. Nam si in principio so
 la discutiētia exhibeantur, non tantū id quod effusum
 est discutient, sed per ipsas uenarum contusarum fissu
 ras amplius quiddā elicient ex sanguine in ipsis uenis
 contento. Quum uero in naturā suam redierint uenu
 lā, etiā citra admixtionem cōstringentiū, ad discussio
 ria transeundum. Atq; ego sanē in principio utor Nili
 ex rosis collyrio, ex eo in aqua dissoluto, locū sugilla
 tum illinens. Vtor autē pro fomento, decocto melilo
 ti & fœnigræci. Deinde collyrium quoq; in eodē de
 cocto dissoluo, aut etiam in solo fœnigræci decocto.
 Quod si reliquæ quædā resisterint ipsius adfectionis,
 dissolutis ex myrrha collyriis in fœnigræci decocto, in
 lino bis in die, prius tamen cū spōgia in decocto ma
 defacta loco foto. Idem præstat in principio, nō præ
 sente ex rosis collyrio, glaucium illitum, & fex olei co
 quendo cōdensata. Inueteratū autem iam malū ex lan
 dice collyria tollunt, & quæcunque præclare omnino
 discutiūt, qualia Dioscorides inter facile parabilia enu
 merauit. Ea enim quæ sub oculis sunt sugillata, inquit,
 & liuores iam inueteratos tollunt, raphani cortex cū
 melle illitus, bryoniæ radix uino aut cerato excepta,
 bulbus cum uitello oui impositus, aqua marina calis
 da pro fomēto, aut muria uel salugo, caseus antiquus
 cum decocto hyslopi impositus. statim autem tollit fe
 piæ testa cum aceto illita, sinapi cerato exceptū, cucu
 meris syluestris radix contrita cū melle, lini semen cō
 tritum cū lacte. Critonis compositio. Ad liuores alte
 infixos

infixos, & ea quæ sub oculis sunt sugillata, seminis uiri
 cis albi drachmas tres, radicis herbæ lanariæ siue radi
 culæ drachmas tres, nitri rubri, corticis raphani, hyslo
 pi, farine fabarum, uniuersiusq; drachmas tres, myro
 balani drachmas .xl. cineris pulmonis agni exusti 3. xl.
 bulborum rubrorū drach. xl. radicis thapsiæ aut succi
 drachmas quadraginta, corticis thuris drachmā unā:
 excipe cerato ex oleo rosaceo apparato, ac linteolo
 infartum impone. Oportet autem assidue amouere,
 cum cautione, ne locus exulceretur. Ego autem exper
 tus sum, nucem pinguem, uetustate rancidam, certissi
 mum ad liuores remedium. Porrò reclinato ac supino
 remedia adhibere conuenit, ut adhæreant spatio hora
 rum trium quàm optime contrita.

Circumlitiones præseruantes faciem, ne à sole
 aut uento exuratur. Cap. III.

Circumlitio faciei, quæ aurea appellatur: Lupinorū
 siccorum sextarios. iiii. aquæ pluuialis sextarios. xiiii.
 iniice in uas æreum stanno obductum, & sinasq; mades
 fieri per triduum: quarta autem die decoque ad pru
 nas usquequo dissoluantur lupini: deinde per colum
 exprime liquorem, ac eum seorsim decoque, atq; ubi
 condensatus fuerit, in uas uitreum reponere. Vbi uero
 uti uelis, quantum satis uidebitur accipe, & cum eo in
 modica aqua dissoluto faciem illine. Alia ualde lauda
 ta. Similaginem lotam & per pannum percolatam fi
 nas desiderere, aquamq; abice, fecem autem cum albu
 mine oui permisce, donec mellis crassiciē accipiat, &
 cum hoc faciem obline uersaturus in sole: quum uero
 à sole recesseris, frigida multa ablue. Alia. Boni colo
 ris faciem hæc reddit, atque itē uniuersum corpus. Ma
 stichem cum oleo omphacino dissoluatam circum
 line: aliquando autem & olei loco medullam cerui
 nā, aut uitulinam accipimus: aliquando ceratum liqui
 dū. Alia. Cupressi ac illicis scobem in oleo decoctam

oblina. Alia. Solani succum cum oleo illine. Alia. Nucis pineas cum modico aceto contere, adiecto melle sufficenti ac oui crudi uitellis, atq; hoc ipso faciem oblini: neq; refert etiam si citra acetum eo utaris. Alia. Hæc in æstate conuenit, faciem præseruans: tragacanthi, ammoniaci thymiamatis, costi contusi, cuiusq; sextantem, aluminis liquidi drachmas quatuor, thuris sextantem, amyli sexuncem, oua cruda recentia. xiiii. melis libras tres, mulsi sextarios tres. Tragacanthum, ammoniaci, & thus in mulso madefieri per noctem unã, in uase uitreo finito: oua autem integra in acetum uertus & acre proiecta, per triduum macerato: alumen uero optime lauato: deinde omnia simul in mortarium fistile coniecta ac diligenter commixta, melle costo excipito, atq; utere, faciem ex eis oblinedo. Ante ingressum uero balnei, medicamentum hoc tollatur, atq; id particulatim auellere conuenit leni tractu ex facie induratum, deinde aqua tepida abluere, & spongia abstergere, quod ubi factum est, manna thuris in albumine oui dissoluta, faciem illinito.

Vt ne rugosa fiat facies. Cap. IIII.

Facie corrugata extendit medicamentum hoc: cornu cerui non antiquum in aqua decoque, donec succulentum quid remittat: percola deinde ipsam aquam, & cum ea farinam fabaceam subige, ac pastillos informa, eosq; in umbra exicca. Vbi autem usus postulauerit, quantum opus fuerit in aqua dulci dissolue, ut cerati liquidi crassitie accipiat, & cum eo facie oblinere iube, atq; quantum adglutiuatum fuerit, faciem aqua tepida abluere præcipe.

Ad faciei nigredines. Cap. V.

Ad faciei nigredines his utendum est, iridis contritiæ, farinæ ptisanæ, farinæ fabaceæ, cuiusq; sextarium unum & dimidium, salis ammoniaci, cornu ceruini usti, ammoniaci, thymiamatis, cuiusq; sextantem, in aqua dissolue, & pastillos informa, quos in umbra exiccatos

tos adserua, atq; usus tempore, in aqua resolutos ante balneum faciei illini. Aliud. Farinæ ptisanæ, thuris, iridis, farinæ fabarum, farinæ erui, spumæ nitri, costi, cuiusq; choenicis partem quartam, amygdalas amaras. xx. informa cum candido ouorum & lacte asinino, exicca in umbra, ac utere ut dictum est.

Smegmata & medicamenta faciem nitidam reddentia. Cap. VI.

Quandoquid post unguentorum ablationem plerique faciem extergere conantur, utendum ad hanc rem compositio nibus infra scriptis. Smegma illustriore reddens faciem. Amygdalas decorticas. xl. thuris, spumæ nitri, gummi cuiusq; drachma unã, farinæ fabaceæ 3. xii. excipe oui candido, & in pastillos digere, quibus cum aqua solutis, passim tum in balneo, tum citra balneum utaris. Aliud. Smegma faciei celebre & admirandum, quod & faciem illustriorem reddit, & rugas expolit, asperitates pellit, incipientem elephantiasin arcet, siquidem cum aliis remediis adhibeatur: usus eius etiam reliquo corpori conueniens est. Mastiches, thuris, ammoniaci thymiamatis, iridis, cuiusq; unciam unam, tragacanthi teliquinciam, succi unæ acerbæ immaturæ dodrantem, seminis peponis unam cum concluso in ipso humore dextantem, candidum ouorum. xxi. similaginis sextarios quinque: contunde omnia ac cum candido ouorum, & humore peponis, succoq; unæ acerbæ commisce, & in pastillos redige, ac exicca, post uero cotulos ac attritos, in uase uitreo ad usum adserua. Smegma faciei, quod simul & ipsam rubicundam reddit. Farinæ erui, fabarum, lupini, ptisanæ, ciceris, bulborum narcisus, cuiusq; sextarii Italici dimidium, similaginis sextarium unum, contude ac cribro tenuissimo excute: deinde oui candido commixta, in pastillos digere, & in umbra deficca. Vbi uero expetente, quantum libet accipe, & in aqua dissolue, atque à balneo utere. Aliud, faciem illustans,

Iustrans & uniuersum corpus, dissipat autem & rugas,
 & cutem depurgat. Vitis albæ radicem delibra, ac in
 sole æstiuo exicca, deinde contusæ ac cribratæ Italicæ
 chœnicis dimidium accipe, iridis contusæ tantundē,
 myrobalani siccæ decorticatæ tantundem, farinæ faba
 cæ chœnicem unū: hæc in uino ueteri odorato sub
 acta, in pastillos digere, quos in umbra exiccatos ad
 serua: & usu expetente, contusis & cribratis cum aqua
 utere. Aliud Cleopatæ reginæ, odoratum & præcio
 sum. Costi, myrrhæ troglodyticæ, iridis, spicæ nardi,
 amomi, folii malabathri, casisæ, floris iunci odorati,
 cuiusque unciam. i. Myrobalani libras quatuor, spumæ
 nitri libram unam, contundito, cribrato, utitor. confert
 uniuerso corpori. Aliud efficax & odoriferum. Floris
 iunci odorati, iridis, cuiusque drachmas duas, masti
 ches drachmam unam. contere, & cum succo pitissanæ
 crassissimo pastillos forma, & in umbra desicca. Vbi
 uero usus expetit, in aqua dissolutos illinito, & post
 horæ spatium frigida abluito. Aliud, splendidam, &
 erugatam reddens faciem, ac totum corpus: Farinæ fa
 bacæ Italicum modium unum, similaginis Italicos
 sextarios quatuor, trifolii contusi sextarios quatuor,
 myrobalani tantundem, iridis contusæ tantundem, am
 moniaci thymiamatis libram unam, costi tantundem,
 candidum ouorum recentium crudorum sexaginta,
 seminis peponis unā cum humore chœnicæ unā, succi
 uuæ acerbæ tantundem, subige & informa pastillos,
 quos sufficienter in umbra exiccatos à balneo illine.
 Præclare facit, & ad eas quæ in collo sunt, & reliquo
 item corpore nigredines. Aliud ad faciei nigredines,
 multo usu exploratū. Thuris sesquiunciā, cerusæ pro
 be lotæ, spumæ argenti in decocto cicerū alborū, ad so
 lē frequenter abluta, amyli recentis, scobis marmoris
 albissimi, mastiches puræ, spumæ nitri albensis, testarū
 sepia, singulorum ʒ. i. saponis Gallici unc. xii. candidū
 ouorum

ouorum decem appara, & utere, ut dictum est. Aliud
 mirabile faciem depurgans & illustrans. Farinæ cœni
 græci trientē, terræ Samiæ quæ Afer appellatur, quæ
 drantem, amyli trientem, mastiches sexuncem, medul
 læ ceruinæ recentis sexuncem, tragacanthi trientem.
 Tragacathū in lacte muliebri, aut asinino macerato, ac
 eū eo dissoluto, reliqua tenuissimè trita in pastillos di
 gerito: quibus in umbra desiccatis, ut prædictū est, uti
 tor. Aliud smegma. Ricini seminis interioris ʒ. viii. bul
 borum narcissi siccorum ac decorticorum ʒ. viii. si
 milaginis drac. iiii. thuris ʒ. ii. candidum ouorum. viii.
 appara ut dictum est, & utere. Sapo quo usa est Pela
 gia patritia, ad faciem illustrandam. Saponis Gallici
 sexuncem, cerusæ sextantē, mastiches uncia dimidiū,
 medullæ cerui ʒ. i. spumæ nitri albæ trientem, ceræ al
 bæ quadrantem. Præmacera saponem in aqua in ui
 treo uase ad dies. v. aqua pluuiali quotidie permutata,
 & sapone excolato. Postea in ollam nouam immite sa
 ponem, & sexta die rursus affusa pluuiali aqua, ad len
 tas prunas decoque, donec sapo dissoluatur. Deinde
 ceram & medullam adde, & ad dissoluta mastichen
 & spumam nitri insperge, olla amota, & assidue per
 spatium commota. deinde etiā cerusam modica aqua
 tritam adde, & medicamentum in testam missum con
 tente manu subige, & reposito in uitreo uase utere ue
 lut dictum est. Smegma ex Rusi libris, ad totius corpo
 ris erugationem. Ficus pinguisimas, uitis albæ radi
 cem siccam delibratam, sepia testam usitam, farinam
 erui: unumquodq; seorsim contunde: deinde etiam si
 mul, & modico adstillato melle, utere. Aliud smegma
 quod uniuersum corpus odore imbuit. Terræ cimol
 iæ bessem, iridis tenuissimè tritæ drac. xx. iiii. nardi cel
 ticæ dra. xx. iiii. cyperi, cardamomi, styracis flauī & pin
 guis, cuiusque drach. xii. styracem in uino ueteri odo
 rato dissolue, & in præoptu habe: terræ uero cimoliam
 d d d 3 in fictiū

in fistile uas coniectam carbonibus impone, atq; ubi factis canduerit ab igne, eam ad dissolutū styracē iniice, deinde reliqua sicca tenuissime trita insperge, ac simul sufficienter unita in pastillos digere, quibus in umbra exiccatis, post uero tritis & cribratis utere.

Cataplasmata æstiuā, odorum corpus redolentia. Ex Critone. Cap. VII.

Quum sudores corpus uexant, magna oboritur ex eis molestia, præsertim in æstate. Nā & fordes multas inuehunt, & tetrum odorem de se præbent. Quare sub scriptis remediis uti conuenit, non ad mulieres tantum, sed ad ipsos etiam uiros. Non importunū enim esse puto & in hoc smegmatū tractatu harum rerū mentio nē facere. Cataplasma, hoc est, inspersio totius corporis odorem bonū efficiens, æstiuum. Rosarum siccarū quadrantem, casisæ quadrantem, amomi, costi, spicæ nardi, cuiusque 3.ii. aluminis liquidi sextantem, dissolue in uino ueteri odorato, & in pastillos digere, quos in umbra exiccatis usu expetente contundito, ac cribrato, atq; in balneo inspergendos exhibeto, ita ut diligenter perfricent, & cum frigida aqua abluāt. Aliud. Spumæ argenti in decocto cicerū ad solem inalbatæ, amomi, casisæ, folii malabathri, costi, spicæ nardi, aluminis liquidi, iridis, omniū par pondus, appara, & utere ut dictum est. Potes autē præscriptis cataplasmatibus uti quocunq; tempore uelis. Aliud odorum & lene. Rosarum uiridium & tamen siccarum dra. xl. myrrhæ trogloditicæ drachmas octo, iridis illyricæ, spicæ nardi, casisæ cuiusque drach. viii. uino odorato subige, & pastillos informa, quibus ubi uti uelis contritis & cribratis corpus insperge, maxime à balneo. Aliud. Amomi, casisæ, spicæ nardi, costi, folii, myrrhæ, singulorum æquales portiones. Vini quod fatis est, para ac utere uelut dictum est. Aliud. Casisæ, iridis, myrrhæ, aluminis optimi, pares portiones uino subige,

& pas

& pastillos forma ac utere. Aliud. Iridis, spicæ nardi, floris iunci odorati, cuiusq; 3.iiii. amomi 3.ii. myrrhæ 3.ii. meliloti drachmas quinq; appara & utere similiter. Archigenes autem inquit: Ad omnes corporis tetros odores, atq; eos qui grassoniæ à Græcis appellantur, ante omnia conducunt exercitia, inunctiones, siccæ fricationes, alui frequens subductio. Sunt etiam cibi ad destruendum hoc malum commodi, itemq; illitiones. Conueniunt itaq; oleum rosaceum, melinum, myrteū, iris sicca per se in puluerem redacta & intrita. Aut, alumen liquidum in aqua uel uino dilue, & myrrham tenuissime tritam admisce, ac ad mellis crassitudinē redige, & ex eo collum, locos sub alis, inguina, & reliquos exudantes locos inunge. Aliud. Aluminis liquidi 3.iiii. myrrhæ 3.iiii. spumæ argenti lotæ 3.ii. casisæ drac. i. contere, & cum eis sub alis locos, intermedia coxarū & inguina confrica, tollit enim euestigio eorum foetorem. Aliud. Casisæ 3.iiii. aluminis scissilis 3.ii. utere cū uino per se. Aliud. Mastiches quadrantem, aluminis scissilis 3.i. utere cum uino. Aliud. Myrrhæ troglodyticæ, iridis illyricæ, florum rosarum siccarū, æquales partes cōtūde, & cribra, ac forma pastillos cū uino, eosq; in umbra sicca, ubi uentus non spirat. Deinde confusos ac cribratos in pyxide reponere coopertos, ut ne transpirent, & utere à balneo inspergens ac defricans locos leniter, atq; ita imbibi sine, & postea frigida ablue, & manet odor, de quo merito mireris. Probe facit & alumen cum uino, & trocogramma cum myrrha. Et cupressi ramenta ac alumen cum uino.

Potiones ad eos, qui tetrum habent corporis odorem. Cap. VIII.

His uero qui foetētem habēt corporis odore, eiusmodi potiones exhibere cōuenit. Cardui radicē in uino albo decoctā propina, & eiciēt urinā crassam & foetentē. Aliud. Resinā terebinthinā oliuæ magnitudinis

dine cū pari melle decoque, & quotidie deglutendam exhibe, & unū insuper abforbendū. Aliud. Myrrham & serpyllum paribus partibus terito, & in pilulas formato, quarū duas deutorandas dato, & unū insuper abforbendum. Hæc etiā ad oris graueolentiam faciunt.

Ad menti scabricem, ex Galeno. Cap. IX.

Fiunt & in mento aspredines ut plurimum seroso humore à capite destillante, & precedentibus fursuæcis in collo ac uicinis partibus squamis, aliquando autem usq; ad auditorios pertingit ac perrepat meatus. Estq; omnino hæc affectio dolorosa, pruritus inferens, ac distendens corpus: quare subscriptis remediis est subueniendum. Critonis. Amurcam ex oliua prius quàm exprimatur destillantē, decoque quousq; cogatur, eaq; assidue locos inunge. Aliud. Myrrhæ unciam unam, ouorum crudorum uitellos quinque, myrrham cum lacte dilue, deinde adiuice ei oua, eaq; simul passo excipe, ac assidue illini, & miraberis effectum. Aliud pharmacum efficax, quo multos hac affectione detentos liberauimus. Glauici drachm. xvi. gummi drachmas quatuor, lachrymæ oleæ tantundem, dissolue, & ad strigmentitiam crassitudinem cum passo redige, atque assidue illine. Exulcerata autem cute & circundolente, sequentibus utendum. Pinguis compositio ad faciei manantes & squamosas affectiones, ac asperitates, utilis etiam existit sedi, conuenitq; ambustis ab igne. Spumæ argenti unciam unam, ceræ tyrrhenicæ trientem, ouorum assatorum uitellos tres, adipis anserini bene subacti trientem: spumam argenti in farinam redige, ac adiuice ei oua, deinde his simul unitis infunde quantum sufficit lactis, ut ad strigmentitiam crassitiam redigantur, postea ceram liquefactam una cum pingui, refrigeratq; ac erasam, coniuice, ac simul commisce, atq; in pyxide reconde. Vsu uero exi-

rosaceo

rosaceo dilutum impone. Potes autem & sedis remediis, & quæ ad ambustos ab igne descripta sunt, consimiliter in hac affectione uti.

Ad faciei lentigines remedia, quibus etiam ad maculas à sole prouocatas, & ad uaros uti licet. Cap. X.

Vitis albæ itemq; nigræ radices cū oleo decoque, donec succulentę reddantur. Tollit etiā tum lentigines tū uaros, oleum amygdalarum cum cæra, radix lilii cū melle. Maxime omnium autem lentigines delet gūmi & nitrū æquali pondere, melle permixta. Aliud. Brasica semen aqua contritum illini, absterse tamen & cōfricato prius loco. Vbi uero exaruerit atq; cutis attollatur, prolue aqua multa frigida, & illinito pingui anserino, aut medulla cerui, aut etiā cerato ex aliquo huiusmodi apparato. Cauendum autē est, ne quis post excoarationē incidat in ea quæ faciē offendere possunt, qualis est aer frigidus, aut uentus, aut prolutio faciei. Aliud. Sandaracham attere cū melle ad strigmentitiam sitatē, & per dies sex illinito: arefacta autem cute atq; eleuata, utere galbano cum medico nitro & aceto dissoluta. Aliud, ad uibices ac lentigines: Columbæ sterocus cum acri aceto tere ac utere, & miraberis. Ad diuurnas autem lentigines his utere. Radicis cucumeris syluestris sextantem, cimolię unc. i. in puluerem redige ac repone. Vsu uero expetente, quantum suffecerit in aqua dilutum illini. Aliud. Bulborum depuratorum ꝑ. i. thuris ꝑ. i. contere, adiecto cochlearū terrestriū magnarum cruore. Oportet autem ipsas adhuc uiuas stilo pungere, atq; id quod effluit muccosum, pharmaco iniicere: quod ubi usus tēpore dissolueris, melle exceptum inunge. Eundem effectum præstat ari radix, sicca cū melle, & umbilici ueneris radix, cerato liquido excepta ac illita. Smegmata ad lentigines in calli modū obduratas. Quandoquidem contingit aliquando subblatis

ddd 5 lentigi

lentiginibus callosam reddi cutem, ac uix curabile fieri affectionem: utendum est post lentiginum excoriationē huiusmodi smegmatis. Farina erui chœnicis Italici humidum, farina hordaceæ tantundē, scillæ assætæ sextatē, omnia in puluerē redacta, cādido oui excipe, & in pastillos redige, quos in umbra desiccatos adserua: usu uero expetente cum aqua dissolutos illo linito, & post modicā temporis intercapedinē frigida abluere iubeto: aut cremore in quo fursur maceratus est, maxime si adest inflāmatio. Aliud. Spumæ nitrī ʒ. viii. alcyonii ʒ. viii. galbani ʒ. viii. amygdalarum amaram delibratarum drach. iii. melle excipe, ac illitum sinas areferi. Deinde iube faba dentibus contrita extergi, ac abluī aqua moderatē frigida: cautosq; esse præcipue, ne aut à uento, aut à sole lædantur.

De maculis à sole prouocatis, quas Græci ἐφελιδας uocant, ex Critone. Cap. XI.

Fiunt etiam in facie maculæ, quas Græci ἐφελιδας uocant eo quod à sole prouocentur, maxime circa malas & nasum: & apparent sanè non in alto fixæ, sed instar flosculorum productæ, quare leniter eas confrictas attollere oportet, ac sinere areferi commonereq; ut uno aliquo ex smegmatum genere extergantur. Discutiuntur enim ab illis, aut certe ita abscedunt, ut digitis auelli queant. Verum non uiolenter id facere cõuenit, sed leniter & paulatim. Quod si adhuc in hæreant, nihilo leuiores reddita, subcriptis utèdum est. Brassica contrita, & illita, ad maculas à sole productas & lentigines, atq; omnia alia quæ mediocri extersione ac repurgatione indigent, utilis est. Similiter autem & sepis testæ usæ, aut testæ purpurarum, ac buccinorum cum melle illitæ. Oportet autem has testas in crudam ollam coniectas in fornacem immittere ac affare. Oribasii ad maculas à sole prouocatas, uarosq; & uirilignes. Farinæ erui libras duas, feminis erucæ

libram

libram unam, amygdalarū amararū, cucumeris sylvestris radicis, cuiusq; libram unam, in uino mulso dissoluta & contrita illini, ac post horæ spatium spongia absterge. Aliud ualde admirabile. Ceræ tyrrhenicæ drach. xv. olei rosacei drachmas septem & dimidiam, pinguis anserini unciam unam, spumæ argenti lotæ & dealbatæ unciam unam, cerussæ ʒ. i. gummi drachmas quatuor, mellis Attici ʒ. i. dissolutis illini faciē: & post spatium horarum sex spongia deterge, ac laua cum sapone. Aliud Oribasii. Lupinos in lixiuio per triduum maceratos contere, & cum eis lentigines illini, donec auelli possint. Aliud. Saponem Gallicum aqua tritum modico adiecto melle inunge, & per horas tres in hæreere sine, aut stercus columbinum linteolo exceptum ac in puluerem exustum, cum oleo contere, ac illine confidenter. Idem probe efficit myrobalanos contrita illita: itemq; bulbus crudus per se uel cum oui luteo & aceto aut melle. Exusti autem bulbi una cū alcyonio illiti depurgant lentigines: quod facit elaterium quoque illitum, & calsia cum melle, brassicæ semen cum aceto, hædere folia uino decocta, radix umbilicis ueneris cum cerato liquido illita, aut cucumeris syluestris radix: aut fici uirgulta in aceto decoque, ac contra sis utere, quod idē & uirilignes sanat. Aut rubiā oleo cõtrita, aut costū aqua cõtusum, aut nitrī spumā cerato liquidiore exceptā, aut lupinos crudos cū lixiuio coactiliariorū decoctos & cõtusos, cū melle illini. Aliud. Radices narcisi delibratas in aceto decoque, ac tere, iniecta farina erui sufficite, & pastillos informa: quos in umbra exiccatos, in usum adserua. Qui ubi postulauerit contritos cū melle, ad uesperā illine, mane autem rursus abluī præcipue. Aliud. Liliū bulbos quosq; cõtere, & cõitice spumæ nitrī lib. i. deinde melle quātū suffecerit cõmistū illini, usquequo integre curètur, ut iā antea dictum est. Aliud. Amygdalarum amararum partes. ii. melanthū

melanthii torrefacti partem. i. unumquodque seorsim
 contere, & cum melle commisce: illinito autem ad ue
 speram, maneq; abluito cum aqua dulci. Vtere autem
 uno aliquo ex smegmatis superius ad faciei nigredin
 nes prescriptis, iteq; his que sunt illis uicina, ac similia.
 Vitile autem est & hoc, presertim si fuerint diuturnæ,
 buccina exure, ac cum melle contere, & ad uesperam illi
 line: mane autem ablui cum aqua dulci præcipe. Aliud
 ad solares maculas, ualde pulchrum. Oua integra in
 aceto macerato, donec testa quamtenerrima fiat, dein
 de superius perforato, ac extrahe ab eis cadidum: post
 uero iridis Illyricæ tusæ ac cribratæ, & melanthii in te
 nuissimum puluerem redacti, & thuris æquas partes
 cum eis conterito, adiecto; melle sufficienti, ut dictū
 est, utitor. Quod si adhuc perseverauerit affectio, huius
 modi excoriatoriis utendum erit. Excoriatorium ma
 gularū à sole prouocatarū & lentiginū. Melanthii qua
 drantem, seminis ocymi quadrantem, radicis ari qua
 drantem, aqua subigito & imponito, ac finito adgluti
 nari: post aliquantum uero interstitium detrahit, atq;
 aqua calida quamplurima proluo. Aliud. Quod ad
 callosam faciem conducit, siue per ætatem, siue per cō
 tinuam pharmacorum acriorū excoiationē calli sint
 contracti, seminis erucæ sexuncem, ammii, cardamomi
 radicis ari, costi, cuiusq; quadrantem, contundito, cri
 brato, ac reponito. Vbi uero necessitas exigit, quantū
 satis uidebitur accipito, acetoq; subactū, imponito sa
 tis condensatum: quum uero adglutinatum fuerit, ace
 tum aut aquam per spongiam infillato. Facta autem
 excoiatione, multam aquam calidam adfundito: à
 prolutione uero subiectam mixturam pāniculo laneo
 exceptam imponito. Cerussæ ʒ. viii. spumæ argenti
 lotæ drach. iiii. adipis anserini sexuncem, medullæ cer
 uini sexuncem, cælypi medicamenti quadrantem, ad
 pis suilli recentis quadrantem, olei sesamini quantum
 sufficit.

sufficit. Oportet autem fomētum adhibere bis in die:
 eleuata autem cute, sequens ceratum est imponendū.
 Adipis caprini à fibris depurati & loti lib. ii. olei lūsini
 sexuncem, olei rosacei, & amygdalini, ceræ, mastiches,
 cornu ceruini usti, salis ammoniaci, cuiusq; ʒ. i. terræ ci
 moliaë trientem. Ea quæ eliquari possunt liquefacito
 & percolato: deinde rursus ad carbones lente deco
 quito, & ad ea quæ sicca sunt in mortarium adfundi
 to, ac probe unitis utitor. De exulcerata menti scabri
 cie. Utendum est ad eam his, que paulo post in capite
 uidelicet decimoquinto descripta sunt, ad manantes
 menti popularum eruptiones.

De stigmatis siue notis à uerbere illatis. Cap. XII.

Stigmata appellant, que in facie, aut alia quapiā cor
 poris parte insfiguntur, notas, quales uidemus in mani
 bus eorū qui militiam exercent. A tramento autē utun
 tur illi tali: lignorū spinæ Ægyptiæ & maxime corti
 cis librā unā, æris usti sextantē, gallarū sextantem, atra
 menti sutorii unc. i. contundito ac cribrato, primumq;
 æs ustum cu m aceto terito, deinde & reliqua contrita
 conuicito, affusisq; aquæ quidem partibus duabus, suc
 ci uero porri parte una, & probe unitis utitor. Opor
 tet autē locis prius cū acubus punctis sanguinē extra
 here, & primū porri succo illinere, postea uero ipsum
 adhibere pharmacū. Porrō quibus eiusmodi stigmata
 extirpare penitus uolumus, illis subscriptas mixturas
 adhibebimus. Calcis partem. i. nitri assati partem. i. cū
 lixiuio coactiliariorum terito, & nitro asperso locum
 prius præparato & extergito: deinde illinito cōtinen
 ter. Idem quoq; ad uerrucas myrmecias dictas, efficax
 existit. Aliud, quod stigmata tollit. Piperis ʒ. ii. rutæ ʒ.
 iiii. auripigmenti drach. iiii. contere, & adiecto melle,
 in pyxide figulina reponē. Vbi uero usus expetit, su
 pra stigmata prius nitro conficta, resnam terebinthi
 nam impone, uinculo adhibito in dies. v. postera autē
 die

die sexta solue, atq; acu stigmata penetra, & cum spongia sanguinem exterge, salemq; tenuissimum in ipsas puncturas insperge: quem tamdiu inhaerere sinas, donec stadia decem quis cursu confecerit, deinde praedictum pharmacum linteum exceptum impone, neq; soluas per dies quinque: sequenti uero sexta solue, & stigmata scalpendo expoli, atq; ubi quod nigrum fuerit detraxeris, rursus pharmacum ipsum illinito cum penna. Eruit enim in uiginti diebus citra magnam exulcerationem, non relicto etiam uestigio cicatricis. Idem efficiunt mordendo erodentia medicamina in uulnerrum tractatu descripta.

De uaris faciei, qui tum Ionthi, tum Aenae Graecis uocantur. Cap. XIII.

Solet circa faciei cuticula tuberculum oboriri, paruū quidem, sed durū, quod uari nomine appellatur. Id sane à crasso humore producitur. Quare cura eius per ea quae duriciem emolliunt, & tumorem discutunt, medicamina perficitur: quorum sylvā eiusmodi tibi parabis. Lillii radicem trita cū melle illinito, aut cyclamini radicē cū melle, aut narcissi radicē cū melle, aut casia cū myrrha & melle, aut plumbaginem cum aceto, aut pulegium tenuissimè tritum, ac cerato exceptū impone. Aliud. Mellis & aceti acerrimi, cuiusq; æquales partes simul permixtas illini, ac digito circumtere. Aliud. Sepiæ testē usq; sextantem, costi sextantem, myrobala ni unciam unam, contere cum aqua & illini, arefactum uero rursus humecta. Aliud. Costum contunde, & cribratum in tenuissimum puluisculum redige, deinde cum felle caprino commixtum in cerati modū effunde, & cum eo uaros ad uesperam illini: mane uero à somno, lacte, qualecunque adfuerit, faciem abluere iube. Aliud. Alumen scissile quàm tenuissime contere, & resina terebinthina exceptum impone. Quum autem diu perstiterit uari, his utendum erit, Saponis

Gallio

Gallici ʒ.iiii. ammoniaci thymiamatis ʒ.i. thuris ʒ.i. dissoluito in aqua, & ad cerati densitate reducito, sicq; illinito, ac post horæ spatium ablui cum calida præcipitato. Aliud. Rhois culinarii, hissopi, pulegii, salis fossilis, seminis ocymi, cuiusq; æquales partes, cerato rosaceo excipe, ac utere. Aliud, quod ad eminentiores faciei affectiones, itemq; pruritus efficac est, necnon ad principium elephantiasis. Gummi albi & nitri æquas portiones, acri aceto dilue & illini. Vbi uero exaruerint, sub scripta mixtura depurga. Saponis Gallici lib.i. ammoniaci, spumæ nitri, thuris, mastiches, cuiusq; quadrantē, saponem, & ammoniacū in uase fictili cū aquæ chœnice una decoquito. Vbi uero dissoluta fuerint, sicca contrita ac angustissimo cribro excussa, iniicito: deinde transfer in pilam, probeq; contusum uitreō uase recondito. Necessitate uero expetente facie illinito, & post paruū interstitium multa aqua abluito: prius leniter facie confricta. Hoc pharmaco semper ad uaros utere. Aliud ad uaros, celebree. Nitri rubri sextantem, cimolię ʒ.i. thuris ʒ.iiii. farinę erui ʒ.i. Vtere autē hoc modo: Accipe halcyonium, ac per se optime contere, deinde iniecto oleo simul tere, & ex eo faciem ad uesperam illini. Mane uero à somno præscripta compositione exterge. Aliud smegma, quo per omnem curā uarorum uti conuenit. Farinæ fabarum, farinæ sesami, medullæ peponis sicca, & cuiusq; ʒ.iiii. contere, & cum his exterge. Aliud. Nitrum cum myrrha tritum aqua permixtum exhibe, eoq; extergatur.

De ficosis faciei tumoribus. Ex Galeno. Cap. XIII.

Est & hæc una aliqua ex menti affectionibus, in hoc differens à uaris, quod non solum crassus existit humor à quo producitur, sed serosa etiam tenuitate participat, ob quā & citius exulceratur, si quidem non ut conuenit cures, & siccoribus etiamnū indiget remediis, quàm ea sunt quæ uaris adhibentur. Oribasius ad

Eustathium

Eustathium, Ficos appellant germina ulcerosa, rotunda, subdura, rubicunda, quæ consequitur etiam dolor. Nascuntur autem ut plurimum in capite, atq; etiam reliquo corpore, de quibus Crito sic scripsit. Ad ficosas menti eminentias, Critonis. Spumæ argenti ʒ. iiii. thuris ʒ. ii. falis fossilis ʒ. ii. sandarachæ ʒ. i. contrita simul impone. Aliud ualde præclarum. Elaterii ʒ. ii. falis fossilis tantundem, chalcanti ʒ. ii. sandarachæ drachmam unam, misce: & cum specilli instrumenti, quod melam Græci appellant, extremo admota impone, præhume stato prius loco quo pharmacū melius infideat: post impositionem uero cataplasmate feminis lini aqua dissoluti super te contege. Aliud, Archigenis ad capitibus & mēti ficos. Chalcanti affati, aluminis scissilis, glutinis, cuiusque æquales partes, squamæ æris duplum: glutinum in aceto maceratum dilue, & cum eo reliqua trita committe. Vbi uero uti uelis, in aceto rursum dilue, ac ex eo ficosas eminentias inunge, & rasura tenuis linteoli contege. Inhæret autem pertinaciter, atq; citra cicatricem ficos depurgat. Vtor autem & hoc ipso pharmaco ad callos fistularum leniendos in collyria informato. Quod si humidi sint tumores, nimirum aqua effluente ex eis, uelut à fonte, pura, subscriptis remediis utendū erit. Pastillus ad ficosas menti eminentias. Reprimit autem omnes tumores qui accidunt illis, qui male cicatricem obdixerunt: quemadmodum uidemus in his, quibus palpebræ aut labia sunt consuta: Squamæ æris sextantem, misyos affati sextantem, auripigmenti sextantem, diphrygis drachmas tres, chalcitidis ustæ drachmas quatuor, æri usti drachmas quatuor, glutinis fabrilis drachmas quatuor: compone & utere ut dictum est in priore. Nam & ob eius usum, magnum nomen adeptus sum.

Ad manantes menti popularum eruptio

nes, ex Critone. Cap. XV.

Conferunt

Conferunt quidem & his plurima eorum quæ ante ad capitis ulcera manantia præscripta sunt. Proprie autem profunt hæc: Spumæ argenti, chalcanti, malicorii, baccarum myrti, singulorum æquales partes cum uino & oleo myrteo tritas illinito. Aliud, Præclarum & hoc est: Verbenacæ supinæ drachmas octo, acaciæ drachmas octo, myrrhæ drachmas duas: cum uino tritis utere. Aliud. Myrrhæ unciam unam, thuris sextantem, acaciæ trientem, utere cum uino. Aliud. Spumæ argenti, ladani, baccarum myrti nigrarum, seminis hyoscyami, malicorii, æqualibus partibus cum uino & oleo myrteo, aut rosaceo permixtis utere. Aliud, quod & ad ea quæ instar faui melle manant ulcera, melicerides Græcis appellata, conducit: siue ea in mento, seu in capite existant: quæ à Syris appellantur Sanalia. Spumæ argenti & baccarum lauri, æquales partes cum aceto ac oleo myrteo illinito: Experimentum enim bonum de se præbuit sæpe.

De impetiginosis tum mēti, tum reliqui corporis tumoribus ex Galeno. Cap. XVI.

Præterea & hæc affectio ex mixto quam generatur humore, nimirum serosis & tenuibus acribusque humoribus unà cum crassioribus permixtis: quapropter etiam facile in psoram & lepram transit. Indiget itaque hæc affectio pharmacis fortiter desiccantibus. Quod si uero in psoram aut lepram transierit, ad hoc quod desiccantia remedia adhibenda sunt, necesse erit & repurgantibus uti. Itaque Crito ita scripsit, ad eas quæ in mento procedunt impetiginosæ, lichenas appellatas: Affectio, inquit, est insuauissima, & prurimum inferens, & circumtensionem, & periculum non minus. Proserpit enim aliquando per uniuersam faciem, & oculos ipsos contingit. Quare diligentiori cura utendum erit, ubi ea quæ iam longo tempore perseverauerunt, ab his quæ recens prodierunt discreuerimus.

Ad recentes igitur impetigines conueniunt hæc: *Pet*
dicii herbæ folia continèter in loco confrica, aut thus,
 aut ammoniacum cum aceto terito, aut etiam cū *per*
dicii succo, ac illinito. Aliud. Liquorem qui ex humi
 dis oleæ lignis dum comburuntur effluit, illini. Idem
 facit quod ex brasiçæ caule dum aduritur, destillat, il
 litum. Aliud. Maluæ agrestis semen depuratum colli
 lige, cõtere, ac expressum inde succum reponè, eumq;
 assidue illine. Aliud. Portulacæ succum continenter
 illinito. Aliud. Lachrymam syluestris oleæ cum aqua
 diluito, & adiecto modico styrace, unito ac imponito.
 Vbi uero iamdiu durauerint impetigines, uiticis folia
 cum aceto trita illini, aut hastulæ regîæ radicem in ace
 to decoctam & tritam adfrica. Aliud ad diurnas im
 petigines. Chamæleonis nigri radicem in aceto deco
 que, contere, & illine. Verum quum ad diurnas im
 petigines multa & uaria excogitata sint remedia, par
 ticularim de singulis dicam, initium sumens à pastillis.
 Pastilli. Pastillus ad impetigines in quacunq; corpo
 ris parte consistant: *Alcyonii uisi drach. ii. sulphuris uiu*
ui, thuris, pyretri, spumæ nitri, cuiusq; drach. ii. chamæ
leonis nigri radicis ʒ. iiii. hastulæ regîæ radicis ʒ. iiii.
glutinis drach. iiii. Glutinum in aceto dilue, & cum eo
 reliqua excipe, desicca, & utere cum aceto. Pastillus
 ualde celebris. *Foliorum fici siccorum drach. xii. chalc*
citidis crudæ drachm. x. calcis uiuæ drach. viii. misyos
crudi drachmas quatuor, thuris drachmas quatuor,
sulphuris uiui drachmas octo, aceto subige. & cū ace
 to utere. Pastillus ad impetigines. *Qui & callos extir*
pat, & cicatrices supra opinionem: Thuris, testarum
buccinorum ustorum, fimi columbini, alcyonii, gum
mi, singulorum æquales partes contere cum lacte, &
informa pastillos, ac utere cum aceto. Pastillus alius.
Lachrymæ oleæ syluestris drach. iiii. thuris drachmas
qua: uor, sulphuris uiui, alcyonii, spumæ nitri, halicæ
 contusæ

contusæ & cribro excussæ, cuiusq; drachmas octo, ha
 licam in acetum multum atque acerrimum coniectam
 tamdiu decoque, donec uiscosa reddatur: reliqua uero
 cum ea ipsa cõmissa in pastillos informa, ac cum aceto
 utere. Circumlitiones ad impetiginem. Ad impetigi
 nes maxime feras: *Nitri, chalcitidis assatæ, ammoniæ*
æi thymiamatis, succi serapiadis tres testiculos habêtis,
æquales partes cõtunde, & cum aceto illini: efficax est
 & ad humentes impetigines, atq; ego sanè usus sum,
 & ex animi sententia successit. Aliud. *Stercoris dor*
cadis unciam unam, thuris unciam unam, cõtufis utere
cum aceto, ita ut cum nitri spuma impetiginem prius
confrices, & miraberis. Aliud, quod & ad impetigines
& uitiligines ac lepras ualde cõmodum existit. Sterco
ris muris, chalcanti, sulphuris uiui, cuiusq; bessem, sa
rinæ fabarum uncias. xiiii. acetî sextarios quatuor. Mu
scerdam contunde, & cum aceto decoque: atq; ubi bis
aut ter efferbuerit, sulphur inperge & chalcantum,
 animaduersione habita, ne efferueant & effundantur:
 deinde ubi parū saltem concocta fuerint, etiã farinam
 fabaceam iniice, & simul ad strigmenti crassitiẽ deco
 cta redige, & ablatis ac recõditis utere. Ad lepras quis
 dem linteolo exceptū impone, ac post quintū tandem
 diem abstrahe. Ad impetigines uero aceto dissolutum
 continenter inunge. Illitio cocta, ad diurnas impeti
 gines, quæ citra exulcerationẽ eas summoet. *Halicæ*
mola trita ac cribro quàm arctissimo excussæ unc. qua
tuordecim, chalcitidis, cimoliæ, sulphuris uiui, misyos,
cuiusq; sextantẽ, spumæ nitri, aluminis scisilis, alcyo
ni, radicis hastulæ regîæ, thuris, lachrymæ oleæ, ammo
niaci thymiamatis, myrrhæ, cuiusq; unciam unã, acetî
ethœnicas tres. Alcyonium, hastulam regiam cū aceto
decoquito: atq; ubi ad medietatẽ redactū fuerit, perco
lato. In colameto uero ammoniacum, thus, & reliqua
 sicca dissoluito: halicam uero in aceto quod superest

decoquito : deinde reliquis adiiçito, ac simul cõmissis
 uitior. Aliud ualde præclarum. Aceti acerrimi sextas
 rios octo, farinæ hordeaceę unc. uiginti quatuor, man
 næ thuris uncias quatuordecim, radicis rumicis sylue
 stris drachmas octo, radicis albuci drac. viii. ueratri al
 bi drach. x. alcyonii drachm. x. cardamomi drachmam
 unam, terræ cimoliæ drachmas octodecim, glutinis
 drach. xvi. spumæ niri drachmas. xvi. uirgultorum ha
 licacabi uiridium fasciculum quantum manu compre
 hendere potes, appara & utere ut dictum est. Quod si
 hæc affectio diutius producatu extēdaturq; & in cal
 los transeat, nihilominus his quæ dicta iam sunt uten
 dum est : maxime uero congruum est quod sequitur.
 Misfos, myrrhæ, thuris, aluminis scissilis, cuiusq; drac.
 octo, aloes, sulphuris uiui, cuiusq; drachmas quatuor:
 hæc cum passo ad strigenti crassitudinem redige, &
 bis ac ter in die loco prius cõfricto, illine: foris autem
 conseruandj pharmaci gratia pelliculam uesicę, aut ex
 ouo suprapone. Oribasi lichenicum pharmacum, fa
 cit idem etiam ad pruritus. Chalcanti, sulphuris uiui,
 niri, thuris, æqualibus portionibus utere: ad impetigi
 nes quidem, cum aceto : ad pruritus uero, cum uino.
 Aliud, quod impetigines in paucis arceat diebus, ualde
 cõmodum, quare præ exigendam suadeo mercedem.
 Sulphuris drachmas octo, calcis drachmas octo, chal
 citidis crudæ drachmas octo, thuris drachm. quatuor,
 misfos drachmas quatuor, foliorū capparis uiridium
 depuratorum drachmas duodecim, cum aceto tere, ac
 in forma pastillos, & utere. Emplastrum liquidum,
 multi ad impetigines experimenti, cuius rei nuper
 adeo periculum feci. Picis siccæ, ceræ, resinæ colopho
 niæ, ueratri triti, olei æquales partes. Per experientiam
 cõmendatum hoc tibi habe, propterea & mercedem
 præexige. Q uandoquidem uero plurimi sunt, qui il
 litionum usum auersantur, malunq; adhibere empal
 stra

tra, utpote quæ neq; per sudores obortos defluant,
 neq; arefacta etiam cutem circumtendant, annectam &
 horum aliquot apparatus. Emplastrum ad impetigi
 nes, quod citra exulcerationem eas submouet. Ceræ,
 picis liquidæ, thuris, resinæ terebinthinæ, sulphuris ui
 ui, cuiusq; sex uncem. Quæ liquefieri possunt liquefaci
 to, siccaq; cum eis committito. Aliud quod similiter
 citra exulcerationem opitulatur. Picis liquidæ libram
 unam, mannæ, sulphuris uiui, farinæ lupinorum, cu
 iusq; unciam unam, galbani sextantem. Picem calefa
 cito, & galbanū præmollitū adiiçito: liquefactis uero,
 ac ab igne ablatis reliqua inspergito ac unito. Vtere
 autem hoc ut uehementer commodo. Aliud, quod
 citra exulcerationē auxiliatur. Chrysolcollæ siccæ qua
 aurifabri utuntur, chalcitidis assatæ, misfos, assati, squa
 mæ æris, diphrygis, salis ammoniaci, terræ cimoliæ,
 cuiusq; drachmas quatuor, æruginis drachmas duode
 cim, chalcæthi drachmas sex, lapidis asii, æris usti, utri
 usq; drachmas sex, foreos drachmas quinque, alumi
 nis liquidi drachmas quatuor, contunde omnia dili
 genter, & adiecto aceto sedulo in sole sub feruentis ca
 niculæ æstu contere, donec ipsum pharmacum ærugi
 nem contrahat. Apparetur autem in alio quopiã mor
 tario, thuris sextans, myrrhæ sextans, aloes uncia una,
 ladani unc. una, opopanacis 3. una, hæc in aceto diluta
 & ad strigementitiam crassitiem redacta, illis quę antea
 in æruginem commutata sunt iniice, ac rursus contere,
 atque his omnibus aristolochiæ contusæ & cribratæ
 unciam unam adiiçce, & rursus tere. Q uum uero om
 nia in formam emplastri redacta fuerint, liquefabilia
 liquefacito ac affundito. Sunt autem liquefabilia hæc,
 ceræ drach. centum, terebinthinæ drachmas. cc. galba
 ni drach. ix. olei libram unam, emollita in usum adfer
 uato simul omnia. Hoc ipsum pharmaci duplici aspe
 ctu se uidentibus offert. Aliud, quod similiter ad di

das impetigines efficax est, ut etiā ea quæ intus relin-
 quantur reprimere possit. Picis, bituminis, resinæ pi-
 nus, ceræ, sulphuris uiui, manne, & quas portiones, olei
 cyprini quantū sat fuerit: Liquefcebilia liquefacito, &
 inspergito sicca: in tenui autē pellicula excepta impo-
 nito. Emplastrū aliud ad impetigines. Picis siccæ qua-
 drantem, picis liquidæ unciam unā, salis unciam unā,
 resinæ colophonix, ceræ, sulphuris uiui, cuiusque un-
 ciam unam, nitri fului unciam unā, chalcitidis unciam
 unam, olei sextantem: utere. Excoriatoria impetiginū.
 Verum ubi iam affectio stabilis facta fuerit, & phar-
 macorum adhibitioni & molimini resistit: utendū erit
 excoriatoriis. Ea enim ex facili superficiem auellunt.
 Excoriatorium impetiginum, quo Pamphilus usus est
 Romæ, & plurimum sanè profecit, quum in urbe men-
 tagra grassaretur, quæ impetigo uera existit. Squamæ
 æris drachmas octo, auripigmēti drachmas quatuor,
 sandarachæ drachmas quatuor, æris uisti, ueratri albi,
 cantharidum, reiectis alis & pedibus, singulorū drach-
 mam unam & dimidiam: unumquodq; per se conter-
 re: deinde simul confusa cedria excipe, ac in densita-
 tem strigmentitiam redacta, in pyxidem æris Cyprii re-
 pone. Vbi uero necessitas exigat, nitro ac modico ace-
 to impetigine conficta, pharmacum hoc cum specillo
 lato, spathomelam Græci uocant, illine: atq; ubi iam
 adfricueris, modicumq; temporis spatium intercesse-
 rit, cum specillo derade, ac rursus aliud illine: bisq; ac
 ter eodem repetito: locos illitos cum pellicula uesicæ
 bouille, aut alterius cuiusdam animantis contege: post
 pelliculæ uero impositionem fasciola leuiter colligat
 to, ac finito pernoctescere, siquidem tandiu sustineat: si
 uero non, ad horas aliquot, donec bullas exuscitet sa-
 nie crassa & glutinosa repletas: quibus productis lau-
 ri iubebimus, atque remorari aliquandiu in balineo: et
 enim hoc ipsum curam adiuuare solet. Sit autem calis
 dius

dius ipsum balineum. Quod si prohibeat quid balineo
 uti, fomenti utendū est calida aqua multa: quæ ubi iam
 ad molestiam usq; affusa fuerit, extergere conuenit, ac
 panem cum aqua malsa subactū imponere. At ubi for-
 dibus ulcera scaturierint, emplastrum uiride spleniolo
 exceptum adhibeto, modico itidem de excoriatorio
 prescripto admixto. Exclusa autem sanie, & nullo am-
 plius tectorio ulceri incumbete, ex emplastro albo lin-
 teolum paruū illitum imponimus: eoq; utimur do-
 nec omnino ad cicatricē perducatur, quotidie fomēto
 adhibito, ac nouo spleniolo ex emplastro albo illito.
 Porrò ante admotionem excoriatoriorū, uicinās im-
 petigini partes munire oportet pharmaco quopiam
 ex his quæ ab inflāmatione locos tuentur, atq; ita ex-
 coriatorium ad impetiginem solam adhibere. Exco-
 riatorium ad mentagras, ut citra cicatricis uestigium
 ad sanitatem perducantur. Efficax est & ad alopecias
 ad solem uel ad ignem illitū. Vbi uero bulla producta
 fuerit, eam acu penetrare oportet, excluso autē humo-
 re, ceratis curare: cicatrice enim inducta, enascuntur pi-
 li. Atque ita quidem ad alopecias adhibetur. Ad im-
 petigines uero utendum est eo modo qui prædictus
 est in excoriatorio primo. Pharmacum uero ipsum
 huiusmodi est: Sandarachæ, auripigmēti, squamæ æris,
 ueratri nigri, cuiusque 3.ii. elaterii 3.iiii. uentrium can-
 tharidum drachmam. i. excipe cedria. Vfus autem iam
 ante ostensus est. Emplastra uiridia post excoriatoria
 adhibenda. Post ipsum excoriatoriorū usum, subiecta
 uirida emplastra adhibēda sunt: nimirum ad ulcerum
 ipsorum repurgationem. Viride emplastrū, quo Pam-
 philus usus est ad mentagram, post eruptionem scilicet
 bullarum. Ceræ libram unam, resinæ pinus siccæ
 libras duas, æruginis quadrantem, olei ueteris beffem,
 aceti acerrimi quātum suffecerit. Æruginem ad solem
 cum aceto conterito: liquefcebilia liquefacito, & fri-
 gefacta,

gefacta, ac in mortarium coniecta simul unito. Aliud. Æruginis drachmas.ii. mannæ drachmas.iiii. galbani drachmas.iii. adipis uitulini drach.xii. ceræ drachmas octo, resinæ pinus drachmas octo, acetii quantum satis uidebitur, committe. Aliud, quod euchron, hoc est, boni coloris, appellatur. Æris usti quadrantem, aluminis rotundi, æruginis, salis ammoniaci, mannæ cuiusque sextantem, ceræ libras duas, resinæ pinus siccæ libras duas, olei dextantem, acetii quantum ad sicca conterenda suffecerit. Emplastrum alba ad cicatricem perducens. Verum ubi iam per præscripta emplastrum uiridia, ulcera ipsa repurgata uideris, utendum erit emplastris albis, quo absque cicatricis uestigio ad sanitatem perducantur, quare neutiquam hæc reliquenda censeo, ut quæ ea multa ad tactum lenitate committunt. Emplastrum album, quod aquosum appellatur. Hoc emplastro Magnus medicus usus est, post impetiginum excoriationem. Cerussæ, spumæ argenti, ceræ thyrrenicæ, aquæ puræ, singulorum libram unam, olei omphacini libras duas. Spumam argenti, cerussam, & aquam simul contere, atque ubi tenuissima facta fuerint, oleum guttatim instillatum simul contere, donec sufficienter fuerint counita: deinde in fictili uase ad ignem adhibe, ac continenter agita: quum uero aqua consumpta fuerit, iniice ceram: Atque hoc modo in mortariu infusa emollito, ac utere. Aliud. Cerussæ libras duas, misyos crudos sextantem, terebinthinæ unciam unam, ceræ sexuncem, olei libras tres, aquæ chœnicas duas: compone ut prædictum est, ac utere. Licet etiam uti ceratis secundis, & quæ ad ambustos descripta sunt tenerioribus.

Ad molestum oris odorem. Cap. XVII.

Ad grauem oris odorem, qui citra exulcerationem accidit: Irin in uino ueteri odorato maceratâ, ad colluendum continue exhibe, atque etiam in ore retinendam aliquandiu: aut myrrham in uino meraco dilutam colluendam.

colluendam præbe, aut acre acetum colluat quotidie, uespere dormitum iturus: mane uero spicæ nardi deo codu ore colluat, aut ipsam sub dentibus conterat: aut potamogetonis folia quotidie dentibus contrita exuat: aut rosarium floribus continue confricato: aut sicilyuestris radicem urito, & cinerem eius cum melle illinito: aut parui cyperi, aut floris iunci odorati cotundito, & gingiuas continue cofricato: aut cimoliam cum sale terito & affricato. Aut ordeum cum sale, melle subactum & linteolo illigatum urito, & cotritis utere: aut simlaginè melle subactam ac exustam adhibe. Aliud. Salis albi, pumicis, origani, cuiusque unciam unam, iridis sextantem, floris iunci odorati sextantem: his simul cotritis dentes fricato & uniuersum corpus. Bonum enim odore facit, & dentes dealbat. Aliud, ad fetore oris: Chalcitidis crudæ 3. xii. ueratri albi drachmas octo, trieta illine. Aliud. Chalcitidis drach. xii. cadmiæ drachmas octo, in aceto tere, & per aliquot dies ad solem æstiuum expone, deficcatoque utere. Utile est & ad sanguinolentas gingiuas, itemque putrescentes. Bibant autem & ipsi ea quæ præscripta sunt illis, à quibus per totum corpus teter odor transpirat, in hoc ipso sermone, capite octauo. Aliud, ad crassitiem labiorum. Promisnet in plerisque superius labrum, aliquando etiâ inferius, ex defluxu uehementi à capite delato, ut præ densitate labrum infumescat, & ad sermonis prolatione præpediatur: ultra hoc, quod alias indecentia quadam faciem dehonestet. Quare curabis hos aut incisa uena, aut purgatos per consuetas excretiones. Post hæc autem adhibebis illitiones ac pophlegmatismos, quibus defluxus pituitæ à capite tollitur ac sedatur. Deinde illitionibus ad os descriptis illines palatum: quibus præmissis, porri succum cum oleo uetustissimo ad interna labiorum illini, aut foliorum brassicæ succum unam cum oleo ad affectum labrum continue admoue: aut glaucum

cium cum uino, aut cimoliam, aut Musæ pastillum, aut pastillum ex halicacabis cum uino.

Ad labiorum fissuras. Cap. XVIII.

Oui internam pelliculam fissuram labiorum adglutina, aut quod pelliculæ similitudine, circa palmarum ossicula adheret, aut araneorum à trabibus dependentium texturam maxime albam. Eas uero quæ in altu magis se extendunt fissuras, cum adipe anserino, aut caprino curabis, aut cū medulla bouilla, aut ceruina, ita ut cum semper uiuo atq; terebinthina unita, illinas. Aut gallā omphacinen tritam, terebinthina, aut œsypo liquido, aut melle excipe, & impone. Aliud. Gallam & mastichen quàm tenuissime trita, œsypo, id est, lanæ succidæ sordibus, in formam cerati redactis, excipe, ac utere. Aliud. Gallarum unciam unam, cadmiæ unciam unam, cerussæ quadrantem, contere cum rosaceo, & illine. Aliud. Cyperi sextantem, gallarum unciam unam, aluminis scissilis drachmam unam, contere, ac siccum insperge. Aliud. Mastichen cum uino tritam & dilutam illine. Aliud. Fecem aceti ustam, myrteo aut rosaceo cerato exceptam, impone. Idem etiam ad magnas in extremis ac summis corporis partibus inflammationes conducit. Aliud. Testarum ouorum ustarum, gallæ, myrrhæ, aluminis scissilis, singulorum æquales partes lanæ succidæ sordibus exceptas impone. Ad omnia labiorum ulcera, & ad ea quoq; quæ cacoethe appellant. Ostrea usta tenuissime trita insperge. Ego autem & non usta contriui, eisq; usus sum, neq; male celsit. Aliud, ad fissuras labiorum. Musæ pastillum cum sapa aut uino dilutum, satis crassum illinito. Optime prodest & id quod ex amurca, ad ulcera oris quæ aphthas appellant, apparatus. Idemq; similia remedia efficiunt, quæ ad fissuras sunt descripta, atq; etiam pastillus ex halicacabis cum uino. Ad tubercula in labris. Utendum est & ad hæc prescriptis ceratorum formis, atq;

atq; etiã hoc ipso quod subieci: Radicis rumicis ustræ, nitri usti, terebinthinæ ustræ, singulorum æquas portiones, contritas cerato excipe, & illine. Aliud. Adipem anserinum, melle ac solani succo mixto adhibe. Confrictis autem prius ulceribus, cū penna sæpe illini. Res purgat enim tubercula in internis labris oborta. Coluat autem ea & ante illinitionem & post eam, cū lacte.

De dentium affectionibus. Cap. XIX.

Pars quædam ex tertia coniugatione neruorum à cerebro utrinque delatorum, distribuitur quidē in pelliculam quæ ipsum os, & linguam, ac gingiuas cõplectitur ac ambit, sensum eis suppedians. Ingenerat autem seipsam tum superiori, tum inferiori maxillæ inuoluens, ac omnibus dentibus ad eorum radices substrata, ut ob hanc causam inter ossa soli dentes dolore afficiantur. Illi ipsi sanè nerui delati ad se nutrimentum suscipientes: quod in ipso liquidius existit, sibi lucrifaciunt: quod aut siccius quàm conueniat existit, tanquã alienum à se abiiciunt. Ea ipsa uero à neruis redundans superfluitas in concauritibus locellorum, in quibus ipsi dentes sunt infixi, aggregatur, paulatimq; tenacior ac densior seipsa facta, ob diuturnam isthic conuersationem, in ossium formam transmutatur. Atque hoc modo nutrimentum dentibus accedit. Itaq; dentes hac nutritione suscepti, usq; in senectutē augetur. Unde sanè in senibus ob defectum connutrientis materię, attenuantur dentes, mobilesq; fiunt, ac excidunt. Ceterum quantum augetur ipsi dentes, tantum ex attritione ciborum cõsumuntur. Impossibile est aut citra nutritionem augeri. In uniuersum itaq; duabus affectionibus dentes sunt obnoxii, & his quidē contrariis. Indigētia uidelicet, & abundantię eius quod defertur ad eos alimentum. Indigētia ergo sicciore & alimentum non sentiens, atq; ob id tenuiores eos efficit. Abundantia uero cõmitem in eis dispositionem facit, ei quæ cõtingit in car-

noſis partibus inſſāmationi . Huius igitur adfectionis cura iuxta eundem ſcopum fiet, quem propoſitum habent hi, qui inſſāmationibus medentur. Nimirum ut abundantia partim diſcutiendo, partim repellēdo euacuetur . Eius uero quæ indiggentia alimenti contingit, tenuitatis dentium nullum remediū exiſtit. Neceſſarium eſt enim laxari ac commoueri dentes, ubi compages eorum flaccidiores reddantur, quum nō ſolum ipſi dentes, ſed & loculi eos cōtinentes graciles fiant. Hęc igitur adfectio neceſſario accidit ſenibus, quibusdam citius, aliis ſerius. Auxilio autē eis erunt pharmaca adſtringentia, quæ gingiuas cōfirment, & ad arctius cōplectendū dentes adiuuēt. Qui uero facile exteruntur dentes, eos, ſiquidē id ex mollicie eorū contingat, duriores reddere cōuenit, & affectiōibus minus obnoxios, per auſtera uidelicet & acerbā adhibita remedia.

Ad inſſāmatas gingiuas. Cap. XX.

Gingiuis autem ob inſſāmationem dolore affectis, optimū remediū exiſtit oleum lentiſcinum cōduplicato uaſculo calefactum, ac in ore retentum : Sit autem recens oleum. Nocium enim exiſtit inueteratum . Repellit autem oleum lentificinum citra aſperitatem, & diſcutit abſque mordacitate quibus maxime indigent inſſāmata. Atqui aſininum lac in ore retentum, ubi maxime inſeſtauerint dolores, eos mitigat, ac ex tempore ſedat. Et hoc quod ex uino ad tertiam uſque menſuræ partem decocto, apparatus, quod ſapam dicimus itemq; hepſema, & palmularum ſtillamentum ſimiliter ore retentum calidum uehementer lenit . Oportet autem aquam calidam ad palmarum ſtillamentum adfundere, quo craſſities eius diluatur. Valet etiam ſemperuiui minoris decoctum per ſe, aut cum roſaceo melle: aut cum ſapa, aut palmarum ſtillamento in ore retentum. Conuenit etiam inſſāmatis gingiuis hyoſcyami ſuccus, aut decoctum per ſe calidum,

dum, aut cū ſapa ore retentū . Supra opinionem autē lenit ſuccus portulacæ. Inſenſiſimum uero inſſāmatis gingiuis eſt acetum, omniaq; acerbā, & acria, & falſa.

Ad cruentas gingiuas. Cap. XXI.

Cruentis uero ob bilis acredinem gingiuis, præter opinionem utiliſ eſt foliorum hyoſcyami ſuccus, aut decoctum cum ſapa, aut cum palmarum ſtillamento calidum ore retentum . Foliis autē ad manum non exiſtentibus radicem eius decoque cum paſſo, & retinendum exhibe decoctum. Vtile eſt & alumen ſciſſile cum myrto, ſi quā tenuiſſime trita adhibeantur. Vbi uero adſtrictas iam cognoueris gingiuas, colluendam ſapam calidam exhibeto . Aliud, Aſclepiadæ ad cruentas gingiuas. Balauſtiorum, ſorum roſarum, ramorum myrti, ſingulorum æquales partes, cum poſca dilutiore decoquito, & liquorem inde percolato, ac eum in ore retinendum exhibeto . Aliud. Ramorum lentiſci, balauſtiorum, radicis mali cotoneæ, ſingulorum æquale pondus in poſca decoctum exhibeto. Epithema ad ſanguinem ex gingiuis erumpentem. Polentæ partem unam, uinaceorum uuæ tantundem, ſucci ſanguinaræ quantum ſatis eſt, contere, & ad ceſſati craſſitiem redacta, impone ad ſanguinolentum locum, aut ſimul cum ſucco tandiu tere donec areſiant; atque hoc modo trita inſperge . Aliud. Spongiam nouam ſiccā in ſanguine taurino maſefactam in uoſe ſiſtili exure, contere ac repone . Vbi uero uti uelis, cineris ipſius drachmas quatuor accipe, thuris drach. duas, chalcitidis crudæ drachm. duas, & ſimul trita inſperge . Aliud. Terebinthinæ aceto torrefactæ drach. iiii. æris drachm. ii. tritis utere. Calidas uero in ore inſſāmationes & gingiuas corroſas, in quibus falſæ cuiuſdam aut mordacis humiditatis ſenſus percipitur, magnopere iuuant dulcium aquarum balnea, quæ ſuperfluatatem quidem per ſudores euacuant, ſanguinis uero

uero accedinem obtundunt. Quare si nihil prohibuerit, bis ac ter lauans, non lædes. Illinendum est autem caput oleo rosaceo cum aceto.

Ad excrescentes gingiuas, putrescentesq; ac tumentes. Cap. XXII.

Ad gingiuarum tumores, easdemq; excrescentes & putrescentes, conueniunt tum colluta, tum ore retenta, oleum ex immaturis oliui expresse, oliuaru colymbadum muria, cedria cu aceto, gallarum decoctum, pruni folia ex aceto decocta, cytinoru decoctum, corticis mori aut etiam folioru eius decoctum. Arida uero & trita, gingiuis admoueri comode possunt hæc: radix aristolochiæ, plantaginis semen tritum, bitumen tritum, feniculi radix usta, pulegium ustum, diphryges, rubigo ferri, chalcanthum assatum, galle, cytini, malicoriu, balauftia. Optime aut prodest gingiuis ad fluore affectis: acetum & mellis, cuiusq; libram unam, aluminis sextantem. Decoque ad consumptionem acetum, & utere. Aliud. Aluminis scissilis, myrrhæ & thuris, æquales partes cum melle illine, ac postea uino collue. Medetur aut exefis gingiuis & humore pregnantibus, lac asininu calidum collutum: foliorum oliuæ decoctum, asphalti decoctum. Platani folia in aceto aut uino decocta. Sicca aut adhiberi possunt, rubigo ferri, balauftia, & cytini. Aliud siccum: Quod ad putredines oris gingiuasq; depastas ac cruentatas efficax est: ad tonsillas etiã, ac glandulas & columnellã siccum admouetur: ad quassatos uero dentes, aceto dilutum detinetur in ore. Gallarum quæ omphacitides appellantur, aluminis scissilis, æquales partes accipe, ac ut ualde efficaci utere. Siccum floridum, quod Græci antheron appellant. Cyperi 3. viii. crocomagmatum, myrrhæ, aluminis scissilis, iridis, cuiusque 3. ii. croci 3. i. sandarachæ 3. iii. permixtis utere. Alius siccus puluis, floridus Oribasi. Cyperi, croci, utriusq; 3. ii. aluminis scissi, sandarachæ, iridis, gallæ, cytinorum, singulorum

rum 3. iii. floris rosarum, 3. vi. misce ac utere. Ad putredines in ore. Foliorum oleæ ustorum, radice lactuæ, malicorii, singulorum drach. i. costi parum, utere.

Ad corrosas & ab ulcere serpente infestatas gingiuas. Cap. XXIII.

His qui corrosas gingiuas habent cum tumore atq; etiã dolore, atq; etiã quibus à serpente ulcere depascuntur, summe auxiliatur fomentum hoc. Specillo auriculario lanã innecte, ac in feruens oleu intinge, eamq; donec exæquentur gingiuis adhibe, & quousq; undiquaque appareant albæ. Ita. n. ulcus serpentes sinitur, atq; ex sana carne id quod corrosum est conutritur. Post hæc autẽ utere adfrictoriis ad gingiuas descriptis. Proprie autẽ conuenit galla tenuissime trita, acetabuli mensura, cu myrrha magnitudine sabæ, quibus tritis utere siccis. Præter opinionem autem ad corrosas, & quæ serpente ulcere infestantur gingiuas prodest id quod ex chalcitide & cadmia constat siccum. Sint aut chalcitidis crudæ drachmæ duæ, cadmiæ 3. i. Cadmia in aceto ad solem æstiuum aliquot diebus sufficienter cõteratur: deinde adiciatur quoq; chalcitis, & similiter cu ea cõteratur, adufo sepe aceto: post uero amobus exicatis, tritis & cribratis: utere siccis, sed cum cautione, ne quid ex pharmaco hoc deglutiat. Præclare facit etiã in serpente gingiuarum ulcere, id quod Heliocæes, hoc est, sole ustum appellatur siccum, constat ex calcis partibus duabus, auripigmẽti una & dimidia. Veru cõterere oportet & hoc ipsum in aqua, sub orientis canalic ardoribus, ita ut ter aqua diffundatur, & postea pharmacu deficcetur. Cauendu etiam, ne ex hoc quicquã deglutiat. Admirandã etiã opẽ corrosis gingiuis affert, id quod ex charta usta constat siccum, siue per se solũ, siue cu melle adhibeatur. Aliud, ad ulcera serpentina gingiuarum. Aluminis scissilis, floru rosarum, cuiusq; drach. ii. salis fossilis drach. iii. croci 3. i. utere siccò, aut cu melle cocto.

Floridum

Floridum ad gingiuarū abscessus , aculcera oris profunda ac crustosa . Aluminis scifsilis, cyperi, cuiusque drach.iii. myrrhæ drach. viii. sandarachæ drach. iii. iris drach.iii. croci drach.i. Aliud. Cyperi drach. iii. sandarachæ drach. iii. myrrhæ, croci, aluminis scifsilis, iris, cuiusq; drach. ii. utere sicco, & cum melle. Denudatas autem gingiuas carne implet pharmacum hoc. Semen rosarum non antiqui partes duas, calami odora ti indici partem unam, siccū tritum adhibe. Aliud. Florum rosarum drach. iii. calami drach. iii. malicorii ʒ. ii. aluminis scifsi drach. i. Opime autem carnem gignit & hoc quod ex eruo cōstat, siccum capitale. Relatum est autem in his quæ uulneribus adhibentur remediis.

Ad parulidas, hoc est, gingiuarum inflammationes. Cap. XXIII.

Parulis est inflammatio partis alicuius gingiuarum cum tumore, quæ ubi non dissoluitur, suppuratur. Quare in principio adiuuare oportet quo submittat, per dissoluentes uidelicet collutiones, quales sunt succus ptisanæ, decoctum seminis lini, aqua mulsa calida, aut mulsū. Deinde siccis deprimenda est emulgentia carnis. Conuenit autem eis hoc: Sulphuris uisui, piperis, aluminis scifsilis, partes æquales. Deprimit autem parulidas alumen omne ustum, aut etiam fori, si trita adhibeantur. Quod si suppuretur, ferro uenæ incisorio distractam & excisam linamento imposito disparato, aut cum linteoli rasura. Amant autem magis excisionem gingiuarū abscessus. Simpliciter enim incisi, in fistulam proficiunt. Post excisionem medicandum est ipsum hulus per collutiones: & cauum quidem eius, eo quod ex eruo constat sicco capitali impleto: ubi uero ad æqualitatem peruenerit, eo quod floridum appellatur utitor.

Dē epulide, id est, excrecente gingiuarum carne. Cap. XXV.

Epulis est excrecentia carnis ab inflammatione cōsequuta, iuxta interiorem dentem molarem, aliquando cum febre & uehementi dolore internarum mādibularum, ut neq; os ægro aperire liceat, contingens. Primum itaq; inflammationem soluere oportet per collutiones eam submittentes, qualis est aqua mulsa, succus ptisanæ, decoctum seminis lini. Proderit autē & totam maxillā cataplasmate ex semine lini & aqua mulsa integre. Vbi uero inflammatio soluta fuerit, & hiare iam poterit infirmus, medicari oportet epulidē sicco deprimente: maxime eo quod iam in parulide dictum est, atq; etiam eo quod ad serpentia gingiuarū ulcera descriptum est, ex chalcitide & cadmia. Imponenda est etiam rasura linteolorum. Vbi autem serius caro consumeretur, siccum quod carnē excedit apponatur: uelut est ærugo per se, aut cū æqualis ponderis galla, aut siccum quod appellatur flauū: deinde rursus rasurā linteae impone. Quod si adhuc moram traxerit epulis forcipē arcepta, excindatur cū tenui scalpello, aut si mauius ensiculo paruo. Sequentibus uero diebus curetur hulus per collutionē aque mulsæ, & per capitale siccū, rasura linteoli adimposita. Postremum florido sicco tota cura cōpleatur. Deprimit autē epulidas, galla per se, chalcitis cruda & usta, fori ustū, alumē omne ustum, balauſtia, squama aris in aceto ad solem aliū quot diebus exposita, contrita, & rursus exiccata. Probe facit & hoc: aluminis scifsilis ʒ. ii. gallarum ʒ. iii. salis torrefacti ʒ. i. Vere sicco.

De gingiuarum fistulis. Cap. XXVI.

Gingiuarum fistulas dissectare ac explanare conuenit, atq; post incisionem curare hulus eo modo quē paulo ante diximus. Vbi uero usque ad radices prope pinqui dentis fistula ipsa extenderetur, conandum est, ut quantum possibile sit, per fistularia collyria explanetur, & per siccum, quod flauum appellatur, melle

exceptum curetur, & consimili modo id quod constat ex eruo postea adhibeatur. Quod si confusio & perturbatio ægri non comitetur aut potius libenter hoc ferat, priuabis eum dente affecto. Hocq; modo eruetur & fistula, & confidet gingiua: atq; omnino sanis erit, ea quæ deinceps requiritur, cura.

Cura dentium à calido morbo doloroso affectorum, ex Adamanto sophista. Cap. XXVII.

Gingiuis dolore affectis propter inflammationem aut corrosionem, conuenientia ad hanc rem remedia locis affectis nudis adhibenda sunt, quæ sanè aut omnino mordacitatis expertia sint, aut mediocriter acerbata, & terrei temperamèti. Vbi uero dentes solum patiuntur, aut cum eis simul concreti nerui & pelliculæ, tum ipsis curatiuis pharmacis, ea quæ tenuium partium in sua substantia existunt adiciamus, quo uis ipsorum in profundum perferatur. Et si quidem frigidus sit morbus, calida tenuium partium adnectimus. Si uero calidus, ea quæ refrigerare possunt, & simul tenuium partium existunt, cõmiscemus. Calida itaq; existente affectione, & uigente atate, & temperamèto calido, & regione, & aeris statu consimili, ad collutionem oris præparabimus, in aceto albo decoctam radicem halicacabi, semperuiuum minus, portulacam, perdicium, & glycyrrhizam. Quod si intolerabilis existat caloris sensus, utendum est hyoscyami foliis, aut semine papaueris hortenensis, & semine lactuce, decoctis in aceto albo. Si uero unà cum dentibus gingiuæ ipsæ doluerint & inflammatae fuerint, acetum ut acutum & hostilem gladium deuota: suo enim acore gingiuas corrodit: maxime itaque consolatorium eis existit, lac asininum. Ego autè aliquando cuidam huiusmodi temperamenti existenti, & in hanc affectionem delapso, oleum rosaceum & myrteum in ore detinendum exhibui, & sanè uri sibi uidebatur hic homo, tanquam à face accenderetur.

Niuem

Niuem itaq; cū melle rosaceo miscui, & moderate tepesci, quo frigoris uehemètia frangeretur, & ore detinendam exhibui, & à dolore liberaui. Maximè etiam auxiliū affert, ea quæ ex papaueris capitibus apparatus antidotus soporifera, si tepida ore retineatur. Similiter & lac asininum assidue collutū: & sapa quoq; ore retenta. Optimè etiam remedium eis existit, pastillus qui ex feminibus constat soporifer, & consimiles, sapa subacti, & affecto loco obducti. Oportet autem & caput madefacere ex rosaceo cū modico aceto diluto: idemq; auribus instillare cū aceto. Aut terrenos uermes oleo decoctos in propinquam aurem instilla. Aut millepedes sub aquario uase stabulantes, quæ & aselli à Græcis appellantur, eodem modo. Similiter & araneos, & blattæ interanea oleo decocta in aurem infunde. Nutriantur autem ex ptisana, halica, ouis, lactucis, & cucurbita, & quecunq; tandè his potestate sunt propinqua. A uino autem abstineant. Ad cõmanducandū uero exhibe sub dolentem maxime dentem, herbæ perdicii radicem, aut hyoscyamum: præsertim in balneo, ita ut contineat in ore succum ex eo: donec inde egrediat. Suffire etiam conuenit egro hyoscyami semen, aut canis mortui dentem. Inde enim statim dolor sedatur. Eodem modo etiam terrenos uermes suscipito.

Cura eorum quibus ex frigiditate dentes dolore afficiuntur. Cap. XXVIII.

Frigidus dentium morbus cognoscitur ex figura tunc capitis tunc reliqui corporis, & ex ea quæ præcelsis digitis, itemq; exercitio, ac reliquis quæ ad huc ordinem referuntur. Medebitis autè diætâ omni ad caliditatem ordinata. Sint itaq; cibi ptisana cū pulegio decocta aut cū ruta, aut cui post cocturam additum est piper. similiter & halica, olera, petroselinū, & similia. In potu exhibendū est uinū, modicū tamen, & mullum; atq; etiā quod appellant Conditū. Sero uero ubi dormire uoluerit, cõfectionem

fectionem ex calamintha cito penetrantē, aut potu, aut
 linctu deuorandam exhibe. Ad oris collutionē, in ace-
 to decoquito origanum, calamintham, hyssopum, pu-
 legium, dictamnium, satureia, tithymalli radicem, cha-
 mæleonis nigri radicem, uerbenacæ rectæ radicē, eryn-
 gii radicem, uerbasci radicem, ueratri nigri & capparis
 radicem. Vnumquodq; enim eorum aceto decoctum
 ac ore collutum dolores dentium sedat, qui à frigidita-
 te sunt oborti. Ad eos uero quorum sensus citius affici-
 tur, hæc cum posca decoquatur. Porrò ex uino si de-
 coquas prædicta ac colluas ter aut quater in mense,
 præmuniunt ac conseruant eos qui frigidiore tempe-
 ratura sunt, ne dolore dentium adficiantur. Obseruatū
 est & pinguium lignorū, ueluti tedarum ac picearum,
 decoctum ipsis prodesse: contunduntur autem hæc, ac
 cum caricis decoquuntur aduuso uino: collutum enim
 hoc ipsum dentium dolores mitigat. At uero & ipsas
 tedas contusas in oleo decoquere licebit, oleumq; ca-
 lidum in ore cōtinere. Quinetiam ipsas tedas cōquas-
 latas solas ore detinere commodum existit, circa affe-
 ctum maxime dentem. Succus etiam balsami in ore
 retentus, non paruam de se præbet commoditatem.
 Itemq; castoreum cum nardo auribus infusum. Quod
 si omnes ex æquo doleant dentes, in ingressu balnei
 cedriam in os coniectam usque quo egrediatur conti-
 neat, & dolore liber erit. Commodū etiā erit māducā-
 das & loco dolenti admoendas exhibere, radicē py-
 retri, radicem tithymalli, & ricini. Similiter autē & the-
 riacen, aut Eldræ antidotum, sapa dilutum ore detinen-
 dū exhibe. Præclare facit & Philonis antidotus illita,
 & quæ appellatur Sotira. Suffito autem canis mortui
 dētē, ita ut fumus inde progressus ore excipiatur. Post
 uero ipsum dentē usū, & modico aceto tritū, calidum
 ore retinendum præbe, & dolore liber erit. Poteris &
 alcyonium suffire. Capitis uero cura in primis hæ-
 benda

benda est. Ad id ergo huiusmodi insperione uris:
 helenii quadrantem, iridis sextantem, aristolochiæ lō-
 gæ 3.i. Quod si foriter infestauerint dolores, fomentū
 adhibe ex milio, aut eruo, aut tritico torrefacto cum
 baccis lauri, modico adiecto sale. Ut ne putrescant
 molares immobilesq; conseruentur. Succi racemorū
 uitis albæ librā unam & dimidiā, corticis radicis mor-
 ri sexuncē, decoque ad dimidiū, calidumq; ore retinē-
 dū per septē cōtinuos dies exhibe. Qui enim hoc uti-
 tur nunquam dentis dolore afficietur. Collutio, pro-
 prie ad dentes ualens. Corticis radicis hyofcyami 3.
 viii. pyretri 3.iiii. spicæ nardi 3.i. mellis dodrantē, aceti
 libras tres: decoque cum aceto in fictili nouo, & per-
 cola, deinde adiecto melle utere.

Cura dentium ab humiditate dolore affe-
 ctorum & laxatorum. Cap. XXIX.

Assumamus autem mox alium ægotum, qui uni-
 uersam corporis mixturā: in primis uero capitis hæ-
 beat humidiores, uiuatq; delicatius, & domum hæ-
 beat in humiliori loco sitam: instet aut tempestas hu-
 mida, & hora uerna, quum adficat. Quisnam sanam
 mentē habens, his uisus, non dixerit à superabundante
 humore in hoc morbum esse productum? Etenim
 quum nerui qui se ad dentes inserunt, permadescunt,
 laxioresq; fiunt unā cum circumadhaerentibus cor-
 poribus, necessario dentes mobiles fiunt: uerum mul-
 tis hoc citra doloris sensum accidit. Sepæ enim iam
 diximus, humiditatem per se non solere dolores in-
 ferre. Et dictum quoque antea est, ob ætatem senilem
 quibusdam dentes laxari, & quod pharmacis adstrin-
 gentibus gingiuas, ac dēfantibus easdem, senes queāt
 iuari. Porrò percussis etiam dentes laxantur, his ma-
 ximopere prodest alumen scissile, cum myrrha tro-
 glodytica tritum, ac inspersum ad dolentem dentem,
 atq; id ubertim & continue facere oportet. Nam ip-
 fff 3 sum

sum confirmat. Eos uero quibus ab humiditate uacillat, curare conuenit per dietā ad siccitatem ordinatā, & cū diuturniore abstinentiā ciborū. Cibi itaq; eis cōuenientes sunt sorbiles, halica, panis ex iure madidus, aut oryza, aut polenta cū aqua mulsā. Neq; male conuenit eis milium & lenticula, pisces muria conditi, uel lucres mōtanæ & sicciore. Ex oleribus, brāssica, & similia. In potu aqua exhibēda est, sed nō multa. Quod si concoctioni non officeret, aqua mulsā danda esset: itaq; si hanc ferre nequeunt, ad aquam modicum uini addatur. Tempore autem adstrictionis, fouere cōuenit locum cū milio & sale. Collutiones exhibēdæ adstringentes, & desiccantes, aut falsæ, nisi gingiuarū simul sint affectæ. Quare gallas, quas omphacidas appellant, ex acri aceto decoctas, & alumē aceto permixtū exhibebimus: itemq; spinæ Egyptiæ semen, malicorium, myrti baccas, cytinis, balauſtia, oliuarū folia, platani folia, cupressi pilulas, rumicis syluestris radicem, lappæ radicem, folia rubi, & quæcunq; alia acerbā in se qualitatem cōplectuntur: ita ut his cū aceto puro, aut etiā aqua mixto, aut uino decoctis, os colluere præcipiamus, & in eo detinere adhibitu liquorem, sensui uidebitur licet ægri maxime gratum & conuenientem. Iudicata etiam & perpenſa eorū quæ offerimus potentia, nimis plus, ne an minus exhibere oporteat, iuxta exuperantis humoris multitudinem. Ego autem optimā ad collutionem oris expertus sum, oliuarū muria conditarum aquā, in quam uidelicet cōdiuntur. Etenim omnem oris humiditatem muria ipsa extergit: corporū uero hiatum & laxitatem, oliuarum spissamentū coercens corroborat & firmat. Aliquando etiā oliuarum albarum cōtularum & expressarū accepimus succum, eorūq; cum rutæ succo & melle permixto, cōfricauimus dentes: postea uero inspersimus indicam nardū cum pari pondere aluminis rotundi, & salis duplo adiecto.

Optime

Optime quoq; faciunt ad hanc rem illitiones acerbæ: uelut est cōfectio de moris ori ualde conducens, maxime si alumen scisile habeat adiectū, & ea quæ ex nullo cum succo apparatus eodē modo. Aut alumen scisile, & misy pari pondere cedria excepta, in cerati liquore densitatem redige, & cū eis dentes illine, ac pituitā defluere permittite: deinde lacte asinino calido mordacitatem eluant, aut uino dulci. Aut alumē, & myrrham troglodyticen inspergito, aut cū aceto, aut melle illinito. Siccæ autē insperſiones semper eis sunt conuenientes. Ultra hoc enim quod dentes commotos firmat, etiam ex humiditate hiantes gingiuas cōmittunt. Itaq; os spodio cyprium lotū, & exiccatum inspergens, os collui præcipe ex aqua myrti aut rubi, aut alicuius cōsimilis decocti. Postea rursus spodio insperſo, quiescere iube. Aut etiā rubiginem ferri siccam tritam ad moue, aut fori ustum. Aliud, ad laxatos dentes & gingiuas humectas. Aluminis scisilis in fœtali usti ʒ. vii. myrrhæ ʒ. iiii. gallarum, florum rosarum, iridis, singulorum ʒ. ii. croci ʒ. i. utere. Aliud. Cornu cerui usti ʒ. viii. rhois culinarū ʒ. iiii. omphacii sicci ʒ. ii. balauſtorum ʒ. iiii. corticis pinus, myrrhæ, croci, singulorū ʒ. i. Aliud. Alumen rotundum cū duplo salis pondere tritū, dentibus ob humiditatem labantibus inspergito. Aliud. Myrrhæ, aluminis scisilis, amyli, pompholygis, æquales portiones, siccæ, trita, insperſæ, labātes dentes firmāt. Aliud remediū, quod laxatis ac dolētibus dentibus presentem fert opē. Aluminis scisilis sextantē, radicis struthii siccæ trita unc. i. cōtritis simul affectū dentem adsperge, teneatq; donec salua os impleatur: & tunc sane ipsam expuat, & effundat, moxq; dolore liberabitur. Aliud, quod & dentes dealbat. Aluminis scisilis trientem, mastiches unc. i. thuris drach. iiii. folii ʒ. iiii. Aliud, quod & firmat, & corroborat dentes. Ærgionis, aluminis scisilis, aut magis quod appellatur pho-

rimon, minii, singulorum æquales partes: utere sicco, aut cum passo. Aliud. Florum rosarum, balauftionii, myrrhæ, mastiches, cuiusq; ꝑ. i. chalcitidis assæ, thuris masculi, corticis pinus, cuiusq; ꝑ. iiii. salis ammoniaci unc. i. Vtere sicco. Aliud, quod & ad exulcerationes oris commodum est usurpare. Rubiginem ferri, aut ipsum ferrum multa rubigine oppletū, igni candefacito, & in aceto puro, aut cū aqua diluto, aut uino, in his quibus sensus facile læditur, extinguito, ac liquorem ipsum in quo extinctio facta est, ore continendū exhibeto. Dentes enim firmat, & ulcera curat, præclare etiā facit siccum, quod floridum appellatur. Aliud, Galeni. Quo ego uor, inquit Galenus, polytrichi palearū ustarum sextarium unum: continet autē sextarius harum unc. xxviii. aluminis scissilis quadrantem, aluminis rotundi quadrantem, spicæ nardi sextantem, foliū unc. i. piperis unc. i. pyrethri drac. v. contusa & cribrata gingiuis usque ad dentium radices adhibeto. Vtile etiam existit his, thus cum pipere manducatu: itemq; rubus cōmanducata ac ricini radix. Prodest etiam Eledrac antidotus sapa diluta ac ore retēta, eodemq; modo theriace Andromachi. Quinetiam in uesperam potu accepta theriace magnifice auxiliatur. Scribit Archigenes, ut uerum & naturali modo ad labantes dentes accommodatum. Dentem, inquit, canis mortui in nomine eius, qui ægre habet acceptum, super prunas pone, uaporemq; inde prodeuntem æger aperto ore admittat, & firmabuntur ei dentes. Similiter autem & exustum canis dentem cum aceto calido tritum, ore retinendum exhibe. In his uero qui facile ab aceti sensu offenduntur præbe cum uino.

De dentibus lima atterendis. Cap. XXX.

Solent ferè dentes moti ac labantes reliquis esse prominentiores, maxime quum ex uerbere hanc affectionem incurrerint. Quare uisum est mihi eos lima

atte

atterendos esse, inquantū scilicet præ aliis prominent, ne in loquendo uel etiam manducando, eos qui obiciuntur, offendant. Attestatur autem & experimētum ipsum, quantū sanè ego eius rei periculū feci. Ferreā namq; limulā ad hanc rem apparauī, quo citius ac efficacius res procederet. Nā multas aggressiones concutiunt dentē, quiete opus habentem, si modo aliqua spes est, moti dentis firmandi. Sit autē caput ipsius lime obtusum forma nuclei, & quā leuissimum. Itaq; alio quando quidē inæquales quædam dentium eminentiæ apparent, in quibus partes tantū aliquas lima atterere opus est. Aliquādo autem æquali planicie extremitates prominent, quare æquali etiam ac plana per limam attritione indigent. Oportet autem molle quoddā limteolū gingiuis ipsis usq; ad dentium radicē adhibere. Deinde leniter sinistra manus digitis apprehendere, cauteq; ac citra offensionē limam adfricare: ne dū lima tolerat, dens ipse concutiatur. Quod si omnino dolorem percipiat æger, dum lima adhibetur, aut ob id quod uehementius digitis dentes apprehendantur, quiescere statim conuenit, interimq; collutiones, dolorem mitigantes, offerre: deinde rursus, ut dictum est, rē aggredi, & paulatim lima deterere. Atq; hoc non prima saltem die bis aut ter conari, uerum & secunda repetere: ita ut ægro imperes, ut neq; sermone nimium utatur, neq; ullum aliquē duriores cibum adsumat. Utatur autem cibus forbilibus, aut pane madefacto. Quod si citra laxitatem, quibusdam dentes præter morem augetant, eos similiter lima atterere oportet, ac collutiones eos cohibentes ac densantes offerre.

Cura dentium à siccitate dolore affectorum, ex Adamanto Sophista.

Cap. XXXI.

Quartus iam ex ordine subiiciendus est ægrotus, qui uidelicet à sicca intemperie afficitur. Eam autem

fff s efficiunt,

efficiunt, autumnalis tempeſtatis conſtitutio in primis,
 & uita erumnoſa, tenui accedente diæta. Præterea re-
 gio ſicca, & ambientis nos aeris ſtatus conſimilis. Ad
 hæc accedit id quod nunc adest corporis ipſius tempe-
 ramentum ſiccum, & maxime ſi caput eiſmodi ſicca
 intemperie eſt affectum. Siſis autem inſidet ſemper, niſi
 adſit frigiditas unâ cū ſiccitate. Minimū etiâ ſputi eiſ-
 ciunt ſic adfecti. Et ob ſiccitatem dolor intolerabilis fe-
 rē eos concomitatur: auſteriorum & acerborū uſus ma-
 xime contrarius eis exiſtit. Quare conſectio ex moris
 ſape his uehementē dolorem induxit. Itaq; collutio-
 nes minimū adſtringentes, & mediocriter humectâtes
 apparare oportet: aquâ calidâ per ſe, aut furfurū deſ-
 coctum, aut radicis dulcis, aut piſanæ ſuccū, aut amy-
 lum cū ſapa aqua calida diluta: lac per ſe, maxime aſi-
 ninum, málux decoctū, & alia quæcunq; his ſunt ſimí-
 lia. Cibus autē his conueniens eſt ſuccus piſanæ, micæ
 madefaſtæ, cucurbite, malug, oua ſorbilia, & quæcunq;
 his proſunt qui humectatione indigent. Atq; hæcenus
 quidē ſimpliciū intemperierum curâ oſtendimus. Ma-
 niſeſta uero & hinc ſit ea, quâ cōpoſitę requirunt: Niſi
 mirum ex dictorū mixtura cognobiles, & ex tēperatu-
 ra oſtenſorum auxiliorū curam accipiētes. Verū pro-
 pter eos qui ſe nuper ad hanc diſciplinam cōtulerunt
 & inexpertos adhuc, age paucis unius tantum compo-
 ſitæ intemperiei mentionem faciamus, quæ ut manife-
 ſtum exemplum ad reliquas cognoscendas ſtatuetur.

Cura dentium ob caliditatem & humiditatem
 dolore affectorum. Cap. XXXII.

Sit fanè regio calida & humida, tempus autem anni
 uernum, & aeris quoq; ſtatus calidus & humidus, qua-
 lis eſt auſtrinus. Contingat itaque æger, qui caput hæ-
 beat, quod facile eiſmodi humiditate impleatur, cuſ-
 iusq; coma plurima ſit & ſubrufa, & totius corporis
 temperamentum calidum & humectum, & conſimili
 quoq;

quoq; utatur diæta. Quis autē, qui ſaltē probatus medi-
 cus haberi uelit, in hoc calidū & humidū eſſe mor-
 bum non imaginetur? Medebere igitur ita affecto bi-
 ſariam: Si enim exceſſus naturæ contigerit iuxta qua-
 litates tantū, ſcopus curationis dirigendus eſt ad alte-
 rationem ſolam: Si uero unâ cum qualitatum exceſſu,
 & humorū multitudo adſuerit, palâm eſt primū opor-
 tere corpus euacuare, deinde ad temperiem reducere:
 cuius rei in omni corporis intemperie memorem eſſe
 conſucit. Eum uero qui à calido & humido morbo
 affectus eſt, de quo nunc dicere inſtituimus, per uenæ
 incisionem euacuare conueniens eſt, ut pote à ſanguis
 niſi multitudine exagitatū. Calidus enim & humidus
 ſanguis ipſe exiſtit. Incidere autem oportet uenâ cubi-
 ti ſuperiorē, quæ Græcis humeralis appellatur: quę ſi
 non contingat, eam quæ media exiſtit. Quod ſi quid
 prohibeat uenæ incisionē facere, modico & tenui ui-
 ſtu ſuperſuam & nō neceſſariū detrahitō humorem.
 Atq; hoc modo etiâ circa reliquas cōpoſitas intempe-
 ries operaberis: ita ut eas quæ iuxta qualitatem tantū
 conſtiterint, alteres, & contrariis qualitibus permu-
 tes. Eas uero quę cū ſubſtantia quadam conſiſtunt, hu-
 more per cōuenientes purgationes detractō euacues:
 niſi quid & in his purgationem fieri præpediat. Reli-
 qua autē quæ adferre oportet auxilia, ueluti ſunt col-
 lutiones, & uictus conſtitutio, facile ex prædictis inue-
 nire licet. Qui enim formam traſſandi ſimplicis mor-
 bos cognouerit, in promptu habebit & circa mixtos
 conueniētia remedia inuenire. Cognoscitur autem aſi-
 ſtigens humor, quum ex reliquis circa corpus ſignis,
 tum ex conſequenti dolore. Flauæ namq; bili dolor
 pungitius comes exiſtit. Pituitam uero ſequitur unâ
 cū frigiditate diſtenſio locorū: & fece quidē ſanguinis
 ſiue atra bile aſſigente, ſenſus adest, uelut corpuscula
 quædam in profundo conſringantur: ubi uero æqua-
 liter

liter omnes augetur, multitudinem eorum in corpore coaceruata, grauitas concomitatur. Verum enim uero & sapor ipse influentis humoris ægro specimē suū offendit. Aut enim amaritudinem, aut falfedinem, aut acedinem sensu perceptat.

Curatio eroforum dentium, ex Galeno.

Cap.

XXXIII.

Erosiones & cauernæ dentium ex influxu acrium & erodentis maxime naturę humorū generātur, quem admodum etiam ulcera in cute, citra aliquam externā causam. Manifestum igitur hinc erit, quomodo sanandi sint erosi dentes: nimirum per exiccationem influētis uitiosi humoris, qui si paucus fuerit, localia remedia ex desiccantibus pharmacis constata suffecerint: si uero multus fuerit influēs humor, totius capitis respectū habere conuenit: contingit autem aliquādo caput affici, ob reliquum corpus affectum, quare in his uniuersi corporis curā nos gerere oportet. Archigenes itaq; ad hos hæc remedia descripsit: Sori resina, terebinthina exceptum, denti circumlinito, atq; in cauernam indito. Præclare facit & hoc: Sulphur uiuum lycio exceptum cauernæ impone, & prius depurgatum dentem per orbem ex eo intege: aut gallam tritam lycio aut resina terebinthina exceptam ad cauum intrude, simili terq; depurgato denti appone. In maximis uero dentium doloribus summe prodest hoc: Senectā anguiū uisam ac tritam cum oleo in mellis crassitudine redige, eodemq; modo, ut dictum est, utere. Aut senectam ipsam non uisā dentibus adfrica: inde enim excident: aut melathium torrefactum ac tritum cum oleo simili ter adhibeto: aut melathium torrefactum & acri aceto adfuso tritum cauo denti indito ac circumlinito. Si setur enim erosio, neque quicquam addet ultra. Aliud. Melanthii partem unam, alii dimidiam, & fals parum quiddam, simul cōtrita circumponito: à dolore

lore enim liberat. Proderit autem & ad erosiones dentium uti ea quæ supra ad motos dentes descripta est collutione, ex succo uidelicet bryonię & corice mori. Aliud. Veratrum nigrum tritum & melle cocto exceptum in cauernam impone, & premundatum similiter ex eo integito dentem. Aliud. Thuris partem unam, atramenti sutorii partes duas, contere cum passo, donec cerati crassitudo fiat: utere ut dictū est, & cito sedabis dolorem. Aliud. Galbani partes duas, thuris partem unam, contere cum passo ad cerati crassitudinem: utere ut dixi, & eo ipso die sedabitur dolor. Aliud. Alumen scissile in caua intrude, & à dolore liberabis. Aliud. Fel uris indito, & ab erosione liberabis. Aliud. Rhododaphnes uirgultū exustum & tritum, insperge cauernis, & medeberis. Andromachi compositio, ad dentes molares, quæ eadem hora dolores sedat. Piperis, pyretri, succi tithymalli, galbani, singulorum æquales partes, galbano exceptas, cauernis impone. Aliud Asclepiadę. Eo, inquit, usus adseruauit caua dentium citra dolorem. Gingiber in aceto mulso decoctū & probe tritum, in caua imposito, similiterq; extrinsecus ad dentem admoueto. Præclare etiam facit ex duobus piperis generibus composita antidotus, cauis indita: atque etiam oleo amygdalino aut nardino aut rosaceo diluta, & in uicinam affecto denti auriculam instillata. Aliud. Ego autem ad caua dentium cum dolore affecta, Efdra Antidoto utor, quā sapa dilutā, & calefactam ore retinendam exhibeo. Mirum enim quā dolores ea mitiget. uerum si ad manum non adsit, theriaca Andromachi eodem utor modo. Fomentum etiam affecto denti adhibere conuenit huiusmodi. Origani sicci ramulos feruēte oleo imbutos ægro denti apprime. Aut ricini uirgulto similiter utere: aut staphida syluestrem scalpello probe adaptatā, ac affixam, itemq; pyretrū adhibe similiter: aut ceram super

super affectum dentem pone, eamq; cum specilli extremo ignito apprime. Id enim continue facere non ab re est. Est autem & hæc quadam fomenti species: primū optime præmundato dente, hyoscyami semen suffitū: exurgentemq; hinc fumum æger admittat in fundibulo adhibito, ad affectū dentem: mirum in modum etiam erosiones dentium mitigat, canis mortui dens, quemadmodū & ante dixi, eodem modo suffitus & exustus in aceto tritus oreq; retentus. probe etiā auxiliantur uermes terreni suffiti. oleum quoq; in quo uermes terreni decocti sunt, in uicinam affecto denti aurem tepidū infusum, dolorē uehemēter lenit. Idem præstat blattæ domesticæ capite detracto adeps, cum rosaceo liquefactus ac auri instillatus. Eodem modo & hederæ albæ acinos quinque cum rosaceo tritos & in punico cortice calfactos in aurē assidue instilla. Auxiliatur etiam radicis hastulæ regiæ succus, itemq; nasturtii similiter instillatus. Prodest quoque in uicinam affecto denti narem infundere anagallidis ceruleę succum, aut radicis betæ succum aut atramentū futorium cum lacte. Apollonii. Cumini quantum tribus digitis apprehendere potes, myrihæ, magnitudinem fassæ, interioris cucumeris syluestris, duplum cum lacte muliebris in collyria redige, eaq; in utranq; narem immitte: atque ubi tandiu hæserint, donec quinque stadia quis cursu conficere possit, extrahere iube, fortiterq; ipsum pharmacum emungere. Idem etiā ad aurium dolores eodem modo sumptum prodest.

Vt dens citra dolorem, & absq; ferro extrahatur. Cap. XXXIII.

Quod si dentem tollere animus sit citra dolorem, hocce pharmaco auferendus erit uehemēter ad hanc rem congruente. Pyretrū acerrimo aceto in dies quadraginta conditum, deinde tritū, in usum adserua: qui ubi postulauerit, reliquos dentes cera præmunitus citra

stodito:

stodito: ipsum uero qui dolet circumcirca purgatum hoc pharmaco integito, & post horæ interstitium digitis extrahito, aut scalpello exigit. Aliud. Sori acerrimo aceto, ad dies decem, in sole æstiuo contritum ac exiccatum, præmundato denti imponito, & excidet. Aliud. Sandaracham eodem modo apparatus, imponito. Aliud. Sori & tithymalli succum galbano excepta, depurgato prius denti apponito. Aut cucumeris syluestris radicem, ut pyretrum apparatus, eodem adhibe modo. Aliud. Grana cnidia trita ac galbano excepta, circumponito, & excidet. Aliud. Præclare facit lappæ herbæ radix feruenti cinere calfacta, & denti assidue apposita pauca: enim mora dentes tollit. Aliud. Cucurbitæ syluestris radicem cauo impone, & dentem eruet. Aut ipsam cucurbitam tussam & cribratam per aliquot dies in aceto macerato, donec ad mellis spissitudinem redigatur: deinde in eo ipso pharmaco scalpro imbuto frequenter dentem circumradito, atque os claudere parumper iubeto: deinde dentem digitis apprehensum trahe, & sequetur. Aliud. Vermes terrenos in testa exustos, in cineremq; redactos contere, & circumraso prius denti ubertim adsperge, & per diem ac noctem excidet sua sponte. Itaque eo confidenter utere: ut mysterium enim celebratum est iam sæpe. Poteris autem & citra scalpellosi rationem inspergere, idemq; opus parabit. Aliud. Corticem radicis mori teneriorem tritum, ad dentem quem erutum cupis, solum impone, & excidet. Aliud. Sori, gallam, staphida syluestrem, alumen scissum, sulphur uiuum, piper longum in puluerem redige, & adiecta cedria subige: deinde ceram modicam liquefactam adfunde, simulq; committe. Vbi uero uti uelis, ex hoc, quantum opus fuerit emollito, ac depurgato prius denti circumponito. Aliud. Erucam & brassica natam frequentius ad ipsum dentem adhibe, cadetq;

cadetq; sua spōte. Eiiicit etiam dentem syluestris oleæ
lachryma cauo eius indita. Itemq; rhus qua coria ino-
ficiuntur, & lachryma & succus syluestris fici, itemq;
tithymalli. Cauernam autem superne galbano aut ce-
ra obturato.

Smegmata uaria ad denigratos, liuentesq;
ac rarefactos dentes. Cap. XXXV.

Liuent aliquando dentes per uniuersam ipsorum
substantiam non dissimile quiddam inflammationi
patientes, ob influxum uidelicet uitiosorum humorū.
Quare consimili cum his qui erosionem passi sunt, in-
diget curatione: nimirū p̄ desiccātia pharmaca: suntq;
smegmata eis conuenientia. Apollonius itaq; ad deni-
gratos dentes hæc præscribit: Sal fossile melle sub-
actum in fistili uase torreto, ac tritum modica myrrha
misceto, eoq; dentes cōfricato. Aliud. Pulegii ac salis
æquales partes melle subige, ac aceto acerrimo adfu-
so exure. Aliud, quod gingiuas adstringit. Polentam
aceto acerrimo subactam in olla exure, ac contere,
cumq; ea dentes confrica. Hoc enim & gingiuas ipsas
coercet. Aliud. Cōmuniter autem ad omnes, eiusmo-
di dentifriciis utimur: radice aristolochiæ exusta, aut
osse ceruino usto & trito, utere: nam & dentium dolo-
ribus medetur. Aliud. Cornu cerui ure, modicaq; ma-
stiche admixta utere. Aliud. Talos ouillos exure, ac
contritiss utere. Ad eadem pollutent etiam buccina sale
expleta & usta, pumex assatus & uino extinctus, sepiæ
testa usta, conchæ ustæ, cochlea terrestris usta cum mel-
le: his autem singulis odoris commendandi gratia pa-
rū iridis illyricæ miscetur, aut floris iunci odorati, aut
calami Indici, aut spicæ nardi. Optime autem facit, ino-
quit Archigenes, tum ad dentes à dolore præseruā-
dos, tum ad gingiuarum erosionem, atq; etiam deco-
rem dentiū, pharmacū hoc: Lanæ succidas linteolo
illigatas ure, & salis torrefacti tertia earum parte ad-
mixta

mixta contere, & pro dentifricio utere. Aliud. Mel &
salem in cerati formam contrita, linteoloq; ligata exu-
re, deinde parum iridis Illyricæ admisce, & dentes ex
eo confrica. Aliud dentifricium. Sulphur uiuum tri-
tum dentibus adfricato. Smegma Oribasii. Salis am-
moniaci, cyperorum, iridis, singulorū æquales partes
aliquandiu adfricato, postea uero gingiuas ex uino
odorato colluito. Aliud smegma optimum. Pumicis
trientem, testarum sepiæ quadrantem, mastiches, alu-
minis scissi, foliorum malabathri cuiusq; unc. i. Aliud
Pumicis usti quadrantem, testarum sepiæ quadrantem,
cornu cerui usti sextantem, salis assati sextantem, spicæ
nardi trientem, cyperorum unc. i. costi scrup. iiii. Smeg-
ma pulchrū. Marmoris drac. iiii. foliorum malabathri,
unc. i. amomi unc. i. cornu cerui usti sextantem, balau-
stiorum unc. i. iridis sesquunciam, mastiches drach. iiii.
myrrhæ drach. vi. costi drach. iiii. Bouis etiam talus
ustus optime dentes extergit, motos firmat, affectos à
dolore liberat. Aliud dentifricium, quod oris odo-
rem commendat, dentes dealbat, & ab erosionem ac la-
befactione custodit. Nitri, testarum sepiæ, myrrhæ
troglodyticæ, æquales partes committe, ac utere.
Aliud optimum. Aluminis scissi sequunciam, masti-
ches unc. i. iridis unc. i. rosarum calyces siccos unc. i.
contritiss utere, & aqua calida inde os collue. Aliud dē-
tifricium. Buccinorum ustorum, salis torrefacti, testarū
sepiæ ustarū, scobis marmoris pręconessii, singulorū ʒ.
i. costi scrupulos octo, contusiss utere. Aliud, Timo-
cratis, quod ad gingiuas humore prægnantes & cruē-
tas: ad putredines, parulidas, hoc est, gingiuarum in-
flammationes, motos dentes, dolentesq; omnia item
oris uitia prodest. Accipe perdicii herbæ foliorum
teneriorum modium Italicum, salis albi & tenuis ses-
xtarium unum, mellis sextariū unum, contunde simu-
ac in massam molliorem redige, quam in ollam con-
A E T. ggg iectam

iectam luto obtura: ita ut circa os operculi foramē re-
linquas, per quod cū uirga agitur, tam diu autē super
prunas positam torreto, quousq; fumus inde proces-
sūs purus uideatur, tum sanē ab igne ablata frige fieri
finito: atq; piperis lōgi 3.iiii. accipito, piperis albi 3.v.
piperis nigri 3.vi. pyretri 3.vi. aluminis scissilis usti &
cū uinō austerō extincti 3.ii. pumicis usti, myrrha, hyssō
sopi, pulegii, seminis apii, singulorum 3.ii. mentā sic-
cā 3.iii. iridis 3.iii. hęc omnia in sole prius exiccata,
contundito ac cribrato, iisq; quę in olla usta sunt ad-
misceto, ac utitor. In aliquibus uero, utpote in frigidis
dentium affectionibus, hęc magis conueniunt, siue ex
potu frigidā, aut pomorum frigidorum comestione
sint obortę. Conueniunt etiam his qui à frigido hu-
more afficiuntur, ubi prius per collutiones ac manu-
cationes pituita sufficienter fuerit detracta.

De ancyloglossis, & qui uix loqui possunt.

Cap.

XXXVI.

Ancyloglossi quidam fiunt ex natiuitate, quidam
uero ex aliqua affectione: Ex natiuitate fiunt, quum
membranę inferiores, quibus lingua innitur, durio-
res & mutilę à natura sunt productę. Ex affectione au-
tem ancylosis & incuruatio linguę contingit, præce-
dente ulcere, & cicatrice dura sub lingua relicta. Qui
hoc modo affecti sunt, difficulter loquūtur, quare etiā
Mogilali à Gręcis sunt appellati. Qui uero ex natura
ancyloglossi existunt, principio quidem tarde in ser-
monē prorumpunt, ubi uero loqui cęperint, citra ob-
staculum & satis festinanter loquuntur. Impediuntur
tamen in prolatione nominum aut uerborum, quo-
rum alias difficilis pronuntiatio existit, ueluti in quib-
us R, aut L, aut K, literę, frequenter occurrunt: hos
sanē adhibita manu per solam chirurgiam curare
oportet. Ad eam itaq; perficiendam ægrum desiderē
oportet, eiusq; linguam sursum ad palatū attollere:

& si

& si quidem membranę ipsę curuitatis causa exi-
stant, incuruo uncino eas apprehensas & extensas
excindere, animaduersione habita ne simul subiacen-
tes uenas dissecemus. Si uero cicatrix curuitatis
causa fuerit, similiter uncino appręhensa extendatur,
& quicquid durum adest, & quod cum naturali caro-
ne non consentit excindatur. Ab opere autem pas-
trato aqua frigida aut posca os colluant: postea insper-
gatur manna thuris, imponaturq; linamēta cōuulsa: se-
quētib; uero diebus curetur ulcus collutione aquę
mulsę, aut illitione unguēti Ægyptii, linamētis cōuul-
sis simul impositis, ut per eorū interstitiū cicatrix didu-
cta, coalescat, neq; rursus eadē cicatrix relinquantur.

Ad ranunculum sub lingua.

Cap.

XXXVII.

Ad ranunculum sub lingua: (est autem tumor earū
quę sub lingua sunt partium, præcipue uenarū) uten-
dum sanē iisdem remediis quę ad aphthas oris ulcera
describemus, maxime tamē his quę sunt ex eis fortio-
ra. Proprie autem eis profunt etiā hęc: æruginis rasa,
chalcitidis, gallę, æquales partes insperge. Cū passio-
potes etiam pro collutione usurpare. Aliud. Farinam
erui cum melle præfrictis locis, illine. Aut etiam gallā
tritā cum melle, aut rosarum semen eodem modo.
In corporibus autem molliori sensu præditis, rhoem
rubrum cum melle: aut rhois drachmas octo, florum
rosarum drachmas quatuor, croci drach.ii. costi 3.ii.
milyos, æruginis, æquales partes, commisce, & cum
his locos sub lingua confrica. Decoctum uero folio-
rum oleę colluant assidue. Aliud. Nuces iuglan-
des ueteres integras, unā cum cortice exustas, contes-
re, deinde piperis grana. xii. adice, thuris grana me-
diocria. iii. hęc cum melle sufficienti mixta illinito, &
miraberis. Aliud. In inueteratis uero & perse-
stę ætatis eas, quę sub lingua sunt uenas dissecato.

ggg

2

Extrinse

Extrinsicus uero mento adhibendum ex ouis phar-
macum. Magis autem conuenit id quod Græci uocant
Sphæron. Aliud. Artemisiam maxime uiridem cum
sale tritam ad locos sub lingua adfricato.

Ad linguam inflammatam, desquamata,
ac tumentem, & ad palatum ac gin-
giuas. Cap. XXXVII.

Glaucium in cote cum aqua dilue, eoq; locos illi-
ne, & eodem die sedabitur. Aliud, ualens etiam ad lin-
guæ exulcerationem. Paliuri folia manducant & ex-
puant. Vbi uero lingua infletur, doloreq; afficiantur
eius partes uicinæ, similiter & mandibula, ita ut loque-
la præpediatur, folia oleæ tenera trita, ac oleo perfusa,
illinito, egregie enim auxiliatur. Aut origanum passo
decoctum colluendum exhibeto: aut pruni foliis cū
melle tritis utere. Ad linguam uero cui superficies in-
stat squamarū aut corticis decedit, optime facit, amur-
ca æreo uase, donec cogatur, decocta, & illita. Ad lin-
guam putrescentem, & ferè demortuam. Succum fo-
liorum uitis albæ cum misy permixtum illinito: de-
purgat enim, & carne replet. Quidam etiam hic mel
adiiciunt. Vt uero ad cicatricem perducatur, radicem
uitis albæ, contritam & cribratam insperge. Melius
autem erit eam melle permiscere, ne dissipetur. Ad
linguæ abscessus. Quod si abscessus in lingua fiat, fur-
fures in aqua decoctos donec liquor lubricus fiat, per-
colato, & huic succo mel adicieto. Simulq; calidū ore
detinendum exhibeto. Hoc autem sæpe facere oportet.
Aut enim abscessum discutiet, aut rumpet. A rup-
tura uero florido sicco utendum est.

Ad aphthas, hoc est, oris ulcera, ex Galeno.

Cap. XXXIX.

Quæ in superficie oris sunt ulcerationes, Græci
aphthas appellant, habètes in se quiddam igneæ cali-
ditatis: sicut autem ut plurimum infantibus, quum
uitiosum

uitiosum existit lac nutricis, aut alias puer non probe
concoquit: facile autè medelâ recipiunt, utpote quæ
ex his quæ mediocriter adstringunt, ut plurimū contin-
git. Aliquando tamè diuturniores existunt, ob tempo-
ris uidelicet tractū, indissolubili quodâ marcore emer-
gente, aut etiam ea quæ appellatur Nome, malo nimi-
rum semper ulterius serpente. Fiunt etiâ aliquâdo in
his, qui ad perfectâ ætatem peruenerunt, tum propter
uitiosorum humorū ad os defluxum, tum propter acre
dinem eorū quæ bibuntur ac comeduntur. Cognitio
omnium facilis est, utpote uisui ac tactui subiecta. Ad
tactum quidem, calidiores quàm conuenit loci sunt,
tumoresq; excitantur. Visu uero cognoscuntur ob co-
lorem. Quæ enim rubicundiores existunt, sanguinei
humoris dominium indicant: flauiores, bilis amarulæ
tæ: albidiores, pituitæ. Lientes uero & nigrescēt, bi-
lis atre. Etenim qui ista probe discreuerit, singulorūq;
simplicium uirtutē cognouerit, facile constituet modū
utendi tum simplicibus, tum compositis pharmacis: con-
sideratione simul super corporū naturis habita, num-
ne molles sint, & humides; an duræ, & siccæ. Siquidē
fortioribus corporibus, fortiora etiam remedia sunt
adhibenda: imbecillioribus autè molliora: infantibus
itaq; conuenientia sunt, ea quæ in cibis eis offerunt mu-
lieres, uelut est lens cum modico pane, & medulla cer-
uina, aut uitulina. Oportet autè miscere cibis aliquid
ex malis acerbis, pirisq; ac mespilis: aliquando etiam
laetucæ quiddâ & intubi, ac portulacæ cibo admiscen-
dum est, inflammata uidelicet ulceratione existente.

Quod si infans ipse cibum capere non possit, nutricē
eius huiusmodi uictu curare oportet: nec non ora in-
fantium pharmacis conuenientibus illinire. Si quidem
enim subrubræ infantium ulcerationes fuerint, à prin-
cipio cum his quæ mediocriter adstringunt & refrige-
rant: consequenter uero his, quæ citra mordacitatem

discutiunt. Si uero subflauæ ulcerationes fuerint, iisdem similiter est utendum, uerum magis frigidis. Si uero subalbæ & pituitosiores fuerint, extergentibus utendum est. Si aut nigrae, his quæ generose discutiunt. Ad maiores uero pueros, pharmacis eiusdem generis facultate præditis utaris, uiribus tantum ipsorum auctis ac extensis. Ad eos autem qui iam perfectæ ætatis existunt, durioraq; corpora habent, efficacioribus remediis utimur. Moderata itaq; remedia ad oris ulcerationes rescentes hæc sunt. Omphacium in uino dissolutum aut mulso, rhus culinariu eodem modo. Pro infantibus in principio sufficit flos rosarum, ipsaq; rosæ sicca cum mulso, aut melle rosaceo. Inueterato autem iam malo, in minoribus quidem pueris admirandam opem contulit hoc, inquit Asclepiades. Remedium Asclepiadæ. Gallas contusas aqua decoque, & cum decocto percolato parem mensuram mellis permisce: rursusq; decoque, donec ad mellis crassioris spissitudinem redigatur: eoq; ut maximo remedio utere, ita ut locis illis sicut diu digitis adfrices, aut tomento lanæ puræ digito circumuoluto locis apprimas. In his uero qui perfectioris ætatis sunt, durioraq; corpora habent, in uniuersum satis mihi fuit crudo misy uti, cum uino adstringente: quod sanè tum intendit, tum remittit uires suas, iuxta uini uim aut magis, aut minus adstricioria, atq; etiam secundum quod densior aut liquidior uini & misyos mixtura apparat. Si uero sordidum apparuerit ulcus, mixtura cum uino mulso tero. Aliis autem & qui adhuc fortioribus indigent remediis, ærugo & cum uino & cum mulso utilis existit. Neq; uero malum pharmacum his chalcitris existit cruda cum oleo trita. Illiniuntur autem ex his pharmacis, solæ particulæ oris affecte. Quod si collutiones obtulerimus, siue mediocriter, siue intente adstringentes, ea cautione utemur, ut fortioribus corporibus fortiores, mollioribus imbecilliores

becilliores exhibeamus. Porro si in putredine aphthæ uertatur, non conuenit amplius aphthæ, eam affectione appellare. Neq; enim ea quæ aphthas sanant pharmaca, his adhibemus, sed fortiora, qualia quædam in capite De crustis oris, paulo post dicentur. Atqui si putrescere incipiant, maxime in infantibus, præclare facit præscripta ex decocto gallarum & melle illitio, & anthera stomatica cum melle illita, & id quod ex rosarum floribus constat: rhoe, croco, & costo quod ad columnellas inflammatas describetur, siccū pharmacum: oportet autem id illinire cum melle. Nec minus egregie facit cætaureæ minoris exustæ cinis illinitus cum melle, & sphægritis, hoc est, cupressus pilulas ferēs, exusta eodem modo. Proprie autem, inquit Archigenes, facit cornu ceruinum ustum, tritum, & adstrictum. Ad aphthas autem quæ prosperunt summe efficax est, foeniculi radix usta, per se, & cum melle illita. Itemq; amurca in aëro uase, donec in mellis crassitudinem cogatur decocta, ac illita. Aliud, quod & ad aphthas & ad reliqua oris ulcera conducit. Aluminis scissilis sextantem, gallarum ʒ. i. conterito, ac oleo subigito, aut digito in oleo madefacto siccum excipito, eoq; exulceratos locos quam plurimum extergito. Detrahit enim cutem, asperitates tollit, ulceraq; ad cicatricem perducit.

De gurgulionis affectionibus, ex Galeno.

Cap.

X L.

Gurgulionem quidam etiam columnellam appellant, uerum nomine accipienda est quædam in eo affectio, quum scilicet uerum acino simile, summum gurgulionis apparet. Lorum uero uocant aliam quandam eius affectionem, quum ex suffitu nimium ignitus gracilescit, & loro similis propendet. Verum hæc affectiones raro circa gurgulionem accidunt: inflammatur autem frequentissime. Euenit etiam aliis quando, ut citra inflammationem nimium humectus

laxior fiat: uelut in destillationibus continuis contin-
 git: itaq; inflammatione incipiente repellentibus phar-
 macis opus erit, quæ adstringētis facultatis esse oportet.
 Et si quidē moderate fuerit humorum influxus, ea quæ moderate adstringunt sunt adsumēda: ubi uero
 fortius inualuerit, acerbata etiam sunt adiungenda.
 Collutiones igitur moderatę sunt, ex palmis decoctis
 aliquando in sola aqua, aliquando etiam adiecto modo
 dico melle. Similiter autem & ex rosis, radice dulci, pā
 pinis uitis, rubis, iunco rotundo odorato, terebintho,
 rhamno, cypero, & siliquis. Itemq; ex radice mori,
 hypocistideq; & malis cotoneis, ac piris austeris. His
 autem fortiores existunt, myrti, & baccarum eius de-
 coctum, & uirgultorum mollīū ilicis, & uniuersi quer-
 cini generis, similiterq; & glandium: itemq; decoctū
 mespilorum & cornorum. Præclarissime autem om-
 nium facit decoctum gallarum, rhois culinarii, eiusq;
 quo coriorum infectores utuntur, spinæ Egyptiæ, my-
 ricæ, aut ericæ seminis siue fructus, utriusq; mali puni-
 ci floris & putaminis. Horū unumquodq; & singula
 tim & cū aliis decoctum in aqua, gargarisandū exhibe-
 re oportet. Mirū uero quantū eorū mixturæ, simpli-
 ciū & immixtorum usum excedunt. Vtilis est etiā as-
 frictus cochlearii frigidissima aqua repleti, & postea
 frigida in balneo colluta. Conuenit quoq; arida trita
 gurgulioni admoueri: ita ut submissa & paulatim ad
 superiorē & extrinsecā regionē adferantur, & per co-
 ehleare aut specilli concauū supra linguā immitantur.
 Itaq; ex aridis moderata sunt, rosæ siccæ, & flos earū,
 & prædictarū plantarum germina exiccata, hypocistis,
 rheon ponticum, lapis coriariorum quo calciamenta
 ut resplendeāt expoliant, à Græcis ageratos, uelut nō
 senescēs appellatis: & is quoq; qui famiosus after appel-
 latur, & omphaciū siccū. His imbecilliora sunt mino-
 risq; acrimoniæ, gūmi, tragacāthus, sarcocolla, & amy-
 lum

lum, quibus utendum erit, ubi gurgulio à nimium ad-
 stringentibus remediis fuerit compressus, aut à moro-
 dentibus ac discussoriis irritatus. Fortiora prædictis
 sunt, lapis hæmatites, necnon phrygius ustus, miniū si-
 nopiciū, & terra lēnia, quę appellatur sphragis, diphry-
 ges, fructus Egyptiæ spinæ, rhus culinaris. Adstringunt enim hæc euidenter, citra tamen exasperationē.
 Acerba aut sunt, balaustia, & cytini, & malicoriū, ac gal-
 la. Adstringunt etiam sufficienter omnia aluminis ge-
 nera. Atq; hæc quidem simplicia sunt huic loco con-
 ueniētia. Ex quibus & composita fieri possunt, quæ ue-
 hemētī molle & lene quoddam adiungimus, aut dis-
 cussorio quiddam adstringens admiscemus, iuxta tē-
 peraturam corporis cui medemur. Diurnæ autem
 adfectioni impossibile est per repellentia perfectum
 auxiliū adferre, maxime ubi ægroti corpus plurimo
 humore repletum, aut affecta particula natura debi-
 lior extiterit. Itaq; sæpe in principio statim, aut paulo
 post omnino aliquod ex discutientibus ad adstringētia
 adiciere cogimur. Si uero uehemens adfuerit dolor,
 etiam ea quę eum mitigāt adnectemus, atq; quæ multū
 ta omnino sint quæ discussoriā uim obtinet, à mollio-
 ribus est incipiēdum. Ab acribus enim inflāmata exa-
 cerbantur. Ob eam igitur rem composita in usum ue-
 nerunt, tum ad reliquorum membrorum inflamma-
 tiones, tū ad eas quæ fiunt in gurgulione, ueluti quā
 alumen miscemus cū iride Illyrica, aut thure, aut myr-
 rha. Tu uero perspecta caloris in ipsa inflammatione
 magnitudine, considerataq; influxus ad eam multitu-
 dine, atq; amplius in toto corpore humorū quātitate
 ac copia perpenſa, uel eorū quæ adstringunt, uel quæ
 discutiant, augebis mixturam. Optimum autem phar-
 macum ad inflāmatos gurguliones, tum in princi-
 pio, tum in uigore adhibitum existit hoc: rhois culina-
 riū drach. viii. florum rosarum ʒ. iiii. croci ʒ. ii. costi ʒ. i.

contusa & cribrata in vitro reponere. Vsu uero expecte-
te dimidium cochleare in duobus aquæ mulsæ aquo-
floris cyathis dissolutū ad gargariſſandū adsumatur.
Vtilis est etiā eis pastillus ex croco, qui iris à quibus-
dam appellatur. Complectitur autem myrrhæ 3. viii.
aluminis liquidi 3. ii. croci drachmas octo, dissoluitur
in uino. Quidam etiam aloen adiiciunt, quàm nos re-
probamus. Hic itaq; pastillus fluidioribus, & magis
humectis inflammationibus summe conuenit, dilutus
in uino ac illitus. Miscetur etiā gargariſſimis. In corpo-
ribus durioribus prodest quoq; pastillus Musæ. Pro-
dest etiam efficacissime pastillus Andronis, facit & id
quod Aſclepiades descripsit, lapidis agerati 3. iiii. flo-
ris lapidis aſii 3. iiii. terræ samiæ 3. iiii. aluminis scissi
drach. ii. croci torrefacti drac. ii. gallarum drac. ii. con-
tritis utere. Hoc etiam nos uſi ſumus, inquit Galenus,
optimumq; sæpe ſumus experti, præter quàm quod
statim à principio, & quum rubicundus & calidus exi-
ſtit inflammationis tumor, minime adhibendum uide-
tur. Vbi uero diutinum adeſt malum, & corpus prius
eſt euacuatum, ſemen tantum in uſum aſſumptum, ma-
gnam ſtatim oſtendit utilitatem. Ad laxatam colum-
nellam. Gallarum drach. xxii. diphrygis drach. xii.
illini cum melle. Aliud philoſophi. Apparatur
temporis neceſſitate inſtante. Inueteratum enim ui-
res amittit. Nuces uirides accipe & exciccato, &
palmarum oſſa, atq; de iſſis ubi uelis ſufficiēter exuri-
to, & amborum æquales partes miſceto, ac ſiccis tri-
tis utitor. Sufficiens enim diſcuſſoria exiſtunt. At
uero quum in aliis adfectionibus, tum ad columnel-
las citra inflammationem laxatas, gallæ omphaci-
næ, ſalis ammoniaci, amborum æquales partes, per
cochlearæ admotæ, præter opinionem auxiliantur.
Præclare facit & in his, cyrenæicus ſuccus tritus adhi-
bitus: qui ſi non adſit, iplum laſer. Aliud, ad colum-
nellas

nellas laxatas: Mellis libram. i. ſorum roſarum ſeo-
xuncem, aluminis liquidi beſſem, ſucci hypocyſtidos
quadrantem. Alumen, & mel ſimul decoquito, deinde
reliqua trita adiccito, ac ruſus paululum decoquito,
eoq; utere aliquando aqua calida diſſoluto, aliquan-
do aqua muſſa ad gargariſſandum, aliquando quoq;
eius illitu iſſam columnellam reprimes ac eleuabis.
Bonum hoc remedium eſſe adſtruit Galenus, eoq; uti
iubet. Aliud, quod & columnellas iam excidendas ſa-
nat: facit idem & ad ulcera gingiuas deſaſcentia, om-
ne oris ulcus ſerpens. Fructus ſpinæ ægyptiæ, galla-
rum, fructus myricæ, balauſtiorum, foliorum malaba-
tri, aluminis ſciſſi, caſiæ, ſingulorum æquales partes.
Vtere ſiccò. Aliud, Aſclepiadæ. Roſarum ſiccarum nõ
madefactarum ſextarium italicum unum, nardi celti-
cæ cum radicibus ac circumſita iſſis terra, faſciculum
manipularem unum: ſimi columbini agreſtis ſicci ex
iſſis nidis detracti drachmas tres, myrrhæ 3. viii. galla-
rum omphacitidum numero. xlv. contuſa & cribrata
per arūdinem inſuſſato, & per ſpecilli cauum adhibe-
to. Aliud, ſiccū ad ualde laxatas columnellas, itemq;
tumentes. Piperis 3. i. myrrhæ drach. i. aluminis ſciſſi
drac. ii. gallarum dra. ii. contritis utere: eueſtigio enim
eas firmant, ac reſiccant. Aliud parabile, quod & ad la-
xatam & ſuffocantem columnellam ualet. Nitrum tri-
tum digito exiſce, & adfrica, deſtillabit enim inde plu-
rimum pituita, eaq; cruenta, & ſanabitur. Aliud natu-
rale, Philumeni. Picem liquidam accipe, eaq; ex-
tremum pollicis tui inſice, alteraq; manu ſincipitis ca-
pillis diſtende, ac picem illine. Recurret enim ſtatim
uua. Quod ſi quis omnino ab adfectione uuæ &
tonſillarum ſecurus eſſe uelit, quotidie per morbo-
rum interualla quum lauatur, & à calido lauacro egre-
ditur, modicam frigidam aquam ſorbendo deglu-
tiat. Quod iplum & ad tuſſim, & lateris dolorem,
humidiſq;

humidisq; stomachi uitiiis multis utile fuit. Per ea itaq; que quæ dicta sunt in naturam suam reducere gurgulis lionem oportet, omni conatu & molimine adhibito, neq; festinandum ad eius excisionem.

De ablatione columnellæ, ex Galeno. Cap. XLII.

Quod si continue affligat columnella, periculūq; sit ne suffocatio aut tabes inde inferatur: aut quū gracilis & loro similis sit, propterea quod alimentum nō sentit, quod sanè aliquando accidere solet: aut quum resolutionem patitur: sit enim & hoc in aliquibus: tūc sanè refert utrum excidatur, an non. Optima eius auferendæ opportunitas existit, quum suffocatio urget, ut tum imminente periculo, ægroto auxilium feramus: itaq; quo manum commodius adferas, æger in splendi & claro loco collocetur: & tūc quidem os eius diducatur: mox uero immisso forcipe producat, ita ut uolsellam huic rei idoneam, iuxta mediū ipsius columnellæ, aut magis adhuc inferius adhibeamus: atq; ita producta obtorqueatur. Oborta enim uelut stupida efficitur, & uelut illaqueata curuatur ac liuescit, citra magnam sanguinis eruptionē. Quapropter immorari oportet aliquandiu, ac eā detinere quousq; æger tolerare possit: tuncq; auferre non supra forcipem incisione facta, sed ad eius fundum. Quum enim pelliculis referta sit ipsa columnella, & ob productio nem cedat, proluxa sanè insipientibus apparet. Vnde multi inexperti medici, siue per errorem, seu per ignorantiam altius incidentes, eam funditus auferunt, maximiq; incommodi autores ægro existunt. Quare relinquere oportet fundum eius circa palatum. Ab excisione autem ægro offerenda est posca diluta, qua leniter os colluat, uehemens enim ipsius allabentis plaga, sanguinis eruptionem excitat. Quum autem hinc morsum perceptat, aquam frigidam colluat, atq; hæc uicissim fiant, donec sanguis sistat. Sequentibus deinde

inde diebus ex radice dulcis & palmarum decoctio gargarisimus exhibeatur. Similiter & illitiones ad tonsillarum inflammationes descriptæ. Porro Galenus ait, ab excisione semper diphryge utor, donec cicatrix obducatur. Cicatricem enim tum huius membri, tum reliquorum omnium exulceratorum probe constringit ac committit.

De oris inflammationibus. Cap. XLII.

Quum uniuersum corpus multitudine humorum redundat, aut unius tantum alicuius noxiū humoris multitudo in corpore augetur, conuenienter utimur incisione uenæ, aut purgatione, aut clysteri, & abstinentia ciborū. Quod si neutrum horum adfuerit, ad locallū auxiliorū opē statim confugimus, in principio quidem reprimēdo per ea quæ adstringūt & frigefaciūt. Ex adstringentiū sylua est atramentū sutoriū, & similia. Verum adeo fortibus, & quæ simul uim uenenosam cōplectuntur ac nociuam, minime cōuenit uti ad oris adfectiones sanandas, nisi magna cogente necessitate. Plurimum enim nocumentum inferit, si quid ex his ad stomachū ac uentriculū fuerit delapsū, aut ad asperæ arteriæ extremum & pulmonem. Inest autem huiusmodi remediū & circa gustū insuauitas quædā, quæ quidem usus tempore molestiā inferit, & permanset etiam totam diem. De foeminis quid attinet dicere: maxime opulentis, quæ ob delitias in totum pharmacorum ad os descriptorum adstrictum: egre ferunt. Iam & uiros quosdā uideas, qui nō ob delicias solū, sed ex natura fastidientem stomachū habent, atq; huiusmodi pharmaca non ferunt. Itaque ea quæ ex stomachicis appellatis pharmacis, hoc est, quæ ori conueniunt, mitiora existunt, crocum complectuntur, & myrrham, & alumen. Cæterum confectio ex moris, & malis punicis, & similes quædam, cū solo melle medentur, habentq; gustum amplius suauem. Quin & confectio

fectio ex succo nucum cū solo melle apparatus suauē exhibet saporem . At uero succus mororū pro debiliore habendus est pharmaco . Fortius uero , & quod nulli inferius existit , est succus corticis nucū . Inter hæc medium tenet , quod ad uim adstrictoriam attinet , succus mororum . nascentium in rubo . His singulis admiscere potes , siquidem uehementius efficere uelis pharmacum , succum uuæ acerbæ nondū maturę , pari pondere : aut si id non uideatur , eius dimidium . Andromacus coniicit , croci , myrrhæ , succi uuæ acerbæ immaturæ , aluminis scissi , singulorum drach . i .

Illitiones stomatice ori commoda . Cap . XLIII .

Confectio ex moris .

Confectio ex moris sic adparatur , quemadmodū docet Eras : Succi mororum hēminas . v . uini austeri hēminam . i . mellis hēminam . i . Succum unā cum uino decoquito , donec ad strigmentitiam crassitudinem redigatur : deinde adiecto melle rursus decoque , donec probe cogatur : deinde in pila eis admisce croci sesquidrachmam , myrrhæ sesquidrachmam , omphacii sicci sesquidrachmam . Optimum autem est omnibus oris illitionibus simul incoquere , radicis dulcis 3 . viii . ad eiusmodi sanē mēsuram , qualē prescripti . Est enim radix dulcis natura mitis , & ob id asperitatem ex adstringentibus illatam lenire potens . Facit , inquit Eras , hæc confectio tum ad tonsillas , tum ad inflammationes oris , illita , & gargarismi modo colluta . Posteris autem succum mororum cum solo melle adparatum , in usum recondere , ob dulcedinem ori commendandam . Confectio ex malis punicis , Galeni . Accipe mala punica in uigore perfecta , matura , & recentia , ita ut ex triplici eorum differentia , dulcium , acidorum , & austerorum , æquales partes unā cum corticibus in mortarium coniectas , contundas , & ab eis succum exprimas : deinde confestionem adpares hoc modo .

modo . Coniice succi hēminas quinque , mellis hēminas . i . radicis dulcis 3 . viii . Primum uero succum cū radice dulci decoquito , ac percolato , deinde adiecto melle simul coagmentato , & utitor . Hæc confectio cōmodius exhibetur his qui oris inflammationem patiuntur , habentq̃ ; simul stomachum fractum , & qui cibum auerfatur . Vtilis est etiam bibita ad alui adfectiones . Expedit autē ei , ueluti reliquis oris remediis adiuuere , in principio quidem ea quę adstringunt , circa uisugorem , ea quę concoquunt , iuxta inclinationem , ea quę discutunt . Facit etiam ad oris ulcera , & quę adpellantur Aphthæ . Confectio ex malis punicis , Aesclepiade . Pharmacum ad os prospere accommodatum , quod etiam ad ulcera serpentina conducit : Succi mali pumici Italicos sextarios . vi . mellis libram . i . croci 3 . iiii . myrrhæ 3 . iiii . Succum per se satis diu decoquito : deinde adiecto melle rursus donec probe coagmentetur , decoquito : postea in mortario crocum & myrrhā simul committito , atq̃ hoc , ut maximo remedio , utitur . Remedium oris ex musto , Andromachi : quo inquit , ut pulcherrimo utor . Galla numero . xxx . rhois quo coria inficiuntur chœnicem . i . musti optimi ex uua aminæ alba sextarios . vi . gallas contusas unā cum rhoe per diem & noctem in musto macerato : deinde ad quartas decoquito , & per linteolū percolato : rursusq̃ ; succum donec mellis speciem accipiat , decoquito : & adiecta croci 3 . i . aluminis scissi 3 . i . myrrhæ drach . i . probe misceto , & in usum recondito . Facit enim & ad aurium & sedis quoque exulcerationes . Confectio ex succo uuæ acerbę , ex ferula medica mentario libro . Sorani . Illitio ad os adparata ex succo uuæ acerbæ , incipientibus inflammationibus accommodata . Valet etiam ad humore prægnante gingiuas , & ulcera pura tonsillarū . Succu uuæ acerbæ ad coagmentationē decocti sextariū . i . florum rosarū drac .

3. xii. croci. 3. iiiii. mellis heminam. i. adpara ut prædis-
 ctum est. Eodem modo etiam adparatur confectio ex
 succo malorum cotoneorum, & pirorū, pirastrorūq;
 & mepilorum, ac mororum rubi, similiterq; ex alio-
 rum pomorum succo, atq; item cororum: nisi quod
 plus mellis iniicitur ad ea quæ magis adstringūt. Suc-
 cus enim pirorum & reliquorum pomorum ac fru-
 ctuum aliquando æqualem portionem mellis admit-
 tit. Eorum uero quæ plurimum adstringunt, ueluti est
 succus corni, aliquando duplū mellis suscipit. Confe-
 ctio ex nucibus, Galeni. Fit etiam ex succo uiridium
 nucum pharmacum ori commodum, hoc modo. Ex-
 trinsecum corticem nucis uiridem, quo tinctorum utū-
 tur, in pilam coniectū contunde, succumq; expressum
 per linteolum excola: eiusq; heminas. v. mellis hemi-
 nam. i. & radice dulcis 3. viii. hoc modo committe.
 Succum unā cū radice dulci usquequo cogatur deco-
 que, & percola: deinde adiecto melle simul decoque
 rursus, ac utere iuxta eam quam describemus metho-
 dum. Est itaq; pharmacum ex nucibus omnium efficaci-
 simum. Verum stomacho utilissimū existit id quod
 ex malis punicis est confectum.

Summaria doctrina de usu omnium illitionum
 ad os apparatus. Cap. XLIII.

In principio inflammationum, omnibus oris re-
 medijs utiliter quiddā ammiscetur ex his quæ restrin-
 gendi facultatis existunt ac repellunt. Quapropter
 commodum est solum succum cum melle adparare,
 ac reponere: Sunt autem restringentia parabilia quæ
 in principio miscere conuenit: rosæ, flos earum, baccæ
 myrti, myrtus ipsa, lentiscus, rubus, omphacium. Post
 hæc cytini & balaustris, mali punicis cortices, gallæ, fru-
 ctus spinæ ægyptiæ, omnia aluminis genera, rhus tu-
 culinarius, tum quo coria inficiuntur: horum unum
 quodq; aqua decoquitur donec probe cogatur, atq;
 ita

ita percolatum decoctū illitionibus comiscetur. Opti-
 mus est etiam mali punicis succus in principio ammi-
 stus. Frangenda autem sunt ipsa mala ac contundenda
 in mortario unā cū corticibus suis. Deinde exprimen-
 da ac percolanda decoquendaq; donec in totū cogan-
 tur, atq; sic in præsentibus illitionibus ex eis ammiscendum
 est. Quod si sumptuosius adparare uelis pharmacum,
 nempe diuitibus utendū, adicies corticem cassiæ, in-
 dicam nardum aut celticam, aut folium malabathri.
 Post principium autem ubi confiterit influxus, sufficit
 cōfectio ex moris, croco medico ac myrrha adiecto,
 ad inflammationis concoctionem. Quum uero ad uigo-
 rem peruenerint inflammationes, parum utendum est
 illitionibus oris. Verum collutionibus & gargarismis
 mitioribus inflammationem concoquere oportet, uelut
 est ea quæ ex furfuribus fit, & radice dulci. Aliquando
 etiam remedium oris ipsum decoctum ex caricis con-
 stans gargarissandum exhibere conuenit aqua mulla
 permixtum, aut sapa calefacta, aut cum sola aqua cali-
 da, non præsentem melle aut sapa. Optimū censetur cir-
 ca inflammationum uigorem oleum lentiscinum condu-
 plicato uasculo calefactū, & ore retentum: uerū cau-
 dum ne sit inueteratum. Vbi uero iam concocta fuerit
 inflammatio, & dolorum uehementia quieuerit: tum
 sanè & discussoria ad oris remedia admiscemus, cuius
 generis sunt, hyssopum, pulegium, thymus, calamita,
 thymbra, menta, in sapa, aut aqua mulla decocta
 & percolata, ita ut ex decocto cuiuscunq; tandem isto-
 rum oris remedium permisceatur. Ex parabilibus dis-
 scussorijs est decoctum caricarū ad mellis spissitudine
 redactū. Nam singula prædicta efficaciora sunt, si diu-
 tius coquantur. Fortius autem prædictis existit spuma
 nitri, & nitrum ipsum maxime Bernicarium usum, atq;
 que nitro adhuc potentius est sulphur uiuum. Porro
 ad diuturnas & obduratas inflammationes adhibenda
 h h h sunt

sunt ea quæ præclarior discutere possunt: contusa uide licet ac cribrata, de quorū numero hæc sunt. Si diuites existât ægri, costus, & amomū, & quod appellatur macer, perquā calidū & adstringēs: & succus sanē cyrenai cus ad discussionem obduratarum inflammationum aptissimus, aut aliquis eorū qui ei successerunt, uelut est laser. Pauperibus autem pro sumptuosis illis phar macis adiicere cōuenit dictamnū, aut acorū, aut meō, aut pyretum, aut parū cardamomi, aut sinapis. Sit autem pondus singulorum quæ adiiunguntur, iuxta eam quam in principio diximus apponderationem. Nimi rum ut ad libras quinq; succi, una mellis adiiiciatur, & annexorum sint drachmæ quatuor uel quinque.

De tonsillarum inflammationibus, ex libris
Philumeni. Cap. XLV.

Tonsillæ frequentissime inflammationem incurrunt: calidi enim & humidi sunt earum loci. Verum hæc adfectione magis arripiuntur hi qui plurimo sanguine abundant: & pueri, utpote mixturam habentes ternam, & multo cibo se explentes: & infantes adhuc lactentes ex haustu lactis id malum contrahentes. Infertur autem hæc adfectio plerunq; à nimia meri portione, & à multa ac auidiore deuoratione ciborū, maxime acrimū & asperorū: acciditq; ita adfectus difficultas transglutiendi, & dolor aliquando etiam febris. Incipiēte itaq; inflammatione, cibum subtrahere oportet, & aquæ potum exhibere, præsertim febre simul irruēte. Exhibendi etiam gargarismi adstringentes & repellentes, uelut est lenticulæ decoctum cum rosis, myxis, & palmis: reliquaq; quæ in principio inflammati gurgulionis adsumuntur. Cauendum autem ne mel in principio ad gargarismos cōiciamus, ne per acrimoniā malū iritemus. Verum quō uehemētius adfectio ipsa inualefcit, & periculū suffocationis suspectū est, uena cubiti incidēda est, repetita sanguinis detractio:
ne:

ne: maxime si iuuenis sit æger, & multo sanguine abūdet. cibi autē offerendi sunt sorbiles & uentri cōmodi: quod si ueter non probe egerat, iniiciendus est clyster: infantium uero uētres glandē immilla, & sedis illitionibus irritare oportet. Post euacuationē gargarissent decoctionem surfurū calidā aut ptissanæ succū, in quo decoctæ sunt uuæ passæ, aut sapā tepesactā, aut decoctū radicis dulcis, aut passū cū decocto ficū & hyssopi. Hæc omnia tepida exhibenda sunt: frigus enim nō tolerat inflāmata, sicut neq; plurimū calorē. multum autē proderit oleū amygdalinū auribus infusum. Extrinsecus leniter fouere conuenit spongiis expressis, & cataplasmata quoq; imponēda sunt ex farina ordeī aut semine lini, aut foenigræci, aut his simul mixtis. Remittente autē iā inflammatione & decrecente, mel in gargarismos admiscere cōuenit: quod in principio & in augmento minime facere oportebat: quo tēpore et calidiores gargarismi profunt. Extrinsecus autē lana mollis oleo tinctā collo circumponēda. Quod si ex usu acriorum collutionū aut illitionū inflāmatio exasperetur, & mordacitas inde accidat, leniores gargarismi colluendi sunt, quales sunt, succus ptissanæ, aut halicæ, & micarum siliginearum cremores, qui tepidissimi offerantur: lac etiā tepidum gargarissandū. Remittente autē inflammatione & dolore prædicta oris remedia sunt illinēda, immisso digito medio, ita ut cū leni adhibita illitione partes tonsillarum, quæ intumuerūt, comprimantur, quo contentam in se materiam excludant. Veruntamen non uolenter cōprimere oportet, quemadmodū quidam faciunt, qui autores ob id sūt; quo inflammationi amplius augeatur. Si tamen obtigerit aliquis ab eiusmodi curatione læsus, contenti erimus exhibitione gargarismatū lenientū, nihil illinentes. Permanente uero ac immorante diutius inflāmatione, atque ubi tonsillæ ipsæ subrubri coloris fuerint,
h h h 2 neque

neq; melius à prædiditorum remediorum admotione habuerint, permutationem in pus expectare oportet: cito enim tonsillæ abscedunt. Abscessu autem facto, in inflammationis signa augescunt, & exacerbationes ad uesperam sunt fortiores, cū horrore & inæqualitate: aliquādo etiam cum febre. Quare ubi suppurationem futuram speramus, coadiuare oportet ut quàm citissimè fiat. Sint autem gargarismi eis exhibendi calidiores, uelut aqua mulsa calida, & decoctum caricarum ac hyssopi. Verum ad molliendos & maturandos tonsillarum abscessus, maximopere auxiliatur unguentum quod appellatur ægyptiacum, quod ex resina terebinthina, & melle & oleo dulcissimo adparatur: & extrinsecus cataplasma impostum ex ordeacea farina & fenogrecæ cum decocto caricarum & althææ ac melle. Quum autem pus perfectum fuerit, dolores minuuntur, & inflammationis tumor mollior redditus digito cedit: tunc sanè actiores collutiones exhibendæ sunt, atque prædiditæ quoque oris illitiones. In cibo accipiant frusta panis aqua macerata quàm maxima, & reliqua similiter quæ eis pro cibo offeruntur acuatim ingerant. Vehementiore. n. ex his circa tonsillas obulatione facta, cõsimili modo tumores adficiuntur, ueluti sectionem sustinerent. A ruptura autem aqua mulsa gargarissanda per se, postea etiam admixta lenticulæ & rosis, atq; his sanè immorandum est, donec penitus ad cicatricem perducatur. Neq; uetat sæpe adficere quiddam ex prædiditis oris remediis. Quod si rupturæ eis serius contingat, ob soliditatè uidelicet corpusculorum incumbentium, inferatq; inflammatio ipsa dolorem, diducere abscessum conuenit ad proliciendâ puris excretionem. Leonidæ. Itaq; si perfectæ ætatis sit æger, eum desidere facito, postea diducto ore linguam cum specillo lato, aut instrumento linguæ deprimentæ apto, deprimito, ipsumq; abscessum cum scalpello

aut

aut acicula penetrante diducito. Si uero puer sit æger, caput eius intra genua eius qui manū admolitur continetur. Deinde facta abscessus dissectione, caput eius inclinetur ad humoris cõmodiorem exclusionem. Ab opere autè patrato aqua lactei teporis frequenter coluant. Post multam autè intercapedinem ab opere patrato, & in sequentibus deinde diebus aquam mulsam gargarissèt: adhibeaturq; eis unguentū ad exulceratas tonsillas conueniens: quale est quod ægyptiū croceum appellatur, & quæ ei similia existunt. Est aut ægyptium hoc. Unguentū ægyptium croceum. Croci ʒ.iiii. mellis sesquilibram, olei rosacei sextantem, succi foenigræci & seminis lini decocti quadrantem. Crocum in succo dissolue: deinde oleo adiecto, ea simul commisce, & mel prius despumatum coniice, & permixtis utere.

De crustosis & pestilentibus tonsillarum
ulceribus. Cap. XLVI.

Crustosa & pestilentia tonsillarum ulcera ut plurimum nullo præcedente tonsillarum fluxu incipiunt, aliquando autem à consuetis fieri inflammationibus, maxime efferatis perficiuntur. Fiunt autem frequentissime pueris, atque etiam ætate iam perfectis, maxime his qui uitiosis humoribus abundant, in his quæ uere contingere solent pestilentibus constitutionibus. In pueris uero oris ulcere, quod aphtham uocant, præcedente omnino perficiuntur. Sunt autem partim alba, maculis similia, partim cinereo colore, aut similia crustis, quæ ferro inuruntur. Accidit autem ægris sicitas in transglutendo, & suffocatio coaceruatim incidit, maxime quum rubor subeat mentum: aut ubi hæc acrimonia præterierit. Nomen quæ depascitur, locos excipit, succeditq; unà putrefactio. Archigenis. Festinâter itaq; auxilium adferre oportet, his qui sunt ætatis perfectæ, atque confidenter uenam brachii incidere, siquidem nihil sit, quod id fieri prohibeat. Multæ

h h h 3 enim

enim uirgines circa uigoris ætatem mensium purgationem appetentes, hac affectione apprehenduntur, quæ præcipuæ uenæ incisione opus habent. Incidentæ autē sunt in eis tali uenæ, & tunica sanguinis detractione facta euacuandæ, non autem ad usq; animi deflectionē. Deinde glandulis & sedis illitionibus ac Clysteribus utendum erit: itēq; cucurbitulis iuxta lūbos, ac colligationibus extremitatū, atq; omnibus modis conandū est, ut diuerso ab affectis partibus fiat. Postea etiā gargarismis uti conuenit: uelut est lēticulę decoctū, & myxarum ac palmarum cū melle & pisanæ succo: deinde furfurum decoctū in decoquendo uisco sum factū, adiecto melle. Potest etiā remediū oris emoris, & maxime id quod ex malis puniceis cōstat, coluendū exhiberi, hydromelite permixtū. Philumeni. Infarcitur autē hydromeliti & costus & iris, ac aristolochia, & similia post principiū. Probe autem facit id quod ad colūnellas præscriptū est, siccū pharmacū ex rhoe, flore rosarū, crocoq; & costo. Foliorū etiā glauci siccorū decoctū optime facit, quanquā gustus uehementer amari existat. Ego autem & glauci succo, tuius ad collyria usus existit, in aqua mellis meraciore diluto, pro gargarismate utor, aut etiā cū iridis decocto. At uero fruticis ipsius sicci, glaucii inquā, cōtusi & cribrati optimus usus existit in insuffletur. Conādū autē est in uniuersum ne digitū quidē locis admoueamus, aut leni saltem tactu manū admoliamur. Etenim inscū ad quos maxime in rebus dubiis homines cōsugiunt, uehementius illinunt, simulq; inflammatū locū cōprimunt, simulq; crustā detrahunt: quod minime face re cōuenit prius quàm eleuatā, & uix innitentē crustā cōspiciamus. Quod si. n. adhærentē adhuc crustā auellere aggrediamur, ulcerationes magis in pfundū procedunt, & inflammationes cōsequuntur, augenturq; dolores, & in ulcera serpentia proficiūt. Itaq; sicca quidē remedia

remedia insufflare conuenit: liquida uero cum pinnula illinire, ita ut quantū licuerit quàm penitissime pinnulā immittamus. Utendū est etiā cōpositione ex lemine rutæ syluestris ad anginā descripta, & ea quæ ex uistis hirundinibus cōstat, ita ut cū melle liquefactas illinamus, & cū hydromelite permixtas colluendas exhibeamus. Profuit etiā aliquibus aristolochia, & iris, & chalcitis adhibita cū melle. Aliquando etiā Andronis & Musæ pastilli. Mirabiliter autē crustas auferit caninū recrementū melle illitum, & ustarū hirundinum cinis, & centaureæ minoris ustæ cinis cū melle, & cōclearum terrestrium maxime nudarum ustarum cinis cum melle. His uero de quibus medici desperarūt, fel crocodili exiccātū & tritum ad crustā insperge, aut illicine cū melle. Oportet autem post irritationes à phar macis eiusmodi factas, lenire cum radice dulcis decocto, & qui ex uino scybelite, mastiche chia, myrrha & croco constat gargarismo, deinde cum amylo & tragacantho. Chohibito autē iam ulcere pascete, sac gargarissandum, samia terra permixtum: & febrū quoq; curam habere conuenit: uehementēs enim incidere solent: atq; in repurgandis explanandisq; ulceribus maxime sollicitum esse: conuulsionem enim infantes plerimi passi sunt in ulcerum repurgatione: aliqui uero uia transglutiendi exiccata, sunt strangulati. Sunt etiā quibus corroduntur gurguliones, atq; ubi diutius perstitierint ulcerationes, & in profundum proserperint, cicatrice iam inducta, adstrictiorem uocem edūt, restititurq; ipsis potus in ipsas nares. Nam & ego puellam noui quæ post quadragesimum tandem diem consumpta est, quum se iam à morbo recolligeret. Verum ad septimum usq; diem plurimi periclitantur, ubi uero inflammationes & ulcera serpentia semper amplius extendantur, forinsecus fomentum adhibere oportet, & cataplasmatibus communibus uti,

cū cautione ne refrigeremus. Feliciter enim res proce-
deret, si intrinsecus detentam materiam extra queant
transferre. Contegantur itaque semper post cataplas-
mata, partes circa mentum, cū nardino & cyprino cera-
to, cum circumpositione lanarū mollium. Vbi autem
crustæ solutæ fuerint, & ulcera ipsa mundata, antheris,
hoc est, floridis remediis utendū est. Sanant enim in to-
tum ulcerationes ipsas, tum siccæ adhibitæ, tum illitæ
cum melle. Sunt autem crustarū tum oris, tum tonsilla-
rum, composita pharmaca huiuscemodi. Aselepiadæ
illitio ad exulceratas inflammationes. Florū rosarum
drach. viii. croci drach. iiii. balaustriorum drach. i. myr-
rhæ drach. i. nucum pinearum purgatarum drach. iiii.
Subactis melle ad illitionem utere. Aselepiadæ, ad oris
putredines. Rhois culinari, drach. iiii. acaciæ drach. i.
omphacii drach. i. medullæ ceruinæ aut utulinæ ʒ. iiii.
in uino dulci diluta, melle despumato excipe, & ad il-
litionem utere. Andromachi remedium oris odora-
tum ac tenerum, ad inflammationes ac crustas optimū.
Nucum pinearum depuratarum drach. iiii. amyli ʒ. ii.
aluminis scisilis drach. i. florū rosarum drach. i. cro-
ci drach. i. mellis quantum suffecerit. Aliud, ad omnes
tum oris tum tonsillarum adfectiones. Rhois culina-
rii drach. iiii. florū rosarum drach. i. croci drach. i. co-
sti drach. i. illine cum melle, aut cum aqua mellis gar-
garissandum exhibe. Critonis ad crustas. Misy assatum
aut crudum illine cū melle: statim enim eas tollit. Sint
autem misyos drach. iiii. & libra una mellis, quo modo
etiam uti poteris chalcitide. Archigenes autē inquit:
Ad crustas optime conuenit sterco caninum cū mel-
le: quod tum optimū erit, quum ossibus canes fuerint
nutriti. Magnopere enim auxiliatur, neq; odiū sui in-
ducit in cibo oblatum. Licebit etiam uti plurimis eorū
quæ ad anginam descripta sunt auxiliiorū. Aliud Ar-
chigenis, ad crustas in ore. Hirundinum ustrarū & ster-

coris

coris humani æquale pondus cum melle illine. Acci-
piendum est sterco non quodcunq; obtigerit, uerum
puerum biduo prenutrire oportet pane & lupinis, ac
uino modico, atq; deinde tertia die sterco eius acci-
pere. & exiccare, atq; repositum seruare. Vbi uero ex-
petente contrito uti. Efficax enim & ad anginas existit.
Experti etiam sumus, inquit Galenus, pharmaca à So-
rano descripta præclare facere, quæ sanè ille iuxta di-
stionum seriem descripsit. Remedium ad crustas oris
conferens, & ad gingiuas humore prægnantes & grau-
ueolentes. Misyos pultri drach. viii. iridis illyricæ ʒ. iiii.
croci drach. i. in puluerem redige, ac pyxide lignea res-
pone. Vtere autem per se uel cum melle. Florida com-
positio, ad prædicta similiter efficax. Iridis illyricæ
drach. iiii. sandarachæ drach. iiii. cyperti drach. iiii. alu-
minis scisili drach. ii. myrrhæ drach. ii. crocomagmatis
drach. ii. in puluerem redige ac utere. Quidam etiam
flores rosarum, & gallas adiciunt, singulorum drac. ii.
Vtere autem ad putrefacta, & ad abscessus gingiuarū
siccò: ad crustas uero cum melle. Philagii, ad oris ero-
siones. Seminis lentisci nondum denigrati drach. iiii.
gallarum ʒ. iiii. costi ʒ. i. folii ʒ. i. utere. Theodori, ad
tonsillarum ulcera, gingiuarumq; & pudendorum, ad
putrefacta & carbunculos. Aluminis scisilis, sandara-
chæ, myrrhæ troglodytice, singulorum æquale pōdus
accipe, ac utere sicco. Hermi, ad omnes oris adfectio-
nes, ab ulcere quod apthia adpellatur usq; ad crustas
& carcinomata. Ericæ semen tritum, succo hyoscyami
excipe, & utere cū melle. Aliud, ad ulcera quæ serpunt
in ore, gingiuis, ac lingua. Misy cum succo foliorum
uitis albæ, quam bryoniam adpellat, dilue, & coniecto
simul melle tere, ac ad illitionem utere. Diuinitus ex-
tergit ac repurgat. Vbi uero repurgata fuerint & car-
ne expleta, bryoniæ radicem contusam & in pulue-
rem redactam adhibe. Ea enim ad cicatricē perducit.

h h h s Aliud

Aliud eiusdē, ad oris putrefactiones, ulcerationes, & ulcera quæ serpunt. Foliorum vitis albæ quadrantē, aluminis scissilis trientem, mīlyos crudi ꝓ.iiii. atramenti futorii ꝓ.ii. contere quouſq; arida fiant, & in puluere redactis utere ficcis. Ræpurgat, explet, reprimat illatū fluxum. Ego uero præcedens expertus sum. Collatione autem utēdum est ad omnia oris ulcera, & ea quæ serpunt, putrefactionesq; & gingiuas denigratas. Verbenacæ rectæ decocto ex uino, quod calidum ore retinendum exhibe. Aliud diuinum remedium. Oleę uiridis folia aqua decocta colluenda exhibe.

De angina, & eius speciebuz, ex Galeno.

Cap. XLVII.

Anginæ quatuor differentię existunt. Vna, quum fauces fuerint inflammata: fauces autē pharīnga Græcis appellatā, uoco intra os locū, ubi tum stomachi, tum asperæ arteriæ extrema conueniunt. Altera, quū neq; circa oris regionē, neq; iuxta fauces, imō nec forinsecus, quicquā apparet inflāmātū: & tamen suffocationis sensus infestat ægrum iuxta asperæ arteriæ extremum. Tertia, quum exterior gutturis regio unā cū interna fuerit inflāmata iuxta mentum. Ad hæc autem & circa ceruicē quædam adfectio oboriri solet, ex luxatione & discessu cuiusdā in collo uerticuli in anteriorem regionē: unde cauus apparet locus, & quum extra attingitur, dolore adficitur: quod contingit ob distracta intro uerticula, & consistentem circa musculos faucium, aut extremitatis arteriæ inflāmationem. Hęc autē species propriæ cynāche à ueteribus est adpellata. Lingua enim à luxato uerticulo, iuxta radicē suam impulla, ex propriis locis excedit, & difficultas magis circa respirationem infestat, unde cogūtur aperto ore semper hiare, atq; aerem adtrahere. Omnes autē prædictæ adfectiones comunē habent difficultatē trāsglutiendi: ita tamen ut in alia plus, in alia minus hoc malū

malum augetcat. Accidit etiam eis potum adsumptū ad nares reflecti. Atq; hæc sanē sunt adfectiones: curatio autem earū in paucis uariat. Aretæus autē inquit, Anginæ causæ multę existunt, maxime autē frigiditas magis quàm ardores, & plagæ, & ossa ex piscibus ad tonsillas impacta, & potus frigidæ, ebrietas, nimia lassitetas, & quæ spiratione attrahūtur mala. Archigenes autē ait: Oculæ anginæ causam esse in quibusdā, ne uos qui ad stomachum deferuntur, dum male adficiuntur, & post inferioribus membris, pulmōni inquit & cordi, respirandi principiū inflāmant. Arteris uero quæ carotides adpellantur, itemq; aliis adiacentibus inde inflāmationē transmittunt. At uero quod hi qui sic adficiuntur non fiant attoniti, inde est quod huius adfectionis causa intemperies sola existit, non etiam coartatio locorum. Cōueniunt igitur, inquit Archigenes, eis ea quę uomitoriam uim obtinent, uelut est elaterium, & squama aeris illita cū melle. Ego autem, inquit, ab occulta angina præhēsus ex sinapis gargaris mo releuo, moxq; in balneum induco, atq; ita multos à periculo liberaui, quibus adfecta particula obliuioni tradita fuit, per distributionem uidelicet in uniuersum corpus sanatos. Aretæus autem inquit: Cucurbita accipiatur, primumq; infra umbilicum adhibeatur, mox ad latera deorsumq; & scapulas, ita ut asidue à loco uno ad alterum transferatur, & in admotione ex superioribus locis deorsum trahatur. Quod si uehementer urgeat suffocatio, sinapi aqua tritum & uili pamiculo exceptum pectori impone. Ad delingendum uero conueniunt eis: sinapi, nitrum, hyssopum, scilla assa, sulphur uiuum: omnia paribus portionibus cum mellis cochleario permixta delingēda exhibe. Archigenes. In principio igitur compendiarium & præceptum auxilium omnis angina requirit, quandoquidem autem ferè iuuenibus accidit, euestigio cubiti uenam eis

eis incidere oportet, nisi quiddam maioris periculi impediatur: auferre autem sanguinem parce, non usquequo animi defectio sequatur: citius enim hi animo linquantur, & alias sane ex refrigerationibus, & animi deflectione perfacile materia a faucibus ad pulmonem deferatur, & inuitabile periculum infert. Curandum etiam ut modica fiat diductio uenae. Nam quum in aliis, tum in magnis uenae diductionibus acruatim animi defectus irruit: neque tamen angustiores facere uenae incisionem conuenit, ne sanguis uelut percoletur, & crassior eius pars intus remaneat, quae causa huius adfectionis existit. Vtilis est autem eis repetita detractio in sequenti die, nisi praepediatur aegri timor, aut animi deliquium. Quod si quid uenae incisionem fieri prohibeat, per clysterem infundendum est centaureae, absinthii, calaminthae, & aristolochiae decoctum, admixto melle & plurimo nitro: postea etiam purgatiua danda, quae magis praetuitam ducunt: conuenientissimum autem aliquando in angina esse uidetur, elaterium: uerum non oportet, nisi cum sero lactis & cnico in sero cocto ipsum propinare. Conuenienter etiam eis ex aloe & colocynthide catapotia, si modo queant ea deglutire. Si uero confidentior contingat medicus, bonum est & hierae Archigenis ex colocynthide drach. tres, cum aliqua ex praedictis decoctione per clysterem infundere, ubi prius aliquo stercorum eductiuo euacuauerit. Post uniuersales autem euacuationes, cucurbitas adponere oportet, & siquidem tumor circa maxillas, aut sub mento persistat, in ipsum tumorem, & cum scarificatione plurimum sanguinem extrahere, saleque respergere scissuras, & confricare, quod si nullus extrinsecus tumor adpareat, ueluti fieri solet in ea quae occulta adpellatur cynanche, retro sub colli neruo infigenda erit cucurbita iuxta primum uentriculum, & constanti adtractione utendum, & frequentius cucurbita auellenda. Ea enim instantia factis uentribus

tebrarum discessibus, ac luxationibus probe se opponit. Deinde ubi paulisper a reliquorum remediorum adhibitione quieueris, cataplasmatibus utendum, tum eadem die, tum etiam in sequenti. Maiorem uero spem in sequentibus diebus in illitionibus & gargarisimis ponere conuenit. Itaque ubi initium sit cum multa inflammatione, ea quae leniter adstringunt offerenda sunt primum: uelut est rosarium, lentium, palmarumque decoctum, flos rosarum ex hydromelite, rhus cum hydromelite decoctus, & decoctum myxarum. Quod si excoriatio contingat corpusculorum, panis cremor exhibendus est calidus, aut surfurum decoctum colluant, aut etiam lac solum. Ego autem, inquit Archigenes, siccum pharmacum in promptu habeo. Ex rhois culinarii drach. viii. florum rosarum drach. iiii. costi autem & croci, cuiusque 3. ii. Ex quo sane in aquam mussam inspergo, & in gargarisimate utor, atque inflammationes & ulcerationes tonsillarum facillime sano, etiam si contingant quibus illae ad summum progressum minentur. Quin & illitiones mansuetiores inflammationis commoda sunt, uelut est ea quae ex moris constat, & rhois culinarii cremor in hydromeliti coctus donec cogatur. Oportet autem praeparare sufficiens rhoem ipsum, donec abunde aqua mussa ex eo colorem accipiat, & in sapore uim eius representet. Probe etiam facit mali punici integri unam cum corticibus fracti ac contusi succus melle permixtus: ita ut ad succi partes tres una mellis coniiciatur, & donec cogatur decoquatur, ac illinatur. Quod si ad nullum dictorum remediorum malum cedat, sed semper multitudo humorum augetur, uenae sub lingua incidenda sunt, aut quae sunt in fronte, aut etiam circa magnos angulos oculorum: forinsecus autem assidue lana circum collum ponantur oleo calido madefactae, aut ceratum ex oleo cyprino adparatum adhibeatur, aut si malis ex gleucino siue musteo. Quod si diutius moram

ram traxerit, abcessum expectare oportet, & tū sanē
conuenientius erit sicuum decoctum ad colluendum:
multoq; magis si hyslopum ei cōiiciatur. Neq; uero in
cōmodus fuerit in his qui aliquo modo sunt exulce-
rati, crocus cū aqua mulsā, & decoctū radice dulcis.
In uigore autem omnium utilissimus existit succus
pūsianæ aut halicę ore collutus: nam & à multis minis
liberat, & abcessus metum eximit cōfestim. Qui si nō
adsit, surfures probè costi ei succedere possunt. Atq;
hęc quidē his conueniunt. At in angina siue inflām-
tione ac ulcere, ubi sola multitudine ægri obturati pe-
riclitātur, in his quæ acriora sunt periculū est faciendū.
Sunt enim tunc etiā in principio conuenientiora: post
uniuersales tamen euacuationes: itaq; hydromeli me-
racius profuerit, si cū eo hyslopum aut origanū deco-
quatur. Si uero in superioribus partibus, aut iuxta fan-
ces malū persistet, sinapi tritū cū aqua mulsā & perco-
latum gargarissandum exhibebimus. Conuenit etiam
cafsiæ decoctum, & iridis, & radice panacis, gentianę,
centauræ, aristolochiæ, agarici, & radice cucumeris
agrestis: unū quodq; autē cū hydromelite satis diu de-
coquatur, donec succulētū reddatur. Vt sum etiā in
occulata angina ex sinapi gargarismo, & sepe periculo
ægros liberaui. Illitio autē his ualde conueniens, his in
quā, qui citra exulcerationē anginā patiuntur, est ea q̄
ex semine rutæ syluestris adparatur: & quæ ex ustis h̄
rundinibus constat: quarū apparatū paulo post unā cū
aliis remediis describā. Iuuantur etiā fotu uaporis in-
tra os accepto, hoc modo. Origanū, hyslopū, satureiā,
foeniculi semen, cū aceto plurimo & nitro feruefaci-
to, in olla diligenter operata, operculo foramen habea-
te in medio, deinde arundine ori ægri & foramini ad-
aptata, sinas foueri. Si uero ex feruore arundinis os
aduratur, ouū uacū paruum utriusq; perforatum ore
contineant, & per ipsum arundo immittatur. Mollius
autem

autē fomentū fuerit, si pro aceto poscā affuderis, aut
aquā. Cæterum magis lacinātia offerre illis oportet,
quo rursus insurgat caro, & transmutare queat eā quā
in profundo pertulit coarctationē. In dubium. n. sepe
uenit & ferè desperationem præ feritate morbus, ut
& odiosa exhibere quibusdā necessarium fuerit: siqui
dē humano stercore quosdā usos esse constat pro illi-
tione, & magnū sanē cōmodū repererūt. Alii autē recē-
ti usi sūt, alii uero exiccato & trito, ita ut cū nardo uel
myrrha id permiscētis foetorem celarent. Ab acriori
bus autē & his quæ dilaniantem uim obtinēt, ad me-
diocria est transeundū: uelut est Andronis pastillus, &
similia. Vtilia etiā his sunt, ea quę uomitoriā uim ob-
tinēt, maxime illis quibus grauitatis sensus circa uētrē
hæret. Archigenis remediū, quo utor, inquit, ad ocul-
tās anginas: mirabiliter etiā cōducit anhelosis. Elate-
rii oboli dimidiū, spumæ nitrī obolos tres, sinapis 3.
i. contere cū aqua & infirma. Mouet autē uomitum
elaterium cū oleo aut melle tritū & penitissime illitū.
Multo autē efficacius id præstat, si squama æris ei cō-
miscatur, aut ipsum es ustū: oleo cyprino tritum & il-
litū. Probe etiā facit fel tauri illitū, & nitrū cum aceto
mulso potatū, & centauræ succus cū melle, & aselli
sub aquario stabulantis uase cū melle delināti. Quidā
nasturtii semen tritū bibendū exhibuerunt quantū co-
chleari accipi potest cum aqua mulsā. Nec ita longe
post pituitā uomuerunt illi crassissimā & tenacem, sta-
tūq; à plurimis molestiis sunt liberati. Aliud. Sterco-
ris gallinacei albi, & colore cerusā referētis bonā co-
piā exiccata & repositā adserua. Vbi uero: usus postu-
lat, quantū cochleari, accipi potest, in aqua, aut aqua
mulsā dilutū propina. Etenim desperatos etiā sanat,
quod si bibere nequeant, tritū cū melle quā penitiss-
sime illini. Aliud, ad idem. Centauræ 3. viii. nitrī 5.
viii. salis communis 3. viii. contere & repone succum.

Vfu uero exigente melle imbue, & cum pinnula illi-
ne, aut quomodo uidebitur utere confidenter. Nam
periculum eius factum est. Aliud. Absinthium contu-
sum & cribratum, adiecto nitro trito, illine cum melle.
Aliud. Elaterium cum felle taurino & melle contritum
illine. Compositio ex semine rutæ syluestris ori cōmo-
da, Andromachi. Ad anginas & desperatos, inquit,
hac utor. Summe etiam prodest stomachicis, & ad tor-
mina intestinorum, fabæ magnitudine exhibita ex fri-
gida: Seminis anisi, seminis apii: floris iunci odorati,
ammi, aluminis scisci, iridis illyricæ, feminis rutæ syl-
uestris, quod quidā harmala, alii besafa adpellant, cin-
namomi, myrrhæ troglodyticæ, aristolochiæ longæ,
singulorū unciam unam, cassiæ, crocomagmatis, rosæ
rum siccarum, cuiusque ʒ. i. costi quadrantem, cineris
hirundinum recens ustarum quadrantem, croci sesqui-
unciam, spicæ nardi drach. iiii. amomi drach. iiii. gallas
omphacitidas numero octo, contere & melle excipe
ac utere. In principio quidem pharmacum hoc cū des-
coctione aliqua mediocriter adstringente, quales sepe
diximus, dilue. Iuxta uigorem uero cum prisanæ suc-
co. Iuxta remissionē autem & declinationē melle, aut
hydromelite, aut uino mulso. Inueterata autem & ue-
lut indurata inflammatione, aceto mulso. Philagrius
autē inquit, Aliquando post prædictas uniuersi corporis
euacuationes, & adhibitiones cucurbitularū, & inci-
sionem uenarū sub lingua, miscemus etiā aliqua quædam
ad præscriptum pharmacum, quæ partim quidem ir-
ruentem fluxū restringunt, partim autem omnia quæ
iam incident discutunt. Coniiciuntur autē ex rutæ cō-
spositione ʒ. viii. gallæ omphacitidis ʒ. viii. & stercoris
canini albi, ac humani stercoris sicci, cuiusq; ʒ. viii. Ves-
rum quemadmodū & ante dictum est, stercus canū ac-
cipere oportet eorum, qui antea per biduum olsibus
sunt nutriti: humanū uero ex puero biduo pane & lus-
pinis

OCTAVVS. 433
pinis nutrito. Vomitoriū Marciani, quod & ad operē-
tas & manifestas anginas prodest: præexige, inquit,
mercedem. Aeris usti ʒ. xii. atramenti lutorii ʒ. xii. myr-
rhæ ʒ. i. elaterii. ʒ. i. spumæ nitri ʒ. i. fellis taurini ʒ. iiii.
excipe melle & cū pinnula quā penitissime illine.
Archigenes autem inquit: Stercus humanum quale
prædiximus accipe & exicca, ac in uili panniculo liga-
tum exure, atque cum aqua mulsa dilutum propina.
Est enim remedium eorum qui iam suffocantur. An-
tonius uero Musa inquit: Stercus caninū quale prædi-
ximus accipe & exicca, contusoq; & cribrato utere ad
anginas cum melle, quā penitissime illinēs, ut trans-
glutire possint. Eo enim nullum potentius pharmā-
cum noui, inquit Galenus, neq; ex angina laboranti-
bus, neq; ad magnas tonsillarum, inflammationes, ne-
que ad glandularum, tuberculorumq; gutturis suffo-
cationes iam periculum minantes, probe facit etiam
cū aceto mulso & pice liquida illitum caninū stercus.
Summe etiam auxiliatur ad anginas, cōfectio ex ustis
hirundinibus, cuius compositio hæc est. Cōpositio ex
hirundinibus ustis. Cineris hirundinum syluestrium
ustarum drac. viii. croci drac. ii. spicæ nardi drac. i. exci-
pe melle, & permisce hoc modo ubi iam incubuerint
adfectiones. Oportet autem exurere hirundines hoc
modo: Pullos hirundinum uiuos non deplāmes, ad-
dito congruentis modi sale in fictile uas conticimus,
idq; obturatum super prunas ponimus, donec puluis
& cinis fiat, quo contrito utimur. Aliud, ex hirundini-
bus, itidem ualens ad anginas. Hirundinum ustarum
numero undecim, succi myrti uiridis cyathos duode-
cim, myrrhæ obolos. iiii. mellis cyathos. ii. hirundinū
pullos exure & cōtere, deinde omnibus simul mixtis
utere. Aliud cuius experimentum constat. Folii,
costi, gareophyli, piperis, cuiusq; unc. i. sandarachæ tri-
entem, excipe melle despumato, & illine. Aliud.

Cochleas nudas citra testā in hortis repertas in ollula exure ac contere, cinereq; melle excepto utere. Est. n. eiusmodi remediū, quod præsentē opem affert. Simili modo etiā cancrorū ustorū cinere utendū est cū melle: & decoctū quoq; cancrorū ore collutum utile existit. Ego aut cancrū in aquā hemina tritū percolo, ip̄ samq; aquā calefactā gargarissandā exhibeo: crassa. n. educit multa, & releuatur cōfestim eger. Aliud. Cētaura reā minorē siccata exure, cineremq; illine cū melle. Aliud. Maxillæ porcelli ustæ ꝑ. i. stercoris canini albi ꝑ. iiii. malicorii ꝑ. i. gallarū ꝑ. i. costi ꝑ. iiii. piperis torrefacti scrupulos sex, misce cum melle ac utere. Valde autem magna sollicitudine ac contentione opus est: etiā tum quū malū remittere uidetur: etenim ea quæ iam ex profundo corporū circa fauces adtracta sunt, ex improbitō in pulmonem transferuntur, si negligantur, atq; ita repentina mors ægro infertur.

De glandulis. Cap. XLVIII.

Omnibus hominibus carunculæ quædam exiguæ naturales iuxta utraq; tonsillas extant, antiades Græcis, Latinis glandule appellatæ, quæ quū naturalē modum seruant, nihil molesti inferunt. Verum ubi iuxta affectionis proprietate in augescant, & modi maioris quàm secundū naturā suā fiant, tunc sanè & trāsglutitionis & spirationis difficilis causæ existunt. Consistunt autem ferè in totum citra inflammationē, & paulatim etiam augescunt. Aliquando autem & inflammationē patiuntur. Diducto itaq; ore manifeste adparent glandularum tumores maiores, citra quidem inflammationem tonsillarum corpusculis concolores. Inflammata uero rubicundæ & inferentes dolorem. Quare quum inflamatio affuerit, gargarismis & illitionibus ad tonsillas inflammatas descriptis est utendū. Quum uero citra inflammationem consistunt, conari oportet ut per commoda pharmaca paulatim deprimātur, &

per

per admoti digiti compressionem. Remedia autem ad glandulas absq; inflammatione auctas, talia conueniunt. Gallæ omphacitidis, salis ammoniaci: aluminis scissi, cuiusq; ꝑ. i. adhibe siccum. Aliud. Myrrhæ sextansem, gallarum ꝑ. viii. misyos ꝑ. ii. salis torrefacti ꝑ. ii. utere sicco. Aliud: Gallarum misyos, myrrhæ, aluminis liquidi, æquales partes accipe, & siccis utere, uel cum melle. Aliud, Aselepiadæ. Remedium ad glandulas accommodatum: gallarum omphacinarum ꝑ. iiii. diaphrygis drachm. i. myrrhæ drach. iii. croci ꝑ. iii. mellis quantum suffecerit. Hoc pharmacum citra ulcerationem glandulas reprimat. Aliud, Apolloniadæ. Diaphrygis drac. ii. chalcitidis assatæ ꝑ. ii. gallarū ꝑ. i. croci drach. i. myrrhæ drac. i. excipe melle & utere. Chirurugia. Verum si pharmaca uincantur, excindere glandulas oportet. Quod ut cōmodius fiat, æger in claro & splendido loco collocetur, & diducto ore unaqueque glandula uncino producat, & excindatur: excinditur autem ex ea id quod supereminet, iuxta mediū eius, quod præter naturam excreuit. qui enim dū omnē quæ præter naturā accreuit carnē excindunt, et naturalē carnē ex fundo auferunt, periculosa sanguinis eruptionis aures fiunt. Post excisionē autē posca frigida colluenda detur, ad sanguinis uidelicet inhibitionē, & post eā frigidissima aqua. Postquā autē sanguinis eruptio constiterit, satis longa intercapedine temporis facta aqua multa tepida exhibeatur. Sequentibus uero diebus etiā cum ea illitiones adferantur, quales sunt ad ulceratas tonsillas descriptæ. Raro autē, quando uidelicet ulcera eminentiora adparent, florido sicco ipsas tonsillas attingimus. Per hoc enim eminentiæ deprimuntur, & cicatricis inductio perficitur.

De suffocatorū reuocatione. Cap. XLIX.

Reuocatur aliquando suffocati ac stragulati, aceto ori infuso cum pipere, & semine urticæ. uerum diffuso

culter tractari possunt ut admittant: cogere itaq; oportet ac ori infundere, ad uomitione; irritare. Rubore autem circa collū dissoluto, statim respiciunt ac relaxantur: quare oleo multo calido & lana, aut cerato, collū asidue circū circa est amplectendū. Similiter etiā nau fragos reuocare oportet, siquidē respiratio adhuc in eis leuatur. prius aut in caput ipsos suspendere cōuenit, ac cogere quo absorpta aquā euomant, siue pinnullarum, seu digitorum irritatione: forinsecus uero manuum impositione iuuare oportet uentris firmitatem.

De deuoratis ac fixis in tonsillas spinis, atq; his quæ in asperam arteriam delabuntur Cap. L.

Si in asperæ arteriæ extremum, atq; ipsam adeo asperam arteriam, aliquid eorum, quæ deglutiuntur præterlapsū fuerit, tussis prouocanda est, per acetosam aliquam qualitatem: & sternutatorium quoque naribus admouendum. Ex uehementi enim agitatione, & instantia, & spiritu simul, cum uiolentia quadam expulsionem adiuuante, eiusmodi consueuerunt excerni. Si uero iuxta tonsillas, aut iuxta principium stomachi seu gulæ spinæ aut ossa fuerint infixæ, ita ut oculis subiaceant, atq; plurima sui parte extra tonsillas prominant, uolsella apprehensa extrahere oportet.

Quum uero in inferioribus gulæ locis quid adhæserit, hoc modo educatur: Spongiam paruam resina: terrebintina madefactam, aut carunculam crudam recentem incisam, unā cum filo ualido ipsi alligato, deglutire coge, & mox comprehensam per alligatum filum rursus extrahe, hoc enim modo sæpe etiam id quod infixum fuit, simul extrahi consueuit. Conuenit etiam panis recentis interioris buccellas deglutiedas exhibere citra commanducationem: aut caricam alioquantisper circummanducatam, non tamen penitus dissolutam. Quum autem ad fundum usq; ipsorum corporum

corporū penetrarit, neq; extrahi potuerit, aqua mulsa gargarisada exhibeatur, & cibi forbiles, uelut pifana cū melle, aut halica similiter: aut micæ aqua mulsa calida macerata offerantur, forinsecus uero ceruici atq; uniuerso collo lanā oleo calido imbutam imponere oportet: similiterq; cataplasmate calido laxante ac deprimente collū contegere conuenit: uelut est id quod ex semine lini cū aqua mulsa adparatur. Hoc enim ductu tū locus ipse suppuratur, tū spina commota, simul cū his quæ deglutiuntur, deducitur. Aliud. Ad eductionem eorum quæ in tonsillas deuorata sunt. Statim te ad ægrū desidentē cōuerte, ipsumq; tibi attēdere iube, ac dic, Egredere os, si tamen os, aut festuca, aut quicquid tandē existit: quemadmodū Iesus Christus ex sepulchro Lazarū eduxit, & quemadmodum Ionam ex ceto. Atq; adprehensō ægri gutture dic: Blasius martyr & seruus Christi dicit, Aut ascende aut descende.

De arteriarum pharmacis. Cap. L I.

Asperæ arteriæ extremum & subiacentem ipsi asperam arteriam, cū suis propriis musculis, pellicula quædam fortiter complectitur & ambit. Quando igitur adfessio aliqua, siue iuxta eam ipsam pelliculam, aut circa extremi ipsius arteriæ musculos contingit: remedia quæ uim medendi eam obtinent, arteriaca cōmuniter adpellantur. Afficitur autem pellicula hæc aut ob nimiam humestationem, aut asperitatem, aut ulcerationem. Vocis enim nocentem, uidelicet eius interceptio, hoc est non posse loqui, & raucitas in loquendo, ad plures causas consequuntur: aliquando quidē propter diuturnos ex capite defluxus, aliquando uero propter suppurationem thoracis & tabem. Ex uociferatione etiā magna & plurima raucedo uocis oboritur, & ob frigidi & infueti status inspirationem, & ob plurimam ac infuetam potionem uini meraciorem. Verum hæc affectiones magnitudine inuicem distant.

Etenim uehementins humectis uocis instrumentis, uocis interceptio contingit: mediocrius autem rigatis, uox raucofa perficitur. Itaq; qui ex uehementi clamore, amplius uoce uexantur, confimile quiddam patitur his, qui reliquis corporis particulis fatigatis. & ex labore affictis afficiuntur. Nam & pellicula que arterie extremum atq; ipsam asperam arteriam ambit, per magnas uociferationes extra prolato spiritu percussa, inflammatur. Et iuxta arterie extremum, ultra hac plagam, musculorum ipsum mouentium actio, offensa, maiorem adfectionem operatur. Musculi enim illi uocem operantes, ob magnas uociferationes, non solum ab erumpente spiritu percussi læduntur, uerum etiam superextensa uehementer, maximam sustinent lassitudinem. Cura autem horum coincidit cum his, qui alias particulas corporis habent fatigatas. Balneum enim dulcium & bene temperatarum aquarum magnopere iuuat omnes phonascos Græcis appellatos, qui uocis exercitio magno utuntur: citharædos inquam, & præcones, & tragædos, quum contendendo obleserint uocem. Quæmodum autem oleum forinsecus illitum omne corpus a fatigatione refocillat: sic & cibi mordacitate carentes & deprimetes, ac laxantes, cum affectam arterie pelliculam, tum ipsos musculos, & pharmaca arteriaca uim obstruendi meatus habentia, iuuant. Quum igitur affictiones ac lassitudines uelut distendentes circa extremi ipsius arterie musculos, & ipsam pelliculam generantur: in principio quidem lenissima edulia conueniunt: pharmaca uero obstruitoria meatuum uim habentia. Se data autem inflammatione aliquod ex modice repurgantibus est adhibendum: deinde rursum aliud, sed priore præstantius, ut paulatim ad medium repurgantium perueniatur: deinde ab hoc adhuc fortius discussorium adhibeatur, ut hoc modo semper ad uehementius progressus fiat, quando uidelicet diutius ueluti indurata adfectio

adfectio in uocalibus organis perstiterit. Primi itaque ordinis erit tragacanthus, & gummi, & aster samius, amyllumq; & ex halica ac trago probe decoctis forbitio: lac etiam conueniens est, & dulciarii panes, oua sorbilia, & nuces pineæ madefactæ, sesama, & sapa quæ fireon quoq; & hepsema adpellatur. Hæc itaque inflammatis affectionibus circa arteriam arterieq; extremum conueniunt: quibus utendum donec moderatio inflammatio fiat. A uini autem potu abstineant hoc tempore in totum. Postquam autem inflammatio moderatio reddita est, passum therarum exhibendum est, & sapa: butyrum quoq; conueniens est, & amygdalæ unâ cum sorbitionibus decoctæ, lac item ac mel diutius coctæ, amylo ipsis iniectæ, quod si non adsit, panis filigineus siccus contusus & cribro excussus, lacti dum coquitur infarciendus est. Manifestum itaque est, quod per huiusmodi uictum, tum pellicularum, tum musculorum circa arterie extremum atq; ipsam arteriam, inflammatio sedatur. Relinquitur autem humiditas multa, propter quam impossibile est uocem esse claram, nisi rursus eduliis utatur & pharmacis mordacitate carentibus & repurgantibus, uelut est, saba elixata, & ptisana, & semen lini torrefactum. Hæc enim medium obtinent, inter ea quæ mediocri uim prædita sunt, & ea quæ meatus obstruunt pharmaca. His autem amplius repurgat resina terebinthina, & thus cum despumato melle, amygdalæ amaræ, brassicæq; & probe decocti porri. His uero adhuc fortiora sunt, farina erui, hormini semen, iridis radix & panacis. Omnibus autem prædictis maxime mollibus, passum creticum, deinde therarum & scybelites conuenienter miscentur: sapa quoq; quæ fireon & hepsema uocant, ex musto ad tertiam partem mensuræ decocto adparata, omnium maxime meatus obstruit, citra etiam mordacitatem meatus lenit. Quod uero ex caricis adparatur decoctum ad mellis spissitudinem,

nem, magis discutit ac repurgat. Omnium itaq; simpli-
cium pharmacorum vires nosse oportet, eum qui aliis
quod compositum est facturus. Qui enim eas nouerit,
etiam eis quæ ab aliis composita sunt recte utetur, ma-
xime quum indefinite fuerint descripta. His igitur præ-
explicatis, arteriaca compositiones à ueteribus descri-
ptas subnectemus. Arteriaca ad uocis asperitates, in
principiis exhibita lenissimum gummi 3.ii. tragacanthi
3.i. sapa sextarium. i. Gummi & tragacanthum contu-
sa & cribrata, cum sapa conterere donec dissoluantur:
deinde super prunas fumum non emittentes decoque,
donec non inquinent testæ instillata. Exhibe autem ex
ea sub lingua tenendum. Alia arteriaca. Gummi quin-
cuncem, paksi sextarium. i. mellis lib. i. Gummi modica
aqua dilue, & ad reliqua coniectum super prunas non
fumantes decoque, ut prædictum est. Ante somnum
uero delingendum exhibe. Antonii Musæ, ad uocis in-
terceptiones. Brassicæ uiridis cauliculos depurgatos
manducandos exhibe, & quod instar palarum exur-
cum est expuere iubæ: succum autem ipsum deglutire.
Aliud. Succus eryngii aqua decocti heminam. i. suc-
ci ficuum aqua decoctarum tantundem, gummi leuif-
sime triti 3. viii. decoque simul diligenter, donec ad ar-
teriaca crassitudinem redigatur, & delingendum ex-
hibe ex eo ante somnum usq; ad cyathi mensuram.
Alia arteriaca, ad asperitates, raucitates, tussesq; & spu-
tum sanguinolentum. Amygdalarum amararum, des-
corticatarum numero. x x v. feminis lini torrefacti 3.
iiii. tragacanthi 3. ii. oui in fermento assati uitellum,
tragacanthum in modica aqua maceratam, unã cum
reliquis omnibus passo excipe. Si uero sonus uocis
sit fractus, mel pro passo ammisce, maxime si ex pecto-
re aliquid educi oportet. Aliud. Brassicæ succum cū
melle decoctum delingendum præbe, & confestim au-
xiliabitur.

Ad

Ad inueteratas affectiones uariæ arteriaca.

Cap. L I I.

Oribasii, ad asperitates & suppressam uocem.
Croci 3. vii. radices dulcis, spicæ nardi, cuiuscq; 3. iiii.
myrrhæ 3. iii. thuris dra. iii. feminis hyoscyami 3. i. mel-
lis despumati unc. vi. piperis albi grana. l. exhibe sub
lingua tenendam magnitudine fabæ. Alia arteriaca
sub lingua tenenda, ad suppressam uocem, raucosus &
cruenta reiectantes. Tragacanthi drach. vi. gummi 3.
vi. myrrhæ drac. ii. obolos. ii. thuris sesquidrachmam,
piperis albi grana. xx. croci drac. i. succi radices dulcis
drach. vi. carnis phœnicobalanorum numero. iii. pasi-
si cretici quantum passio est. Gummi & tragacanthus
contusa & cribrata passo macerantur cum radices dul-
cis succo: quod si non adsit succus, radicem tusam, &
donec cogatur decoctam conuicimus quadruplici po-
dere. Alia arteriaca, quæ etiam ad tussim prodest. Se-
minis lini contusi & cribrati, uuarum passarum pin-
guium sine uinaceis, nucum pinearum tostarum, nucū
æuellanarum mundatarum, æquales partes in farinam
redactas melle cocto sufficienti excipe, & cochleare
exhibe ante somnum. Eclegma, quo utimur. Vini scy-
belitæ sextarium. i. gummi sexuncem, mellis dodran-
tem. Gummi pauca aqua præmacera, deinde omnia
simul contrita in diplomate decoque, ac utere. Aliud,
Charixeni. Succus radices dulcis drach. vi. tragacanthi
drach. vi. croci. drac. ii. myrrhæ, thuris, cuiuscq; drach. i.
spicæ nardi drach. i. paksi protropi, chœnices. iii. deco-
que donec in mellis modum cogantur, sicis probe
commixtis, ac utere. Eadem enim potestate ualet
qua & sequens. Aliud, sub lingua tenendum ad sup-
pressam uocem, ac reliquas circa arteriam affectiones.
Tragacanthi drachm. xii. gummi drachm. xii. myrrhæ
drach. iii. thuris drach. iii. carnis phœnicobalanorū nu-
mero. vi. radices dulcis drachm. vi. paksi protropi aut

iii 5 ithare

tharei quantum excipiendis his satis est. Sit autē passum ipsum præcoctum ad mellis crassitudinem. Exhibe fabæ Aegyptiæ magnitudine sub lingua detinendū, & dissolutum deglutiedum. Alia arteriaca faciens ad uocem fractam, raucosam, & suppressam, inflammationes tonsillarum, utilis est phonascis & ante & post certamen exhibita iuuat refrigeratos: prodest ueteri & recenti tussi, spuētibus sanguinē, & sursum reiectantibus, & coeliacis: conducit etiā ad anhelitus fœtorē. Croci drach.iii. myrrhæ ʒ.i. succi radicis dulcis ʒ.i. palsi cretici sextarios.iii. pallum ad tertias decoque, & cum eo prædicta excipe ac utere. Aliud, ad ulceratā arteriā, Charixeni: conuenit etiam phonascis, hoc est, qui uocis exercitio utuntur, ante certamen & post exhibitafacit & ad circūdolentes oculos, extra imposita lana ex eo madefacta, & ad interaneorum adfectiones delincta. Gummi drach.xii. tragacanthi drach.xii. thuris drac.iii. myrrhæ ʒ.iii. croci drach.ii. succi hypocistidis drac.ii. palsi scybelitæ sextarium unū. Gummi & tragacanthū contundito & cribrato unūquodq; seorsim, & cum modico passo diluito, reliqua uero fracta & præmacerata similiter cū modico passo conterito. Crocū uero in raro laneo panno ligatum, in ollam appendito, in qua reliqua coniecta, ac assidue agitata decoquūtur: deinde extracto croco, & probe contrito, reliquā omnia in pilam coniciantur, & ut cocta sunt cum eroco uniantur, & utitor. Alia arteriaca, ex cuius usu sæpe magnam laudem adsequutus sum. Nuces pineas sexaginta, amygdalas amaras delibratas quadraginta, carnem phœnicobalanorum sex, succi radicis dulcis scrupulos.xii. croci scrupulum.i. myrrhæ scrupul.i. tragacanthi scrupulos.vi. palsi cretici quantum sufficit. Quibus uero educatione ex pectore opus fuerit, mel & saspam adde. Alia, Andromachi. Pinguedinis galinæ recentis quadrantem, mellis heminam.i. decoque

que simul, & cum rutæ ramulis agita donec cogatur. Exhibe eam ieiunis, & post cibum, & ad noctem. Sorbitio ad suppressum sonum maxime ab humore: conuenit etiam phonascis. Porros in aqua ad tertias decoque, atq; ipsos quidem abiice, aque uero halicæ suc cum ammisce, & mel, & ouorum lutea.iii. quæ ubi commiscueris ad tertias decoque, & excola: deinde adfusafasæ optime sextario uno, rursus donec cogatur decoque, ac ramulis anethi circumagita. Da ex ea manē & uesperi cochleare unum. Arteriaca necessaria, phonascis commoda: expertus sum etiam eius ualorem ad raucescentes ob humiditatem plurimam. Costi, folii, spicē nardi, amomi, piperis, calsi, mastiches, cuiusque drachmas quinq;, opii ʒ.ii. mellis & succi mororæ equaliter mixtorum quantū satis fuerit. Excipe pharomacum cum eis, quo uiscosa coactio reddatur, & utere. Exhibe sub lingua tenendum magnitudine nucis auellanæ: caueto ne nimis solidam facias, ut facilius sub lingua lique scat. Alia arteriaca, ad affectiones asperæ arteriæ, & pulmonis ad reiectantes sanguinem, & omnia uitia manifestata: maxime uero prodest crebrum & rectum anhelitum ducentibus. Scillæ depurgatæ costæ drachmas sex. seminis lini drachm.ii. seminis urticæ drachmas duas, succi uerbanacæ exicati drachm. ii. thymi drachmam unam, farinæ erui drachmas duas, pulegii, iridis, betonicæ, anisi, nasturtii, apii, seminis foeniculi, seminis anethi, piperis, fœni græci, cuiusque drachm.i. excipe melle atticor exhibe mane & uesperi quantum cochleari accipi potest. Alia, ad arteriæ adfectiones, & pulmonis ulcera, reiectiones puris & sanguinis, destillationes ad pectus, & ad educationem eorum quæ in pulmone coaceruata sunt ualde efficac. Resinæ terabinthinæ, croci, thuris, myrrhæ troglodyticæ, terræ quæ Aster appellatur, cinnamomi, nucum pinearum purgatarū,

purgatarū, radice dulcis, ſing. ʒ.iiii.amomi, tragacanthi, carnis palmarum pinguium, cuiuſq; drac.iii.ſpicæ nardi drac.ii.caſiæ ʒ.ii.coſti drachmam unam, galbani depurati obolos quatuor, mellis atticī libras ſex. Mel & terebinthinam in diplomate decoque, atq; ubi condenſari cœperint, galbanum præmollitum ammiſce, ac donec non inquinari amplius decoque, dein de agitando frigeſcito, & cum reliquis contuſis in piſta permifceto. Uſus eius eſt ſub lingua detentæ. Alia, quæ ſimiliter ad omnia prædiſta efficacis eſt. Spicæ nardi drach.iiii. croci drach.i.piperis grana triginta, radice dulcis drac.i. nucum pinearum depurgatarum numero.c.ſtyracis drach.ii.balauſtiorum drach.iii.tragacanthi drach.i.cinnamomi drach.i.amomi drac.i.thuris drach.i.mellis ſeſquilibram, aut paſſi cretici heminas.viii.paſſum in duplici uaſculo ſiue diplomate coquitur ad mellis ſpiſſitudinē, & ad reliqua arida in piſtata trita affunditur. Tragacanthus autem tunditur, cribratur, & diluitur unā cū ſtyrace in uino modico dulci, atq; ita ammiſcetur, exhibe ex eo cochleariū unū. Expertus.n. ſum ambo hæc adſcripta magna celebritate probari cōpoſitio ex capitibus papaueris uaria. Capita papaueris cētum & uiginti in aquæ ſextarios iii.conieſta, ad dies quinque macerato, deinde ad tertias decoquito, & abieſtis capitibus ad aquam mellis ſextariū unū ammiſceto, quibus ſimul ad ſpiſſitudinē mellis decoctis, ita ut non diſſuāt, croci, myrrhæ, acacia, ſucci hypocitiſidis ſingu.ʒ.i.inſarcito, & ante ſomnum delingendū exhibeto. Prodeſt reieſtantibus ſanguinem, coeliacis ac dyſentericis. Ego autē ad huiusmodi ex capitibus papaueris cōpoſitionem, quādo ſcilicet ad lib.i.aquæ, decē papaueris capita iniiciuntur, prædiſta cōmiſceo, & pro pharmaco fluxiones ſiſtente ac reſpreſiuo utor. Alia, ex libris Aſclepiadę, panacea Mitridatis. His qui uocis exercitio utuntur ante

ante & poſt certamen utilis, facit ad glandularum inflammationes, columnellam laxatam, & ad gingiuas humore turgentes, & ulcera ſerpentia oris, ad motos dentes, & deſtillationē, ſuſſim ueterē & recentem ſanguinem ſpuentes ac tuſſum reieſtantes. Vtor ea aliō quando citra admixtionem, aliquando autē paſſo aut ſcybelite uino, aut aqua calida diluta. Etenim ad tōſillarum inflammationes atq; conſimiles adſeſtiones utēdum eſt pharmaco hoc diluto: ad eas uero quę in profundo hærent, immixto & puro. Verū cōpoſitio ipſa hoc modo habet. Radices filicis quā crāſſimæ diligenter lauantur, donec terrenæ ſordes in totum diſcedant, deinde refrigerantur, in fruſta digitali magnitudine diſſeſtæ: ex quibus lib.iii.accipimus, & capita papaueris agreſtis mediocria centū & quinquaginta, radice ſymphyti depuratæ, corticis radice mandragore, thei pontici, roſarū ſiccarū, iridis illyricæ, radice dulcis, balauſtiorū, ſingulorum quadrantem, caſię trientem, nardi celticæ ſeſquenciā, aquæ pluuialis ſextarios quindecim. Omnia prædiſta craſſo modo contunduntur, & per triduum maſceſcunt, deinde ſequēti die in diplomate ad tertias decoquantur, exprimuntur, & percolantur: in huius autem decocti parte ſubſcripta per diem & noctē maceramus. Sunt autem gūmi puri lib.i.tragacanthi pellucydi lib.i. myrrhæ troglodyticæ ſextās, ſucci radice dulcis ſextās, croci ſextās, ſucci hypocitiſidis ſextans, maſtiches ʒ.i. Sequēti deinde die diligēt & paulatim hæc trita diluimus, & quod ſuperreſt ex ipſo decocto ac expreſſo liquore, paulatim adiicimus. Et poſtea uinū ſcybelites, aut theracū, aut aliud dulciſſimū, ſextar.xxiiii.mēſura in uas ſiſtile diſſuſum decoquimus, donec ad mellis craſſitudinē redigatur: deinde adieſtis etiā tritis omnibus, ruſſus ad coactionem decoquimus, & ablatis utimur. Datur ex hac quantum cochleari excipi poteſt. Cōpoſitio

fitio ex capitibus papaueris, ad tuffes humidās, doſo-
re adfectam arteriam, & fauces, & ad deſtillationes à
capite ad pectus: utilis eſt etiam ad uigilias: Capita pa-
paueris Thebaici mediocria unā cum ipſo ſemine de-
cem, aq̄e pluuialis ſextarium unū, radicis dulcis partū
quiddā, per diem unum præmacerato, deinde donec
ſtaccida tactu ſiāt capita, decoquito, exprimito, & per-
colato, ac ad decoctum dimidiū eius mellis adiiſcito,
& rurfus ſuper prunas ad mellis craſſitudinem deco-
quito, ac utitor. Accuratioꝝ huius antidoti adparatus,
atq; etiam partim uſus prædictus eſt Sermone quinto
de propriis ægrorū potionibus, loco. Quod ſi magis
adſtringens alui proſuuiorū facere uelis, & ſanguinē
ſpuentibus commodum, ſucci rhois rubri ꝓ. ii. adiiſce,
& acaciæ ꝓ. ii. hæc autem in paſſo diluta, tum demum
quum ab igne ablaturus es pharmacum, in ollam co-
niice, & parumper ferueſceri ſine, ac utere, cochleariū
exhibens ante ſomnum.

De deſtillatione ſiue catarrho, & narium
muco, ex Galeno. Cap. LIII.

Deſtillationis & muco cauſa eſt cerebrum, quod
quidem à frigore ad frigidam intemperiem deduci-
tur, ab æſtu uero caeſcit & repletur. Vinum quoq; ul-
tra modum potatum caput replet, & balnea calidiora,
& largior perſuſio capitis ex aqua calida, maxime
ſi alias calidius caput exiſtat: & cibus ſanè qui in uen-
tre incoctus perſeuerat, neq; infra excernitur, in caput
impetum facit. Repletum itaq; caput rurfus ad ſubie-
cta membra humores demittit: & ſiquidem ad nares
hoc ipſum excrementum deſtuat, Coryzan ſiue mu-
cum adpellare conſueuerunt, & Latini amplius graue-
dinem: ſi uero ad gurgulionem, morbum Vuam ap-
pellatum generat. Eſt autem affectio circa gurgulio-
nem conſiſtens, aut alias ipſum gurgulionem tumi-
dum facit. Promptiſſima itaq; eſt ad nares & ad os
defluxus

defluxus deſatio, quamuis aliquibus etiam ad oculos,
aliquādo & ad aures deferatur. Atqui deſationem ad
os etiā ſtomachus ſiue gula excipit, & aſpera arteria,
atq; ipſum adeo arteria extremum. Quod ſanè extre-
mum, ob ipſum ad ſe deſatū à capite deſuxū ſuper
humectatum: in principio rauoſam uocem produ-
cit, & progreſſu tēporis etiā paruā. Quod ſi amplius
augeſcat malum, uox ipſa in totum perditur. Nam ip-
ſa aſpera arteria unā cum ſuo extremo permadeſcit.
At ſi acrior fluxus ipſe exiſtat, non tantum uocis dam-
nū prædictæ particulæ patiuntur, ſed grauiſſima etiā
eroſio accedit, talis naturæ, quales circa cutē accidere
ſæpe uidemus citra ullam externam cauſam, eoq; mo-
do etiam pulmo ipſis exulceratur, uocaturq; hæc aſ-
fectio tabes. Quod ſi ad gulam & in uentriculū fluxus
deferatur, ſiquidē frigidus exiſtat, in frigidā intēperie
corpora perducit, calidus uero in intēperiem calidā:
exulcerat etiam ea temporis progreſſu, in principio
uero appetitioni nocet & concoctioni. Si itaq; frigi-
dus fuerit deſluxus, tardas cōcoctiones & cruditates,
ac ructus acidos efficit. Si uero calidus fuerit, in corru-
ptionem adiget cibos, unde nidoroſæ, aut fœtentes,
aut acidæ eruſtationes producentur, aut etiā alterius
cuiuſdā quæ nominari non poteſt, aut etiā nomen ha-
bentis qualitatis. Vbi uero altius penetrarit nocumen-
tum, etiam inſtinum ſeiuū adficiet, & ad colum uſq;
pertingit, atq; ad meſenterii uenarum uafa, per quæ
ad hepar diſtributio atq; digeſtio alimenti contingit.
aliquibus itaq; deiectio appetitus accedit, aliquibus ue-
ro appetitiones præter naturam, quas adpellant cani-
nas, aut etiā uſtioſorum ciborum concupiſcentia, qua-
lis mulieribus prægnantibus pica morbo inſtatit cō-
tingere conſueuit. Manifeſtum autem eſt & gurgulio-
nē & tonſillas adfici. Quin & parulides & glandulæ,
& dentium eroſiones, ulcerationesq; & putredines
oris,

oris, ad serofas ex capite in ipsum os destillationes se-
quuntur. Cæterum uulgus Medicorū aut gurgulio-
nē refecat, aut pharmaca exhibet quæ per alperā arte-
riā sputi eiectione in pulmonē dilapsa educat. Alii ue-
ro uentris curam gerunt, quemadmodū alii dentium,
& oris, aut etiam affectionū in naribus, aut oculis, aut
auribus curam moliantur. Principiū inuentionis Gale-
ni. Melius autē erat, mea quidē opinione, uelut fontē
malorū excindere, sanato uidelicet capite, quod si im-
possibile sit facere, ob uehementiam naturalis intem-
periei, omnino tamen eius saluti cōsulere oportet, in-
dicatione ex figura ipsius accepta quomodo ei subue-
niri possit: non enim mox, ueluti aliqui Medici omni-
bus capitibus semper ex thapsia & sinapi cataplasma-
ta adhibēt, sic & te facere uolo. Etenim si à calida in-
temperie caput uexatur, omnia calida pharmaca no-
cua existunt. Oportet itaq; ipsos balneis multis cali-
dis potabilium & dulciū aquarū consolari, simulq; ge-
neratos in capite uapores calidos discutere, & tempe-
raturā omnē in melius mutare. Nocuius autē est eis
usūs aquarum natura sua calidarum. Quæcunq; enim
sulphurulentæ sunt, & bitumen olent ob caliditatem
suā, contrariæ sunt capitibus natura calidis. Quæ uero
aluminosæ, coarctatione sua caput offendunt: uerū ca-
lidas dulces non adpellamus sua natura calidas: neq;
enim inuenire est quæ suapte natura calidæ existāt, ac
nō aliqua medicamentaria qualitate participant. Qui
uero caput uehementē calidū & perustū habent, & ob
id assidue à destillationibus uexātur, his melius est ho-
ra æstiuā ex rosaceo ungi, ex solis rosis & omphacino
oleo citra spissamentorum adiectionem adparato.
Quædam autem capita propter calidiorem arteriarū
temperaturam, tum uertigine, tum dolore appraz-
henduntur: in quibus etiam arteriarum incisione uti-
mur. Quare considerare oportet præcedentem destil-

lationis

lationis causam, & præhabitam diætā, atq; ita reme-
dia contraria afferre: in uniuersum autem paucō cibo
& quiete utendum est, uitato etiam frigore & calore:
si uero cibi incocti amplius in uentrē innatent, ad uo-
mitum æger est inhortandus. Philumeni. Valde utile
est his qui destillationem patiuntur, si eorum plantæ
pedis cum pice in oleo plurimo dissoluta constanter
fricentur, ex eademq; inguina & sedes perungātur, na-
res uero ex thure & myrrha cum uino & oleo contri-
tis, ac ad mellis crassitudinem redactis illinātur, & un-
guentum irinum simul naribus instilletur. Melanthiū
etiam torrefactum linteolo illigatum odorem, aut he-
dychroon manibus teneant & assidue odorent, aut cy-
phi eodem modo. Conuenit etiam inflammationem
arcentia emplastra fronti imponere, uelut est Icesia,
& emplastrum oxerum adpellatum, itemq; barbarum.
cruentis uulneribus destinātū, & athena. Gargarissent
autem assidue passum scybelites, aut sapam calidam:
sorbitionibus uero utātur decocto hyslopi, sicum &
nucum pinearum, atq; iridis, item halica ex passo de-
cocta. Si uero ab his nihil leniatur destillatio, neq; ta-
men amplius augetur, sed eodem modo ad plures
dies persistat, præsentissimum auxilium capitis irora-
tio existit, maxime in ætate, & capitis temperatura ca-
lidiore. Oportet autē in balneis ex alto frigida aqua
delabente caput subdere, ut uiolentum inde sustineat
insultum: euectigio enim destitatem dissoluit. Animad-
uersionem tamen habere oportet, an thorax inde faci-
le offendi possit: consueuit enim proptē à capite frigi-
ditatem transfumere ac fortissimas uexationes perfer-
re. Porro diurnas destillationes fortis clyster sanat,
aut uomitus à raphanis ieiunis factus, aut purgatio
exuberantis humoris, & irrigatio capitis ex ungueto
irino, aut optimo nardino. His uero qui cōtinua & in-
ueterata iā destillatione adficiuntur, caput radere oportet.

A E T.

kkk tet,

ret, & factis scarificationibus bituminosa emplastra imponere: pharmacis autē deglutitiis utendum huiusmodi. Eclegma ad destillationem. Mellis sextantem, butyri recentis unc. i. decoque, & in duas partes diuisum delingendum exhibe, his qui eductione opus habent. Manducatio ad eandem. Semen homini, semen papaueris nigri, semen lini torrefactum quis portionibus contunde, & cribro excute, melleq; costo excopta commanducandam mane exhibe. Probe etiam ad destillationes facit antidotus ex capitibus papaueris soporifera, ante somnum exhibita: etenim somnum dulcem infert, & reprimat influxum. Eius ad parat paulo ante inter artericas compositiones dictus est: & in quinto similiter Sermone, de propriis ægrorum potionibus loco. Catapotium ualde celebre ac dolore leuans. Styracis drach. vi. myrrhæ drach. i. & dimidiam, terebinthinæ drach. ii. opopanacis drach. ii. iridis drach. ii. piperis albi, spicæ nardi, nitri, seminis hyoscyami, opii, cuiusq; drach. i. arida contundito ac cribrato, reliqua uero in pila citra liquoris admixtionem contusa simul committito, & grana in erui magnitudinem informata ante somnum deglutienda exhibeto, neq; quicquam ultra sorbitionis admittito. Dantur ad summum grana. iiii. medium. iiii. minimum. ii. Aliud, quod etiam dolorem leuans, tum tussi, tum destillationi opitulatur. Styracis, drach. iiii. myrrhæ drachmam unam, opii drach. i. galbani drachm. i. contunde in pila, & sapa affusa subige, & catapota erui magnitudine informa, quorum similiter ad summum. iiii. exhibe, medium. iiii. minimum. ii. absorbeant etiam insuper passim calidi diluti cyathos duos. Asclepiadæ remedium. Pyrethri, costi, utriusq; ʒ. ii. piperis albi ʒ. i. contusa & cribrata repone. Vsu uero expetente apprehensis naris pharmacum adtrahere præcipe. Aliud. Piperis drach. ii. seminis urticae drach. ii. croci, myrrhæ, costi, cuiusque

iusq; drach. i. Vtere ut dictum est. Caseus autem tener & recens comestus utilis est, & cauliculi brassicæ crudi à ieiunis comesti, similiter & brassica delicatior cocta & comesta. Qui uero calidiori præditi sunt temperantura, lactucæ cauliculis parumper feruefactos comedant, in postea uero ipsos intingant.

De tussi.

Cap. LIIII.

Tussis causæ uariæ sunt. Nam & humor à capite ad asperam arteriam destillans tussim efficit, & asperitas sola pelliculæ asperam arteriâ intrinsecus ambientis tussim irritat: qui præterlabuntur etiam cibi ac potus tussim mouent, & lumbrici stomachum infestantes, tussiculas paruas excitant: & acris humor stomachum perturbans, ac irritatum aliquam qualitatem ad fauces demittens, imaginariam tussim producit, quemadmodum etiam in his qui stomachi morsum sentiunt, & saliuæ ad eum influxu uexantur, euenire solet, quum nihil molesti iuxta asperam arteriam obseruetur. Intemperies quoque frigida respirationis instrumentorum, tussis causa est: uerum hi moderate ac minime uolenter tussunt, adeo ut non solum per spiritus compressionem, retinere queant & impedire tussim, sed sanare etiam sepiissime, per respirationis inhibitionem frige factas particulas calefaciendo. Signum autem ob solam intemperiem frigidam tussientium est, si per crebras inspirationes irritetur, frigiditate uidelicet exinde intensiore facta & augeta. Quando igitur hi leniter inspirant ac aerem adtrahunt, & in calida domo uersantur, parum uel omnino nihil tussunt. Quæ uero cum titillatione partium, ab utraq; palati parte contingunt tusses, palam ostendunt defluxum à capite ad asperam arteriam deferri, itemq; ad pulmonem. quod si nihil expuant sic adfecti, tenuem esse defluxum indicat, qui expulsionem spiritus diffectus, præ tenuitate sua rursus fluxum

refleſcit, id uero ex humore per ſputum reiecto mani-
 feſte apparet: craſſiorem enim priore habet compa-
 gem, etiam ſi ſit à ſpiritus impulſione reiectum. Mani-
 feſtum autem eſt, quod humor in pulmone & thora-
 ce detentus, in morbo laterali, inflammatione pulmo-
 nis, & tabe, maxima tuſis cauſa exiſtit. Medemur au-
 tem tuſi à tenui deſluxu factæ, per antidotū ex papa-
 ueris capitibus inſpiſſantes, aut per alterius cuiuſdam
 pharmaci dolorem leuantis uſum, & per cibos boni
 ſucci. Si uero craſſus aut uiſcoſus fuerit aſſigens hu-
 mor, per ea quæ extenuant & diſcindunt medebimur.
 Inſtrumentorum autē reſpiradi frigiditatem per cale-
 ſciantia emendamus. Quæ uero ab aſperitate ſit, per
 lenientia & mordacitatem arcetia ſanatur, qualia ſunt
 ex arteriacis cōpoſitionibus ſimpliciora. His itaq; præ-
 explicatis, ea quæ à ueteribus deſcripta ſunt ad tuſim
 remedia ſubnectemus. Nos uero ad præſcriptam me-
 thodum animū conuertentes, atq; uniuſcuiuſq; ſimpli-
 cium pharmacorum uires docti, facile ad quancunq;
 affectionem conuenientia remedia afferemus, etiam ſi
 à priſcis indefinite ſint deſcripta. Remedia autem hæc
 ſunt. Styraç, nucis auellanæ magnitudine deuoratus,
 tuſſes ſedat ac deſtillationes. Vtilis eſt etiam ad rauce-
 dinem. Aliud. Ficus ſiccæ pingues in uino dulci me-
 raco madefactas, unā cum uino deuorandas exhibe,
 hoc tuſſes mitigat. Terebinthinā & mel coctum de-
 ſingenda præbe, & uinum dulce dilutum inſuper ab-
 ſorbendum: hoc enim attenuat, & educit. Aliud. Fi-
 licem contuſam & cribratam paſſo inſtar polentæ in-
 ſperge, & abſorbendam exhibe. Prodeſt etiam ſangui-
 nem reiectantibus. Aliud, quod ad tuſſes noctu moleſ-
 ſtiam exhibentes conducit. Mentę ramulos tres tritos
 aſſuſo aceti cochleari, ante ſomnum abſorbendos præ-
 be. A diuuat concoctionem, ſtomacho utile eſt, & craſ-
 ſitiei diſcindit. Aliud. Nucum pinearum torrefa-
 ctarum

ctarum, amyli, radicis dulcis, ſeminis urticæ, ſeminis lini,
 cuiuſq; ſextantem, iridis, piperis, hyſſopi, ſeminis naſ-
 ſurtii, amygdalarum amararum, ſingulorum unciam
 unam. Excipe melle probe deſpumato, & præbe ex eo
 cochlearium mediocre. Compoſitio ex marrubio ad
 tuſim. Marrubii ſextantem, hyſſopi unciam. i. iridis
 3.iiii. pulegii drachm.iiii. calaminthæ montanæ 3.iiii.
 bulborū ſcilla 3.vi. nucem unā pineam bonam & in-
 tegram, caricas pingues ʒ. aquæ ſextarium unum &
 dimidium, mellis heminam unā, utere. Eclegma tuſi
 ſientibus aptum. Nucum pinearum repurgatarum 3.
 xii. palmarum pinguium drach. xviii. iridis drach. xii.
 ſeminis lini torrefacti drach. viii. tragacanthi drachm.
 xii. amygdalarum dulcium delibratarū drach. xvi. mel-
 lis deſpumati quantū ſufficit. Tragacanthum in uino
 dulci modico maceratam & dilutam, primū cum de-
 ſpumato melle decoquito, atq; ubi ſemel ebullierit, re-
 liquis in mortario probe cōtritīs aſſundito, & utitor,
 cochlearium exhibens mane & ueſpere de digito de-
 ſingendum. Mellis enim tantum adiciere oportet, ut
 delingibile pharmacum ſiat. Aliud eclegma ad tuſi-
 ſes recentes. Vini dulcis ueteris ſextarium unum,
 mellis attiei libram unam, decoque, cum rutæ ramulis
 aſſidue agitando, exhibe ex eo myſtri. i. meſura. Eſt
 etiam utile ſtomacho. Alia remedia ad tuſim condu-
 centia. Coptarium, hoc eſt placentula, tuſi accom-
 modata. Seminis lini contuſi & cribrati, uux paſſæ
 pinguis & exacinata, cuiuſq; ſextarium Italicum unū,
 nucum pinearum torrefactarum, nucum auellanarum
 repurgatarum, ſingulorum ſextarium dimidium, piperis
 ſextantem, myrrhæ unciam unam, croci unciam
 unam, melli ſextarios quatuor. Semen lini contuſum
 cum melle decoquito, atq; ubi coactum fuerit & in-
 ſpiſſatum, reliqua optime contrita ammiſceto, & ſi-
 mul unito. Exhibe ex eo magnitudine nucis auellanæ.

Ad tussim inueteratam remedium optimum. Cumini, piperis, seminis urticæ, cuiusq; unciam unam, mellis despumati sextarium. i. contrita cum melle subigito, ac parumper feruefacito, reponito, ac utitor ex eo præbens cochlearium delingendum. Aliud admirabile. Piperis, pulegii, hyssopi, calaminthæ, cuiusq; sextantem, pertoselini unc. i. mellis despumati sextarium. i. da cochlearium. Aliud simplicius bonum. Mellis quadrantem, butyri recentis quadrantem, cumini quàm tenuissime triti drac. iiii. Mellis prius despumato butyrū ammiscet, & simul calefactis cuminum insperge, et paulatim delingendū cochlearium unum exhibe. Aliud, ad tusses pituitam repurgans. Hyssopi unc. i. pulegii sextantem, iridis, sinapis, seminis nasturtii, anisi, piperis, singulorum unc. i. tusa ac cribrata, melle despumato sufficienti excipe, & cochlearium exhibe. Hyemis autem tempore, & febre non infestante accepturum, piperis sextantem adiiice, & pro aniso, fœniculum aut cuminū, & pro nasturtio sinapi, ut sit sinapis sextans seu uncia duæ. Aliud, ad diurnas tusses. Comæ hyssopi, pulegii, de superiore anno, ammii, piperis, erui rufi decorticati, iridis cuiusq; sexuncem, spicæ nardi ʒ. iiii. terebinthinæ trientem, butyri recentis sextantem, mellis despumati sextarios. ii. Butyrum & terebinthinā cū melle liquefacito, ac reliquis unito: utere exhibitō cochleari paruo. Aliud, thoracis affectionibus commo- dum. Lomenti fabacei fricti ac tenuissime triti septuncem, seminis lini septuncem, iridis contritæ quadrantem, nucum pinearum torrefactarum ʒ. ii. pulegii triti drach. ii. seminis urticæ ʒ. i. piperis drac. iiii. mellis despumati chœnicem. i. Mellis despumato lomentum insperge, ac pariter decoque: deinde reliquis in mortario ammixtis utere. Aliud, Acholii. Hyssopi, pulegii, ammii, piperis, erui rufi, iridis, cuiusq; ʒ. vi. terebinthinæ ʒ. iiii. spicæ nardi ʒ. iiii. butyri recentis sextantē, mel-

lis

lis despumati sesquilibram, utere. Aliud, ad tussim ex styrace. Amomi sextantem, cassiæ sextantem, styracis sesquiunciam, spicæ nardi sesquiunciam, croci unc. i. piperis unc. i. mellis despumati sextarium. i. exhibe cochlearium. Ad tussim siccam. Siccam tussim sanat etiā paulo ante præscripta pharmaca. Aliquando autem & aqua feruefactæ sorbitio. Qui enim ob pituitæ crassitudinem nihil educere possunt, ab humefantibus plus emolumentū sentiunt: maxime eo quod quodammodo simul extenuatoria participant facultate.

De pharmacis dolore leuantibus & simul conferentibus tussi. Cap. LV.

Hocce pharmacorum dolorem leuantium genus, hi qui ante ætatem nostram fuerunt, composuerunt, tussientibus & sanguinem reiectantibus præcipue conducens, atque etiam his, qui ultra has affectiones tabescunt: itemq; ad alios dolores & affectiones quæcūq; circa pulmonem & pectus, ac asperam arteriam, reliquaq; interiora membra consistunt, præterquam quæ proprie colicæ appellatur. Differunt enim hæc à colicis similiter anodynis, hoc est, dolorem leuantibus appellatis, tum aromatum & odoratorum seminum, tum eorum quæ urinam cient admixtione. Colicæ autem facultates ac compositiones his uehementiores sunt, excellentem uim stupefactoriam complexæ, ob multitudinem uidelicet eorum quæ refrigerantis naturæ existunt, uelut est hyofcyami semen, & cicuta, papaueris succus, & mandragoræ cortex: quibus sanè ad colicos necessario ob doloris magnitudinem utimur. Atqui in thoracis affectionibus aliqui styracem & crocum ammiscuerunt: aliqui autem calefacti: alii etiam aromatica, & cum pauca ui adstrictoria exiccantia: quidam etiam nobis familiaria, uelut anisum, apium, fœniculum, daucum, & fœli, quæ uehementium pharmacorum uires & iniucūditatem

obtundunt, ampliusq; urinam expellunt: quidam etiā ea quæ asperitates leniunt addidere, uelut est tragacanthus & radix dulcis, ac uinum dulce. Quęcunq; autem ex eis de pharmacis stuporem inducentibus, minus participant: ea etiam tabidis exhibemus. Sunt autem à ueteribus composita doloris leuamēta huiuscemodi. Catapotium. Pharmacum ad tussim accommodatum, inueterata maxime existente affectione. Efficax est ad diurnam destillationem, dolorem capitis difficulter spirantes, & inflammationes pulmonis, ad uescicę quoque ac uulvę affectiones: inscribitur Panacea, ab aliis etiam Stichus. Myrrha, opii, piperis, styracis, castorei, galbani, æquales partes cum sapa dulci subige, & in catapotii figuram redige, ac ciceris magnitudine exhibe: absorbeat autem à sumptione aquę mulsę cyathos duos. Harmonia. Aliud pharmacum uehementer efficax quod harmoniæ adpellatione inscribitur: ualet ad destillationes, & inexpectabilem defluxum. Styracis, castorei, piperis, cardamomi, cuiusq; drac. iii. opii, myrrhę, seminis hyoscyami albi, cuiusq; ʒ. iiiii. passo probe cocto excipe, & catapotia ciceris magnitudine informa, & ante somnum præbe deutoranda. Alia confectio, ad tusses diurnas egregie & cōcinne ualens: itemq; ad humentes & ob humoris crassitudinē diu durantes, quę Symphonos adpellatur, & febrem optime sedat. Ea omnes ueteres celebres usi sunt. Piperis, opii, cardamomi, cuiusq; ʒ. i. croci, sulphuris uisui, myrrhę, seminis hyoscyami albi, cuiusq; ʒ. iiiii. mellis costi cochlearia. iii. Hoc enim modo nos apparatus: uerū sunt qui gentianę, & dauci cuiusq; ʒ. ii. ammiscent. Alia, ad tussim & tabem Isoftathmos appellata. Folii, petroselinii, hyssopi, rosarum siccarum, anisi, opii, croci, costi, seminis hyoscyami, myrrhę troglodytica, spicę nardi, iridis, æquales partes cum melle sufficienti subige, datur fabę magnitudine ad noctem.

Alia

Alia, isotheos adpellata, ad tussim, tabem, omnes morbos internos, & certo circuitu affigentes affectiones. Spicę nardi ʒ. ii. myrrhę ʒ. i. croci, costi, piperis albi, cuiusque ʒ. i. galbani ʒ. i. fecis opobalsami, cinnamomi, mandragorę, succi sicci, castorei, cuiusque ʒ. ii. seminis dauci sesquidrach. castię sesquidrach mellis despumati quantum satis erit. Facit ad dolorem stomachi, iccoris, pulmonis, oculorum, sanguinis reiectionem, abscessus dysentericos, uoluolum, renum ac coxendicę affectiones, difficulter spirantes, dolores laterum, uniū ce tamen iliorum ac præcordiorum, prostruuium muliebri, & muliebres suffocationes. Prodest contra leſalia uenena ante & post cibum sumpta, & ad omnem sanguinis eruptionem cum frigida, ad uiperę & phalangii morsus in uini cyathis. iii. quartanariis ante febris accessionem dantur ex ea oboli. ii. cum uini cyathis. ii. sed præloto tamen antea ægro. Sanat ægre spirantes, & qui nisi erecti spiritum ducere non possunt, & anhelosos, etiam si iam ad nunc annos affectio durauit. Sanat quoque antiquas à capite ad pectus defluxiones.

De suffitionibus.

Cap. LVI.

Quantquam antea sufficientissime de suffitionibus dictum sit, in Sermone De clysteribus & euacuantibus, ac aliis quę ægris offeruntur, qui sanē tertius huius operis fuit, dicitur tamen nunc quoque, sed paucis. Pastillus suffumigabilis tussientibus & orthopnoicis commodus. Abrotoni, sandarachę, sinapis, cardamomi, æquales partes contundito & cribrato, & cum aqua in pastillos redigito ac suffito, ita ut æger ore, fumum suscipiat. Alius pastillus. Sandarachę sextantem, terebinthinę sextantem, costi scrupulos sex, folii scrupulos. vi. mastiches scrupul. vi. laseris scrupulos. iii. piperis grana. xl. redige in pastillos ac utere eodem modo. Alius. Castorei, sandarachę

kkk s chæ

cha, galbani, sulphuris uiui, colophonie, propolis, terebinthina, mastiches, croci, chamæleuces æquales portiones, cū aqua in collyria redige, & ipsa per infundibulū suffito. Si uero non adfit chamæleuce, his conyzā paruam aut capparitis corticē adde. Aliud bonum suffumigium, per experientiā à nobis inuentum, quatuor speciebus cōstans. Styracis, terebinthina, sandaracha, mastiches, æquales partes excipe, ac similiter utere. Creditur anhelosos & purulentos sanare: itēq; tussim & laterū adfectiones, quemadmodum etiā ea quæ paulo ante hic sunt præscripta, atq; ea quoq; quæ tradidimus in tertio Sermone. Epithema ad tussim optimum, ex fertula cāpana. Samplici, fertulæ campanæ, prasi, iridis, cuiusq; sextantem, myrrhæ ʒ. i. thuris quadrantem, resinæ pinus lib. i. olei irini lib. i. utere.

De orthopnoicis, anhelosis, ac ægre spiritum ductentibus. Ex Galeno. Cap. LVII.

Qui frequenter respirant citra febrem, quemadmodum solent à uehementi cursu fatigati, eos asthmaticos, hoc est, anhelosos, Medici uocare consueuerunt, ab accidente uidelicet, hoc est, anhelando: eosdem etiā ab altero accidente orthopnoicos adpellant: desident enim ac pectus erectum habere uidentur, ob timorem, ne suffocentur, & stratum quoq; iuxta superiores partes, ad quas pectus ipsum reclinatur, erectius sibi adparant, ne dormientes strangulentur. Inspiratio enim minor ipsis contingit, quā respiratio frequētia exoptulat, quamuis pectus plurimum ipsis diducatur. Ex quo manifestum fit, coarctationem locorum præter naturā intrinsecus adesse, cuius etiā manifeste ægri sensum perceptant. Fit autem coarctatio locorum inspirationis, quum aut crassorum & tenacium humorum multitudo pulmonis bronchia obstruxit, aut tumor quispiam abscessui similis in ipsis consistat. Similiter autem difficulter spirat, qui alpe

ram

ram arteriam à multa destillatione habent repletam, aut quadam defluxione ex uicinis locis acruatim in ipsas arterias delabente. Distinguuntur autem inter se hæc affectiones: nempe quod destillatio etiā sanis ex manifesta causa repente accidit, in totum ferè citra febrem concomitantibus etiā propriis destillationis signis. Si uero tumor abscessui similis in pulmone fiat, necessario febris consequitur, neq; ita diu post, inflammatione in pus transmutata, pus reiecitur cum tussi. Si autem crudum tuberculum gignatur, uelut Antipator Medico contigit, iuxta leues pulmonis arterias, hi neque grauitatem magnam sentiūt, neq; ab orthopnoea intantum infestantur. Qui uero propriæ orthopnoici & difficulter spirantes adpellantur, in totū febrem non habent: grauitatis autem sensus eis cōtingit, neq; quipiam purulētum per sputum reieciunt. Porro curatio prædictarum affectionum quiddam commune habet, quiddam etiā cuiq; proprium. Commune quidem ut superflua substantia humoris has affectiones generantis consumatur, & expendatur. Proprium uero, ut si à crasis & tenacibus humoribus fiant, per extenuantia & incisua pharmaca consumptio fiat: si uero à tumoribus abscessui similibus affectiones fiant, per extenuantia & desiccantia consumantur: quæ curatio omnibus in profundo corporis abscessibus communis existit. Vini autē potio ambabus conuenit, tenuis saltem temperaturæ, in uniuersum autem paucus potus conuenit, quibus abscessus alicubi adest, multus uero, quibus bronchia tenacibus & crasis humoribus sunt obstructa. Etenim repurgantia hos humores pharmaca necessario tusses commouēt, uerum non facile per sputum reiecitur ob crassitudinem id quod repurgatum est: humectatione igitur multa indiget, quo facilius efferatur: & ob id sanè largior potus anhelosis est exhibendus. Pharmaca uero eis conueniunt

inci

incidentia citra uehementem calefactionem . Crassi enim & tenaces humores à uehementi calore uiscosiores redduntur, glutinosiq; , & ut difficulter auelli possint: quapropter maxime prodest eis acetum scillinū, & ipsa quoq; scilla assa cum melle trita & delincta, & acetum mullum ex ea adparatum. Maximum autē re medium inquit Archigenes, purgatio frequentior existit per pharmaca fortiora: & uomitus à radicibus, per interualla suscepti . Cataplasmata uero ex ficibus & ordeacea farina: magis uero ex loliacea habente resinam & mel ac ceram ammixta, infarciri potest etiā ei iris & manna. Malagmata autem cōueniunt, quācumque exulcerant cutem & attrahūt sanie, quale est Cissophontis, & quod constat ex bacis lauri, & quod ex semine rosmarini constat, & emplastrum ex herbis, & quod icesū adpellatur, itēq; quod uocatur Thrasea. Quod uero cyzicenum emplastrum dicitur, si irini cerati æqualem sibi portionem assumat, & uniuerso pectori imponatur, humiditates consumit, & habitum corborat. Omnium autem conuenientissimum huic affectioni hocce est, inquit Archigenes. Emplastrū nigrum Archigenis. Cerę lib. i. resinę pinus sicca lib. i. iridis sesquilibram, bituminis lib. i. picis lib. i. æruginis ꝑ. i. myrrhæ sexuncem, thuris sexuncem, radicis cucumeris syluestris, centaureę, lapidis asii, styracis, cuiusq; sextantem, misyos crudi sesquiunciam, chalcitidis crudę sesquiunciam, salis ammoniaci ꝑ. i. galbani, terre cimoliz, terrę ampelictidis, cuiusq; ꝑ. i. olei lib. ii. aceti lib. i. aut ut ego soleo lib. ii. styracem cum modico oleo liquesfactum in mortarium probè contere, metallica uero cum aceto dissolue, herbas autem contunde, & cribro excute, liquefactis uero quę eliquari possunt, & percolatis, ac ab igne ablatis, contrita adice, atq; herbas insperge, omnibus autē simul unitis & emollitis utere . Hoc sanè multos oculos abcessus discutit,

& in

& in uaporem resoluit, alios autem aperit, quicumque autē iam rupti sunt, & fluidi tamen adhuc permanent, eos mirabiliter exiccat: eiusmodi enim pharmacia uix aliud præstantius reperiri possit . Conueniens est etiam prædictis affectionibus Amythaonis epithema, atq; eo adhuc magis Polyarchion, maxime tempore coarctationis locorum. Pectus uero cum urticis confricetur ac cædatur, ac scylla decorticata fricetur, deinde lauacro ac oleo calido loci rubefacti curentur: assidue autē lenioribus solutiuis alui emollire oportet, quale est, cnicic acetabula duo optime contusa, & cum sero lactis decocta, ita ut percolatum serū, & modico melle permixtum bibatur, utendū est etiā ex thymo, lafere, & pipere salis confectioibus, quibus addita est scammonia, aut etiam his quę fiunt ex rosmarino: Ego uero etiam herbę sabinaę optimū usum expertus sum, si per seipsam ꝑ. pondere trita sumatur, & sequenti die duarum drachmarum pondere, tertia trium . In aliquibus autem & quarta die usq; ad quartam drachmam pondus auxi. Quod si bene procedat purgatio, simulq; cruenta educat, nō est quem non melius spirantem in posterum reddat . Porro interiectis duobus aut tribus diebus, absinthium potandum exhibui, maxime si stomacho æger langueat, quod si non contingat stomachum languescieri, irim bibendam dedi, aut abrotonum, aut castorium ex aceto mulso . Mirū in modum autem efficax est, quod ex elaterio constat & octaobolon appellatur. Elaterii æreolos. ii. spumę nitri obolos. iii. sinapis drachm. i. hæc in aqua diluta in octo catapotia informo: maneq; duo, tantundemq; uesperis exhibeo. Purgat enim citra molestiam superne, aliquandiu quidē permanens & soluens. His uero qui robustiores sunt, post trium dierum spatium rursus exhibeo. Atqui quę ex colocynthide constat hiera nostra, hoc est, Archigenis, assidue præbita mitiorem spirandi

spirandi difficultatem correxit sapissime, atq; id breui
 & perfecte. Verū si magis in profundo hæserit, auxi
 liatur eū aceto mulso scillitico potata. Aliud, ad diffi
 culter spirantes, qui etiā asthmatici adpellantur. Arist
 lochiæ clematitidis, abrotoni, sulphuris uiui, feminis
 rutæ agrestis, cacuminum thymi, ammoniaci thymia
 matis, æquales partes cum aceto tritas in pastillos res
 dige, & ex eis obolos. iiii. exhibe cum aceto mulso ad
 triduū. Alia remedia asthmaticis commoda, ex Asele
 piade & Dioscoride. Aristolochia rotunda cum aqua
 bibita, anhelosis auxiliatur: item cetauræ maioris ras
 dix, & minoris succus: & stechas trita ac cum aqua po
 tata, & sphondylii semen, & calaminthæ montanæ co
 ma, & hyslopum, & iris, ac melanthium, & radícula, &
 uitis alba, item asellos, qui & millepedæ appellantur,
 sub aquario uase stabulantes, sextarii mensura in ficti
 le uas coniectos, ad carbones ignitos torrefacito, atq;
 ubi inalbuerint, terito, ac melle exceptos cocto, ante
 & post cibum duorū cochleariorū mensura delingen
 dos exhibeto. Aliud. Scillæ crudæ succum exprime, &
 cum eiusdem mensuræ melle permixtum ad prunas
 decoque, eiusq; cochlearia duo delingenda præbe an
 te & post cibum. Summe autē hoc prodest, euidentiq;
 eius rei periculum feci, inquit Archigenes. Aliud, Ar
 chigenis. Radicis centaureæ maioris drachm. vi. pes
 troselini drach. vi. ammoniaci thymiamatis drach. iiii.
 sulphuris uiui, bituminis, cardamomi, radicis panacis,
 feminis, urticæ, iridis Illyricæ, cuiusque drach. ii. thus
 ris, myrthæ, castorei, nitri, sagapeni, abrotoni, po
 lii, chamæpityos, saluæ, cuiusque drachm. i. piperis
 albi drachm. iiii. Hæc omnia trita cum melle miscen
 tur despumato, dantur ex hoc oboli. iiii. Etenim as
 sidue potatum hoc, quibuldam perfecte medetur, cis
 tra molestiam autem efficax existit, dato hoc cum hy
 dromelitis calidi cyathis. iiii. Aliud, quo etiam ego

utor

utor, ad multos usus commodum. Scillam fuluā ma
 num magnitudine sua implentem, fermento obdu
 ctam, in furnum conicio, ut quā optime assetur, de
 inde ubi mollissima facta fuerit, superficie eius exusta
 reiecta, reliquum optime contero, atque ei quantum
 trimembri sectione facta, duæ assatæ scillæ partes pō
 derant, tantum farinæ erui albi adicio: & ammoniaci
 thymiamatis 3. iiii. radicis panacis drach. iiii. iridis, &
 abrotoni, & acori, cuiusq; 3. ii. piperis grana. xx. hæc
 omnia simul trita & unita in orbiculos digero ponde
 re sesquiobolares: ex eis autem drachm. i. aut etiam
 obolos tres, aut duos, cum tribus cyathis lactis asinini
 recens multū, aut aquæ mulsæ exhibeo. Pueris uero
 tantum unum orbiculum præbeo. Aluum hæc mensu
 ra mouet: quod si hac amplius quiddam exhibeas, &
 urinam cies, & compactam ac instantem mali irrita
 tionē dissolues: etenim & comitiales sanat, & uulua
 strangulatam, & lumborum languidos dolores, & fe
 bres debiles ac per circuitum repetentes. Cum aceto
 menses ducit per crassitudinem suppressos, ad quos
 consequuntur uertigines, interceptiones uocis, con
 tractiones, dolores articularum, pigrities, & spirandi
 difficultas. Euestigio enim sanguinem euellit, & ab
 omnibus molestiis liberat: quare tenuitatē huius pho
 maci ne contemnas, sed abundantem uirium eius sus
 pellestilē, quasi per manus à maioribus traditam as
 sumas. Alia portio ad suspiriosos. Polii, abotoni, casto
 rei, chamæpityos, ammoniaci thymiamatis, æquales
 partes melle excipe, & fabæ magnitudine exhibe. Qui
 dā spumæ nitri albi cochleare, in aquæ mulsæ cyathis
 tribus exhibuerunt. Aut hoc modo. Spumæ nitri
 drach. ix. piperis drach. i. laseris drachmam unam, da
 cochleare cum aqua calida. Alia. Castorei drach.
 viii. ammoniaci thymiamatis drac. viii. piperis grana.
 xl. excipe passo, & fabæ magnitudine præbe in aqua
 mulla.

mulsa. Alia. Abrotoni drach.ii. radicis bryoniae drach.
 viii.rutae hortensis drachm.viii. castorei drachmas qua-
 tuor,artemisiae drachmas quatuor,epithymi drach.iiii.
 dantur ex ea scrupulos unus & dimidius cum aceti mulo
 si cyatho.i. Alia. Iridis drach.viii.ammoniaci thymia-
 matis drachmas quatuor,datur drach.i.cum hydrome-
 litis cyathis tribus. Alia.Herbae sabinae,his qui integra
 aetate consistunt,scrupulos.vi.aliis uero scrupulos. iii.
 butyri scrupulos xii.mellis sextantem. Praebe delin-
 gendam ad dies.iii. & intermissione per triduum fas-
 ta rursus praebe. Pastillus doloris leuamentum or-
 thopnoicis & aegre spirantibus praebens. Opii drac.i.
 sulphuris uiui,plantaginis,seminis hyoscyami,succi ra-
 dicis dulcis,styracis,myrrhae,thuris, terebinthinae, cu-
 iusq; drac.ii.croci drach.i.cum uino maris experte co-
 tere,ac in pastillos trium scrupulorum digere,quos bi-
 bendos exhibe.Porro si radicis dulcis succus non ad-
 sit,ipsam radicem fractam ac tusam satis diu decoquit
 to,atque hoc totum cum decocto eius committito.
 Alius.Andromachi,ad idem. Scillae assatae,sulphuris
 uiui,bituminis,aequales partes,melanthii drach.ii.ca-
 storei drachm.ii.anisi obol.iiii. cum aqua pastillos in
 forma trium aut quatuor scrupulorum: exhibe ante
 somnum,cum aquae calidae cyathis duobus. Cata-
 potium, suspiriosis dolorem leuans. Rutae uiridis
 sextantem,styracis sextantem,terebinthinae sextantem,
 opii drachm.iiii.ex his catapotia siliquae pondere sin-
 gula informa,tritaq; ante somnum exhibe deuoranda,
 a sumptione autem ebibant aquae calidae cyathos
 duos. Remedium pulchrum Philagrii, ad anhe-
 losos. Radicum symphyti in petris nascentis,radi-
 cis centaureae maioris,iridis illyricae,singulorum sex-
 tantem: aquae sextarium unum,radices fractas per bi-
 duum in aqua macerato, deinde ad tertias decoquito,
 & percolato, & tantundem mellis decocto adiciito,
 rursusq;

rursusq; donec cogatur decoquito: deinde rhei poti-
 ci contusi ac cribrati $\frac{3}{4}$.i. inspergito ac unito. Exhibe
 circa primam horam diei cochlearia duo. Quod si non
 adsit rheon,centaureae maioris radicem contusam & cri-
 bratam unciae pondere iniice,aut eodem modo radi-
 cem symphyti.Hocce pharmacum pulmone & thora-
 ci firmitatem & robur praebet,simulq; humores ad eum
 delatos repurgat,deficcet,& expellit. Aliud,ad ortho-
 pnoicos.Boli armeniae drac.i.cum uino diluto biben-
 dam praebe. Ad tusses autem inde sequentes antidotum,
 Isotheum appellatam, paulo ante inter tussis reme-
 dia descriptam, exhibe ante somnum nucis auel-
 lanae magnitudine cum aqua mulsa. Absidiuus enim
 huius antidoti usus in totum ab hac affectione liberat,
 etiam si fuerit inueterata: confidenter itaq; ea utaris.
 Quod si non adsit,praxoniae antidotum praebe: quae ip-
 sa quoque si haberi non possit,eam quae zopyrios ap-
 pellatur,quarum descriptiones in sermone De colicis
 habentur. Suffusiones etiam ei sunt commodissimae: de
 his in tertio sermone plenissime dictum est,& paulo
 ante inter remedia tussis.In earum autem usu undiqua-
 que stragulis contegantur,atq; ore sedulo hiantes sus-
 mum fortiter admittant:mucus enim & lachrymae mul-
 te sputumq; ubertim ducuntur,& per uehementem tussis
 sim pituita uiscosa ex profundo effertur. Verum quod
 latere te nolum,antequam ad eiusmodi rerum ac lacina-
 tionum adhibitionem perueneris uentrem subducere
 oportet,uel per clysterem, uel pharmacum solutiuum.
 Profunt etiam suspiriosis fricationes pectoris, ex pu-
 mice cum nitro,fece uini usta,cum flore iunci odorati.Cu-
 ius generis & hoc est,Auripigmenti,pumicis,spumae
 nitri cuiusque unc.i.alcyonii sextantem. haec contusa
 & cribrata cum unguento aliquo calorifico commi-
 sceto,pectusq; & dorsum donec ignescant conficca-
 to.ex frequenti enim huiusmodi perfriktionis adhibi-

rione spirandi difficultatem & tulsim : omnemq; pu-
 rulentam pectoris affectionem propulsabis . Cæterū
 inueterato malo , & medicina omni frustra adhibita,
 ad uestionem confugiendum erit: itaq; iuxta medium
 commissuræ clauicularum, utrinq; una crusta inuratur,
 cum cautione tamen admotis manibus, & distēta cu-
 te, ne aspera arteria oblædatur. Deinde aliæ duæ par-
 uæ iuxta carotidas colli arterias insfigendæ paululum
 sub mento utrinque una, incumbētis cutis tātum per-
 uestione facta . Insfigendæ autem adhuc aliæ duæ sub
 mammillas, inter tertiam ac quartam costā: rursūq;
 aliæ duæ retrorsum uertis inter quintam ac sextam
 costas. In medio etiam pectore unā inurere oportet:
 & iuxta principium ossis pectoris (quod a capitis gla-
 dii similitudine Xiphoides Græcis appellatur) supra
 os ipsius uentris, unam simili modo . Et adhuc alias
 duas inter octauam & nonam costam : utrinq; unam.
 Tres etiam retro inurendæ sunt crustæ, una iuxta me-
 dium dorſi, reliquæ duæ ab utraq; uertebRARUM parte,
 paululum infra mediam crustam . Omnes autem infra
 collum inuistas, mediocriter latas esse conuenit, neque
 ualde in superficie consistentes, neq; rursus nimii pro-
 fundas. Ulcera autem crustarum satis multo tempore
 fluida permittere oportet.

De cordis tremoribus , ex Galeno. Cap. LVIII.

Cordis tremor siue palpitatio, multis tū adulescen-
 tibus, tum senibus inculpate sanis accidisse uisus est .
 Dolēt autem caput ita affecti, citra aliquam alterā ex-
 ternam causam: atq; omnes hi ex uenæ incisione opē
 senserunt: aliqui etiam ex eis in totum ab hac accessio-
 ne sunt liberati per extenuatoriā diætā & pharma-
 ca consimilia, post uenæ incisionem adhibita . Noui
 autem & ego quendā, qui singulis annis, ueris tempo-
 re, tremoris accessione afficiebatur . Hunc ubi exper-
 tus essem per triennii ex uenę sectione iuuari: in quar-
 to per

to per uenæ sectionē euasit, anteq̄ hoc malo apprehē-
 deretur : atq; hoc modo pluribus deinceps is agebat
 annis, consentanea simul utēs diætā: ueruntamen & is
 quoq; ante senectutē fato functus est, quē admodū alii
 omnes. Aliqui quidem in febribus acutis comprehen-
 sim animo destituti, similiter mortui sunt : aliqui uero
 etiam citra animi deliquium, stuporis attoniti modo
 affecti, repente uitam cum morte commutarunt. Plu-
 res autem hac affectione laborantes ad ætatem perue-
 nerunt, minorem quidem annis quinquaginta , qua-
 dragessimū tamen ætatis annum exceſſerunt.

De sanguinis reiectione, ex Galeno.

Cap.

L I X .

Sanguis qui ex pectore & pulmone, aut aspera arte-
 ria educitur, omnino cū tulsu reicitur. Si uero ex locis
 circa fauces, aut gurgulionem sanguis feratur, per ex-
 creationes excernitur. Si uero ex aliquo loco oris aut
 gingiuarum, simpliciter expuitur. Aliquando autem à
 capite aut partibus gurgulionis delatus sanguis, ad
 asperæ arteriæ extremū incidit, & tulsim commouet,
 imaginationēq; facit uelut ex pectore educatur. Itaq;
 si quis pluribus ex ordine diebus sanguinē excreat &
 emungat, neq; capitis dolore, aut grauitate aliqua que
 etiam nū adſit, antegressis, neq; plaga isthic illata: confi-
 derare oportet diligenter omnem narium meatū, atq;
 etiam oris locū illū ubi nares ad palatum sunt perfor-
 rata. Contingit enim aliquando hæc accessio, hirudi-
 ne ad locū hunc affixa. Cæterum aliqui per uomitum
 citra tulsim sanguinē ex uentre reieſtant, aut ex uenis
 adiacētibus in ipsum delatū, aut hirundine deuorata.
 Verū sanguis uenarum ex hepate aut splene in uētrē
 delatus grumofus est, nigerq; euomitur: q; uero ex hi-
 rudinis præſentia procedit, tenuis est, & sanioſus, siue
 ex uentre, siue ex naribus, siue ex stomacho profera-
 tur. Atqui & localis dolor qui concomitatur, affectam

particulam ostendet. Si enim ex stomachoeductio fiet, non magna sanguinis eruptio continget: graciles enim sunt stomachi uenæ. Sed & cum nausea ac uomitū sanguis effertur, & in deglutiendo mordacitas percipietur: maxime si adstringētia, aut acria deglutiātur: si uero ex uentre educatur, nausea plurimæ comitantur & uomitus, & si à cibo sumptoeductio contingat, sanguis cibus permixtus effertur. aliquando etiam pituita ac bilis simul euomentur. Si uero ex hepate & splene sanguis in uentrē deferatur, aderit tumor. Si uero ex pectore & pulmone, aut aspera arteria sanguis expuatur, impossibile est eum citra tulsim per sputū reici. Fit autem sanguiniseductio ex pectore, aut ob uenæ rupturam, aut oris uenarum apertionem, aut ob corrosionem. Venarum itaq; pulmonis rupturæ cognoscuntur ex eo, quod post aliquam præcedentem causam manifestam, statim sanguiniseductio cōsequitur. Præcedentem autem causam dico, delapsionem ex alto, aut si grauius aliquod corpus pectori incidit. Aliquibus autem ob clamorem magnum quomodo docunq; editum uasis uenarum rupturam accidit: & citra manifestam externam causam copia sanguinis cū crudo ac flatuoso spiritu, distendens pulmonis uasa, rupturam efficit. Cæterum ob sanguinis multitudinē factæ rupturæ cognitionem exhibet sanguinis effusio repente & coaceruatam facta. Magna enim pulmonis uasa existunt, ac arteriarum speciem habentia: sanguis autem in eis tenuis & calidus est, perq; saltum spiritus ui ac impetu excernitur. De uenarum apertione. Venarū autem ora aperiūtur, siquidem dispositiones præcesserint calidæ: ueluti si calidis balneis plurimis usus sit homo, habitetq; in calida regione, consimili existente maxime anni tempore, cibus quoq; & potio nibus calidis utatur. Etenim multitudo sanguinis calida existēs, uenarū pulmonis incumbentū ora aperit & dilatat,

dilatat, atq; hoc modo coaceruata effusio contingit. De uenarum corrosione. Quibus uero ex corrosione uenarum pulmonis sanguinis euacuatio cōtingit, his per interualla modica sigillatim cum tussi expuitur. Ipsa autem uasorum corrosio ex acribus cōtingit humoribus, siue à capite in pulmonem delabentibus, seu in ipso pulmone generatis. Possibile est etiā propter corrosionem, coaceruatam sanguinis eductionem cū tussi fieri. Quum enim præcedenti tempore per modica interualla sigillatim, ut dictum est, & cum tussi sanguinem expuerit quispiam: & post sequētibus diebus neque calus, neq; alia quædam externa uiolenta causa acciderit, & tamen sanguinis eruptio multa prodierit, magnam corrosionem factam esse ostendit. Multi autem hoc modo affecti particulas pulmonis simul cum sanguine extulerunt, aut tectoria ulceribus obducta. Impossibile itaq; est latere eductionem propter corrosionem uenarum factam. Quare diligentem animaduersionem habere conuenit, num'ne spumosis sit sanguis: nam & hoc firmissimum signum eductionis ex pulmone existit: deinde num'ne bronchii particula quædā, aut tunicalæ arteriæ seu uenæ simul effertur. Horum enim nihil apparet in his, qui ex succingente thoracem membrana sanguinem spuendo educūt. Maximum etiam signum elationis ex pulmone est, si omnino citra dolorem effertur. De eductione sanguinis ex aliis pectoris partibus. Sanguis autem qui ex aliis pectoris partibus educitur, nigrior est, & iam in grumos coactus, cū tussi etiam & dolore reicitur particulæ affectæ, ac foetidum odorem de se præbet: aliquando & pure ammixto effertur. Verum hoc signum commune est. Si uero iuxta asperam arteriam ulceratio fiat, paucissimus sanguis expuitur, paucissimo omnino pure permixtus, doloris autem sensum iuxta exulceratam arteriæ partem æger perceptat.

De sanguinis à capite eductione. Si uero à capite sanguis deferatur, siquidem plurimus sit, plurima adest capitis grauitas aut dolor: si paucus, pauca aurium sonitus iuxta proportionem affectionis, rubor faciei: uenæ frontis emicant, & uertigines accedunt. causa autem ista præcedens manifesta est, nimirum plaga, aut frigiditas, aut calor, aut ebrietas. Vini enim potatio largam cumulatim caput replet, & cumulatim etiam ex rupto uenæ uase effundit. In parua autem ebrietate, modicum cum adest sanguinis sputum, & consueta fieri per nares sanguinis excreatio cohibetur: aliquando etiã ad palatū conuersa, imaginationē exhibet, ueluti ex pectore sanguis ipse educatur. Si itaq; à capite sanguis deferatur, irritatio palati accidit, & frequens excreatio, atque hoc modo expuunt: irritantur enim ad tussim, & tamen non ualde tussunt. Si autem à palato ad asperam arteriam destillat, tum tussunt, & quod delapsum est educunt: & ob id quidam decepti, ex pectore eductionem fieri autumant. Desluit autem aliquando à capite per gulam seu stomachum in uentrem, uomituq; reicitur, atque ob id putatur à stomacho prodire. Habet autem & suam figuram sanguis à capite delapsus. Est enim nõ adeo crassus, colore nigro, leuis, æqualis, imo mixtus, altero uidelicet aliquo, pure uel pituita, & cū excreatione statim se in linguam infert rotundus, facileq; reicitur per sputum. Si uero palatum consideraeris, densius atq; uelut exulceratum ipsam inuenies, & ut plurimum sanguinolentum, propter destillantem ad ipsum à capite sanguinem. Curatio autem his qui sanguinem à capite educunt, sufficit simplicior & exigua. Adstringentia enim per collutiones palato adhibita frigidam sufficiunt: nam à calidis & rarefacientibus collutionibus plus sanguinis erumpit, quare signum id est adeo à capite prodeuntis eductionis. Si itaque à capite feratur, multumq; sit quod deferatur, euacuatione

opus

opus erit. Quare citius per nares, aut per uenę alicuius incisionem euacuare oportet, ne per negligentiam consuetudo fiat sanguini in hos locos delabendi.

Curatio eorum qui ob destillationem sanguinem expuunt. Cap. LX

Qui ob destillationem sanguinem expuunt, his uel nam incidere oportet statim in principio, acri simul clystere adhibito & euacuata aluo: deinde confrictis quam plurimum manibus, brachiisq; ac cruribus per pharmacum calefactoriũ ac extenuatorium, extremarum partes colligetur: postea uero capiti raso pharmacum ex stercore syluestrium columbarum impone, & post horarum trium interstitium in balneum deducito, citraq; capitis cum pinguedine contactum lauato: post uero capite mediocri pileo contesto, sorbitione multa ex solis austeris pomis connutrito: deinde dormire uolenti, theriacen Andromachi ex uiperis recēs adparatam exhibeto. Sequenti autem die omnibus corporis partibus, capite tactũ excepto, confrictis in quiete adleruato, rursusq; in uesperam theriacen exhibeto. Quod si ex his destillatio sistatur, tertia die mane mel parum costum præbeto, quiescereq; finito, ac totum corpus defricato. In cibo exhibe ptisanã succũ, modicumq; panem madefactũ. Quarta autem die mane post acceptum ex uiperis pharmacum, rursus plurimum mellis præbeto, capiti simul pharmaco ex stercore columbino imposito. Deinde lotis & mediocriter nutritis, quinta die ea quę humores qui in pulmonem defluerunt, uehementer repurgare queant exhibeto. Post uero per interualla ad caput cerato ex thapsia apparato utaris. Vniuersam autem curationem renoutriendo ac refocillando corpori destinã impendito.

De his qui ob frigiditatem organorum respirationis sanguinem expuunt, ex Galieno. Cap. LXI.

Qui uero ob frigiditatem membrorum respiratio-
nis,ruptis pulmonis uenis,sanguinem expuñt, his eue
stigio uenam secare conuenit ,secundaria facta detra-
ctione eadē die,& postridie similiter,uidelicet ut pau-
latim euacuationem faciamus, & ut ad contrarium di-
uersio fiat,quā antispasim Græci appellant.Eius enim
gratia uenæ sectio adhibetur.Deinde fricatione extre-
marum partium,& ut dictum est,ligatione facta,in ues-
peram ex seminibus pastillum exhibeto.Sequenti ue-
ro die post repetitam sanguinis detractionē ,uniuerso
pectori ceratum ex thapsia imposito: quod in uesperam
rursus ne ulterius quam conuenit calefaciat detra-
hito,atq; iterum pastillos ex feminibus dato . Tertia
autem die ex thapsia ceratū ad horas circiter tres rur-
sus imposito,hominemq; lauato.Cibum autem præ-
be primis diebus sorbitionē , tertia autem ad succum
pitisanæ,pisces qui facile concoquantur probeq; con-
diti sunt adde:ante somnum etiam rursus pastillum ex
feminibus exhibe.Nam & somnum conciliat,& dolo-
res leuat , & exiccat.Inflammatione autem ruptarum
uenarum sedata,& particulis ad bonā temperiem res-
dactis,ea quæ thoracem repurgant præbe,adhibito si-
mul usu theriaces ex uiperis apparatus.Deinde etiam
lactis potu , aliisq; cibis utaris . Hoc modo sanē eos-
qui se mox eodem die medicandos exhibent,poteris
curare , nō tamen similiter qui post duos aut tres ob-
ueniunt dies.Aliqui enim eorum immedicabile ulcus
habent,maxime qui per uitiosos humores erosionem
sunt passī . Q uorum aliquibus sputum ipsum saluigi-
nes aut muriæ saporem exhibere referunt.

Curatio eorum qui iuxta alium quemcunque
tandem modum ex pulmone sanguinem
reieciunt. Cap. L X I I .

Difficiliorem autem curam ulcera in pulmone con-
sistentia habēt:conari itaq; oportet , quemadmodum
nos

nos fecimus,ita ut ægro precipiamus,ne respiret ual-
de,& ut sileat semper . Incidere autem statim uenam
oportet in cubito internam , ac sanguinis detractionē
reiterare,bis,aut etiam ter,paulatim, gratia diuertēdi.
Nō enim euacuatione indigent tales , nimirum ab as-
fectione ipsa euacuati . Quapropter etiam fricationi-
bus utantur,aut etiam totius corporis membrorum
cum latis linteolis constrictione . Posteaquam uero
hec exacta fuerint,primum quidem poscam dilutam
& tepidam bibendam exhibere cōuenit:ut si quis san-
guinis grumus in uiscere hereat,inde dissolutus eiicia-
tur, neque quicquam obstat , bis & ter in tribus horis
hanc potionem iterare . Post hæc autē pharmaca in-
ductoria & obstruendi meatus uim habentia , simulq;
adstringentia exhibeantur,aut ex posca diluta in pri-
ma sanē die,aut ex decocto malorum , aut baccarum
myrti,aut alterius cuiusdam adstringentis . In uesperā
uero rursus exhibendum est pharmacum: abstineatq;
æger ab omni cibo,si uirium robur adsit:sin minus,sa-
tis erit sorbitionem præbere . Optimum autem est &
secunda die rursus parum sanguinis detrahere ex ea-
dem quæ prius incisa est cubiti uena,si modo uires ad
id tolerandum sufficient. Cibis etiam & pharmacis si-
militer utendum usq; ad diem quartum,pectore in or-
bem madefacto,ætate quidem ex uino, oleoq; meli-
no & rosaceo,hyeme uero ex unguento nardino . Si
uero emplastris uti uelis , optimum pharmacum nos-
trum Barbarum appellatum habebis . Cōducunt etiā
reliqua ex bitumine,aceto & pice apparatus , & maxi-
me quod ex salicibus,& quod ex loliiis constat.Maxi-
mū enim hoc est,cui diligenter attendere animū opor-
tet , ac mox facta uasorū ruptura inde remedium os-
ferre incipere,quo cruentum adhuc uulnus cōcrescat,
prius quā inflammatio apprehendat: etenim si inflam-
matio præuenerit, parū spei est ad huiusmodi uulne-

ris conglutinationem, quippe quæ se in multum tempus extendit. Eluere enim oportet, tum pus, tum serosum sanguinem ipsius ulceris postea quam inflammatio fuerit soluta: reliquam autem curam, quemadmodum ad tabidos fieri solet, ordinare. Ex Archigene. Porro si à stomacho aut uentre sanguinis reiectiones cum uomitu procedant, uena incidenda est in cubito superior, humeralis appellata, etiam si ex hepate in ipsum uentrem deferatur. Si uero à splene sanguis feratur, quod ex tumore circa splenem confidente cognoscitur, incisa uena quæ inter paruum & anularem digitum in sinistra manu est, probe ac proprie auxiliaberis. Ceterum & cibos & potus magis adstringentes dare conuenit his, qui ex uentre per uomitum, citra tulsim sanguinem reiectionem, non tamen uehementer & actu frigidus: Ex uehementi enim frigiditate plagæ inferuntur: Quare suffecerit, si non calidi existant, neque nimiam humectationem inferant: fontana igitur aqua, non ualde frigida, neque multa, in potu exhibeatur: Et cibi pauci similiter mediocriter frigidi, ac naturæ quoque adstringentis.

Communes methodi exhibendorum auxiliorum,
in singulis reiectionis sanguinis speciebus
post sanguinis inhibitionem.

Cap. LXIII.

Ex Galeno. Primum periculum in reiectione sanguinis, est ne ultra modum eius euacuatio fiat. Curatio autem post eius cohibitionem eiusmodi existit. Reiectionis quidem sanguinis quæ ob apertionem fit uenarum, per obturationem occlusionemque dilatati oris ipsius uenæ curatur: quæ uero ob uenæ rupturam fit, per conglutinationem sanatur: quæ ob corrosionem, per renutritionem, & ea quæ carne implent corrosa. Obturatur quidem dilatatum & apertum os uenæ ab adstringentibus. Conglutinatur autem rupta uena ab insidens, & quæcumque in compositione eis ammixta citra mordacitatem

dacitatem desiccant, ac glutinosum quiddam in se complectuntur, uelut est lemnia terra, & quæ samius aster appellatur, & his similia. Renutritur autem corrosum à cibis boni succi, & pharmacis carne explentibus, siue sarcoticis à græcis appellatis. Conueniunt igitur ad stringentia eis qui non tulsunt, qui corpus boni succi habent, & qui ob apertionem oris uenarum, aut rupturam sanguinem reiectionem. Adstringit autem optime acetum, & portulaca comesta: succus autem eius bibitus efficacior existit: plantaginis succus cyathis tribus, aut sanguinariæ succus eodem modo: Succus uinæ acerbe in sole probe desiccatus drach. i. rhois aut galleg decoctum cyathi mensura, cortex glandis maxime castaneæ drach. i. radices rubi decoctum mensura cyathorum trium, mora rubi, & flos balaustiorum drach. i. acacia & hypocisthis eodem modo. Vinacea cochlearii mensura, similiter lapathi acuti semen. Efficacius autem operatur radices althææ decoctum, radices symphyti decoctum, atque ipsa quoque sicca trita potui inspersa, centaureæ radices drachmæ duæ, quas febricitantibus cum aqua, febre carentibus cum uino exhibebis: lapidis hæmatitæ drach. i. cum mali punici succo, aut corallii lapidis eodem modo, radix equiseti. Mora ualde cruda & immatura. Forinsecus autem pectori irritatio adhibenda ex uino adstringente cum oleo rosaceo aut myrteo. Si uero multa sanguinis eruptio fiat, maxime in æstate, & citra tulsim eius reiectiones contingant, neque debilis sit æger, sed robustus & carnosus: Acetum pro uino adhibere dum est, non in sordidis amplius lanis, sed spongiis exceptum, fasciâque lata æger conuinciendus. Aliquando autem acaciam, aloen, aut omphacium aceto permiscere conuenit, & cutem ex oleo myrteo præillinare, ne mordacitas ex irrigatione succedat, aut etiam Emplastrum Barbarum, aut ex salicibus, aut aliud simile impone. Quod si æger ferre nequeat

queat ex irrigatione prouenientem iniucūditatem & molestiam, neq; toleret item emplastrorum incōmoditatem, huiusmodi cataplasma est admouendum: ex palmis uidelicet & acacia, alumine: malicorio in puluerem redacto, symphyto, polenta aut lentium farina apparatus. Si uero neq; cataplasmatum gratitatē ferre queat, neq; caleferi sustineat, illitionibus utendum. Loti itaq; aut mespili corticem, & rhoem culinarium, paucaq; rhāni, aut sanguinarię folia in aceto decoquito: deinde in eo decocto aloes succum, aut acacię, aut omphacii, paucumq; gummi diluito, & pectus ac dorsum ex eo illimito: atq; ubi exiccatum fuerit rursus in unguento, quo crassitudinem accipiat illitio seu unguentum, & ne denudati frigore circumueniatur. Illa uero hora qua arefcit illitum, ab ægro multus aer est arcendus. Quod si inflammationes succedentes febres inferant, solent enim uehementer acutę irruere & periculosę, aliquādo etiam lenes, & obtusę, quum uidelicet in tabe sunt transitura: tū omnis ueluti in febribus est ordinanda dięta: non tamen aceruatum, sed quiete & paulatim: ut ne rursus rumpantur conglutinata, abstinentium a uino & sorbitionibus, ammiscenda quę leniter adstringūt, uelut sunt palmę, & similia. Cataplasmate utendū pane calido, deinde semine lini. Vbi uero perseveret malum, omnia ut ad tabidos facienda. Exiccatoriā porro citra mordacitatē uim obtinet succus ocymi, qui si aceto cōmiscetur, cōuenientior fiet, & est quoq; nobis in usu familiaris, citraq; formidinē eū porrexeris. Adstringit autē, & desiccet simul, rheon ponticū. Assumere autē oportet hanc ipsam ponticā radicē ad recentes ac inueteratas sanguinis reiectiones, & ad pectoris fluxiones, in principio quidē ex posca decoctam. Si uero per circuitus redierit reiectatio, omnino parū quiddam bibendum præbe cum aqua. Quum uero asperitas, & tussis molestiam intulerint,

passo

passo cretico decoctam, deinde contritam præbe. Magis autem desiccet arefacta in potum inspersa. Exiccet etiam citra mordacitatem, samius aster, & minium sinopicū: & terra lemnia bis in die data drachmę ponderē ex aqua. Citra mordacitatem etiam & præclare omnino desiccet bolus armeniacus, ut nihil eo hac parte præstet: eius itaq; drachmam unā exhibere potest cum aqua confidenter. Exiccet etiam coagulum hœdi, cerui uero magis inspissat. Quod si stomachus æger sit, semel exhibe quod adstringit, & semel quod desiccet. Aliquando autem mane adstrictoriū damus, circa sextam autem horam desiccatoriū: in uesperā uero quod inspissat. Quādo uero inspissantibus opus fuerit, amyli detur, & gummi, ac tragacāthus, quodlibet per se, atq; etiam inuicem permixta. Simplicia ad sanguinē reiicientes pharmaca. Huius generis, inspissantium uidelicet, est & gluten piscium, & symphitum manducatum ac deuoratum. Cibos etiam eiudem cū prædictis pharmacis facultatis exhibere oportet, tum his qui propter apertione uenariū, tum qui ex stomacho sanguinem reiiciunt: nimirū adstringentes, uelut est halica ex posca, aut micę panis eodem modo, aut oriza, oua mollia, rhoem culinarium tenuissime tritū infarctum habentia, plantago cocta, intubum, lens cū prædictis condita, aut lapathum acutum: in quibus uero inspissante materia magis opus est: lac coctum refrigeratur, daturq; tum ob corrosione, tum à stomacho sanguinē educentibus. Hi enim adstringente materia, & carnis expletionē opus habent: aliquando autē lacti cocto amylium infarcitur, ac modicū omnino coaguli. Cauere enim oportet immodicū eius usum, neq; statim post eius admixtionem lac ipsum exhibere, sed post aliquantulam dilationem: ualde enim in uentre concretum mortem inferre consueuit. Conducit etiā palmas cum halica decoquere, aut cum simila

gine. Inspissant autē simulq; adstringunt oua crassiora rhoe infarcta, maxime si sunt assata, lens cum prisana decocta, milium coctum. Fugiēda autem in omnibus uehementer adstringentia, & excellenter inspissantia. Eligēda uero simpliciora & minus molesta ex uniuerso genere eorum quæ sunt prædicta. De cōpositis ad sanguinem reiciētēs pharmacis, Galeni. Iuxta primā quidem rationem ex adstringentibus & desiccantibus ac inspissantibus pharmaca cōponuntur ad curationē reiectionis sanguinis conueniētia. Quom uero adstringentia, & tenacia ac desiccantia, uias præcludant, & difficulter per corpora digerantur, ui quadam opus habent præparante ac aperiente eis uias ipsas: & ob hoc ipsum calida & tenuium partiū eiusmodi pharmacis miscentur, quæ iuxta omnem ipsorum considerationē contraria sunt sanguinis sistendæ reiectioni. Miscentur etiam eis stuporem inducentia, quo profundiorē somnum inducant: quæ sanè commodissima sunt his qui à tussē lancinantur omnibus, maxime tamen qui simul sanguinem reiectāt. Hi igitur scopi sunt compositionis pharmacorum ad sanguinis reiectionē conuenientium: quæ uero per experientiam cognita sunt à priscais medicis composita pharmaca, deinceps dicentur. Potio hæmoptoicis commoda. Lapidis corallii, terræ famiæ quæ aster appellatur, succini, mastiches, cuiuscq; drac. vi. amyli, thuris, gummis, cuiuscq; drachm. quatuor. Exhibe cochlearium unum siccum cum posca, aut cum aliqua prædictarum decoctionum. Alia potio. Terræ famiæ, asteris, lapidis agerati, terræ lemniciæ, æquales omnium partes accipe, & ex eis cochlearium unum præbe cum cyathis duobus decoctionis plantaginis. Alia. Terræ lemniciæ drachmas xvi. terræ asteris drachm. viii. sarcocollæ drachm. quatuor, gummis drachm. ii. præbe cochlearium cum decocti palmarum cyathis duobus. Sit autem decoctum

etiam ipsum crassum. Alia Andromachi. Corallii torrefacti drach. i. thuris obol. iiii. acaciæ drac. i. balastiorum obolos. v. gummis obol. ii. candidum ouorū duorum. Huius quartam partem cum aqua cyatho uno & dimidio exhibe. Alia, Asclepiadæ. Radicis sanguinarie manipulum, radicis symphyti tantundem, rhois rubri acetabulum, aqua sextarios tres: decoque ad tertias, & expressi ac percolati liquoris cyathum unum præbe, & ad singulas exhibitiones gummis tristi drach. i. conice. Alia, ualde præstans, cui testimonium præbeo. Thuris, terræ asteris, cuiusque drachm. octo, croci drach. i. amyli drach. i. succi plantaginis sicci drachm. i. contusorum & cribratorum cochleare unum dato cum posca. Alia, per experientiam. Corallii drachmas octo, thuris drachmas octo, dato cochlearium cum uino myrtitæ diluto. Eadem etiam ad fluxum muliebrem efficax est. Pastillus ex electro. Præclare facit ad hæmoptoicis undecunq; sanguis efferatur, ad tussim ueterem & recentem, tabidos, cruenta reiectantes, suppurationem pectoris, tormina intestinorum, uesicæ fluxiones, & ad inflatos: est etiam aurium affectionibus commodus. Psyllii drachmas quadragintaquinque, ramentorum electri, iridis, mastiches, croci, cuiusque drachmas quatuor, opii drachmas quindecim. Psyllium in aqua calidæ sextarios tres coniectum, parumper macerato: atque ubi uiscosum ac lubricum factum fuerit, liquorem inde exprimito, eoq; præscripta diluito terito, ac pastillos informato. Ex his obolos tres cubitum ituris exhibeto. Pastillus Dosithei, ualde celebris. Virgultorum rubi sextantem, radicis symphyti, fructus spinæ ægyptiæ, succi hypocistidis, lycii, opii, thuris, rhei pontici, terræ asteris, singulorum sextantem, rhois cylindricali quadrantem, rosarum siccarum drachmas. iiii. baccarum myrti quincuncem, croci, terræ lemniciæ, corticis

ticis qui macer appellatur, cuiusq; drachmas duas. Excipe succo plantaginis, aut uino scybelite, & informa pastillos. Eos cum decocto symphyti aut sanguinaræ exhibeto. Alius pastillus, ex cuius usu magnam nominis famam sum adeptus. Terræ asteris quadrantē, amyli recentis quincuncem, tragacanthi sesquiunciam, gūmis quadrantem, glutinis piscium unciam unam, aceti quantum suffecerit. Gluten more eorum qui arcus faciunt dissoluito, per triduum in sufficienti aceto maceratum, quarta deinde die exemptis ex eo pelliculis res purgatum paulatim tolle, & in mortario cum pistillo contunde, & quam diligentissime dissolue, aut super calidum cinerem pone. Difficulus enim solubile existit. Vbi uero solutum fuerit, rursus in ære, aut ferro, aut ut dicitur est, cinere calido cum aceto decoque, & sufficienti tempore assidue agita, ut quam crassissimum fiat, deinde in mortarium coniectum satis diu utere. Atq; unum quodq; prædictorum per se contusum ac cribratum in promptu habes, maxime tamen tragacanthum, in mortarium ad dissolutum gluten insperge, omniaq; diligenter unita uitreis lancibus solidis excipe, & exicca, pastillosq; informa mediocres. Durant aut aliquodiu donec formentur. Eos cum posca exhibe, & utere ualde confidenter. Pastillus ex Corallio, qui nunc celebris, & in usu apud omnes empiricos existit. Terræ asteris, balauftiorum, corallii, succi hypocistidis, acaciæ, myrrhæ, rhei pontici, dauci, omphacii, tragacanthi, cuiusq; unciam unam, thuris sextantem, opii 3. iiii. amyli scrup. vi. aluminis scissi scrup. xii. terræ lemnæ scrup. vi. rhois rubri quadrantem, radiceis dulcis sexuncem, symphyti radiceis trientem, gūmis scrupul. xviii. croci scrupul. vi. fructus spinæ ægyptiæ drach. iiii. Digere in pastillos cum succo plantaginis, aut uino austero uetere, & exhibe ante somnum obol. iiii. cum posca. Facit etiam ad tormina intestinorum. Pastillus ex Ægyptia spina, quo

quo plurimum utor. Pharmacum Clidion appellatum, quod prospere omnibus sanguinem reicientibus conducit: itemq; colicis, intestinorum torminibus, & stomachi fluxionibus. Cytinorum, fructus spinæ ægyptiæ, balauftiorum, acaciæ, succi hypocistidis, singulorum drachmas sex, lycii, rhei pontici, opii, cuiusq; drachmas quatuor, myrrhæ drachmas tres. Contusa & cribrata diligenter baccharum myrti, aut rosarum decocto excipito: aut uino myrtite, & in pastillos redigito, & iuxta cuiusq; uires cum rosarum, aut baccharum myrti, aut pampinorum uitis, aut palmarum decocto exhibeto, aut cum frigida aqua. Quod si lycio non abundes, hoc modo apparare potes. Rhus, quæ colorum tinctorum utuntur in quadrupla aquæ portione ad triduum maceratur, uirga frequenter agitata: quarta autem die decoquitur usq; quo aqua ipsa rhois comam exæquet. Et tunc quidem thus expressa abicitur: aqua uero percolata, donec in mellis spissitudinem cogatur decoquitur, atque ita pharmacis adiicitur. Quum uero bibendum præbes hoc prædictum pharmacum, spōgias posca madesctas stomacho aut pectori impone: atq; ubi restiterit sanguis, pectus aut locos fluxione laborantes ex omphacio in aceto diluto & aliquantulum tepesfacto inunge. Conuenit etiam sanguinem reicientibus pastillus Philippi, qui in tractatu De intestinorum torminibus describetur. Potio ad sanguinē reiectantes. Succu saluæ cyathos. ii. mellis unciam unam, exhibe ieiunis in potu, & euestigio sanguinem fistes. Quæ grumos sanguinis concretos dissoluant. Sanguinem in grumos concretum lixiuium ex cinere fici, & uitis, & quercinum dissoluit, similiter etiam thymus & satureia, cum aceto. Coagulum leporis aut hœdi, ciceris magnitudine ex aceto: Itaque mox ubi quis ex alto ceciderit, ac sanguinem

relecerit, lixiuum per se bibendum exhibeto, aut cum modico aceto.

De asperæ arteriæ ulceribus.

Cap. LXIIII.

Quæcunque in aspera arteria ulcera fiunt, iuxta pelliculam eam intus ambientem, & maximè prope eius extremum, aut in ipsa ad eò arteriæ extremitate, sanabilia omnino existunt: Et nos non paucos hoc modo affectos curauimus. Reiciunt autem hi per sputum purulenta pauca ac cruenta, aliquando etiam testoria quædam ulceri obducta, sensusq; doloris ab eis manifeste percipitur iuxta exulceratum locum. Hos itaque in quiete adseruare oportet supinos reclinatos, atque iis quæ capiti subiiciuntur sublimius instratis. Admonere etiam ut quantum possibile sit renitentur, & ne tulsiant: Deinde forinsecus loco affecto desiccantia imponere. Veluti sunt Emplastra Barbarum. Ex salicibus, & ex loliis adpellata, ac eis similia. Pharmaca autem eis exhibenda sunt, quæ supra ad ulcera inter arteriaca, & ad pectore suppuratos sunt descripta: Quæ etiam sub lingua detinere conuenit, ut paulatim liquefacta in asperam arteriam delabantur: Tum uero maxime obniti, & non tulsire. In potu autem exhibendum est lac quotidie recens multum ab adstante adhuc animali: adiciendum etiam mellis quiddam his qui lac difficulter conoquunt, & quibus in casei modum in uentre concreuit.

De pectore suppuratis, Ex Archigene.

Cap.

LXV.

Empyrici, hoc est pectore suppurati uocantur, quibus abscessus in succingente costas intrinsecus membrana, aut in aliqua alia pectoris pellicula factus, aceruatim ruptus est, & in uacuum pectoris locum effusus, inter pulmonem & membranam costas succingentem.

436
cingentem. Qui si non quamcitraissime per sputum reiciatur, Tabidi fiunt. febricitant autem pectore suppurati indefinenter hecicem, hoc est, habitualement febrem. Rumpuntur autem suppuraciones, aliquæ quidem sursum uersus, aliquæ uero deorsum: Quæ deorsum rumpuntur, in aluum & intestina, ac uescicam transfunduntur, per uasa quædam transmissiōne ad ad ea membra facta. Quæcunque uero sursum rumpuntur, in uacuum uidelicet thoracis locum, periculisiosiores existunt. Cognosces autem suppuratos hoc modo. Quum lateris dolor præcesserit, deinde uehementes febres quietuerint, & ex magna parte quodque dolor, grauitatis autem sensus remanserit intus in lateribus in profundo thoracis, simulq; transfusione aliquid appareat, iuxta multiplices reclinacionis permutaciones, & maximè quum ab uno latere in alterum decumbunt: tunc sanè multitudo puris manifestatur, & fluctuacionis cuiusdam sonitus sæpe sensibiliter in reclinacionibus ipsorum auditur. Cognoscitur itaque suppuratio facta tum ex prædictis, tum quod nihil relatu dignum per sputum reieciarunt in eo qui præcessit uehementi lateris dolore. Nouimus autem quosdam citra febre suppuratos, ex seroso aut pituitoso humore ex reliquo corpore in uacuum thoracis delapso, isthicq; putrefacto. Itaque quibus ex gymnasiolorum exercitiis, aut ex casu aliquo sæpe sensibilis conuulsio facta est, quæ dolorem circa profundum thoracis intulit, Nitrum, acetum, & oleum cyprinum coniciantur, his addatur Rosmarini semen, Canchry appellatum, large probeq; contritum, aut pyrethrum eius loco, seu staphis syluestris: hæc simul calesant, deinde excolata ipsi locis ex lana succida repletis irrorentur, aut cum lana imponantur. Vtilis enim hæc irrigatio existit, sæpeq;

Sola malum omne discussit. In quibus autem inflammatio præcessit, ultro uenam cubiti incidere oportet, si nihil prohibeat, & mediocriter euacuare, ut alleuatio tantum aliqua contingat. Nutrire uero ex pisanæ succo & aqua mulla, excretioni consulendo, & in quiete diligenter custodiendo. Ac primum quidem ex oleo pingui irrigationes lana conuoluta exceptæ ac impositæ conducunt. Quod si febris absit, passum etiam moderatum cum multo oleo commisceatur, lanaque succida excipitur. Hæc enim irrigatio in his qui febre carent, usque ad tertiam sufficit diem. Si uero febres simul adsint, & ruptura confesquatur ipsius puris: Rutaceo, aut anethino oleo, foeniculum aut flos cyprî madescant: Aut quod magis ad hanc rem conueniet, ipsi oleo incoquantur, cum radice maluæ. Conuenientius est autem oleum cyprinum, cum spissamentis apparatus. Hæc autem calesfacta & lana molli excepta imponantur. Post hæc autem cataplasmata adhibere conuenit ad febres quidem sedandas, ex pane in aqua mulla decocto, uiridi apio, aut foeniculo, simul decoctioni iniecto, aut apii aut foeniculi semine insperso. Commodius autem ad hæc butyrum pro oleo adiicitur. Deinde cataplasma quoque ex semine lini adhibeatur: quod si maius malum sit, etiam foenum græcum addatur. Quod si frigiditas suppurationis causam præbit, irionis etiam semen cataplasmatibus indatur. Tardantibus autem suppurationibus, ordeaceæ farinæ caricæ coctas addere oportet, & althææ radicem, terebinthinamque; resinam ac sterces columbinum. Fit etiam tardantes rupturas utile cataplasma ex solo stercore caprino, quod & collectionem maturat & discutit. Optimum etiam discussoriū est ex loliis cataplasma, si bitumine permisceatur. Ablatis autem cataplasma-

tis,

tis, ceratis affectæ partes contegantur ex butyro apparatis, & habentibus quoque admixtam irin, parum de baccis lauri, & rutam. Etenim ad hoc quod à frigore tutantur, adiuuant etiam reiectionem. Tempore reiectionis congruit emplastrum ex succis constantis, & mnaeæ, & simpliciora melina, postea uero icesii & quod ex loliis apparatus. Si uero fluxus timor immineat, id quod Thraeæ appellatur, erit aptum. Ego uero assidue eo quod ex syluestri cucumere constat utor, omnium enim efficacissimum existit. præscriptum autem hoc est in anhelosorum tractatu. Adiuuare igitur oportet puris excretionem quocunque reperi cognoscatur. Quod si ad aluum proreperit, magis emollientia sint ea quæ offeruntur: si uero ad uescicam serpat, ea quæ urinam magis cient adhibenda. Si uero per tulsim puris repurgatio fiat, nihil conuenientius, aut familiarius exhiberi potest quam pisanæ optimo melle permixta. Cæterum ea quæ urinam cient, cibis commode ammiscentur, unde decunque tandem puris excretio contingat. Comoda est etiam faba cocta in omni suppuratorum differentia exhibita, si ei parum ex seminibus erui maceratis, & duplici ex aqua decoctione dulcoratis adiciatur. Allii comestio quoque utilis ad repurgationem existit. Inter potionum genera simplicissima est aqua mulla cum iride & plurima radice dulci decocta, utilis est & radicis dulcis succus commanducatus, & cum ammixto sesamo temperatus. Conuenit etiam hyssopum aqua mulla decoctum. Eclegma autem prodest hoc, Nucum pinearum, tum quæ ptyides, tum quæ strobili appellantur, amygdalarum amararum, seminis lini, amyli recentis, æquales partes, mellis quantum suffecerit. Optimum autem est & piperis parum ac seminis irionis addere. Quod

m m m 3

si tulsis

si tulsis infestet, butyrum recens tepidum cum melle reperfatum delingendum præbe. Aliud eclegma; Internos abscessus repurgans, ut etiam pelliculas maximas educat. Cardamomi drachmas octo, sagax peni, drachmas quatuor, myrrhæ drachmas quatuor, opii, drachmas duas, castorei drachmas duas, piperis drachmam unam, cum aqua in pastillos duorum obolorum pondere redige, & cum aqua calida pastillum unum, pro una uice exhibe. Thespiana ad internos abscessus. Seminis apii drachmas tres, opii drachmas tres, melanthii drachmas tres, castorei drachmas duas, seminis dauci, iridis, sinapis, cuiusque drachmas septem, excipe melle cocto, & præbe nucis auellanæ magnitudine ex aqua. Eclegma ex eruo, Suppuratis commodum. Erui madefacti & inde torrefacti, decorticatiq; & in farinam redacti, drachmas octo, nucum pinearum drachmas octo, amyli drachmas sex, piperis drachmas quinque, succi rutæ drachmam unam, mellis cocti quantum suffecerit.

Eclegma magnum ex marrubio. Spicæ nardi, piperis, succi marrubii, cuiusque unciam unam, mellis libras tres, uini ueteris dulcis libras duas. Succum cum uino & melle decoque, atque ubi ea coacta fuerint, sicca contusa & cribrata insperge, ac simul unitis utere. Aliud. Amomi sextantem, casia quadrantem, styracis calamitæ sesquiunciam, spicæ nardi sesquiunciam, croci unciam unam, piperis unciam unam, nasturtii, drachmas quatuor, thuris drachmas quatuor, mellis libras tres, utere ut optimo. Antidotus Panchrestus ab omnimoda utilitate appellata. Conducit tulsis antiquæ, suppuratis, orthopnoicis, tabidis, præcordiorum distensionibus, & omni inflationi. Mouet menses foeminarum, & quæ ex abortu aut partu relinquuntur, secundas etiam ac partus

tus educit, Et uesice abolet affectiones. Terebinthinae drachmas octo, styracis drachmas sex, myrrhæ drachmas quinque, croci, iridis, galbani, cuiusque drachmas quatuor, seminis hyoscyami, corticis mandragoræ, irionis torrefacti, opopanacis, cuiusque drachmas duas, piperis drachmam unam, spumæ nitri drachmam unam, cum passo coge in pastillos, ex quibus obolos duos, cum aquæ mulsæ cyathis tribus, præbe. Alia antidotus Aristarchi, Paulina appellata. Vim habet admirandam. Prodest tulsientibus, reiectantibus sanguinem, tabidis, suppuratis, pulmonis abscessibus, conuulsionibus, & rupturis: ad stomachi subuersiones, bilis per uomitum ac secessum eruptionem, coeliacos, dysentericos, uesicæ affectiones, uteri strangulationes, & ad febres per circuitum repetentes, una hora ante exacerbationem exhibita. Facit & ad malum habitum corporis, & ad eos qui alimentum non sentiunt, ad exitialia pharmaca, & uenenatorum morsus. Habet autem hoc modo: Cinnamomi, costi, galbani, castorei, opii, piperis nigri & longi, styracis, singulorum unciam unam, mellis sextarium unum. Sicca contundito ac cribrato: galbanum autem cum modico melle decoquito, ac excolato: deinde omnia simul unita in uase uitreo reponito, ac fabæ ægyptiæ magnitudine exhibeto cum aquæ mulsæ cyathis duobus, irrorato de pollice modo dico aceto. Vtere etiam his quæ ad tabidos describemus. Exhibe quoque confidenter antidotum Ifotheum appellatam, ad tulsientes supra præscriptam. Licebit & pæonia appellata antidoto uti, quæ in Sermonem tertio & decimo cum aliis multi usus antidotis describetur. Farinas quoque apparare conuenit ex eruis albis madefactis primum, deinde reficcatis, ac decorticatis, & mola tritis. Hæc enim farina & lacti

dum decoquitur adiicitur, ammixto etiam melle, & uehementer commoda redditur. Admiscetur etiam aliis sorbitionibus: & eclegmata ad difficulter purum lenta reicientes apparat, ex hac consunt. Commოდum est autem & amygdalas amaras delibratas sorbitionibus infarcire. Facilem autem puris reiectionem facit porrum capitatum cum sorbitionibus decoctum, atque etiam per se aquæ incoctum, & in cibo acceptum. In potu aqua offeratur probe cocta: si uero uino opus habeat, theræum detur, aut aliud dulce paucum. Ab aceto autem & omni alio uinoso genere, & ab aqua quoque frigida abstineant. Tempore uero quo cicatrix obducitur, uinum scyllinum utile est præpotatum, aut absinthites, & œnanthinum in uomentibus & purgatis per uescam: hyssopites uero & scyllinum his qui per tussim: pulegiatum, qui per alium purgantur: maximè si nigricantia subeant unam cum purulentis, aut grumosa quædam coactione. Quoniam autem per interualla colligi solent & rumpi quoque suppurationes, curam adhibere conueniente post factam earum curationem recurrant: id fieri potest per lactis potationem, & hieræ ex colocynthide constantis purgationem. post etiam dropaces locis adhibeantur, & smegmata seu exterforia acriora cutem rubefacere potentia, & epithemata eiusdem usus, uelut est id quod ex euphorbio fit: item quod ex baccis lauri. Assumendæ etiam arenæ ingestiones: & acrium ciborum comestio utilis eis existit per interstitia adhibita, maximè uero alliorum coctorum. Multos autem suppuratos post cicatricis obductionem illæfos conseruauimus per fassamentorum comestionem. Assiduè etiam acetum mullum præbendum est, fit autem ex scylla apparatus. pectus quoque assiduè ex abrotoni decocto repurgandum: item ex centaurea

reaz & hyssopi aliisq; confimilibus decoctionibus frequenter potatis. Quòd si sæpe puris collectio contingat, securius est crustas per cauteria pectori in orbem inurere: quemadmodum in anhelosis est prædictum.

De peripneumoniacis. Cap. LXVI.

Peripneumonia inflammatio est pulmonis, cum febre acuta. Cõsequitur autem affectos thoracis grauitas absq; dolore. Quòd si pelliculæ ipsius, quæ cum thorace secundum longitudinem ipsius sunt cõnexæ, sint inflammata, etiam dolorem percipiunt, & spirandi difficultas simul irruit, & surrecti sedere uolunt. Pulmo enim cordi incumbens suffocationem infert. Rubicunda eis est facies, & maximè malæ, nasus in summo fit simus, uenæ temporum eleuantur, prostratus est appetitus, respiratio calida, linguæ siccitas, aquæ frigida, magis autem aeris frigidi concupiscentia, tussis sicca. Si uero quid efferatur, spumosum est ac biliosum, & aliquando cruentum & floridum uehementer, quod etiam pessimæ significationis existit. & si quidem mortale malum fuerit, uigiliæ amplius aderunt, aut somni breues stuporem ac delirium inducentes: & imaginatione mentem uicissim perturbante non sentiunt ualde præsentia malæ extremitates frigida, unges liquidi incuruantur, quæta aut summum septima die hi moriuntur. Verum si ad salutem permutetur morbus, sanguinis eruptio ex naribus abundanter sequitur, aut alui exturbatio multis exeuntibus biliosis & spumosis humoribus. Aliquando autem inflammatione in pus commutata, per uentrem aut urinam pus excernitur, statimq; ab omni molestia liberantur. Quòd si in pulmonem irruerit aceruatim, aut suffocat, aut cum grauibus accessionibus in tabem permutatur. Itaq; si nihil obstiterit, statim

statim uena secanda est in cubito, & si sustinuerint uires, ex utroque brachio sanguis extrahendus. Primum quidem modicus & non usque ad animi defectionem, ut uidelicet adseruetur ad repetendam detractionem. Si uero quid prohibeat fieri uenæ incisionem, acri clystere subluere oportet ex decocto hyssopi, & colocynthide, & ruta melleque; ac oleo plurimo, iniecto etiam nitro ac sale. Eorum uero quibus uena incisa est, sedem illinire oportet his quæ status educunt, & fecesolum irritant: ueluti est mel cum cymino & ruta, ac modico nitro. Post uniuersales autem euacuationes peripneumonici aqua mulla in potum exhibenda est, in qua decoctum sit hyssopum, aut iris sicca trita, mensura duorum cochlearium aquæ mullæ inspergenda. Quod si suffocatio urgeat, etiam nitrum inspergere conuenit ad decoctionem hyssopi. Cibus sit extenuatior, ptisana cum origano aut hyssopo decocta, aut modico pipere trito ad eius succum insperso. Aliquando autem sal pro nitro conciliendus est, prout expedit, & sustinuerint uires. Porrum etiam capitatum bis coctum præbeatur, & halica cocta ex aqua mulla: quæ omnia inflationis sint expertia. Potus exiguus sit quantitate: humiditas enim noxia pulmone existit. Sub lingua autem detinendum præbe mel in pastillos redactum, cui in decoquendo inspersa sint hyssopum & calamintha quam tenuissimè trita. Vti quoque conueniet elegantis quæ in pleuriticis describentur: atque uniuersa dicta eorum qui à peripneumonia conualescunt, eadem sit quæ pleuriticorum & suppuratorum. Pectus uero lanis cooperiatur cum oleo & nitro. Conueniet etiam cerato contegere tum pectus, tum latera, ex oleo rutaceo, aut cyprino apparatus, quod habeat simul iridem siccam tritam inspersam, aut epithema ex cera, & terebinthina, mulla

6 C T A V V S .
402
nulla certuina, cæsypo liquido, butyro, & iride tenuissimè trita imponatur. Sint autem horum partes æquales.

De phthificis seu tabidis, Ex Galeno.
Cap. LXVII.

Phthisis proprie est exulceratio pulmonis, ad sanguinis spuitiones consequens, quum uidelicet sanguinis eruptione suppressa, ulcus non fuerit conglutinatum, neque cicatrix indurata. Consequitur etiam phthisis in suppuratis & peripneumonicis, aliquando etiam in adfectionibus pleuriticis: difficillime autem curantur ulcera pulmonis, propterea quod citra tussim non repurgantur: tussientibus autem mutuo ulcus dirumpitur, ipsisque quasi per criculum reuoluntur mala. Lancinatis nanque à tussi inflammatis, altera rursus maturatione inflammatio opus habet, rursusque periculose per tussim pus repurgare necesse erit, quare ex omnibus difficilis curatio ipsis subornatur, quod neque pharmacorum uires ulcus perungere ualeant, prius quam in uentre permulentur: & quod iuxta respiraciones pulmo semper mouetur, & tussiendo lancinatur. Progressu uero temporis cartilagine quoque asperæ in pulmone arteriæ aduruntur: quemadmodum in externis ulceribus ossa, quæ scaberrimam ad squammularum discessum, ac detractionem non admittunt. Diurna autem pulmonis ulcera etiam si aliquando curentur, callosas tamen & fistulosas reliquias post se in ipso pulmone relinquunt, quæ temporis progressu ex leui occasione facile reoffricantur: unde contingit aliquando & rectorium ulcere obdustum, & modicas sanguinis guttas unâ cum aliis quæ inde per sputum reiciuntur, efferri: ut alio planè principio opus sit ad ulceris curationem. Nota autem

autem quæ ex spūto sumuntur, in tractatu de febris
sunt præscriptæ, nimirum quinto huius operis ser
mone: unde superfluum existimo hic de eis uerba fa
cere. Medicari itaque pulmonis ulceribus oportet,
eo apparatu quo facile sursum efferantur humores,
cura simul adhibita ne alii congregentur. Itaque ca
taplasmata in principio assumenda sunt, ex seminis li
ni & tenuissimo polline, cum decoctione foenigræci
& althææ, oleoq; & melle ammisceri possunt, etiam
ipsis althææ folia trita. Adhibeantur autem hæc om
nia statim pōst exacerbationum remissionem. Post
temporis deinde intercapedinem, ad cerata transeun
dum ex butyro & oleo laurino ac cera parata. Res
purgationis autem tempore, epithemate utēdum est,
ex terebinthina, & oleo cyprino, & butyro, & ex me
dulla ceruina, ac adipe taurino, iridisq; farina, & cely
po, hoc est, lanæ succidæ sordibus, æqualibus om
nium partibus committis. Pōst etiam emplastro Mna
seæ, aut aliquo ex simplicioribus melinis utendum.
Locis autem fluxione laborantibus, id quod ex sali
cibus constat adhibendum, quod etiam exiccationis
tempore conueniens existit. Sicut & hoc quod ex syl
uestri cucumere apparatus supra ad anhelosos descri
ptum, & quod ex Ioliis fit eodem modo. Ne autem
cutis ipsa distendatur, primum locum ipsum inungis
to, atque ita glutinosa pharmaca imponito: sic enim
facilius auelluntur. Optimum autem ad eos malagma
tempore quo cicatrix obducitur, hoc est, Ceræ libram
unam, picis libram unam, uisciq; quercini unciam unam,
ammoniaci thymiamatis trientem, gallæ hypocisthi
dis, aluminis scissilis, acaciæ, malicorii, seminis apii,
rhois culinarii, cuiusq; unciam unam, olei myrtini aut
rosacei trientem. In hyeme autem paulò plus. Sicca
cum succis in aceto contere, liquefactisq; que eliquari
possunt,

possunt, & ab igne ablatis uiscum iniice: ad quod de
inde liquefactum in cacabo etiam reliqua trita conii
ce, ac simul unita in pilam transfunde, & emollitis ute
re. Inter pharmaca uero potabilia simplicissimum est
aqua mulsa per se, & cum amylo, aut iride & radice
dulci in ea decoctis. Omnium autem conuenientissim
um phthisicis est lac afininum potatum: quod si non
adsit, bubulum aut caprinum, & cancri crudi triti cum
lacte potati, aut cocti in cibo sumpti, assidue iure eo
rum insuper ablorpto. Conuenit etiam eis adeps cer
uinus recēs in sorbitionibus eliquatus. Quod si mole
sta tulsis incubuerit, thymus tritus & hyssopum melle
cocto excipiuntur, & sub lingua tenenda exhibentur.
Congruit etiam butyrum recens cum mellis & tere
binthina æqualibus partibus decoctis. In his qui to
lerare possunt, plus butyri accipiatur, si tamen recens
existat: optime enim repurgat. De hac itaque mix
tura cochlearium unum ieiunis detur. Bonum est &
amygdalas amaras maxime cum pitana decoquere,
& porrum capitatum cum pitana, aut altera sorbitio
ne decoctum, aut etiam per se bis coctum accipe
re. Vinum autem thereum & scybelites præbeatur,
mediocri tamen ualde mensura. Eclegma uero phthi
sicis congruum tale est. Mellis optimi libram unam,
uuarum passarum pingium exacinarum sextantem,
croci, iridis, seminis hyoscyami, tragacanthi, cuiusque
drachmas quatuor. Syracis flauæ unciam unam, nucum
pinearum drachmas sex, amyli unciam unam. Exhibe
ex eo cochlearium ieiunis. Tragacanthus in uino dul
ci modico teritur: syrax uero in pila dissoluitur relis
quis coniectis ac permixtis. Aliud. Feniculi succum
cum pari melle decoquito, & ad sextarii mensuram
croci drach. i. rhei pontici drachm. ii. aliquando etiam
hypocisthidis drachm. i. adiuicito. Quod si iuxta aspe
ra arteria

æ arteriæ extremum asperitas adfit, conice & radicis
dulcis tritæ drachmas duas, detur cochlearis mensura
à cibo. Aliud. Scillam optime afflato, eiusq; me-
dium siue medullam terito, & ad unam scillæ sex mel-
lis partes coniicito, & ieiunis inde cochleari exhibe-
to. Aliud eclegma celebre. Marrubii, hyssopi, iri-
dis, radicis dulcis, pulegii, dictamni, saluiæ, caricarum,
palmularum passarij, singulorum unc. i. crassius con-
tundito, ac in aquæ sextariis tribus ad triduum mada-
facto: deinde ad tertias decoquito ac percolato, mel-
lisq; libra una adiecta, rursus donec cogatur decoqui-
to, & post farinæ orobi scrupulos duodecim, terebin-
thinæ unciam unam, amyli drachmas quatuor, masti-
ches tritæ drachmas quatuor, tragacanthi unciam unã,
adiicito. Tragacanthum primum in modico decocti
madefactum conterito: deinde adiectis ei reliquis sic-
cis, etiam ea quæ decocta sunt affundito, simulq; co-
actis uitior, exhibito ieiunis cochleari. Licebit & ante
somnia exhibere. experimento eius utilitas cogni-
ta est. Aliud, ad phthificos fluxioneq; thoracis labo-
rantes. Seminis cucumeris satiuï desquamati drach-
mas octo, amygdalarum delibratarum drachmas qua-
tuor, seminis lini drachmas duas, seminis papaueris
albi drachmas duas. Cõtusa & cribrata cum tragacan-
thi cremore cogito, & in pastillos digerito. Iuxta uis-
rium autem tolerantiam aliis drachmam unam, aliis
obolos duos, præbeto: eis qui febre carent, cum uino
dulci & myrti cremore: febricitantibus uero, cum cre-
more solo. Aliud, quod & ad phthificos & suppura-
tos præclare facit. Farinam erui albi succo scillæ sub-
actam exiccato: aut scillam assatam ac tritam, farinaq;
erui subactam eodem modo exarefeceris finito. Vsu
autem expetente, pastillos ipsos exiccatos cõtundito,
ac cribrato, melleq; permixtos cochlearis mensura
ieiunis

ieiunis dato. Optime enim repurgat. Aliud, multo
usu cognitum, citra molestiam repurgans. Farinæ erui
unciã unam, hyssopi quadrantem, seminis urticæ
quadrantem, iridis unciã unam, mellis quantum suso
fecerit. exhibe ieiunis cochleari, ac confidenter utere.
Aliud, experimento cognitum, quod ad phthificos
& suppuratos facit: magis taxem frigidis temperatu-
ris conducit. Iridis illyricæ sextantem, farinæ erui al-
bi sextantem, hyssopi, pulegii fumo non siccati, semis-
nis urticæ, cuiusque drachmas octo, piperis drachmas
duodecim. Excipe melle, ac præbe cochlearia duo: ma-
ne unum, alterũ ad uesperam. Potes & catapotia inde
formare, atq; alternis diebus exhibere. Aliud, phthi-
ficis & tussi ueteri aptũ. Cardamomi torrefacti drach-
mas sedecim, thuris, galbani, iridis, piperis, cuiusque
drachmas quatuor. casisæ, croci, myrrhæ, cuiusque
drachmas tres, opij drachmam unam, contundito, ac
cribrato: & cum aquæ cyathis tribus, ac pãsi duobus,
cochleari unum, aliquando etiam duo præbeto. Li-
cebit etiam pastillos inde formare cum passo. Aliud
coptarium, siue placenta, ad phthisin, ex eclegmatum
materia apparata. Ex amygdalis uidelicet amaris des-
corticatis, nucibus pineis recentibus, propter oleagis-
nosum in eis saporem aqua præmaceratis: semine lini,
amylo recenti. Hoc modo. Nucum pinearum quæ pi-
tyides appellantur sextarium unum, seminis lini sexta-
rii quartam partem, amyli quincuncem, piperis drach-
mam unam, mellis boni costi & despumati quantum
satis erit. In his qui caput quod facile oblæditur hab-
ent, pityidas uitare oportet: proq; eis, semen urticæ,
coniicere. Eclegma ex orobis apparatus Dionysio
prætori. Erui albi torrefacti & desquamati ac triti un-
ciã unam, costi trientem, croci sextantem, iridis un-
ciã unam, nucum pinearum unciã unam, piperis
grana

grana quinquaginta, seminis lini, uuarum passarum à
 uinaceis depuratorum, terebinthinæ, singulorum un-
 ciam unam, butyri drachmas quatuor, mellis quan-
 tum his cogendis satis erit. Summe hoc phthificis au-
 xiliatur. Antidotus ex orobo, ualde celebris, ad phthi-
 ficos suppuratos, & inueteratam tulsim: optime re-
 purgat, & cicatricem obducit. Amygdalarum amara-
 rum delibratarum sextantem, farinae erui trientem, hys-
 sopi trientem, iridis trientem, amyli sextantem, pipe-
 ris, panacis radices, croci, cuiusque scrupulos sex, succi
 omphacii exiccati drachmas quatuor, nucum pinearum
 torrefactarum sextantem, mellis despumati libram
 unam, aceti unciam unam. Farina erui in aceto per
 diem unum maceratur, postea simul coactis omnibus,
 ex eis cochleare unum ieiunis præbeatur. Alia antido-
 tus ad phthificos, quæ etiam ad omnem tulsim inue-
 teratam conducit. Amygdalarum amararum decortis
 catari sextantem, seminis urticæ torrefacti ʒ.iiii. succi
 radices dulcis siccæ, radices symphyti, cuiusque sextan-
 tem, terræ asteris, nucum pinearum torrefactarum, se-
 minis lini torrefacti, sesami, uuarum passarum à uina-
 ceis depuratorum, singulorum sesquiunciam, farinae
 erui albi sextantem, iridis unciam unam, terræ lemnis
 unciam unam, sapæ & mellis quantum suffecerit ad
 eorum coactionem. Exhibe ieiunis cochlearis mensu-
 ra: aliquando etiam ante somnum. Vtere & uaria ex
 capitibus papaueris compositione, supra ad destilla-
 tiones descripta, exhibens ex ea ante somnum. Vtere
 & his quæ ad suppuratos sunt descripta. item arteria-
 cis remediis supra præscriptis conuenientissima etiam
 eis est confectio isotheos appellata, ad tulsim descri-
 pta: & antidotus pæonia, quæ in Sermonē XIII. cum
 aliis multæ utilitatis antidotis, est relata: ea confiden-
 ter utaris. Prodest & Mitridatis confectio, & quæ Es-
 dræ

dræ inscribitur, miro modo: item ex uiperis theria-
 ce Andromachi, per interualla exhibita: quæ omnes
 in tertio & decimo Sermonē sunt descriptæ. Ultra opi-
 nionem autem efficacis est, bolus armeniacus drachmæ
 pondere ex uino tenui albo. Catapotion phthificis
 ualde comòdum & bonum, cui nullum comparari pos-
 test: faciens ad omnem tulsim inueteratam, & purulen-
 tas reiectiones: quod in tribus diebus unilitatē suam
 demonstrat. Syracis flauis, piperis albi, myrrhæ troglor-
 dytice, castorei, galbani puri, opii achaici, aut asiani,
 omnium æquales partes, cum galbano, & styrace subi-
 ge, ac catapotion in forma erui magnitudine, quorum
 tria aut quinque, ante somnum exhibe deuoranda: ca-
 lida aqua insuper ad sorbendum data, & admiran-
 dam uim uidebis. Porro diutius perseverante malo,
 ac iam inueterato, cauteria adnouere oportet, pecto-
 re in orbem inusto, quemadmodum in suspiriosorum
 prædiximus curatione.

De pleuritide, siue laterum morbo.

Cap. LXVIII.

Pleuritis exquisita & propria, inflammatio est
 membranæ intrinsecus latera succingentis, dolore
 pungitium uehementer inferens cum acutissima fe-
 bre. Consequitur hac affectos spirandi difficultas, &
 tussis aliquando quidem sicca, aliquando uero cum
 reiectione, ac primum quidem cruentorum: inflam-
 matione uero matura facta, purulentorum: pulsus adest
 durus, & secantis quippiam modo habens. Si itaque
 dolor circa mammas innititur ac usque ad clavicu-
 lam se extendit, citra dilationem confidenter uena se-
 canda est. Si uero deorsum ad præcordia uergat dor-
 lor, corpus purgandum. Quod si mediocris infestet do-
 lor, & non pungitius: neque adit tussis, neque febris
 acuta, non opus est magna remedia adhibere. Clyster

10
2
p. piz m

enim efficacior eis primum infunditur, deinde euacuatione aliquod operaprecium faciente, adhibetur etiā irrigatio ac fomentatio lateris affecti: item sacculi ex furfuribus & pulegio ac menta impleti: & diēta exterioriam uim habens. Archigenes . In his uero qui acuto morbo, ut diximus, infestantur: siquidem circa mammas ac clauiculam hæreat dolor: uenam incidere oportet, ut dictum est, in brachio, non eo quod recta ab inflammato latere procedit, sed opposito. Sanguinis autem multitudo extrahatur, non utque ad animi deliquium, periculum enim ne in peripneumoniā morbus permittetur: siquidem refrigeratio ualde corpore, pulmo rarus & calidus exiens lateriq; uicinus prompte & facillime morbum suscipiat. Itaque modicum extrahere oportet, & post sufficientem temporis intercapedinem, rursus repetita incisione modicum auferre. Quod si animi defectionem timeamus, usque in sequentem diem eius repetita ablatio differenda erit. Deinde clyster aluo adhibeatur, si non ut conuenit, feratur. Clysteri autem confidenter uti oportet ex oleo rutaceo, eliquatis in eo terebinthina & butyro: deinde forinfecus latus ex oleo calido fouere, in quo ruta, anethum, flos cyperi decocta sunt. Latnam item sulphuratam, aut ipsum sulphur inspersum habentem, adhibe calido oleo imbutam, ita ut insperso modico thymo trito imponatur, leniterq; ac prouide colligetur, atque hac sanē irrigatione utendum est ad tertiam usq; diem: quarta deinde cataplasma adhibeatur ex polline ac lini semine, melleq; ac oleo rutaceo: sitq; uehementer leue ipsum cataplasma. Quod si liquidior reiectio existat, farina etiam lolii, & seminis irionis ammiscenda, aut foenumgræcum ac nitrum inspergendum. Si uero repurgamento liquido prouideunte adhuc perseveret dolor: suppuratum fieri hominem spes est. Quare sinapi etiam in cataplasma

mata

mata commiscendum, & nasturtii semen, ac rosamarinifemen canchry appellatum, itemq; pyretrum: aut farinam lolii, ceræ, & bitumini, cum oleo eliquatis permixtam impone. Cura etiam adhibenda est ut calida permaneat cataplasmata: quod hoc modo fieri potest. Oleo calido uesciam bubulam semiplenam redde, eamq; frequenter cataplasmati admoue. Post septimum autem diem, si eodem modo dolor persistat, curbita lateri affigenda est, & cutis scarificata. Manifestissima enim in pleuriticis utilitas ex cucurbitulæ appositione apparet: uulnuscule autem scarificati loci sale aut nitro inspergenda, siquidem sustinere queant: in aliis uero linteolum oleo madefactum ac sale conspersum imponatur. Sequenti deinde à scarificatione die optimum est rursus cucurbitam affigere, quo sanguis saniosus ex impactis uulnusculis extrahatur. Hæc enim detractio priore commodior existit: non enim sanguis sed sanies in secunda detractioe auferitur. Tertia uero die post sanguinis detractionem, ceratum cyprinum aut rutaceum tum pertusa cuti, tum uniuerso lateri imponendum: neque unquam affectus locus nudus relinquendus: quod si permutati in pus humoris signa appareant, & non per exhalationem discutiatur, coadiuuare permutationem oportet, althæa, & caricis in complexum cataplasmatum coniectis. Post uero etiam epithematis utedum, reiectionis maxime tempore, huiusmodi mixtura apparatis. Butyri, terebinthinæ, œsypi, id est ex lanæ succidæ sordibus pharmaci, cere, medullæ ceruing, iridis, omnium æquales partes conice, modico oleo cyprino aut rutaceo ammisso. Optimum est etiam sulphur tenuissime tritum cerato liquefacto inspergere. Admirabiliter quoque eis auxiliatur braslicæ radix sicca, unā cum cauliculis exusta, cinere eius axungia ueteri suilla sufficite excepto, ita ut ne pfluat in corpus, ipsumq; inquinet.

res reme
diu egre
gimel
pome cep
rum camp
pero sude

Præclare enim discutit, & mitigat dolores. Probe
etiam auxiliatur bralsicæ, itemq; cupressi folia tene-
ra trita, & cum axungia imposita, aut marubium eo-
dem modo, aut cinis sarmentorum, aut ficus pingues
cum pari axungia commixtæ. Eundem usum præstat
stercus caprinum cum axungia impositum. Aliud
epithema pleuriticis ualde commodum. Opopanacis
unciam unam, foliorum rutæ sextantem, olei cyprini
libram unam, ceræ sexuncem, terebinthinæ sexuncem,
galbani sesquiunciam. Opopanax in oleo cyprino
dissoluitur: galbanum autem cum rutæ foliis conteri-
tur: quæ uero eliquari possunt, liquefunt, & refrigeran-
tur: trita ammiscuntur. Aliud, experimentum cognatum.
Rutæ sextantem, sulphuris uiui unciam unam, nitri ses-
quiunciam, adipis suilli trientem, ceræ sexuncem, olei
cyprini sexuncem, butyri, cæspi liquidum utriusque sex-
tantem, terebinthinæ unciam unam. Aliud epithema
ad pleuriticos, in quibus dolor diu perseverat. Ceræ,
resinæ pini, picis, baccarum lauri decorticatarum, sitæ
gulorum libram unam, ammoniaci thymiamatis sex-
uncem, galbani trientem, pyretri sextantem, æruginis
unciam unam, nitri sextantem, euphorbii unciam unam,
alii tantum dimidiam accipiunt: olei laurini aut com-
munis antiqui trientem. Appara & utere. Rubefacit cus-
tem, & grauitatem leuiorē facit. Epithema foetidum,
pleuriticis comodum. Resinæ pini libram unam, ceræ
sexuncem, rutæ uiridis trientem, olei cyprini sexuncem,
sulphuris uiui, opopanacis, sagapeni, galbani, cuiusq;
drachmas quatuor. De potionibus pleuriticorum.
Potionibus iuuantur pleuritici in principio quidem.
aquæ mulsæ, in qua ruta est decocta, post etiam hyssopum,
aut calaminthæ, aut origanum, aut iris, aut rai-
dix aristolochiæ. Alia, euestigio auxiliatur. Rai-
dicis phu fasciculum in tribus aquæ sextariis deco-
quito: & expresso liquore ad sextarium unum, melle
lis

lis trientem conuicito, rursusq; decoquito, ac cyathos
tres ante cibum exhibeto. Alia. Chamepithyos mani-
pulum in tribus aquæ sextariis appara, & utere, ut di-
ctum est. Alia. Stœchadis tenuissimæ tritæ drachmam
unam, exhibe ex aqua mulsæ, aut simili modo chamæ-
dryn, aut chamepithyos modo apparatam præbe in po-
tu. Prodest & dracunculi radix cocta in cibo sumpta,
aut ari radix eodem modo. Sub lingua uero tessellas
ex melle cocto eliquantes deuorent. Eclegma autem
eis conueniens hoc est. Eclegma ad pleuriticos. Semi-
nis urticæ, seminis lini, nucum pinearum, amyli, singu-
lorum cyathum unum, amygdala amara decorticata
xxv. piperis grana quinquaginta. Nuces pineas ac lini
semen parumper torreto, deinde alia trita ac cribrata
simul cum his melle despumato sufficienti excipito,
& ieiunis cochleare unum exhibeto. Aliud. Butyrum
recens cum pari mellis mensura decoquito, ac inde co-
chleare præbeto. In pleuritide uero diuturna exhibe
seminis balsami drachmam unam, ex aqua mulsæ, aut
etiam gentianæ drachmam unam, radicis centaureæ
maioris drachmas duas, ex uino, aut radicis symphyti
ex aqua mulsæ. Quod si liquida & cruda reiectet, con-
uenit hoc: myrrhæ troglodyticæ drachmas duas, croci
drachmam unam, piperis grana quindecim, mellis de-
spumati libram unam, cogito simul, ac inde cochleare
dimidium præbeto. Oribasii antidotus ad pleuriticos
& omnes pectoris fluxiones. Seminis rosmarini, opo-
panacis, sagapeni, castorii, anisi, fœselis, cuiusq; drach-
mas octo, myrrhæ, opii, cuiusque drachmas quatuor,
bituminis drachmas tres & dimidiam, piperis drach-
mas duas, thuris sesquidrachmam. Vtere, araci magni-
tudine exhibens cum hydromelitis cyathis tribus. An-
tidotus alia pleuriticis ualde comoda. Baccarum
lauri drachmas octo, seminis rutæ syluestris drachmas
octo, aristolochiæ lôgæ drachmas sex, myrrhæ drach-
mas

mas quatuor, gentianæ drachmas quatuor, mellis despumati libram unam. Datur nucis ponticæ magnitudi-
dine, aut fabæ, aut araci. Prodest suppuratis, conuulsis,
itemq; ruptis. Cæterum & antidotus quæ ex quatuor
rebus appellatur præclare facit, habet autem hoc mo-
do : Gentianæ, myrrhæ, aristolochiæ, baccarum lauri,
æquales partes melle cocto excipie, & fabæ magnitu-
dine præbe: his qui febre carent ex uini cyathis tribus:
febricitantibus uero cum aqua mulsa. Efficax est ad
conuulsiones, rupturas, orthopnoeam, tormina intera-
neorum, & morbum regium, & eos qui uenenum hau-
serunt: resistit etiam serpentium uenenis potata: præ-
stat idem & ad morsus locum imposita. Quidam
eam mysterium appellant. Alia antidotus ad pleuriti-
cos pharmacum accommodatum. Extrahit menses &
partus, & quæ à partu relinquuntur secundas. Dictam-
ni, sagapeni, opopanax, trifaginis, cuiusq; drachmas
quatuor, myrrhæ, feminis rutæ syluestris, herbæ sabi-
næ, comæ centaureæ minoris, piperis, cuiusque drach-
mas octo, radicis gentianæ drachmas sex, baccarum
lauri drachmas sedecim, aristolochiæ rotundæ drach-
mas duas, mellis despumati quantum cogendis his sa-
tis est. Datur nucis auellanæ magnitudine cum hydro-
mellitis cyatho uno, cibi porro pleuriticis exhibendi
sunt forbiles qui in principio uentrem subducant: ue-
lut est ptisanæ succus cum melle, citra salem aut alte-
rius rei admisionem. Post hæc etiam non colata inte-
gra ptisana exhibenda: deinde micæ quoque ex aqua
mulsa. quod si à melle abhorreat æger, oleum opti-
mum in principio ptisanæ affundes, decoquesq; simul
capitatum porrum, deinde modico sale cõdies, & ex-
hibebis. Remittente uero ac declinante iam malo, in
petrosi aquis degentes pisces exhibendi, & columbe,
omnisq; diætæ tenuis constituenda. Alius autem as-
sidue subducatur: in maximis præsertim doloribus:

sed

sed tamen cauendum ne fortiora solutiua exhibean-
tur. Mastichen itaque tenuissime conterito, eiusq; scru-
pulos nouem cum aqua tepida, aut lactei teporis aqua
præbeto. Soluitur enim à calida alius. Vbi uero hanc
potionem obtuleris, amygdalas amaras decortica-
tas uiginti in promptu habe: easq; tritas cum paucis
melle delingendas præbe, aquam etiam calidam mo-
dicam insuper bibendam. Profectu autem ex his con-
sequente, etiam cum subscripta Asclepiadæ hiera pur-
gabis, quo omnes morbi reliquiæ extergantur: quæ
enim relinquuntur à morbis recidiuas facere consue-
uerunt, & non pura corpora quo plus nutries, eo am-
plius lædes. Hiera Asclepiadæ, quæ omnes abscessus
in profunda corporis parte consistentes unà cum tu-
niculis ipsorum educit, phthisicis ac pleuriticis. com-
moda: facit & ad eos qui assidue reuomunt cibum.
Colocynthidis medullæ drachmas triginti duas, mar-
rubii, stœchadis, trifaginis, cuiusque drachmas qua-
tuordecim, myrrhæ, spicæ nardi, piperis longi, floris
iunci odorati, cassiæ, cinnamomi, cuiusque drachmas
tres, croci drachmas quatuor, radicis centaureæ maio-
ris drachmas quatuor, galbani drachmas quatuor.
Excipie melle cocto, & pleuriticis duarum nucum pon-
ticarum magnitudine exhibe ex aqua mulsæ cyatho
uno, phthisicis uero & suppuratis unius tantum nucis
magnitudine itidem ex aqua mulsa.

De ea quæ pleuritis esse putatur, quum tamen
non sit. Cap. LXVIII.

Ex cruditatibus plurimis, & cibis humoris crassi ac
pituitosi, ueluti sunt bulbi, ac fungi, & consimiles: cru-
di humores viscosiq; & tenaces in corpore generan-
tur: qui aliquando repente se in uacuam thoracis locum
cum ingerunt, aut in ipsum etiam pulmonem. Multi-
tudine itaque sua succingentem latera intrinsecus pel-

ficulam distendentes inferunt dolores: ut imaginatio factæ inflammationis inexpertis exhibeatur: quin etiam vias spiritus intercipientes uehementem spirant di difficultatem inducunt. Vnde quidam medici errore seducti, uena cubiti incisa, multoq; sanguine euacuat, mortis causam ægris præbuerunt. Quare interrogare oportet, num eo cuius mentionem feci, usi sint cibo, diligenterq; perdiscere formam ipsius, respiratio nis, contingere etiam pulsus, & tactu explorare caloris qualitatem. Etenim in his non ob dolorem respiratio ut plurimum intercipitur, sed quod uix spiritus sunt obturatæ, & respirationis forma uelut laqueo collo circumdato contingit. Supini autem fere in totum decumbunt semper, præ impotentia etiam, neque probe loqui ualentes. Ut plurimum uero non febricitant hi: aliquando & frigidius solito corpus eorum inuenitur. Quod si febre afficiantur aliquando, debilissima ipsi febricula existit, minimeq; sunt siticulosi: & quod ad hæc uel maximum signum est, pulsus diffusulter mouetur, minimus & tardissimus præter solitum morem existens. Horum itaque curatione suscepta, calefaciètia, incisua, & repurgantia intrinsecus & extrinsecus offeremus: & primum quidem à simplicioribus incipiemus. Clysteri ergo consueto aluum à stercorebus repurgabimus: deinde etiam efficaciori utemur ex decoctione calaminthæ, aliquando centaureæ, melleq; plurimo ac nitro & oleo. Colocynthis autem in his quod ualde stomacho aduersetur deuitanda. Post alui euacuationem rutam & anethum in oleo decoquemus, & ex eis quam plurimum fouebimus affectos locos: lanas etiam oleo madefactas imponemus. In potu dabimus aquam mullam, in qua hysopum, aut pulegium, iris, carica plurimæ sint decocta. Succum etiam, ptisanæ tenuissimum exhibebimus cum melle, quo inde uenter leniter subducatur.

Eclegma

Eclegma autem ipsis commodum huiusmodi est. Seminis urticae, hysopi, iridis, nucum pinearum, amygdalarum amararum, singulorum æquales partes, modico pipere adiecto, optimo melle despumato excipie, ac inde ad summum cochlearium unum seiuinis præbe: deinde interstitio facto, exhibe aquam mullam, ut dictum est, ac post horas duas succum ptisanæ: tertia deinde die ex farina ordeï, ac semine lini, multoq; foenogracæ cataplasma imponatur: adiciamus etiam sitinapi tritum, & lauri baccas, ac parum nitri, & ex liquido oleum rutaceum, aut cyprinum, aut anethinum. Apparandum autem est eo modo, ut thoracem & costas comprehendat. Ablato autem cataplasmate, thorax cerato ex butyro & terebinthina, celsypoq; liquido, & cera, taurino adipe, ac iride, æqualibus portionibus acceptis contegatur. Aliquando etiam ex medulla ceruina, & oleo cyprino. Sulphur quoque uiuum cerato liquefacto infarciendum. Stomacho uero lanam conuolutam, unguento nardino ac modico uino madefactam imponemus, eiq; incumbere semper sinemus. In his uero quibus suffocationis periculum imminet, uomitoriis ad anginam descriptis confidenter utemur, & maxime eo quod ex elaterio, sinapi ac nitro constat, primum quidem ipsum cum oleo, & pauco melle quam penitissime illinendo: deinde etiam bibendum, quemadmodum illic diximus exhibebimus. Assidue etiam aquam mullam absorbendam præbebimus, in qua hysopum est decoctum. Porro humoribus dissolutis reiectare eos incipient, & tussis in eis augetur: quare antidotum isothei appellatum tunc eis ante somnum exhibebimus, nucis auellanæ magnitudine ex aqua mulla. Somnū enim dulcem infert, & humores quo facile sursum efferantur præparat, ac tussim sedat, doloresq; dispergit. Est autem supra ad tussim descripta. Quando uero etiam uenter

eis non bene excernit, mastiche tenuissime trita scrupulorum nouem pondere cum aqua tepida, aut lactei teporis bibenda offeratur, deinde amygdalæ amaræ decorticatæ tritæ ex melle præbeantur delingendæ, & aqua calida post eorum sumptionem absorbenda. Feliciter autem procedente curatione, & columbarum pullos in cibo offeremus, cum porro capitato cocto, anethoq; & oleo, modico sale & pipere adiecto. Vinum bibant suluum, uetus, mediocri mensura. Atqui eclegma prædixum ex femine uidelicet urticæ quotidie ieiunis præbebitur. Ante somnum uero isotheum antidotum alternis aut singulis diebus, donec nec ab omnibus molestiis ægri liberentur. Ceratum autem quod pectori adhibetur, singulis diebus renouetur. Et si quidem uenter adstrictus sit, mastiche cum amygdalis & melle præbeat. Eclegma Galenij, ad diuturnum pectoris dolorem citra febrem. Fœnum græcum cum aqua macerato, deinde decoquito, & prima aqua diffusa, & palmarum pinguium carne adiecta rursus decoquito, ac exprimito succum: quem deinde melle largius permixtum rursus ad prunas decoquito, donec ad mediocrem spissitudinem redigatur: & ex hoc multo ante reliquum cibum tempore delingendum exhibito.

OCTAUI SERMONIS
AETII FINIS.

*ad pleuriticum suppurat, si in quibus
non expurgatur in tabem transt
Hipp 19. ap. 4. 26.*

Ne Aetii opus in enchiridii formam, redactum nimis excreceret, in duos tomos secimus: utq; facilius esset inuentio eorum quæ quisque quæreret, dimissis tetrabiblis à nunquam satis laudato Cornario introductis, priorum ordinem secuti sumus, atq; octo sermonibus primum tomos absolui-mus, subinde secundum totidem finiemus.



